image
not
available

Baer 68/27

Digitized by Google

FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

VOLUMEN II

Digitized by Google

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

Digitized by Google

FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GR. EXCERPTA

EDIDIT ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT
ADOLPHUS FRANCISCUS STANGE

TH. GOM. ZYL. MELAMPUS

DE ANIMA ET MUNDO

VOLUMEN II

CUM DUABUS TABULIS LITHOGRAPHICIS ET TABULA LITHOGRAPHICA IN TEXTU

PERGAMI
APUD CAROLUM CNOBLOCHIUM
MDCCCXXXIII

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MÜNCHEN

PRÆFATIO.

Quamvis philosophorum Græcorum coryphæi Plato et Aristoteles ab omnibus legantur ac pæne ediscantur : tamen ne cæteros quidem, quorum scripta et fragmenta exstant, negligendos esse jam pridem viridocti judicarunt. Quod igitur speraveram fore ut opus veterum illorum sapientiæ antistitum reliquias continens et ad eruditorum nostræ ætatis hominum studia accommodatum peritis et æquis judicibus placeret : id multorum sententiis ac testimoniis comprobatum est.

Nam neque in Gallia (1), neque in Britannia (2), neque in Belgio (3), neque in Germania (4) defuerunt qui primum volumen anno 1860 emissum summi, laudibus prædicarent ac doctrinarum studiosis commendare niterentur. Hoc cum omnes ejus libri æstimatores censoresque in ephemeridibus benevole fecisse animadverti, tum neminem disertius de eo dixisse et copiosius disputasse quam A. Rœrschium, celeberrimum antiquarum litterarum apud Brugenses professorem. Adde quod plures in opusculis postea divulgatis honorificam scriptionis illius mentionem fecerunt. His ergo universis industriæ talis laudatoribus gratias quantas animus meus capere potest maximas ago. Quocirca nobilissimorum hominum judicia de me honorificentissima consecutus id operam dedi, ut alterum quoque volumen quod jam foras datur, intelligentibus et æquis alienarum lucubrationum existimatoribus probaretur.

Qua in re magnum Ambrosio Firmino Didot tribuendum est præconium,

(1) Journal Général de l'instruction publique. N. 59. 24 Juillet. Paris, 1861.

(2) Literary Gazette. N. 116. *Londini* 1861.

(3) Revue de l'instruction publique en Belgique. Avril N. 4. *Brugis*, 1861. *Rœrschius sic claudit suam de opere nostro disputationem :* En résumé donc l'ouvrage de M. Mullach est tout à fait digne de la Bibliothèque-grecque de M. Didot ; il en fera même un des plus beaux ornements, et nous formons les vœux les plus ardents pour la continuation et le succès de cette œuvre si éminemment utile.

(4) Philosophische Zeitschrift : der *Gedanke*, herausgegeben von Prof. C. L. Michelet. Bd. I Heft. 1. *Berolini* 1861. *Omitto alias ephemerides et menstruos libellos, in quibus brevis libri censura agitur, velut Philologum.*

Digitized by Google

cujus humanitati, doctrinæ, omnium denique ingenuarum artium amori Bibliotheca Græca debetur. Quippe neque impensæ neque labori parcit ad optimarum litterarum studium et alendum et provocandum, de quibus tam bene jam meruit his triginta annis, ut neminem perenniora nominis sui monumenta exegisse constet. Quemadmodum vero vir ingeniosissimus cum mansuetioribus Musis perpetuo commercium habuit : sic in grata ejus nominis commemoratione, tanquam bono omine rei audacter suscipiendæ et feliciter gerendæ, lætissime acquiescimus.

Verum ne quis in hoc libro majus quippiam requirat, quam aut volui præstare aut potui, pauca de instituto meo publicandique talis συντάγματος consilio præfanda esse arbitror. Ut in artibus ac disciplinis alius aliam viam ingreditur, neque cunctis eadem placent et apta videntur : ita in tanta ingeniorum varietate ac dissimilitudine nemo mirabitur aliam aliis ætatibus gentibusque philosophiæ formulam arrisisse. Est autem nihil jucundius philosophiæ græcæ qua nascentis, qua crescentis, qua adultæ, qua ad interitum vergentis contemplatione. Etenim ab exiguis profecta initiis modo ornatissimis atque optimis versibus commendata, modo verborum sententiarumque luminibus nitens, nunc ionicæ dialecti dulcedine, nunc dorici sermonis gravitate, nunc atticæ dictionis urbanitate præstabilis brevi in eam magnitudinem excrevit, ut ad summum pervenisse videretur. Quapropter magnum et difficile opus est, integram philosophiæ antiquæ historiam recte scribere, et haud scio an inter eloquentiæ opera longe difficillimum.

Facilius est, de singulis vel philosophorum sectis vel virtutis magistris et sapientibus commentari. Itaque in hoc volumine de Pythagoreis, de Sophistis, de Cynicis latius et uberius disserui singulorumque philosophorum vitas, mores, decreta adumbravi, præsertim quum hæ familiæ longiorem rerum expositionem desiderarent. Sed quoniam præcipue mihi subtilissimorum scriptorum qui veteribus sæculis philosophiam professi sunt fragmina colligenda, emendanda, vertenda, explicanda erant, ante omnia id studui, ut alios diligentia vincerem, pluresque et emendatiores ac simul melius quam olim digestas et conversas philosophorum reliquias in lucem revocarem. Denique, ne deesset egregium consummatæ sapientiæ specimen, quasi minorum gentium et velut secundæ notæ philosophis interposui Platonem primæ classis auctorem in priore Timæi parte rerum origines scrutantem cum ejus interpretibus Cicerone et Chalcidio. Cæterum Chalcidium tum collatis superioribus editionibus tum consultis codicibus Florentinis recognitum lectoribus exhibui. Quodsi editis his Miscellaneis luminis aliquid veteri philosophiæ et græcis litteris visus fuero attulisse, opus quod est in manibus absolvere conabor.

Digitized by Google

Tertium autem volumen præter aliorum quæ exstant philosophorum fragmenta longas Stoicorum atque Epicureorum disputationes, quas huic volumini inserere non licuit, cum indicibus rerum et verborum continebit.

Scripsi Berolini a. d. VII Id. Oct. a. MDCCCLXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS.

PROLEGOMENA PARTIM AD VOLUMEN PRIMUM PERTINENTIA.

De Pythagora ejusque discipulis et successoribus..... I
De Archyta..... XIV
De Philolao..... XVIII
De Timæo Locro..... XXIV
De Demophilo..... XXVI
De Secundo Sophista Atheniensi..... XXVII
De Sexto Pythagoreo..... XXIX
De Sotione Alexandrino..... XXXII
De Moderato..... XXXII
De incerti auctoris disputationibus moralibus. XXXIII
De Diotogene et Sthenida..... XXXIV
De Ecphanto..... XXXIV
De Charonda..... XXXV
De Zaleuco..... XL
De Hippodamo..... XLIV
De Euryphamo..... XLV
De Hipparcho..... XLVI
De Theage..... XLVII
De Metopo..... XLVII
De Clinia Tarentino..... XLVII
De Critone Pythagoreo..... XLVIII
De Polo Lucano..... *ib.*
De Dio..... *ib.*
De Brysone Heracleota..... *ib.*
De Callicratida..... XLIX
De Pompelo..... *ib.*
De Perictione..... *ib.*
De Buthero..... *ib.*
De Aresa..... *ib.*
De Aristæone..... L
De Didymo Pythagoreo..... *ib.*
De Eudoro Alexandrino..... LI
De Diodoro Aspendio..... LII
De Euryto..... LIII
De Diophanto..... LIV
De Milone..... *ib.*
De Scythino..... *ib.*
De Onato..... LV
De Alcmæone..... *ib.*
De Theano..... LVI

SOPHISTÆ GRÆCI.

De Sophistis..... LVIII
De Protagora..... LXV
De Prodico Ceo..... LXXV
De Gorgia Leontino..... LXXIX

FRAGMENTA PYTHAGOREORUM.

Philolai fragmenta..... 1

FRAGMENTA MORALIA.

Hippodami reliquiæ..... 9
Euryphami fragmentum..... 15
Hipparchi fragmentum..... 16
Theagis reliquiæ..... 18
Metopi fragmentum..... 23
Cliniæ fragmenta..... 24
Critonis reliquiæ..... 25
Poli Lucani fragmentum..... 26
Dii fragmentum..... 27
Brysonis fragmentum..... 28
Callicratidæ fragmenta..... 28
Pempeli fragmentum..... 32
Perictiones fragmenta..... 32
Phintyos fragmentum..... 36
Timæi Locri de anima mundi et natura libellus.... 38

ALIA PYTHAGOREORUM FRAGMENTA UNDIQUE COLLECTA.

Sotionis reliquiæ..... 47
Moderati fragmenta..... 48
Butheri reliquiæ..... 50
Aresæ fragmentum..... 51
Aristæonis fragmentum..... 52
Cæcilii fragmentum..... 53
Didymi Pythagorei reliquiæ..... 53
Diodori Aspendii fragmentum..... 112
Eurysi fragmenta..... 112
Milonis fragmentum..... 113
Scythini fragmentum..... 113
Onati fragmentum..... 113
Alcmæonis sententiæ..... 114
Theanus sententiæ..... 115
Sexti sententiæ..... 116
Alia Archytæ Tarentini fragmenta..... 117

SOPHISTARUM FRAGMENTA.

Protagoræ fragmenta..... 130
Prodici Cei fragmenta..... 135
Gorgiæ Leontini dicta et fragmenta..... 143
Timæi Platonici pars prior cum Chalcidii et Ciceronis interpretationibus..... 147
Chalcidii in Platonis Timæum commentarius..... 180

CYNICORUM PHILOSOPHORUM FRAGMENTA.

De Antisthene..... 261
Antisthenis fragmenta..... 274
De Diogene Cynico..... 295
Diogenis fragmenta..... 299
De Cratete Thebano..... 331
Cratetis fragmenta..... 333
De Monimo..... 342
Monimi fragmenta..... 343
De Demonacte..... 347
Demonactis sententiæ..... 351
De Œnomao..... 359
Œnomai fragmenta..... 361
De Maximo Cynico..... 387
Maximi liber de insolubilibus objectationibus..... 388

CYRENAICORUM PHILOSOPHORUM FRAGMENTA.

De Aristippo..... 397
Aristippi sententiæ et apophthegmata..... 405
De Bione Borysthenita..... 419
Bionis Borysthenitæ sententiæ et apophthegmata.. 423
De Evemero..... 431
Evemeri fragmenta..... 437

PROLEGOMENA

PARTIM AD VOLUMEN PRIMUM

PERTINENTIA

DE PYTHAGORA

EJUSQUE DISCIPULIS ET SUCCESSORIBUS.

Pythagoras quem plerique veterum Samium (1) fuisse dixerunt, Mnesarchi annulorum sculptoris filius (2), Olympiadis XLIII anno primo vel a. Chr. 608 natus est. Etenim missis aliorum sententiis unum cum Larchero (3) sequimur Eratosthenem (4) qui Pythagoram testatur cum pueris pugnaturum Olympiade XLVIII ex eorum cœtu quod jam fortior videretur ejectum statim ad viros transiisse omnesque adversarios devicisse. Neque vero per leges cuiquam ante vicesimum ætatis annum (5) certare cum viris pugilatu licebat. Pythagoras igitur tum nondum viginti habebat annos. Quippe si aut viginti annos natus aut major fuisset, sine controversia contendere cum viris debebat. At ne multo quidem minor fuisse putandus est, ut propter exiguum ætatis discrimen cum utris sibi congrediendum esset ignoraret. Quare si eum illo tempore undeviginti annorum adolescentem fuisse statuimus, ut par certamini cum viris ineundo foret, Pythagoram primo Olympiadis XLIII anno genitum esse colligimus. Verum rem ita se habere facile adducimur ut credamus. Antilochus videlicet apud Clementem Alex. Strom. lib. I p. 366, 8 de omnibus viris doctis inde a florente Pythagoræ ætate usque ad Epicuri decimo Gamelionis die defuncti obitum scripserat, quod temporis spatium 312 annorum est. Epicurum autem docet Diogenes Laertius (6) secundo Olympiadis centesimæ vicesimæ septimæ vel ante Chr. 272 anno, quum vitæ annum ageret septuagesimum secundum, supremum

(1) Diog. Laert. lib. VIII, 1 : Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου Σάμιος ὡς φησιν Ἕρμιππος· ἢ, ὡς Ἀριστόξενος, Τυρρηνός, ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες. Ἔνιοι δέ, υἱὸν μὲν εἶναι Μαρμάκου τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλιοῦντος· οἰκεῖν δὲ ἐν Σάμῳ τὸν Μάρμακον, ὅθεν Σάμιον τὸν Πυθαγόραν λέγεσθαι. Clemens Alex. Strom. I p. 300 D : Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου, Σάμιος, ὡς φησιν Ἱππόβοτος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος, Τυρρηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος. Lucianus vitt. auct. cap. 3 : ΑΓΟ. ποδαπὸς εἶ; ΠΥΘ. Σάμιος. Idem in Lexiphane : καὶ κατὰ τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιον, σιωπὴν καὶ γλωτταργίαν ἡμῖν ἐπιβάλλει. Cf. Euseb. Præp.Evang. lib. X et Porphyr. vit. Pythag. Ovidius Metamorph. lib. XV, 60 de Pythagora : Vir fuit hic ortu Samius etc.

(2) Suidas v. Πυθαγόρας· Μνησάρχου υἱὸς δακτυλιογλύφου. Tzetzes Chiliad. XI, 369 : ὁ Πυθαγόρας ὁ σοφὸς Σάμιος ἦν τῷ γένει Σαμίας Πυθαΐδος μέν, ὡραίας ὑπὲρ φύσιν, καὶ τοῦ Μνησάρχου δὲ υἱός, ὃς Μνήσαρχος ὑπῆρχε τὴν τέχνην μετερχόμενος τὴν δακτυλιογλύφων. Apulejus Florid. pag. 129 ed. Bipont. : Profugit ex insula (Samo) clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso quem comperio inter sellularios artifices gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem quæsisse. Justin. hist. lib. XX cap 4 : « Pythagoras philosophus .... Sami Demarato, locuplete negotiatore, natus. » Frumentarium fuisse ejus patrem conjicias ex Porphyrio et Jamblicho; denique ignobili genere Pythagoram fuisse ait Lactantius Div. instit. lib. III, 18. — (3) Larcher. de Chronol. Herod. cap. 19. — (4) Eratosthenes ap. Diog. Laert. lib. VIII, 47 : Ἐρατοσθένης δέ φησι (καθὰ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ η' παντοδαπῆς ἱστορίας παρατίθεται) τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἀλουργίδα φοροῦντα· ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ γλευασθέντα αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι. Pythagoram comatum vocat etiam Jamblichus in ejus vita cap. 2 : καὶ τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην ἤδη ἐν παροιμίᾳ, πολλοὶ πολλαχοῦ τὸν νεανίαν ἐπευφημοῦντες ἐξεθείαζον· et cap. 6 : διόπερ ἔτι καὶ νῦν ἡ παροιμία τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διακηρύττει. Lucianus vitt. auct. c. 2 : τίνα θέλεις πρῶτον παραγάγωμεν; ΖΕΥΣ. Τουτονὶ τὸν κομήτην τὸν Ἰωνικόν, ἐπεὶ καὶ σεμνός τις εἶναι φαίνεται. ΕΡΜ. Οὗτος ὁ Πυθαγόρας, κατάβηθι κτλ. Distinguit a philosopho Pythagoram pugilem Hesychius : ἐν Σάμῳ κομήτης. ἔνιοι Πυθαγόραν τὸν σοφόν φασι τὴν πυκτικὴν ἀσκῆσαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν παροιμίαν λέγεσθαι, ἁμαρτάνοντες. Similiter Paræmiographus in Vatican. Append. centur. I, 87 : ἐν Σάμῳ κομήτης. Πυθαγόρας πύκτης Σάμιος ἐκόμα· καταφρονηθεὶς οὖν παραδόξως ἐνίκησεν. Ἐλέχθη ἐπὶ τῶν οὐδὲν χάριεν λεγόντων. Sed S. Augustinus tom. II epist. 3 ad Volusianum, Pythagoram athletam prius fuisse auctor est. De prolixa ejus barba accipiendi sunt Martialis versiculi lib. IX epigr. 48 :

Sic quasi Pythagoræ loqueris successor et heres;
prætendet Samia nec tibi barba minor.

(5) Harpocration v. ἐπιδιετὴς· ἤδῃσαι p. 67. — (6) Diogenes Laertius lib. X, 15 : καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος

diem obiisse. Eadem est Ciceronis (7) sententia qui : *Morietur*, inquit, *Epicurus cum duo et septuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato.* Nam de secundo Olympiadis 127 anno, quo mortuus dicitur Epicurus, deductis annis 312 qui secundum Antilochum a virili Pythagoræ ætate ad Epicurum suo fato exstinctum præterierunt, invenitur primus Olympiadis 49 annus qui est ante Chr. n. 584. Nimirum eo tempore Pythagoras adolescens circiter vigesimum quintum ætatis annum agebat, quod cum Eratosthenis testimonio convenit qui Pythagoram Olymp. 43 anno primo sive ante Chr. n. 608 in lucem editum et susceptum esse scripsit. Sed hæc hactenus.

Fratres (8) habuit Pythagoras duos natu majores, Eunomum, quem alii Eunostum nominant, et Tyrrhenum. Sunt qui Zamolxin Sami Pythagoræ serviisse posteaque manumissum apud Getas divinos honores consecutum esse prodant. Quod ego, ut incompertum, in medio relinquam, præsertim quum Herodotus eum multis ante Pythagoram annis exstitisse arbitretur. Præceptoribus usus est Pherecyde Syrio (9) et post illius mortem Hermodamante, Creophyli nepote, quorum priorem Lesbi, posteriorem Sami convenit. His nonnulli Anaximandrum Milesium et Epimenidem Cretensem adjiciunt. Sic jactis in patria doctrinæ fundamentis majorem etiam et ampliorem sapientiam a barbaris petere decrevit, effecitque, si Diogeni credimus, ut tum Græcorum tum barbarorum mysteriis initiaretur (10). Quamobrem in Ægyptum profectus est, ubi templorum penetralia ingressus ritus ac cærimonias, geometriam, arithmeticam, omnem denique sacerdotum disciplinam perdidicit (11). Atque hoc quidem iter ita certum est, ut de eo neminem veterum dubitasse reperiamus. Quæ vero præterea memorantur itinera a Samio philosopho ad Chaldæos, Persarum magos atque Indos suscepta, partim dubia vel parum integra fide tradita, partim a posterioribus Græcis conficta sunt. Adiit autem e Græcis civitatibus Cretam et Lacedæmonem ad cognoscendas Minois et Lycurgi inclytas ea tempestate

---

ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα. — (7) Cicero de fato cap. 9. — (8) Diogenes Laertius lib. VIII, 2 : ἴσχε δὲ ἀδελφοὺς πρεσβύτερον μὲν Εὔνομον, μέσον δὲ Τυρρηνόν, καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὡς φησιν Ἡρόδοτος. Porphyrius vit. Pythag : καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὔνοστον καὶ Τυρρηνόν, πρεσβυτέρους. Herodot. lib. IV, 94 : ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑωυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν δαίμονα. Id. lib. IV, 95, 96 : ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ· δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου· ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸν γενόμενον ἐλεύθερον χρήματα κτήσασθαι συχνά· κτησάμενον δ' ἀπελθεῖν ἐς τὴν ἑωυτοῦ· ἅτε δὲ κακοβίων τε ἐόντων τῶν Θρηίκων καὶ ὑπαφρονιστέρων, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον ἐπιστόμενον δίαιταν τε Ἰάδα καὶ ἤθεα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρήικας, οἷα Ἕλλησί τε ὁμιλήσαντα, καὶ Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ, κατασκευάσασθαι ἀνδρεῶνα, ἐς τὸν πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους, καὶ εὐωχέοντα, ἀναδιδάσκειν ὡς οὔτε αὐτός, οὔτε οἱ συμπόται αὐτοῦ, οὔτε οἱ ἐκ τουτέων αἰεὶ γινόμενοι ἀποθανέονται, ἀλλ' ἥξουσι ἐς χῶρον τοῦτον, ἵνα αἰεὶ περιόντες ἔξουσι τὰ πάντα ἀγαθά. Ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. Ὡς δέ οἱ παντελέως εἶχε τὸ οἴκημα, ἐκ μὲν τῶν Θρηίκων ἠφανίσθη· καταβὰς δὲ κάτω ἐς τὸ κατάγαιον οἴκημα διαιτᾶτο ἐπ' ἔτεα τρία· οἱ δὲ μιν ἐπόθεόν τε καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ ἐφάνη τοῖσι Θρήιξι. Καὶ οὕτω πιθανά σφι ἐγένετο τὰ ἔλεγε ὁ Ζάμολξις. Ταῦτά φασι μιν ποιῆσαι. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου καὶ τοῦ καταγαίου οἰκήματος οὔτε ἀπιστέω, οὔτε ὦν πιστεύω τι λίην· δοκέω δὲ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τὸν Ζάμολξιν τοῦτον γενέσθαι Πυθαγόρεω. Auctor Etym. Magn. Ζάμολξις Πυθαγόρᾳ δουλεύσας, ὡς Ἡρόδοτος δ' Σκύθης· ὃς ἐπανελθὼν ἐδίδασκε περὶ τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν. Μνασέας δὲ παρὰ Γέταις τὸν Κρόνον τιμᾶσθαι καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν. — (9) Diogenes Laertius lib. VIII, 2 : συστῆναι δὲ εἰς Λέσβον ἐλθόντα Φερεκύδῃ ὑπὸ Ζωΐλου τοῦ θείου..... οὗτος ἤκουσε μέν, καθὰ προείρηται, Φερεκύδου τοῦ Συρίου· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἦλθεν εἰς Σάμον καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεοφύλου, ἤδη πρεσβυτέρου. Porphyr. vit. Pythag. cap. 1 : ἐπανελθόντα εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλῆσαι, δεύτερον δ' Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηράσκοντι. Item cap. 2 : διακοῦσαι δ' οὐ μόνον Φερεκύδου καὶ Ἑρμοδάμαντος, ἀλλὰ καὶ Ἀναξιμάνδρου φησὶν οὗτος· et cap. 55 : νοσήσαντα δὲ τὸν Φερεκύδην ἐν Δήλῳ ὁ Πυθαγόρας θεραπεύσας καὶ ἀποθανόντα θάψας, εἰς Σάμον ἐπανῆλθε πόθῳ τοῦ συγγενέσθαι Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ. Apulejus Florid. p. 130 : « Quin etiam Pherecydem Syro ex insula oriundum qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit, et infandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiose humavit. Fertur et penes Anaximandrum Milesium naturabilia commentatus nec non et Cretensem Epimenidem, inclytum fatiloquum et poetam disciplinæ gratia sectatus, itemque Leodamantem Creophyli discipulum qui Creophylus memoratur poetæ Homeri hospes et æmulator canendi fuisse. » Pherecydem Pythagoræ magistrum nominant Cic. Tusc. I, 16 et Div. I, 50. Plin. hist. nat. lib. II, 79. Clem. Alex. lib. I p. 300. C. Tatian. orat. adv. Græc. pag. 246 ed. Benedict. Euseb. Præp. Evang. X, 4 p. 470 D. Jamblichus vit. Pythag. cap. 9. 11. 184. 252. Ælianus var. hist. 5, 2. Lactantius divin. inst. VII, 8. Eustathius p. 1786, 51. De Creophylo (Κρεωφύλῳ) cf. Strab. lib XIV cap. I, 18 pag. 638. — (10) Diog. Laert. lib. VIII, 2 : νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυήθη τὰς Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. — (11) Diog. Laert. lib. VIII, 3 : ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ, ὑπηνίκα καὶ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμάσιδι συνέστησε δι' ἐπιστολῆς, καὶ ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν, καθά φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων (cf. Porphyr. de vita Pythag. p. 9 et Ruhnken. disp. de Antiph. in Opusc. I p. 175 ed. Friedemann.) : καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ μάγοις. Εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα· καὶ τὰ περὶ θεῶν ἐν ἀποῤῥήτοις ἔμαθεν. Lucianus in Gallo p. 252 : ἀπεδήμησα δὲ εἰς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς

leges (12). Inde regressus Samum (13) quum rempublicam a tyranno oppressam et perturbatam offendisset, Crotonem in Italia petiit. Ibi leges Italis dedit multumque apud Crotoniatas auctoritate cum discipulis valuit, qui trecenti ferme ita prudenter rempublicam administrabant, ut prope optimatium civitas videretur. Porro populum in luxuriam lapsum ad frugalitatem revocavit. Quod quo facilius obtineret, laudabat quotidie virtutem, vitia luxuriæ casusque civitatum ea peste perditarum enumerans (14). Matronas quoque seorsum a viris et pueros separatim a parentibus ad bene beateque vivendum frequenter instituit. Docebat nunc has pudicitiam et obsequium in viros, nunc illos modestiam litterasque et ingenuas artes. Inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus commendabat, consecutusque disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes cæteraque dignitatis suæ ornamenta, tanquam instrumenta luxuriæ deponerent, eaque cuncta delata in Junonis ædem ipsi deæ consecrarent, præ se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. In juventute quoque quantum vitiorum profligatum sit, victi feminarum contumaces animi declarant. Quod reliquum est, auxit Crotoniatarum civitatis gloriam non solum Pythagoreorum multitudo, sed etiam Milo athleta nobilis idemque Pythagoræ diu in ea urbe commorati discipulus, quem plurima atque ea quidem incredibilia fortitudinis documenta dedisse veteres testificantur. Quis autem credat, quod est apud Strabonem (15), hunc aliquando columna in philosophorum contubernio ruinam minante in ejus locum subiisse eaque ratione et reliquos servasse omnes et se ipsum subduxisse? Discipulorum numerum alii majorem, alii minorem fuisse scripserunt. Qui minorem faciunt trecentos (16), qui majorem sexcentos vel plures discipulos Pythagoræ tribuunt (17). Utcunque est, quum illi trecenti juvenes (sequamur enim ea in re

---

προφήτας ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὥρου καὶ Ἴσιδος. Cicero de fin. lib. V, 29 : « cur ipse Pythagoras et Ægyptum lustravit et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? cur tot maria transmisit? » Apulejus Florid. pag. 129 : « Sunt qui Pythagoram ajant eo temporis inter captivos Cambysæ regis, Ægyptum quum adveheretur, doctores habuisse Persarum magos ac præcipue Zoroastrem, omnis divini arcani antistitem, posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe reciperatum. Verumenimvero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Ægyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus cæremoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices, geometriæ sollertissimas formulas didicisse, sed nec his artibus animi expletum mox Chaldæos atque inde Brachmanas, (hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est :) eorum ergo Brachmanum Gymnosophistas adisse. Chaldæi sideralem scientiam, luminum vagantium status ambitus, utrorumque varios effectus in genituris hominum ostendere : nec non medendi remedia mortalibus, latis pecuniis, terra cœloque et mari conquisita. Brachmanæ autem pleraque philosophiæ ejus contulerunt : quæ mentium documenta, quæ corporum exercitamenta, quot partes animi; quot vices vitæ, quæ diis manibus pro merito suo cuique tormenta vel præmia. » Isocrates laud. Busir. 28-29 p. 254 ed. Bekker. : ἔχοι δ' ἄν τις μὴ σπεύδειν ὡρμημένος πολλὰ καὶ θαυμαστὰ περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν, ἣν οὔτε μόνος οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακώς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων, ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιός ἐστιν· ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν, ἡγούμενος, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ διὰ ταῦτα πλέον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' οὖν παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ' εὐδοκιμήσειν, ὅπερ αὐτῷ καὶ συνέβη· τοσοῦτον γὰρ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἧδιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας τοὺς αὑτῶν ἐκείνῳ συγγιγνομένους ἢ τῶν οἰκείων ἐπιμελουμένους. Καὶ τούτοις οὐχ οἷόν τε ἀπιστεῖν· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς προσποιουμένους ἐκείνου μαθητὰς εἶναι μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζουσιν ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. Pythagoram cum Hebræis versatum fuisse ait Porphyrius in ejus vita cap. 11-12. Similiter Hermippus apud Josephum advers. Apion. lib. I contendit eum πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν ἑαυτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. Cf. Orig. contra Cels. lib. I. — (12) Justin. lib. XX cap. 4. — (13) Diog. Laert. lib. VIII, 3 : εἶτα ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννουμένην ὑπὸ Πολυκράτους ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας· κἀκεῖ νόμους θεὶς τοῖς Ἰταλιώταις ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς· οἱ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικά, ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν. Strabo lib. XIV cap. 4, 16 pag. 638 ed. Casaub. : ἐπὶ τούτου (τοῦ Πολυκράτους) δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσιν ἰδόντα φυομένην τὴν τυραννίδα ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθείας χάριν· ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. Jamblichus vit. Pyth. I. 18 : φησὶν ἀφικέσθαι τὸν Πυθαγόραν ἐξ Ἰωνίας καὶ Σάμου κατὰ τὴν Πολυκράτους τυραννίδα, ἀκμαζούσης Ἰταλίας. Ovidius Metamorph. lib. XV, 60-62 de Pythagora apud Crotoniatas degente : « Vir fuit hic ortu Samius, sed fugerat una et Samon et dominos odioque tyrannidis exsul sponte erat. » — (14) Justinus lib. XX cap. 4. — (15) Strabo lib. VI cap. I, 12 p. 263 ed. Casaub. : προσέλαβε δὲ τῇ δόξῃ καὶ τὸ τῶν Πυθαγορείων πλῆθος καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονώς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου, διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει πολὺν χρόνον. Φασὶ δ' ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τῶν φιλοσόφων πονήσαντος στύλου τὸν Μίλωνα ὑποδῦντα σῶσαι ἅπαντας, ὑποσπάσαι δὲ καὶ ἑαυτόν. — (16) Diogenes Laertius lib. VIII, 3. Justin. l. c. Athenag. leg. pro Chr. p. 39 : οὕτω καὶ Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑταίροις κατεσκέχθη. Lucianus vitt. auct. cap. 6 : καίτοι οὐχ εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι σχεδὸν ἐώνηνται κατὰ κοινὸν αὐτὸν (τὸν Πυθαγόραν). — (17) Diog. Laert. lib. VIII, 15 : τῶν τε ἑξακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ τὴν νυκτερινὴν ἀκρόασιν ἀπήντων αὐτοῦ. Suidas v. γνώριμος· γνώριμοι, φοιτηταί. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος

Justinum) (18) sodalitii juris sacramento quodam nexi, separatam a cæteris civibus vitam degerent, quasi cœtum clandestinæ conjurationis habentes civitatem in se converterunt, quæ omnes unam in domum aliquando congregatos cremare voluit. In quo tumultu sexaginta ferme periere; cæteri in exsilium profecti. Neque multo post quæ in aliis quoque magnæ Græciæ oppidis vigebant Pythagoreorum societates distractæ sunt (19). Cæterum Pythagoras quum annos viginti Crotone egisset, Metapontum migravit ibique decessit (20). Cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent eumque pro deo colerent (21). Sed sive naturæ concessit Pythagoras, sive quod alii dicunt bello periit (22), certum videtur eum mortuum esse, simulatque Cylonei contra Pythagoreos conjuraverint (23). Exorta est autem conspiratio illa paulo post Sybarin a Crotoniatis deletam (24) adeoque circa annum ante Chr. n. 510 vel tertium Olympiadis 67, quo tempore Pythagoras nonaginta octo annorum senex fuit. Patet hoc non magis ex Jamblicho (25) qui philosophum ad centesimum pæne annum pervenisse, quam e Tzetze (26) qui undecentesimo anno eum exspirasse tradidit.

Ex his quæ disputavimus efficitur falso Pythagoræ discipulum Numam Romanorum regem perhiberi (27), quem centum amplius annis ante Samium philosophum vixisse inter omnes constat. Est enim memoriæ proditum a Cicerone de Republ. lib. II cap. 15 (28), Pythagoram Superbo quartum jam annum regnante in Italiam venisse, a Livio autem lib. I cap. 18 eum sub Servio Tullio rege in ultima Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque et Crotonem studiosorum juvenum cœtus habuisse.

Uxorem duxit Theano, Brontini Crotoniatæ filiam, e qua præter Telaugem et Mnesarchum filios Damo, Myiam et Arignoten filias suscepit (29), omnes studiorum suorum socios et præclarissima philosophiæ tum lumina tum or-

---

γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. — (18) Justinus l. c. — (19) Polybius hist. lib. II, 39 : καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων, μετὰ ταῦτα δὲ γιγνομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας (ὅπερ εἰκός, ὡς ἂν τῶν πρώτων ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως οὕτω παραλόγως διαῤῥαρέντων), συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους Ἑλληνικὰς πόλεις ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς ταραχῆς. Plutarchus de genio Socratis 13, vol. X pag. 321 ed. Hutten. : ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρίαι τῶν Πυθαγορικῶν στάσει κρατηθέντων, τοῖς δ' ἔτι συνεστῶσιν ἐν Μεταποντίῳ συνενεβρύουσιν ἐν οἴκῳ πῦρ οἱ Κυλώνιοι περιέπρησαν καὶ διέφθειραν ἐν τούτῳ πάντας, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι ῥώμῃ καὶ κουρότητι διασωσαμένων τὸ πῦρ, Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγών, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους ἤδη πάλιν ἀθροιζομένους καὶ κρατοῦντας τῶν Κυλωνείων· Λύσις δὲ ὅπου γέγονεν, ἠγνοεῖτο πολὺν χρόνον· πλήν γε δὴ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀναπλέων εἰς Σικελίαν ἀπήγγειλε τοῖς περὶ Ἄρχεσον βεβαίως, Λύσιδι συγγεγονέναι διατρίβοντι περὶ Θήβας. — (20) Cicero de finibus lib. V cap. 2 : Scis enim me quodam tempore Metapontum venisse tecum, nec ad hospitem ante devertisse, quam Pythagoræ ipsum illum locum, ubi vitam ediderat, sedemque viderim. — (21) Justinus l. c. Similiter Diogenes Laertius lib. VIII, 15 : Μεταποντῖνοί γε μὴν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλουν, τὸν στενωπὸν δὲ μουσεῖον, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπαῖς ἱστορίαις. After Porphyrius vit. Pythag. : Τίμαιος δὲ ἱστορεῖ τὴν οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι τοὺς Κροτωνιάτας, τὸν δὲ στενωπὸν καλεῖν μουσεῖον. — (22) Diogenes Laertius lib. VIII, 39-40 : ἐτελεύτα δὲ ὁ Πυθαγόρας τοῦτον τὸν τρόπον· συνεδρεύοντος μετὰ τῶν συνήθων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τούτου, ὑπό τινος τῶν μὴ παραδοχῆς ἀξιωθέντων, διὰ φθόνον ὑποπρησθῆναι τὴν οἰκίαν συνέβη· τινὲς δ' αὐτοὺς τοὺς Κροτωνιάτας τοῦτο πρᾶξαι, τυραννίδος ἐπίθεσιν εὐλαβουμένους. Τὸν δὴ Πυθαγόραν καταληφθῆναι διεξιόντα· καὶ πρός τινι χωρίῳ γενόμενος πλήρει κυάμων αὐτόθι ἔστη εἰπών, ἁλῶναι μᾶλλον ἢ πατῆσαι· ἀναιρεθῆναι δὲ κρείττον ἢ λαλῆσαι· καὶ ὧδε πρὸς τῶν διωκόντων ἀποσφαγῆναι. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς πλείους τῶν ἑταίρων αὐτοῦ διαῤῥαρῆναι, ὄντας πρὸς τετταράκοντα, διαφυγεῖν δ' ὀλιγίστους· ὧν ἦν καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος καὶ Λύσις ὁ προειρημένος. Φησὶ δὲ Δικαίαρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθανεῖν καταφυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταποντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, τετταράκοντα ἡμέρας ἀσιτήσαντα. Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ, μετὰ τὸ ἅψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ, ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ πανδαισίαν εὑρόντα Μύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου εἰς Μεταπόντιον ἐξελθεῖν, κἀκεῖ τὸν βίον καταστρέψαι ἀσιτίᾳ, μὴ βουλόμενον περαιτέρω ζῆν. Ἕρμιππος δέ φησι, πολεμούντων Ἀκραγαντίνων καὶ Συρακουσίων, ἐξελθεῖν μετὰ τῶν συνήθων τὸν Πυθαγόραν, καὶ προστῆναι τῶν Ἀκραγαντίνων· τροπῆς δὲ γενομένης περικάμπτοντα αὐτὸν τὴν τῶν κυάμων χώραν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων ἀναιρεθῆναι, τούς τε λοιπούς, ὄντας πρὸς τοὺς πέντε καὶ τριάκοντα, ἐν Τάραντι καταπαυθῆναι, θέλοντας ἀντιπολιτεύεσθαι τοῖς προεστῶσι. — (23) Jamblichus vit. Pyth. cap. 35, p. 200. — (24) Idem ibid. p. 205. — (25) Ibid c. 36, p. 213. — (26) Tzetzes Chiliad. lib. XI, vs. 366 : Οὕτω τὸ πῦρ ὡς λέγουσιν ἐκπεφευγὼς τὸ τότε, Φυγών τε πρὸς Μετάποντον, Μουσῶν ἐν τῷ τεμένει Ἐκεῖ τε συγκρυπτόμενος, ἄρτου φαγεῖν οὐκ ἔχων Ἑῴ' ὅλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, λιμῷ θνήσκει, Ἐτῶν ὑπάρχων ἑκατὸν πλὴν ἔτους ἑνὸς μόνου. — (27) Ovid. Met. lib. XV, 479 seqq. — (28) Cf. Tuscul. lib. IV cap. 1, et lib. I cap. 16. — (29) Diog. Laert. lib. VIII, 42 : ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνή, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ. Οἱ δὲ γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου. Ἦν αὐτῷ καὶ θυγάτηρ Δαμώ, ὥς φησι Λύσις ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἵππαρχον. Id. lib. VIII, 43 : ἦν καὶ Τηλαύγης υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα. Porphyrius vit. Pyth. : ἄλλοι δὲ ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθώνακτος, τὸ γένος Κρήσσης, υἱὸν Τηλαύγη Πυθαγόρου ἀναγράφουσι καὶ θυγατέρα Μυῖαν, οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην. Conf. Jamblich. vit. Pyth. I, 27 et Pollux X, 3. Suidas : Θεανώ· Κρῆσσα, φιλόσοφος, θυγάτηρ μὲν Πυθώνακτος, γαμετὴ δὲ τοῦ μεγάλου Πυθαγόρου, ἐξ οὗ ἔσχε Τηλαύγην καὶ Μνήσαρχον καὶ Μυῖαν καὶ Ἀριγνώτην. Τινὲς δὲ Βροντίνου γυναῖκα, τοῦ Πυθαγορείου. Γράφουσι δὲ καὶ τὸ γένος Κροτωνιᾶτιν. Ἔγραψεν ὑπομνήματα φιλόσοφα καὶ ἀποφθέγματα καὶ ποίημά τι δι' ἐπῶν. Clemens Alexandrinus Strom. lib. I p. 309 C : Δίδυμος ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιᾶτιν πρώτην γυναι-

namenta. Sed antequam in Italiam proficisceretur doctrinamque suam ad communem civium utilitatem expromeret, repudiato honorifico quo priores usi erant sapientis nomine in Phliasio sermone, philosophum se, id est, sapientiæ studiosum professus est. « Ferunt enim Pythagoram (30) Phliuntem venisse et cum Leonte, Phliasiorum principe, docte et copiose quædam disseruisse. Cujus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsivisse ex eo, qua maxime arte confideret : at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum (31). Admiratum Leontem novitatem nominis, quæsivisse, quinam essent philosophi et quid inter eos et reliquos interesset; Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæstu et lucro ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent studioseque perspicerent, quid ageretur et quo modo : item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriæ servire, alios pecuniæ; raros esse quosdam qui cæteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur; hos se appellare sapientiæ studiosos, id est enim philosophos : et ut illic liberalissimum esset, spectare nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque præstare. » Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Namque etsi reliquis artibus liberalibus suus honos constabat, unum tamen erat, quod præcipue hominibus ad honesta studia incumbentibus placeret, naturæ investigatio. Qui igitur mundi ortum scrutari, qui cœlestium siderum cursus, magnitudines, intervalla perquirere, qui in animalium, plantarum, lapidum cognitione omne tempus conterere solebant, qui denique tam singula quam universa contemplantes omnium quæ aspectu sentiuntur causas animo comprehendere conabantur, hos potissimum Pythagoras philosophos appellandos esse arbitratus est.

Homines scientiæ cupidos non omnes in discipulorum numerum recipiebat, sed quos ad philosophiam pertractandam atque ad celanda ejus mysteria idoneos judicasset. Nam primum ex ore et vultu ac totius corporis habitu juvenum sapientiæ desiderio flagrantium conjecturam de eorum natura et moribus faciebat, deinde quos probasset in consortium assumtos certum tempus tacere jubebat. Neque enim omnibus idem, sed aliis aliud tacendi tempus pro æstimato captu sollertiæ constituebatur. Is autem qui tacebat, quæ ab aliis iisque sapientioribus dicebantur audiebat, ipse neque percontandi, si parum intellexerat, neque exarandi quæ audierat licentiam assecutus. Cæteroqui minimum tacendi tempus fuit biennium, maximum quinquennium (32). Nominabantur vero adolescentes intra tacendi audiendique tempus ἀκουσματικοί vel ἀκουστικοί. At ubi, quod omnium difficillimum est, tacere et audire didicerant ipsoque silentio, cui erat nomen ἐχεμυθία, in litteris profecerant, tum iis verba facere et quærere quæque audissent scribere et quæ ipsi opinarentur expromere licebat. Eo autem tempore nulla amplius tacendi necessitate astricti μαθηματικοί dicebantur ab his artibus, quas jam discere ac meditari inceperant, quoniam geometriam et gnomonicam, musicam cæterasque item disciplinas altiores μαθήματα Græci vocabant. Talibus doctrinæ studiis præparati ad contemplanda corpora cœlestia et latentes rerum causas indagandas omnemque naturæ obscuritatem scrutandam procedebant. Quarum rerum cognitione instructi postmodum appellabantur φυσικοί. Verumenimvero ne quis putet Pythagoreos finito quinquennali silentio

---

κῶν φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱστορεῖ. Fallitur Anonymus auctor vitæ Pythagoræ apud Photium : καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι. Veriora videntur quæ alii tradunt. Clemens Strom. lib. IV, p. 522 D : ἐφιλοσόφει Μυῖα ἡ Θεανοῦς θυγάτηρ τὰ Πυθαγόρεια, καὶ Ἀριγνώτη ἡ τὰ περὶ Διονυσίου (leg. Διονύσου). Suidas : Ἀριγνώτη· μαθήτρια Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου καὶ Θεανοῦς, Σαμία, φιλόσοφος Πυθαγορικὴ· συνέταξε τάδε· Βακχικά· (ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων· γράφεται δὲ καὶ Ἱερὸς λόγος·) ἔγραψε δὲ καὶ Τελετὰς Διονύσου καὶ ἄλλα φιλόσοφα. — (30) Sic ait Heraclides Ponticus apud Ciceronem Tuscul. V, 3. — (31) Diogenes Laertius lib. I, 12 : φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ, ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἄπνου. Μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. Idem lib. VIII, 8 : Σωσικράτης δὲ ἐν διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν (τὸν Πυθαγόραν) ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, τίς εἴη; φιλόσοφος, εἰπεῖν, καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις, ἔφη, φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί· οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας.

(32) Gellius Noct. Attic. lib. I, cap. 9. Jamblichus vit. Pythag. 71 seq. Lucianus vitt. auct. cap. 3.

sive ἐχεμυθίᾳ non solum cum sodalibus de omni quæstione disputasse, sed etiam magistri decreta evulgasse : cum alia quominus hoc facerent obstabant, tum ipsius societatis ratio et natura. Etenim (33) simulatque a Pythagora in discipulorum cohortem recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabat atque inibatur societas inseparabilis; quæ ut juris ac dogmatum æqualitate continebatur, ita ab aliorum hominum consortione quodammodo abhorrebat. Quo factum est, ut Pythagorei non omnia omnibus exponenda esse rati (34) per totam vitam gravissima philosophiæ præcepta cum aliis colloquentes silentio præterirent. Quamobrem plurima obscure potius significanda quam perspicue enuntianda arbitrati multis perpetuo et symbolis et sententiis et similitudinibus (35) utebantur quæ penitus intelligi nisi ab ipsis Pythagoræ sectatoribus non possent. Quod reliquum est, Samius philosophus nullum videtur librum scripsisse, sed quotidianis tantum sermonibus ac disputationibus familiam erudivisse. Quæ enim a veteribus memorantur Pythagoræ scripta, ea omnia posterioris ætatis Pythagoreorum fuisse probabile est. Quippe nemo ignorat, sequenti tempore summi viri successores laudumque ejus æmulos sua ingenii monumenta sectæ auctori tribuere, quam propria nomina in commentariis inscribere maluisse (36). Quæ quum ita sint, non est mirandum, plura Pythagoræ opuscula citari. Sunt autem hæc teste Diogene Laertio (37) tria volumina de institutione, de civitate ac de natura. Operis quo naturæ ratio continebatur principium fuisse traditur : « Non per aerem quem spiritu duco, non per aquam quam bibo, non admittam hujus sermonis reprehensionem. » Addit Diogenes quod sub Pythagoræ nomine feratur, Lysidis esse Tarentini, qui quum Thebas profugisset Epaminondæ præceptor fuerit. Sunt vero hæc verba necessario aut de carmine aureo aut de volumine soluta oratione scripto et Laertii ætate ad Pythagoram auctorem relato interpretanda. Qua de re copiosius in præfatione ad Hieroclem disserui. Præterea Heraclides Sarapionis filius in Sotionis epitome rettulit, Pythagoram de rerum universitate carmine vaticinatum esse, quod poema primum Pythagoræ opus nominavit. Secundo loco posuit *sacrum sermonem* cujus initium fuit :

O juvenes tacita colite hæc pia sacra quiete.

Tertium locum dedit libello *de animo*, quartum autem libro *de pietate*. His accesserunt quintus commentarius de *Helothale*, *Epicharmi Coi pa-*

(33) Gellius Noct. Attic. lib. I cap. 9. Jamblichus vit. Pyth. 81 : τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν διέταξε καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου διατελεῖν, τοὺς δὲ ἑτέρους ἰδίας μὲν κτήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συντόντας δὲ εἰς ταὐτὸ συσχολάζειν ἀλλήλοις· καὶ οὕτω τὴν διαῤῥοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους συστῆναι. Κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας· δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν Ἀκουσματικοί, οἱ δὲ Μαθηματικοί. Τουτωνὶ δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων· τοὺς δὲ Ἀκουσματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἱππάσου· τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασίν, οἱ δὲ Μεταποντῖνον. — (34) Diog. Laert. lib. VIII, 15 : ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι, μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά, ὡς φησιν Ἀριστόξενος ἐν δεκάτῃ παιδευτικῶν νόμων. — (35) Vid. Philos. Græc. Fragm. vol. I pag. 485-531. Jamblichus vit. Pyth. cap. 32 p. 191 : ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων καὶ ὡς εἰπεῖν βεβήλων εἰ καί ποτε τύχοι, διὰ συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ἠνίττοντο. Id. cap. 35 p. 211 : διευλαβούμενοι δὲ μὴ παντελῶς ἐξεῖη ἀνθρώπων τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπεχθάνωνται, διολέσαντες ἄῤῥην τὸ τηλικοῦτον αὐτῶν δῶρον, ὑπομνήματά τινα κεφαλαιώδη καὶ σύμβολα συνταξάμενοι τά τε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα καὶ ὧν διεμέμνηντο συναλίσαντες κατέλιπον ἕκαστος οὗ ἐτύγχανε τελευτῶν, ἐπισκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξί, μηδενὶ διδόναι τῶν ἐκτὸς τὰς οἰκίας. Cf. Jambl. Protrept. p. 130.

(36) David. Scholl. Arist. p. 13 ed. Brandis. : τοῦτο δὲ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι ἀπὸ Πυθαγορείων συγγραμμάτων· οὐκ ἐποίησε γὰρ σύγγραμμα ὁ Πυθαγόρας· ἔλεγε γὰρ ὅτι οὐ βούλομαι ἐν ἀψύχοις τὰ ἐμὰ καταλιπεῖν (ἄψυχα δὲ ἐκάλει τὰ βιβλία) ἀλλ' ἐν ἐμψύχοις ἤτοι ἐν τοῖς μαθηταῖς, οἵτινες καὶ ἐρωτώμενοι δύνανται ἀποκρίνεσθαι, τὸ δὲ βιβλίον οὔ. Καὶ ὡς ἔλεγέ τις τῶν Πυθαγορείων, Οὐ δύνανται διδάξαι με τὰ βιβλία· ἄλλα γὰρ ἀεὶ καὶ ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν φθέγγομαι, τὸ δέ γε βιβλίον τὰ αὐτὰ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει, καὶ οὐ δύναται πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι. . . . Μηδὲ γάρ τις οἰέσθω τὰ χρυσᾶ ἔπη αὐτοῦ εἶναι, ἀλλά τις τῶν Πυθαγορείων ἐποίησε ταῦτα καὶ πρὸς τιμὴν ἔγραψε τὸ ὄνομα τοῦ οἰκείου διδασκάλου. Id. Scholl. Arist. p. 28 a. ed. Brandis. : ἐν οἷς ζητητέον καὶ τὸ γνήσιον διὰ τὴν γιγομένην νοθείαν· νοθεύονται γὰρ τὰ βιβλία πανταχῶς· ἢ γὰρ δι' εὐγνωμοσύνην μαθητῶν τὰ οἰκεῖα συγγράμματα τοῖς οἰκείοις διδασκάλοις ἀνατιθέντων, ὡς τὰ Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους ἐπιγραφόμενα βιβλία, μὴ ὄντα Σωκράτους ἢ Πυθαγόρου ἀλλὰ Σωκρατικῶν καὶ Πυθαγορικῶν· ἢ διὰ φιλοτιμίαν βασιλικήν· Ἰοβάτους γὰρ τοῦ Λιβύων βασιλέως συνάγοντος τὰ Πυθαγόρου καὶ Πτολεμαίου τὰ Ἀριστοτέλους, τινὲς καπηλείας χάριν τὰ τυχόντα συγγράμματα λαμβάνοντες ἐκέδουν καὶ ἔσηπον διὰ παραθέσεως νέων πυῤῥῶν (leg. μυῤῥῶν), ἵνα σχοῖεν ὄῆθεν τὴν ἐκ τοῦ χρόνου ἀξιοπιστίαν· ἢ δι' ὁμωνυμίας συγγραφέων ἢ συγγραμμάτων ἢ ὑπομνημάτων.

(37) Diogenes Laertius lib. VIII, 6-7 : οὕτω δὲ εἶπεν, ἐπειδήπερ ἐναρχόμενος ὁ Πυθαγόρας τοῦ φυσικοῦ συγγράμματος λέγει ὧδε· Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, οὐ κατοίσω ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα τρία· παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν. Τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμινώνδου καθηγησαμένου. Φησὶ δὲ Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ, γεγραφέναι αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ ὅλου ἐν ἔπεσι· δεύτερον, τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή, Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα· τρίτον, περὶ ψυχῆς· τέταρτον, περὶ εὐσεβείας· πέμπτον, Ἡθοποιὴ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κῴου πάτερα· ἕκτον, Κρότωνα καὶ ἄλλους. Τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἱππάσου φασὶν εἶναι, γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου· πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἀστωνος τοῦ Κρο-

tre, sextus *de Crotone*, atque alii. Porro *mysticum sermonem* ajunt Hippasi fuisse qui eum ad invidiam Pythagoræ conflandam scripserit. Denique fama est multas Astonis Crotoniatæ commentationes Pythagoræ esse attributas. Quid? quod Ion Chius (38) narrat Pythagoram poemata non nulla sub Orphei nomine edidisse. Ex horum numero fortasse illud fuit quod *Exploratorum* vocabulo inscriptum poeta nescio quis sic orsus erat : « Impudenter adversus neminem te geras. » Multa etiam alia olim videntur fuisse monumenta Samii philosophi nomine ornata, quorum sparsim veteres meminere. Etenim Prognostica eum confecisse auctor est Tzetzes (39) Chiliad. lib. II, 55 pariterque ejus ad Abarin Orationem memorat Proclus Comment. lib. III in Plat. Tim. p. 141 D (40), qui simul Hymnum Pythagoreum (41) aliquoties laudat. Adde quod Pythagoras testis adhibetur ab Æliano (42) de animal. lib. XVII cap. 8 et 9, itemque ab Athenæo (43) lib. IV p. 183 F. et lib. XIV p. 634 A, in iis quæ *de rubro mari* commentatus erat. Verum hæc alius Pythagoræ fuisse viri docti suspicati sunt. Si Plinium sequimur nat. hist. lib. XXIV, 17, Samius philosophus de herbarum virtutibus singulari volumine egit, quod alii Cleemporo medico assignabant. « Sed Pythagoræ, inquit, pertinax fama antiquitasque vindicant : et id ipsum auctoritatem volumini affert, si quis alius curæ suæ opus illo viro dignum judicavit, quod fecisse Cleemporum, quum alia suo et nomine ederet, quis credat? » Denique Isidorus Orig. III, 2 : « Numeri, inquit, disciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant conscripsisse. » Similiter Malalas Chronogr. lib. VI p. 159 ed. Bonn. : καὶ ὁ προειρημένος δὲ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τὴν ἀριθμητικὴν συνεγράψατο. At uterque fallitur magistro pro discipulis ac successoribus nominato. Neque minor est Malalæ (44) et Cedreni error qui historiam belli inter Cyrum et Samios gesti a Pythagora litteris mandatam esse affirmant. Taceo magica quædam opuscula posterioribus sæculis Pythagoræ supposita, quæ partim divulgata sunt partim etiam nunc in codicibus manu exaratis exstant (45). Agmen claudant Samii philosophi ejusque sectatorum epistolæ, quæ ab hominibus male sedulis olim conflictæ Orelliana potissimum editione (46) celebratæ sunt.

Quemadmodum vero qui ad rationis Pythagoreæ normam vitam dirigebant se suaque omnia præceptori velut consecrantes in librorum suorum frontibus Pythagoræ nomen inscribebant : sic eosdem ferunt, si quid in disputando contenderent, quum ex illis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos : Ipse dixit (47). Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. Quæ res eam vim habuit, ut procedente tempore paullatim magistri decreta cum discipulorum ac sectatorum placitis confunde-

τωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρᾳ. De *Sacro* Sermone hæc leguntur apud Jamblichum vit. Pyth. 28 : οὐκ ἔτι δὴ οὖν ἀμφίβολον γέγονε, τὸ τὰς ἀρρήτους παρὰ Ὀρφέως λαβόντα Πυθαγόραν, συντάξαι τὸν περὶ θεῶν λόγον, ὃν καὶ Ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπεγράψαμεν, ὡς ἂν ἐκ τοῦ μυστικωτάτου ἀπευθυμμένον περὶ Ὀρφεϊτόπου, εἴτε ὄντως τοῦ ἀνδρός, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, σύγγραμμά ἐστιν, εἴτε Τηλαύγους, ὡς ἔνιοι τοῦ διδασκαλείου ἐλλόγιμοι καὶ ἀξιόπιστοι διαβεβαιοῦνται, ἐκ τῶν ὑπομνημάτων τῶν Δαμοῖ τῇ θυγατρὶ ἀπολειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου. Diodorus Siculus lib. I, 98 item Pythagoræ istud commentariolum ascribit his verbis : Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμούς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῷον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Sed Cercopem Pythagoreum ejus auctorem nuncupat Epigenes apud Clement. Alex. Strom. lib. I p. 333 A. Ait enim Clemens : Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκοπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου Κατάβασιν καὶ τὸν ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ πέπλον καὶ τὰ φυσικὰ Βροντίνου. At modo Pythagoram modo Orpheum Sacri sermonis conditorem habebant. Vide dissertationem de Orpheo vol. I p. 163 et fragm. Orph. XLVIII p. 185. Cæterum ab hoc libro sine dubio diversus fuit *Sacer* Arignotes *Sermo*, quum Bacchica solum et Cereris mysteria contineret. Suidas v. Ἀριγνώτη· συνέταξε τάδε· Βακχικά· ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγράμματα. Γράφεται δὲ καὶ Ἱερὸς λόγος κτλ.

(38) Diogenes Laertius lib. VIII, 8 : Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν ἕνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Αὐτοῦ λέγουσι καὶ τοὺς κατασκοπιάδας οὐ (leg. κατασκόπους ὧν) ἡ ἀρχή· Μὴ ἀναίδευ (leg. ἀναιδεύου) μηδενί. — (39) Tzetzes Chiliad. lib. II, 55 : Ὁ Πυθαγόρας δὲ, υἱὸς Μνησάρχου τοῦ Σαμίου, Οὐ μόνον προεγίνωσκε καλῶς αὐτὸς τὰ πάντα, Ἀλλὰ γε καὶ τοῖς χρήζουσι τὰ μέλλοντα γινώσκειν Προγνωστικὰ κατέλειψε διάφορα βιβλία. — (40) Proclus in Tim. p. 141 D : καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι τὸν ὀφθαλμὸν ἀνάλογον εἶναι τῷ πυρὶ δείκνυσιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ πρὸς Ἄβαριν λόγῳ. — (41) Proclus in Tim. pag. 269 B : πρόεισι γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμός, ὡς φησιν ὁ Πυθαγόρειος εἰς αὐτὸν ὕμνος. Cf. Fragm. Philos. vol. I pag. 200. — (42) Ælianus de animal. lib. XVII cap. 8 : Πυθαγόρας ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης λέγει ζῷόν τι γίνεσθαι κτλ. Cf. cap. 9 fin. — (43) Athenæus lib. IV p. 183 F : Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης ἄρτης. Id. lib. XIV p. 634 A : μετὰ δὲ ταῦτα ζητήσεως γενομένης περὶ σαμβύκης, ἔφη ὁ Μασούριος ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν ἐποποιὸν ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων, χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Ἤρθους καὶ Τρωγλοδύτας, τετραχόρδῳ ὄντι· ἱστορεῖν δὲ τοῦτο Πυθαγόραν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. — (44) Malalas Chronogr. lib. VI p. 158 ed. Bonn. : περὶ οὗ πολέμου Κύρου καὶ τῶν Σαμίων ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας ὁ Σάμιος συνεγράψατο, ὅστις καὶ εἶπεν αὐτὸν Κῦρον τεθνάναι εἰς τὸν πόλεμον. Cf. Cedrenus p. 138. — (45) Vid. Fabric. Bibl. Græc. vol. I p. 790 seq. ed. Harl. — (46) Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoreorum quæ feruntur epistolæ ed. Orellius Lipsiæ 1815. — (47) Cicero de nat. deor. lib. I, 5. Clemens Alexandrinus Strom. lib. II p. 159 : ἄτοπον τοὺς μὲν Πυθαγόρου

rentur. Atque ipsius quidem Pythagoræ discipulos antiquorum nonnulli Pythagoricos, horum vero discipulos Pythagoreos, sapientiæ denique Pythagoreæ æmulos Pythagoristas vocarunt (48). Fatendum tamen hæc discrimina sæpe negligi. Nos pauca de magistri præceptis præfati deinceps de Archyta, Philolao cæterisque quibus fragmenta attribuuntur dicemus. Primum omnium sectæ hujus consilium ex ejus origine repeti convenit. Nactus est Pythagoras duplicis generis magistros, alios rerum divinarum studiosos, Pherecydem et Epimenidem, alios Ionicos philosophos, qui physici nominabantur, velut Anaximandrum. Ex his igitur duabus disciplinis eum sua dogmata finxisse et copulasse nemo negabit. Videamus quid inter illos deorum contemplatores sive theologos et hos physicos intercesserit idque discrimen Plutarcho auctore explicemus qui in libro de oraculorum defectu cap. 48 vol. IX p. 379 ed. Hutten. ita fere disserit (49) : « Omnino quum duæ sint omnis ortûs causæ, id est mens agens et materia patiens, antiquissimi theologi, quos Orphicos nuncupant, et poetæ soli præstantiori animum advertentes omnibus rebus explanandis hoc pervulgatum dictum adhibuerunt : *Jupiter caput, Jupiter medium. E Jove cuncta sunt* (Vid. Philos. Gr. fragm. vol. I, fragm. Orph. VI vs. 11 pag. 169), ad naturales autem ac necessarias causas nunquam accesserunt. Qui vero postea exstitere physicorum nomine appellati a pulcherrimo illo ac divino principio aberrarunt, omnia corporibus eorumque affectionibus, ictibus, mutationibus, temperamento denique tribuentes. Quo fit, ut utrorumque ratio imperfecta sit, quoniam hi rerum auctorem et effectorem, illi earum materiam et instrumenta ignorant vel omittunt. » Utrorumque igitur bona suis institutis colligare et complecti Pythagoras conatus est. Quocirca e theologorum disciplina retinuit numinum et geniorum in rebus humanis vim et efficaciam eorumque placandorum rationem, divinationem, animi purgationem, præmia et pœnas post mortem : a physicis autem sumsit naturæ explicationem, ut in rerum causis reddendis materiæ indolem ac præstantiam patefaceret. Cæterum hoc etiam nomine a naturæ interpretibus diversus fuit, quod quum illi in rerum corporearum ac singularium investigatione versarentur, ipse ab initiis latissime patentibus et remotis a corporea compage notionibus profectus ad interiorem naturæ cognitionem perspectarumque ejus latebrarum laudem pervenire tentabat. Immortalitatem quidem animorum a Pherecyde celebratam Ionicorum doctrinæ accommodavit allatisque argumentis probavit. Qua de re Cicero Tuscul. I, 16 : « Quod litteris exstet, inquit, Pherecydes Syrius primus dixit animos esse hominum sempiternos. Hanc opinionem

---

τοῦ Σαμίου ζηλωτὰς τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις παραιτουμένους, τὸ Αὐτὸς ἔφα πίστιν ἡγεῖσθαι, καὶ ταύτῃ ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ φωνῇ πρὸς βεβαίωσιν ὧν ἀκηκόασι, τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας ἀπιστεῖν ἐπιχειροῦντας ἀξιοπίστῳ τῷ διδασκάλῳ, τῷ μόνῳ σωτῆρι θεῷ, βασάνους τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖν παρ' αὐτοῦ. Gregorius Nazianzenus orat. I in Julian. p. 296 : ἡμέτεροι οἱ λόγοι καὶ τὸ ἑλληνίζειν, ὧν καὶ τὸ σέβειν τοὺς θεούς· ὑμῶν δὲ ἀλογία καὶ ἡ ἀγροικία καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ Πίστευσον τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. Οὐκ ἂν μέν, οἶμαι, τούτου καταγελάσαιεν οἱ παρ' ὑμῖν τὰ Πυθαγόρου φιλοσοφοῦντες, οἷς τὸ Αὐτὸς ἔφα τὸ πρῶτον καὶ μέγιστόν ἐστι τῶν δογμάτων καὶ τῶν χρυσῶν ἐπῶν, εἴτε οὖν μολυβδῶν, αἱρετώτερον. Μετὰ γὰρ τὴν πρώτην καὶ πολυύμνητον τοῖς τὰ ἐκείνου τελουμένοις φιλοσοφίαν τῆς σιωπῆς, ἵνα λόγου μέτρα σιωπᾷν ἀσκηθῶσιν, ἔννομον, φησίν, ἦν ὅτιοὖν τῶν δογμάτων ἐρωτωμένοις ἔπειτ' ἀποφαινομένοις, ἀπαιτουμένου καὶ λόγου, ἄλλο μὲν μηδὲν ἀποκρίνεσθαι, ὅτι δὲ Πυθαγόρᾳ τοῦτ' εἴη δεδογμένον, καὶ λόγον εἶναι τοῦ δόγματος, τὸ παραστὰν ἐκείνῳ ἀνεύθυνόν τε καὶ ἀβασάνιστον, εἰς ταυτὸν ἥκοντας τοῦ Αὐτὸς ἔφα τῷ παρ' ἡμῖν Πίστευσον ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς τε καὶ ῥήμασι, κἂν εἰ μὴ παύσεσθε κωμῳδοῦντες τοῦτο καὶ διασύροντες. Βούλεται γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος, μὴ ἐξεῖναι διαπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν θειοτέρων ἀνδρῶν εἰρημένοις, ἀλλ' ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ λόγου τὸ ἐκείνων ἀξιόπιστον πάσης δυνάμεως λογικῆς καὶ ἀντιλογικῆς ἰσχυρότερον. Cf. Cyrillus lib. III Comment. in Isaiam cap. 32, et Hermias in Irrisione gentil. phil. Inepte Suidas ipsi Pythagoræ hoc αὐτὸς ἔφα ascribit. Ait enim : αὐτὸς ἔφα· τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον· οὗτος γὰρ ἀποσεμνύνων τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν· Αὐτὸς ἔφα, ἀντὶ εἶπεν, οὐκ ἐμός, ἀλλὰ θεοῦ λόγος ἐστίν. — (48) Anonymus scriptor vitæ Pythagoræ apud Photium : καὶ οἱ αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγενόμενοι ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί, οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ Πυθαγόρειοι, οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ Πυθαγοριασταί. Eadem verba exstant apud Suidam v. Πυθαγόρας et apud græcum Theocriti interpretem ad Idyll. XIV vs. 5 qui addit : διαφέρουσι δὲ Πυθαγορικοὶ τῶν Πυθαγοριαστῶν, ὅτι οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ πᾶσαν φροντίδα ποιοῦνται τοῦ σώματος, οἱ δὲ Πυθαγοριασταὶ περιεστολμένῃ καὶ αὐχμηρᾷ διαίτῃ χρῶνται. Τινὲς δὲ Πυθαγοριστὰς λέγουσι τοὺς ἀποδεχομένους τὰ Πυθαγόρου, μὴ ὄντας δὲ τῆς ἐκείνου δόξης, Πυθαγορικοὺς δὲ τοὺς οὕτω φρονοῦντας ὡς ἐκεῖνος καὶ κατὰ Πυθαγόραν διαιτωμένους. Jamblichus vit. Pyth. cap. 18 : κατὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, τοὺς δὲ Πυθαγοριστάς, ὥσπερ ἀττικούς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρους δὲ ἀττικιστάς· διελὼν οὕτω πρεπόντως τὰ ὀνόματα, τοὺς μὲν γνησίους εἶναι ἐνιστήσατο, τοὺς δὲ ζηλωτὰς τούτων ὀκλοῦσθαι ἐνομοθέτησε.

(49) Plutarchus de orac. def. cap. 48 vol. IX p. 379 ed. Hutten. : καθόλου γάρ, ὡς φημι, δύο πάσης γενέσεως αἰτίας ἐχούσης, οἱ μὲν σφόδρα παλαιοὶ θεολόγοι καὶ ποιηταὶ τῇ κρείττονι μόνῃ τὸν νοῦν προσέχειν εἵλοντο, τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν ἐπιφθεγγόμενοι πᾶσι πράγμασι· Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται· ταῖς δ' ἀναγκαίαις καὶ φυσικαῖς οὐκέτι προσῆκαν αἰτίαις. Οἱ δὲ νεώτεροι τούτων καὶ φυσικοὶ προσαγορευόμενοι τοὐναντίον ἐκείνοις τῆς καλῆς καὶ θείας ἀποπλανηθέντες, ἐν σώμασι καὶ πάθεσι σωμάτων πληγαῖς τε καὶ μεταβολαῖς καὶ κράσεσι τίθενται τὸ σύμπαν. Ὅθεν ἀμφοτέροις ὁ λόγος ἐνδεὴς τοῦ προσήκοντός ἐστι, τοῖς μὲν τὸ δι' οὗ καὶ ὑπ' οὗ, τοῖς δὲ τὸ ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ἀγνοοῦσιν ἢ παραλείπουσιν.

discipulus ejus Pythagoras maxime confirmavit. » Apparent autem dogmatum vestigia Ionicorum familiæ propria. Nam Pythagoras quum statueret animum esse æthereum igneumve per totam rerum naturam intentum et commeantem (50), humanos animos e divina mente delibatos esse censuit. Idem plantis quoque inesse animas ex eodem fonte ductas arbitratus est, propter quas animantes illas appellavit. At animus humanus non ex sola substantia divina Pythagora judice constat. Hunc in duas partes divisit, quarum alteram rationis participem fecit, alteram expertem. In participe rationis posuit tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam; in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi (51). Audiamus Timæum Locrum (52) in libello de anima mundi hanc rem ita illustrantem : « Animi humani, inquit, alia portio est rationalis et intelligens, alia irrationalis et insipiens. Rationalis portionis melior pars est ἐκ τᾶς ταυτῶ φύσιος sive ex substantia naturæ immutabilis sibique semper constantis. Deterior est ἐκ τᾶς τῶ ἑτέρω sive ex substantia naturæ mutabilis et inconstantis. Utraque in capite collocata est, ut reliquæ partes ei serviant. Irrationalis portionis duæ sunt partes, altera irritabilis quæ circa cor versatur, altera concupiscens quæ circa jecur habitat. » Hujus igitur duplicis materiæ temperamento et harmonia vigentem animum numerum esse decrevit qui se ipse moveret. Nam et alia cunctorumque principia numeris significabat. Quippe deum ut primum rerum auctorem unitatem vocabat, materiam vero, tanquam secundo loco positam patientemque causam, binarium numerum (53). Sed de Pythagoricis numeris alius erit dicendi locus : videamus de animi post hanc vitam statu. Igitur animi pars melior est immortalis, deterior mortalis, non quidem ita, ut post mortem corporis statim exstinguatur, sed ut deleri tamen possit et post multorum annorum spatium intereat, melioremque partem vivam puramque relinquat. Sic certe Pythagoram et plerosque ejus discipulos de animorum, qui corporibus elapsi sunt, sorte sensisse, fuse docent Jamblichus apud Stobæum Eclog. Phys. lib. I cap. 52 tom. II p. 1064 ed. Heeren. (54) et præcipue Proclus Comment. in Plat. Tim. pag. 311 (p. 754 ed. Schneider.). Neque quisquam infitias ibit, ex eadem Pythagoreorum opinione manasse illud Virgilii effatum Æn. VI, 745 :

> Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
> concretam exemit labem purumque reliquit
> ætherium sensum atque aurai simplicis ignem.

Jam vero animus e corporis vinculis tanquam e carcere evolans servata lineamentorum similitudine corporis figuram retinet. Et hæc quidem figurâ adhæret non illi meliori parti et intelligenti, sed deteriori crassiorique quæ in conspectum cadit. Cæterum opinionem de animo

---

(50) Cicero de senect. 21; de natur. deor. I, 11. Diog. Laert. lib. VIII, 28 : καὶ ζῆν μὲν πάντα ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ ζῷα εἶναι. Ψυχὴν μέντοι μὴ ἔχειν πάντα· εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ τῷ συμμετέχειν ψυχροῦ αἰθέρος. Διαφέρειν τε ψυχὴν ζωῆς, ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτήν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται ἀθάνατόν ἐστι.

(51) Cicero Tusc. IV, 5. — (52) Timæus Locrus : τᾶς μὲν γὰρ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς τὸ μὲν λογικόν ἐστι καὶ νοερόν, τὸ δ' ἄλογον καὶ ἄφρον. Τῶ δὲ λογικῶ τὸ μὲν κρέσσον ἐκ τᾶς ταὐτῶ φύσιος, τὸ δὲ χέρειον ἐκ τᾶς τῶ ἑτέρω. Ἑκάτερον δὲ περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται, ὡς τἆλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετεῖν τούτῳ, καθάπερ ὑπάτῳ τῶ σκάνεος ἅπαντος. Τῶ δ' ἀλόγῳ μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς περὶ τὰν καρδίαν, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν περὶ τὸ ἧπαρ. — (53) Plutarchus de plac. phil. I, 7 : Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεόν, καὶ ἀγαθόν, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, δαίμονα καὶ τὸ κακόν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος· ἔστι δὲ καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος. — (54) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 52 tom. II p. 1064 ed. Heeren. : οὐ μὴν ἔτι γε τοῖς ἀρχαιοτέροις περὶ τοῦδε συμφωνοῦσιν οἱ Πλατωνικοὶ καὶ Πυθαγόρειοι, πάσας δὲ αὐτὰς ὑπάγουσιν ὑπὸ τὴν κρίσιν. Ὡσαύτως μὲν οὖν περὶ τῆς δίκης, οἱ μὲν παλαιότεροι τὰς ἀχράντους ψυχὰς καὶ τὰς ὁμονοητικῶς συναρξείσας τοῖς θεοῖς ἐντεῦθεν ἤδη τοῖς θεοῖς ἐντιθέασι, καὶ ἐκβαινούσας τῶν σωμάτων ἄνευ τῆς δίκης ἀνάγουσιν εἰς τοὺς θεούς· οἱ δὲ Πλατωνικοὶ πάσας μετὰ τὴν δίκην εἰς τὴν οὐσίαν ἀπὸ τῆς γενέσεως ἀπολύουσι. Γένοιτο δ' ἂν περὶ τῆς καθάρσεως ἡ αὐτὴ ἁμαρτῆσαι· οἱ γὰρ αὐτοὶ μὲν ἄνδρες καὶ ταύτης ὑπερέχειν φασὶ τὰς ψυχὰς ὅσαι θεοῖς συνάπτονται· οἱ δ' ἄλλοι πάλιν οἱ μὲν περιόδους τῆς ψυχῆς περικοσμίους καθάρσεως εἶναι διατάττονται, ὥσπερ τινὲς Πλατωνικοί· ᾧ δὲ καὶ τούτων αὐτὴν ὑπερέχουσαν προτάττουσιν, ὥσπερ δὴ λέγει Πλωτῖνος. Proclus Comment. in Plat. Tim. pag. 311 (p. 754 ed. Schneider.) : τί τὸ ἀθάνατόν ἐστι τοῦτο, καὶ τί τὸ ἄνητόν, ἐζήτηται παρὰ τοῖς τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταῖς, καὶ οἱ μὲν τὴν λογικὴν ψυχὴν μόνην ἀθάνατον ἀπολείποντες φθείρουσι τήν τε ἄλογον ζωὴν σύμπασαν καὶ τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς ψυχῆς, κατὰ τὴν εἰς γένεσιν βοπὴν τῆς ψυχῆς τὴν ὑπόστασιν διδόντες αὐτοῖς μόνον τε νοῦν ἀθάνατον διατηροῦντες ὡς μόνον καὶ μένοντα καὶ ὁμοιούμενον τοῖς θεοῖς καὶ μὴ φθειρόμενον, ὥσπερ οἱ παλαιότεροι καὶ ἔπεσθαι τῇ λέξει κρίναντες, ὅτ' ἐς ὁ Πλάτων φθείρει τὴν ἄλογον, ἀνητὴν αὐτὴν καλῶν, τοὺς Ἀττικοὺς λέγω καὶ Ἀλδίνους καὶ τοιούτους τινάς· οἱ δὲ τούτων μετριώτεροι, ὥσπερ οἱ περὶ Πορφύριον, καὶ πρότερον παραιτοῦνται μὲν τὴν καλουμένην φθορὰν κατασκευάννυναι τοῦ τε ὀχήματος καὶ τῆς ἀλόγου ψυχῆς, ἀναστοιχειοῦσθαι δὲ αὐτὰ φασι καὶ ἀναλύεσθαί τινα τρόπον εἰς τὰς σφαίρας, ἀφ' ὧν τὴν σύνθεσιν ἔλαχε, φυράματα δὲ εἶναι ταῦτα ἐκ τῶν οὐρανίων σφαιρῶν, καὶ κατιοῦσαν αὐτὰ συλλέγειν τὴν ψυχήν, ὥστε καὶ εἶναι ταῦτα καὶ μὴ εἶναι, αὐτὰ δὲ ἕκαστα μηκέτι εἶναι μηδὲ διαμένειν τὴν ἰδιότητα αὐτῶν· καὶ δοκοῦσιν ἔπεσθαι τοῖς λογίοις ἐν τῇ καθόδῳ τὴν ψυχὴν λέγουσι συλλέγειν αὐτὸ λαμβάνουσαν αἴθρης μέρος ἡελίου τε σελήνης τε καὶ ὅσα ἠέρι

corporis figuram exprimente, quæ usque ab heroicis ducta temporibus vulgi potius quam eruditorum erat, Pythagoras ad reliqua placita sua aptavit. Ac primum quidem hanc animi partem e materia volebat constare, ut ejus interventu pars melior cum corpore agere posset. Deinde hæc ipsa deterior et irrationalis atque adeo concreta pars per totum corpus erat diffusa ejusque figuram assumebat. Quam rationem postea Democritus aliique veterum secuti rem mirificam suis scitis convenienter uberius exposuerunt. Vid. Democrit. fragm. pag. 400. Sed Pythagoras (55) putavit, animum e corpore exturbatum procul a terra per aerem retenta corporis similitudine ac figura vagari : Mercurium autem custodem esse animarum ideoque vocari Ductorem, Janitorem et Infernum, quod animas e corporibus simul a terra simul e mari deduceret. Et puras quidem in locum altissimum compelli, impuras vero nec puris nec invicem appropinquare, sed a Furiis constringi vinculis tenacissimis. Neque tamen hic impurarum animarum status permanet, sed migrandum iis est (56) per varia deinceps corpora vel hominum vel bestiarum vel plantarum aliarumque rerum, donec post certas annorum conversiones mutationum orbem confecerint. Hæc est celeberrima illa animarum migratio quam et philosophorum acumine defensam et poetarum versibus amplificatam sæpenumero antiqui exaggerant. Eam Pythagoras cum antiquioribus Græcis (57) qui in ista re ab Ægyptiorum doctrina non discedebant, sic informavit, ut μετενσωμάτωσιν sive μετεμψύχωσιν (58) proprio sensu intelligeret. Neque Plato (59), diligens veteris sapientiæ interpres, quotiescunque hujus placiti tam in Pythagoreorum scholis quam in Orphicis (60) mysteriis traditi mentionem movet, aliter de eo judicavit, etsi excepto Plotino (61) posteriores Platonici et Pythagorei, Jamblichus (62), Olym-

---

συνέχονται· πρὸς οὓς ἐπακτέον τὰ τοῦ Πλάτωνος οὐκ ἐναργῶς φθείροντα πᾶν τὸ ἄλογον. Τρίτοι δὲ αὖ εἰσιν οἱ πᾶσαν φθορὰν ἀνελόντες ἀπό τε τοῦ ὀχήματος καὶ τῆς ἀλογίας καὶ εἰς ταυτὸν ἄγοντες τήν τε τοῦ ὀχήματος διαμονὴν καὶ τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ τὸ θνητὸν ἐπ' αὐτοῦ τὸ σωματοειδὲς καὶ περὶ τὴν ὕλην ἐπτοημένον καὶ ἐπιμελούμενον τῶν θνητῶν ἐξηγούμενοι, ὡς Ἰάμβλιχος οἴεται καὶ ὅσοι τούτῳ συνάδειν ἀξιοῦσι, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀπὸ τῶν σωμάτων τῶν θείων αὐτῷ διδόντες τὴν ὑπόστασιν, ἵνα δὴ γενόμενον ἐκ κινουμένων αἰτίων καὶ μεταβλητὸν ᾖ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτῶν τὸν κόσμον κατευθυνόντων καὶ πάντα διαιωνίως ποιούντων. — (55) Alexander Polyhistor ap. Diog. Laert. lib. VIII, 31 : ἐκριφῆσαν δὲ αὐτὴν ἐπὶ (leg. ἀπὸ) γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι, ὁμοίαν τῷ σώματι. Τὸν δὲ Ἑρμῆν τιμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν· καὶ διὰ τοῦτο Πομπέα λέγεσθαι καὶ Πυλαῖον καὶ Χθόνιον, ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει (leg. προπέμπει) ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης. Καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον, τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐριννύων. — (56) Conf. Timæus Locrus de an. mundi extr., Plato Tim. p. 90 seq.; Philolaus ap. Clem. Alex. Strom. lib. III pag. 433 A; Sext. Emp. IX, 127. (57) De Philolao hæc Clemens Alexandrinus p. 433 A : ἄξιον δὲ καὶ τῆς Φιλολάου λέξεως μνημονεῦσαι· λέγει γάρ ὁ Πυθαγόρειος ὧδε· Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας ἃ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται. Cf. Athen. IV pag. 157 C. Cum Philolai verbis conferre licet Empedoclea apud Plutarch. de exsil. p. 607 (fragm. vs. 3-10) : εὐτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ Δαίμων, οἵτε βίοιο πελόγχασι μακραίωνος, τρὶς μὶν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι, γεινόμενον παντοῖα διὰ χρόνου εἴδεα θνητῶν κτλ. — (58) Olympiodorus cod. III p. 27 apud Wyttenbachium ad Platonis Phæd. p. 81 ed. Steph. rectissime ait τὴν μετεμψύχωσιν quæ dicitur migratio animæ in alia corpora potius μετενσωμάτωσιν dicendam fuisse; μετεμψύχωσις enim grammaticæ legibus convenienter significare ejusmodi animarum migrationem, qua aliæ deinceps animæ in idem corpus migrent. Herodotus lib. II, 123 : πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος ἐς ἄλλο ζῷον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. Τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἱ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω. Vid. Phil. Græc. fragm. vol. I de Empedocle pag. XIX. — (59) Plato in Timæo p. 62; item in Phædone p. 81 : εἰκὸς μέντοι ..... καὶ οὔ τί γε τὰς τῶν ἀγαθῶν ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων, αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς, κακῆς οὔσης. Καὶ μέχρι γε τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν τῇ τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος τοῦ σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεθῶσιν εἰς σῶμα. Ἐνδοῦνται δέ, ὥσπερ εἰκός, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖ' ἄττ' ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ .... οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὕβρεις καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας καὶ μὴ διευλαβηθέντας εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι.— (60) Vid. Lobeck. Aglaoph. T. II p. 795.— (61) Plotinus Ennead. III lib. IV p. 284 : ἐξελθοῦσα δὲ (ἡ ψυχὴ) ὅ, τι περ μάλιστα ἐπλεόνασε, τοῦτο γίνεται. Διὸ φεύγειν δεῖ πρὸς τὸ ἄνω, ἵνα μὴ εἰς τὴν αἰσθητικὴν ἐπακολουθοῦντες τοῖς αἰσθητοῖς εἰδώλοις, μηδὲ εἰς τὴν φυτικὴν ἐπακολουθοῦντες τῇ ἕρσει τοῦ γεννᾶν καὶ εἰδωλῶν λιχνείαις, ἀλλ' εἰς τὸ νοερὸν καὶ νοῦν καὶ θεόν. Ὅσοι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐτήρησαν, πάλιν ἄνθρωποι· ὅσοι δὲ αἰσθήσει μόνον ἔζησαν, ζῷα· ἀλλ' εἰ μὲν αἰσθήσει μετὰ θυμοῦ, τὰ ἄγρια, καὶ ἡ διαφορὰ ἡ ἐν τούτοις τὸ διάφορον τῶν τοιούτων ποιεῖ· ὅσοι δὲ μετ' ἐπιθυμίας καὶ τῆς ἡδονῆς τοῦ ἐπιθυμοῦντος, τὰ ἀκολαστότατα ζῴων καὶ γαστρίμαργα· εἰ δὲ μηδὲ αἰσθήσει μετὰ τούτων, ἀλλὰ νοθεία (leg. νοῦσις) αἰσθήσεως μετ' αὐτῶν, καὶ φυτά. Μόνον γὰρ τοῦτο ἢ μάλιστα ἐνέργει τὸ φυτικόν, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς μελέτη δενδρωθῆναι. Τοὺς δὲ φιλομούσους μὲν καθαρίους δὲ τὰ ἄλλα, εἰς τὰ ᾠδικά· τοὺς δὲ ἀλόγους βασιλέας, ἀετούς, εἰ μὴ ἄλλη κακία παρείη. Μετεωρολόγους δὲ ἄνευ φρονήσεως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀεὶ αἰρομένους, εἰς ὄρνεις μετεώρους ταῖς πτήσεσιν. Ὁ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν [int. μεμελετηκώς] ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἧττον ἀρετῆς πολιτικῆς μετέχων, πολιτικὸν ζῷον, μάλιστα (leg. μέλιττα) ἢ τὰ τοιαῦτα. Eandem rem suis argumentis confirmat Ennead. IV, lib. III, p. 381-398. — (62) De hoc et aliis sic Nemesius de Nat. hom. cap. 2 pag. 82 ed. Oxon. (pag. 115 ed. Matth.) : κοινῇ μὲν

piodorus (63), Proclus (64), Hierocles (65) de via majorum vestigiis trita deflexerunt partim negantes humanas animas in brutorum animalium corpora transire posse ipsumque Platonem ab eo dogmate abhorruisse contendentes (quæ Hieroclis sententia fuit), partim per inversionem quam Græci ἀλλ,ηγορίαν appellant Platonis verba interpretantes. Porphyrius quid statuerit non satis constat, etsi facile adducor ut Nemesio de Nat. hom. c. 2 p. 82 ed. Oxon. (p. 115 ed. Matthæi) eum antiquorum præceptum tenuisse dicenti potius credam quam Æneæ Gazæo in Theophrasto p. 16 novæ sententiæ propugnatoribus annumeranti, licet Æneæ similia habeat Augustinus de civit. Dei X, 30 (66). Sed utcunque est, fallitur Wyttenbachius ad Platonis Phædonem p. 81 ed. Steph. hanc sequentium sæculorum opinionem ei tribuens qui Mercurius dicitur apud Stobæum Ecl. Phys. p. 1000 (tom. I, p. 429 ed. Gaisf.). Hunc enim qui falso dei nomine superbit animorum immortalitatis et migrationis qualem veteres describunt vindicem fuisse ipsa ejus verba abunde probant (67). Quæ autem sequuntur eodem lemmate instructa cum

---

οὖν πάντες Ἕλληνες οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφηνάμενοι τὴν μετενσωμάτωσιν δογματίζουσι· διαφέρονται δὲ περὶ τὰ εἴδη τῶν ψυχῶν· οἱ μὲν γὰρ ἓν εἶδος τὸ λογικὸν εἶναι λέγουσι, τοῦτο δὲ καὶ εἰς φυτὰ καὶ εἰς τὰ τῶν ἀλόγων σώματα μεταβαίνειν, οἱ μὲν κατά τινας ῥητὰς χρόνων περιόδους, οἱ δὲ ὡς ἔτυχεν· ἄλλοι δὲ οὐχ ἓν εἶδος ψυχῶν, ἀλλὰ δύο, λογικόν τε καὶ ἄλογον· τινὲς δὲ πολλά, τοσαῦτα ὅσα τῶν ζώων τὰ εἴδη. Μάλιστα δὲ οἱ ἀπὸ Πλάτωνος περὶ τὸ δόγμα τοῦτο διηνέχθησαν· εἰπόντος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἁρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφιέννυσθαι, τὰς δὲ περὶ τὴν ἀκολασίαν ἠσχολημένας ὄνων καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σώματα, οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λύκους καὶ τοὺς λέοντας καὶ τοὺς ὄνους, οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διέγνωσαν, τὰ ἤθη διὰ τῶν ζώων παρεμφαίνοντα. Κρόνιος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ παλιγγενεσίας, οὕτω δὲ καλεῖ τὴν μετενσωμάτωσιν, λογικὰς πάσας εἶναι βούλεται· ὁμοίως δὲ καὶ Θεόδωρος ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ ὅτι ἡ ψυχὴ πάντα τὰ εἴδη ἐστί· καὶ Πορφύριος ὁμοίως. Ἰάμβλιχος δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις ὁρᾶμεν, κατ' εἶδος ζώων ψυχῆς εἶδος εἶναι λέγει, ἤγουν, εἶδη διάφορα· γέγραπται γοῦν αὐτῷ μονόβιβλον ἐπίγραφον, ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ζῷα ἄλογα, οὐδὲ ἀπὸ ζώων ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ζώων εἰς ζῷα, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους· καί μοι δοκεῖ μᾶλλον οὗτος, ἕνεκα τούτου, καλῶς κατεστοχάσθαι μὴ μόνον τῆς Πλάτωνος γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς κτλ. Similiter Æneas Gazæus in Theophrasto p. 16 ed. Barth.: Οἱ μὲν παλαιοὶ μυσταγωγοὶ τῶν λεγομένων μετεκίνησαν οὐδέν, εὖ εἰδότες ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ὁ Πλάτων μαθητὴς γενόμενος, καὶ παρ' ἐκείνων διαταθρυλλημένος τὰ ὦτα ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ πάντα ζῷα μεταβαίνει, πανταχοῦ τῶν λόγων διασπείρει τὸ δόγμα. Πλωτῖνος γοῦν καὶ Ἀμοκρατίων ἀμέλει καὶ Βοηθὸς (leg. Βόηθος ut apud Strabonem XIV, 674 quod restituit Meinekius) καὶ Νουμήνιος τὸν τοῦ Πλάτωνος ἰχτῖνον παραλαβόντες, ἰχτῖνον ἀποδιδόασι, καὶ τὸν λύκον λύκον, καὶ τὸν ὄνον ὄνον, καὶ ὁ πίθηκος αὐτοῖς οὐκ ἄλλο ἢ τοῦτο, καὶ ὁ κύκνος οὐκ ἄλλος ἢ κύκνος νομίζεται· καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἐμπίπλασθαι τὴν ψυχήν, δυνατὸν εἶναι λέγουσι καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐξεικάζεσθαι· ᾧ γοῦν ὁμοιώθη, κατὰ τοῦτο φέρεται, ἄλλη ἄλλο ζῷον ὑποδῦσα. Ἐπιγενόμενοι δὲ Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος, καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν σοφίᾳ περιφρονοῦντες, καὶ ἐρυθριῶντες τὸν Πλάτωνος ὄνον καὶ λύκον καὶ ἰχτῖνον, καὶ κατανοήσαντες ὡς ἄλλη μὲν λογικῆς ψυχῆς ἡ οὐσία, ἄλλη δὲ ἀλόγου, καὶ ὅτι οὐ μετανίστανται, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι οἷαι τὸ πρῶτον προῆλθον· οὐ γὰρ τῇ ψυχῇ τὸ λογικὸν συμβεβηκὸς ὡς μεταχωρεῖν, ἀλλ' οὐσίας διαφορὰ βεβαίως ἱδρυμένη· καὶ ὅλως ἀδύνατον τὸν λόγον εἰς ἀλογίαν μετατίθεσθαι, εἰ μὴ καὶ τὸ ἄλογον φήσουσιν ὑφαρπάζειν τοῦ λόγου τὴν φύσιν· ταῦτα ὀφέ ποτε διαλογισάμενοι, ὑπερηδήσαντες τὰ ἄλογα τῶν ζώων μεταβαλόντες οὐκ εἰς ὄνον φασὶν ἀλλ' ὀνώδη ἄνθρωπον (leg. cum Wyttenb. ζώων, μετέβαλον αὐτὰς οὐκ εἰς ὄνου φύσιν, ἀλλ' εἰς ὀνώδη ἄνθρωπον)· οὐ γὰρ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν τῶν σωμάτων μορφήν, μεταμαίσχεσθαι, ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς σκηνῆς οἱ τῆς τραγῳδίας ὑποκρίται, οἱ νῦν μὲν τὸν Ἀλκμαίωνα, νῦν δὲ τὸν Ὀρέστην ὑποκρίνονται κτλ. — (63) Olympiodorus cod. III, p. 27 apud Wyttenbachium l. c. — (64) Proclus ad hæc Platonis in Timæo verba εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται p. 329 (p. 801 ed. Schneid.) adnotat: εἰ δ' οὖν καὶ ὅτι Πλατωνικὸς ὁ λόγος ὑπομνῆσαι χρή, παραθετέον, ὅτι τε ἐν Πολιτείᾳ τὴν ψυχὴν τοῦ Θερσίτου πίθηκον ἐνδύεσθαί φησιν, ἀλλ' οὐ σῶμα πιθήκειον, καὶ ἐν Φαίδρῳ κατιέναι εἰς βίον θήρειον, ἀλλ' οὐχὶ εἰς σῶμα θήρειον· ὁ γὰρ βίος μετὰ τῆς οἰκείας ἐστὶ ψυχῆς· καὶ ἐν τούτοις μεταβάλλειν εἰς θήρειον φύσιν· ἡ γὰρ θήρειος φύσις οὐκ ἔστι τὸ σῶμα τὸ θήρειον, ἀλλ' ἡ ζωὴ τοῦ θηρίου. — (65) De Hierocle vide Philos. Græc. Fragm. vol. I pag. 469 seq. — (66) Augustinus de civit. dei X, 30: « Platonem animas hominum post mortem revolvi usque ad corpora bestiarum scripsisse, certissimum est. Hanc sententiam Porphyrii doctor tenuit Plotinus: Porphyrio tamen jure displicuit. » Cf. XII, 20. XXII, 27. Sed e Platonis mente videtur loqui apud Stobæum Ecl. Phys. pag. 1052 (vol. I p. 463 ed. Gaisford.): ὧν μὲν γὰρ ἐν τῇ μεταβολῇ καὶ γενέσει τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐξανθοῦν ἐπικρατεῖ καὶ δυναστεύει, τούτοις εἰς νωθῆ καὶ σώματα (del. καὶ post νωθῆ; vulg. ἴσον ὠθᾶ καὶ, quod Canterus mutabat in εἰς ὀνώδη. Cf. Photius et Suidas in v. Κηφισόδωρος; sed Harpocrationis etiam libri plerique νωθῆ;) καὶ βίους θολερούς καὶ ἀκαθάρτους ὑπὸ φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας φησὶ γενέσθαι τὴν μεταβολήν. — (67) Ἑρμῆς ἐκ τῶν πρὸς Τὰτ apud Stobæum Eclog. Phys. pag. 1000 (tom. I pag. 429 ed. Gaisf.): Οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς, ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς, τῆς τοῦ παντός, πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν αὗται, αἱ ἐν τῷ παντὶ κόσμῳ κυλινδούμεναι, ὥσπερ ἀπονενεμημέναι; τούτων τοίνυν τῶν ψυχῶν πολλαὶ αἱ μεταβολαί, τῶν μὲν εἰς τὸ εὐτυχέστερον, τῶν δὲ εἰς τὸ ἐναντίον. Αἱ μὲν γὰρ ἐρπετώδεις οὖσαι εἰς ἔνυδρα μεταβάλλουσιν, αἱ δὲ ἔνυδροι εἰς χερσαῖα, αἱ δὲ χερσαῖαι εἰς πετεινά, αἱ δὲ ἀέριαι ἐν ἀνθρώπους, αἱ δὲ ἀνθρώπιναι ἀρχὴν ἀθανασίας ἔχουσιν εἰ δαίμονας μεταβάλλουσαι, εἶθ' οὕτως εἰς τὸν τῶν θεῶν χορὸν χοροὶ δὲ δύο θεῶν, ὁ μὲν τῶν πλανωμένων, ὁ δὲ τῶν ἀπλανῶν. Καὶ αὕτη ψυχῆς ἡ τελειοτάτη δόξα. Ψυχὴ δὲ εἰς ἀνθρώπους ἐλθοῦσα, ἐὰν κακὴ μείνῃ, οὔποτε παύεται ἀθανασίας, παλίσσυτος δὲ τὴν ὁδὸν ὑποστρέφει τὴν ἐπὶ τὰ ἑρπετά. Καὶ αὕτη καταδίκη ψυχῆς κακῆς. Κακία δὲ ψυχῆς κακῆς ἀγνωσία. Ψυχὴ γὰρ μηδὲν ἐπιγνοῦσα τῶν ὄντων, μηδὲ τὴν τούτων φύσιν μηδὲ τὸ ἀγαθόν, τυφλώττευσα δὲ ἐντυγχάσσει τοῖς σωματικοῖς πάθεσι, καὶ ἡ κακοδαίμων ἀγνοήσασα ἑαυτὴν δουλεύει σώμασιν ἀλλοκότοις καὶ μοχθηροῖς, ὥσπερ φορτίον βαστάζουσα τὸ σῶμα καὶ οὐκέτ' ἄρχουσα ἀλλ' ἀρχομένη. Cum his non congruunt sequentia, etsi addito lemmate τοῦ αὐτοῦ. Sequuntur autem hæc: ψυχὴ δὲ ἀνθρωπίνη πᾶσα μὲν οὔ, ἡ δ' εὐσεβής, δαιμονία τίς ἐστι καὶ θεία. Καὶ ἡ τοιαύτη καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλα-

prioribus non consentiunt. Cæterum nemo mirabitur Timæum Locrum sub finem libri qui fertur περὶ ψυχᾶς κόσμω (68) de hoc dogmate ita loqui, ut ea quæ præ se fert ab inferioris ætatis magistris didicisse videatur. Recte enim viri docti libellum cujus nemo ante Clementem Alexandrinum (69) meminit ex antiquorum scriptorum numero exemerunt. Etiamsi vero arcana (70) Pythagoreorum disciplina olim fuit, ut quæ esset vera placitorum et symbolorum vis soli ejus sectæ homines scirent neque hodie nobis licet in omni philosophiæ parte ipsius Pythagoræ rationem a Pythagoricorum judiciis discernere, tamen quid ipse Pythagoras, qui se primum Æthaliden (71), deinde Euphorbum, tum Hermotimum, postea Pyrrhum fuisse jactabat antequam factus esset Pythagoras, de μετενσωματώσει senserit, a nemine unquam dubitatum est. Cæterum absoluto illo perpetuæ conversionis circuitu, quo accidit ut omnis generis animalium rerumque formas induant animi, non amplius in corpora includuntur, sed in altissimum cœli locum subvolant vel in deorum genus abeunt. Cujus rei testes proferre cum alios licet, tum Alexandrum Polyhistorem (72) et auctorem (73) aurei carminis vs. 70-71 ita scribentem : « Quodsi relicto corpore ad liberum ætherem commigraveris, eris immortalis deus, incorruptus, neque amplius morti obnoxius. » Ea vero felicitas contingere non potest nisi animis puris omnique labe carentibus. De quo argumento plura dixi in commentatione quæ Empedoclis reliquiis præposita est. Vid. Philos. Græc. fragm. vol. I p. XIII-XXVII. Quocirca Pythagoras (74) totum aerem plenum esse animarum contendit quæ pro geniis et heroibus haberentur, ab iisque somnia morborumque et prosperæ valetudinis signa hominibus objici, neque solum hominibus, verum etiam pecudibus et reliquis jumentis. Quin etiam ad hos genios referri voluit tum lustrationes tum scelerum expiationem divinationemque omnem et omina et cætera id genus. Divinationi magnam auctoritatem Pythagoras (75) tribuit, qui etiam ipse augur esse vellet. Itaque etiam quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubet (76). Ab eodem doctissimo viro illud dictum est, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis homines operam darent (77). Porro vetuit mortales injussu Imperatoris, id est Dei, de præsidio et statione vitæ decedere (78). Carnibus vesci cum ipse noluit, tum sodalibus suis abstinere ejusmodi edulibus persuasit, exercens et assuefaciens eos ad facilius vivendi genus, ut alimenta semper parabilia haberent, quippe qui cibos flammæ non indigos sumerent et simplicis aquæ potu contenti essent. Hinc enim et corporis sanitatem et ingenii acumen oriri (79). Carnes autem epulandas esse negavit, ne quis cognatorum anima-

---

γῆναι τοῦ σώματος τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα ἀγωνισαμένη, (ἀγὼν δὲ εὐσεβείας τὸ γνῶναι τὸ θεῖον καὶ μηδὲν ἀνθρώπων ἀδικῆσαι,) ὅλη νοῦς γίγνεται. Ἡ δὲ ἀσεβὴς ψυχὴ μένει ἐπὶ τῆς ἰδίας οὐσίας ὑφ' ἑαυτῆς κυλιομένη, καὶ γήινον σῶμα ζητοῦσα εἰσελθεῖν, εἰς ἀνθρώπινον δέ· ἄλλο γὰρ σῶμα οὐ χωρεῖ ἀνθρωπίνην ψυχήν, οὐδὲ θέμις ἐστὶν εἰς ἀλόγου ζῴου σῶμα ψυχὴν ἀνθρωπίνην καταπεσεῖν· θεοῦ γὰρ νόμος οὗτος, φυλάσσειν ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὕβρεως. Quodsi hæc omnia ex eodem libro petita sunt, patet spurii hujus libelli parentem ea quæ præcedunt ad prioris ætatis doctrinam, sequentia ad Jamblichi et similium decreta accommodasse. — (68) Timæus Locrus de anima mundi extr. : ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδεσί ποκα ὑγιάζομες, αἴ κα μὴ εἶκη τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὕτω τὰς ψυχὰς ἀπείργομες ψευδέσι λόγοις, εἰ κα μὴ ἀγῆται ἀλαθέσι. Λέγοιντο δ' ἂν ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομένων τᾶν ψυχᾶν τῶν μὲν ἀνιλῶν εἰς γυναικέα σκάνεα ποθ' ὕβριν ἐκδιδόμενα, τῶν δὲ μιαιφόνων εἰς θηρίων σώματα ποτὶ κόλασιν, λάγνων δ' ἐς συῶν ἢ κάπρεων μορφάς, κούφων δὲ καὶ μετεώρων ἐς πτηνῶν ἀεροπόρων, ἀργῶν δὲ καὶ ἀπράκτων ἁμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων ἐς τὰν τῶν ἐνύδρων ἰδέαν. Hic igitur τὴν μετενσωμάτωσιν ad homines a vitiis absterrendos eorumque mores emendandos inventam existimans tollit vim dogmatis, nisi forte hæc opinio ex illa veterum persuasione orta est, quam Philolaus memorat apud Clementem Strom. III p. 433 (cf. adn. 57) et ad arcanam quorundam Pythagoricorum disciplinam referenda. — (69) Clemens Alex. Strom. lib. V p. 604. — (70) Vide adn. 34. Adde hæc Procli verba in Timæum p. 92 E : τὸ δὲ μηδὲ εὑρόντα δυνατὸν εἶναι λέγειν τάχα μὲν καὶ τὸ τῶν Πυθαγορείων ἔθος ἐδείκνυτο ἄν, οἳ τοὺς περὶ τῶν θείων λόγους ἀπορρήτους εἶχον καὶ οὐ πρὸς πάντας διελέγοντο περὶ αὐτῶν· τὰ γὰρ τῶν πολλῶν ὄμματα χαρτερεῖν πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀρρώντα ἀδύνατον φησιν ὁ Ἐλεάτης ξένος. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο λέγοι ἂν καὶ πολλῷ τοῦτο σεμνότερον, ὅτι τὸν εὑρόντα λέγειν ὡς εἰδὲ πρός τινας ἀδύνατον. — (71) Diogenes Laertius lib. VIII, 4-5. Ovid. Metamorph. lib. XV, vs. 152 seqq. Horatius Carm. lib. I, 28. — (72) Alex. Polyhistor. Apud Diogen. Laert. lib. VIII, 31. Vid. adn. 55. — (73) auct. aur. carm. vs. 70-71 : ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. — (74) Diogen. Laert. lib. VIII, 32 : εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας· καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν· εἰς τε τούτους γίνεσθαι τούς τε καθαρμοὺς καὶ ἀποτροπιασμοὺς μαντικήν τε πᾶσαν καὶ κληδόνας καὶ τὰ ὅμοια. — (75) Cicero de div. I, 3. — (76) Cicero de div. II, 58. — (77) Cicero de legg. lib. II, cap. 11. — (78) Cicero de Senect. cap. 20. — (79) Diogenes Laertius lib. VIII, 13 : τοῦτον γὰρ καὶ τὸ φονεύειν ἀπαγορεύειν, μὴ ὅτι γε ἅπτεσθαι τῶν ζῴων κοινὸν δίκαιον ἡμῖν ἐχόντων ψυχῆς. Καὶ τόδε μὲν ἦν τὸ πρόσχημα· τὸ δ' ἀληθές, τῶν ἐμψύχων ἀπηγόρευεν ἅπτεσθαι, συνασκῶν καὶ συνεθίζων εἰς εὐκολίαν βίου τοὺς ἀνθρώπους· ὥστε εὐπορίστους αὐτοῖς εἶναι τὰς τροφάς, ἄπυρα προσφερομένοις καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνουσιν. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ

lium cæde piaculum sibi contraheret (80). Quippe tam bestiarum quam hominum animas divinæ naturæ esse participes et propter metempsychosin communi vinculo atque adeo cognatione quadam inter se contineri arbitrabatur. Quæ quum ita sint, Pythagoras in sacrificiis faciendis non hostias mactare, sed ture, mero, mola deos venerari solebat (81). Ut vero aliarum rerum gnarus, ita geometriæ peritissimus fuit. Quo in genere postquam diuturna meditatione intellexit trianguli recto angulo præditi inferius latus continentibus lateribus æquari, Musis bovem vel, quæ vulgatior fama est, centum boves traditur immolasse (82). Porphyrius (83) autem non verum bovem, sed e farina confectum ab eo immolatum esse narrat. Discipulis (84) suis Samius philosophus interdixit, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quærentis vera contrariam; quamquam alii aliter hoc præceptum explicuerunt. Vid. Philos. Græc. fragm. vol. I pag. 504 et Diog. Laert. VIII, 24 et 34. Præterea haud exiguum momentum in musica positum esse censuit ad gubernandam rerum universitatem hominumque animos tum flectendos tum regendos. Quapropter ipsum mundum ad harmoniam canere existimavit (85). Quid? quod sectatores ejus soliti esse dicuntur et dogmata quædam carminibus occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere (86). Iidem studiorum suorum parentem secuti memoriæ exercendæ gratia quid quoque die fecissent, qua in re peccassent, quid facere neglexissent vesperi commemorabant (87). Amicitiam vitæ humanæ perfectionem et communem omnium copulam esse disciplinæ Pythagoricæ auctor profitebatur. Idcirco Pythagorei multa amicitiæ documenta dederunt, ut vel mori pro sodalibus, si fors ita ferret, parati essent. Testes sunt Damon et Phintias clarissimum illa re nomen consecuti, ut certatim antiqui scriptores virtutis eorum memoriam servandam putarint (88).

Omnium (89) rerum principium esse unitatem Pythagoræ placet. Deinde ex unitate sive monade indefinitam dyadem, quem binarium numerum latina consuetudo vocat, tanquam materiam monadi causæ subjacentem manare. Tum ex monade et indefinita dyade numeros gigni; ex numeris puncta, ex punctis lineas, e quibus planæ figuræ constent. Ex planis autem solidas figuras oriri, e quibus item solida corpora nascantur cum alia, tum quattuor elementa, ignis, aqua, terra, aer, quæ omnino mutentur et convertantur. Ex his vero fieri mundum animantem, intelligentem, globosum, terræ in medio sitæ corpus continentem, quod et ipsum globosum sit ac circumcirca habitetur. Esse præterea antipodas, quibus quæ nobis inferna sint, esse superna videantur. Æquis etiam partibus mundo inesse lucem ac tenebras, calorem et frigus, siccitatem et humorem. In quibus

---

σώματος ὑγίειαν καὶ ψυχῆς ὀξύτητα περιγίνεσθαι. — (80) Ovid. Metam. XV, 174 seq. — (81) Diog. Laert. VIII, 13 et 20. — (82) Diogenes Laertius lib. VIII, 12 : φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικὸς ἑκατόμβην θῦσαι αὐτόν, εὑρόντα ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. Καὶ ἔστιν ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα, Κεῖν' ἐρ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην. Cf. Athenæus lib. X, pag. 418, f; Plutarchus libro Non posse suaviter vivi secund. Epic. cap. 11, vol. XIV, p. 100 ed. Hutten.; Cicero de nat. deor. III, 36; Vitruvius lib. IX cap. 2. — (83) Porphyrius vit. Pythag.: ἐβουθύτησε δέ ποτε σταίτινον ὡς φασι βοῦν οἱ ἀκριβέστεροι, ἐξευρὼν τοῦ ὀρθογωνίου τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένην ταῖς περιεχούσαις. — (84) Cicero de divin. I, 30. — (85) Id. de nat. deor. lib. III, 11. — (86) Id. Tusc. Disp. IV, 2. — (87) Diog. Laert. VIII, 22. Auctor aur. carm. vs. 40-44 : μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον· πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; κτλ. Cf. Cic. de Senect. cap. 11. — (88) Diodorus Siculus epitom. lib. X cap. 6; Porphyrius vit. Pythag. cap. 60-61; Cicero de offic. lib. III, 10 et Tusc. disp. lib. V, 22; Valerius Maximus lib. IV, 7; Polyænus lib. V, 22; Lactantius divin. instit. V, 18; Hyginus fab. 257. — (89) Diog. Laert. lib. VIII, 25 : ἀρχὴν μὲν ἁπάντων μονάδα, ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα· ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς· ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα· ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα· ἐκ δὲ τούτων τὰ στερεὰ σώματα, ὧν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· ἃ μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπεσθαι δι' ὅλων, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν κόσμον ἔμψυχον, νοερόν, σφαιροειδῆ, μέσην περιέχοντα τὴν γῆν, καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ καὶ περιοικουμένην. Εἶναι δὲ καὶ ἀντίποδας· καὶ τὰ ἡμῖν κάτω ἐκείνοις ἄνω. Ἰσόμοιρά τε εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ φῶς καὶ σκότος καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρος γίνεσθαι, ψυχροῦ δ' ἦ χειμῶνα. Ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον ἔαρ ὑγιεινόν, τὸ δὲ φθίνον φθινόπωρον νοσερόν. Ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἕω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν· ὅθεν καὶ νοσερωτέραν εἶναι. Τόν τε περὶ τὴν γῆν ἀέρα ἄσειστον καὶ νοσερόν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητά· τὸν δὲ ἀνωτάτω ἀεικίνητόν τε εἶναι καὶ καθαρὸν καὶ ὑγιᾶ· καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ διὰ τοῦτο θεῖα. Ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς· ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐστὶ ζωῆς αἴτιον. Τήν τε σελήνην λάμπεσθαι ὑφ' ἡλίου· καὶ ἀνθρώπων εἶναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν κατὰ τὸ μετέχειν ἀνθρωπον θερμοῦ. Διὸ καὶ προνοεῖσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν. Εἱμαρμένην τε τῶν ὅλων εἶναι καὶ τὰ κατὰ μέρος αἰτίαν τῆς διοικήσεως. Διήκειν τε ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα διὰ τοῦ αἰθέρος τοῦ τε ψυχροῦ καὶ παχέος· καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα, τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν παχὺν αἰθέρα. Ταύτην δὲ τὴν ἀκτῖνα καὶ εἰς τὰ βάθη δύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖν πάντα. Καὶ ζῆν

dum calor prævalet, æstatem, dum frigus, hiemem exsistere. Cæterum omnibus illis æqualiter distributis optima esse tempora anni, cujus pars virens sit ver salubre, pars senescens auctumnus gravis. Sed eadem quoque ratione diei auroram virere, vesperam senescere atque hanc ob causam minus esse salubrem. Porro eum qui terram complectitur aerem, immotum ac morbidum, et quæ in illo sunt omnia esse mortalia, summum vero semper moveri et esse purissimum ac saluberrimum, et quæ in eo sunt cuncta immortalia atque idcirco divina. Solem insuper et lunam et reliqua sidera deos esse, propterea quod in iis prævaleat calor, qui sit vitæ auctor. Lunam quoque a sole illustrari hominibusque esse cum diis cognationem, quia et homo caloris particeps sit. Ita autem contingere, ut deus etiam nobis prospiciat. Ad hæc fato qua universa qua singula regi. Penetrare ultro a sole radium per ætherem frigidum et crassum. Nominant vero aerem Pythagorei frigidum ætherem, pariterque mare et humorem novo nomine ætheris crassi nuncupant. Hunc porro radium etiam profunda penetrare ideoque animare omnia. De reliquo vivere quæcunque caloris consortia sint, eamque ob rem et plantas esse animantes; animam tamen non omnes habere.

Quod autem supra dixi, numeros rerum omnium causas et principia a Pythagoreis judicari : id sæpius a veteribus memoriæ proditum est. Existimabat enim Pythagoras geometriæ et artium mathematicarum studiosissimus similiores (90) esse numeros rebus ipsis quam vel ignem vel aquam vel aerem vel terram. Hinc simul ad universa, simul ad singula numeros accommodavit rerumque naturæ corpus harmonia, id est re numerosissima, contineri credidit. Statuit vero numerum esse initium et quasi materiam rebus subjectam earumque velut affectiones et habitus, ipsius autem numeri elementa par et impar nominavit, quorum alterum finitum, alterum infinitum esset. At unitatem et finiti et infiniti vim habere, quoniam par et impar esset, sive quoniam numeros omnes tam pares quam impares is numerus complecteretur. Adde quod doctissimi quidam ejusdem sectæ homines decem contrariarum rerum notiones ordine dispositas cunctorum principia appellarunt. Sunt autem ista principia : « finitum et infinitum, impar et par, unum et plura, dextrum et sinistrum, masculinum et femininum, quiescens et motum, rectum et incurvum, lumen ac tenebræ, bonum et malum, quadratum denique quod simpliciter dici solet et illud quod est quadratum oblongum. » Quod reliquum est, singulorum numerorum potestas tam late patet, ut collectis veterum testimoniis amplissimum de illa materia volumen conscribi queat. Nos quæ primum de monade, rerum origine, deinde de sequentibus numeris, binario et ternario, tum de quaternario, perennis naturæ fonte, præterea de heptade sive hebdomade virgine et matris experte, denique de decade definito numeri intervallo a Pythagoreorum familia exposita sunt, persequi scriptura supervacaneum putamus.

Archytas Mnesagoræ sive, ut Aristoxenus vult,

μὲν πάντα ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ ζῷα εἶναι, ψυχὴν μέντοι μὴ ἔχειν πάντα. — (90) Aristoteles Metaph. I, 5 : ἐν δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι πρῶτοι ταῦτα προήγαγον, καὶ ἐντραφέντες ἐν αὐτοῖς τὰς τούτων ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων. Ἐπεὶ δὲ τούτων οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις, μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι, ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς, ἕτερον δὲ καιρὸς καὶ τῶν ἄλλων ὡς εἰπεῖν ἕκαστον ὁμοίως· ἔτι δὲ τῶν ἁρμονικῶν (leg. ἁρμονιῶν) ἐν ἀριθμοῖς ὁρῶντες τὰ πάθη καὶ τοὺς λόγους, ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἀριθμοῖς ἐφαίνετο τὴν φύσιν ἀφωμοιῶσθαι πᾶσαν, οἱ δ' ἀριθμοὶ πάσης τῆς φύσεως πρῶτοι, τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἁρμονίαν εἶναι καὶ ἀριθμόν· καὶ ὅσα εἶχον ὁμολογούμενα δεικνύναι ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς καὶ ταῖς ἁρμονίαις πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη καὶ μέρη καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν, ταῦτα συνάγοντες ἐφήρμοττον. Κἂν εἴ τί που διέλειπε, προσεγλίχοντο τοῦ συνειρομένην πᾶσαν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν. Λέγω δ' οἷον, ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν, καὶ τὰ φερόμενα κατὰ τὸν οὐρανὸν δέκα μὲν εἶναί φασιν, ὄντων δὲ ἐννέα μόνον τῶν φανερῶν διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσιν..... Φαίνονται δὴ καὶ οὗτοι τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι καὶ ὡς πάθη τε καὶ ἕξεις, τοῦ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν, τούτων δὲ τὸ μὲν πεπερασμένον τὸ δὲ ἄπειρον, τὸ δ' ἓν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τούτων (καὶ γὰρ ἄρτιον εἶναι καὶ περιττόν), τὸν δ' ἀριθμὸν ἐκ τοῦ ἑνός, ἀριθμοὺς δέ, καθάπερ εἰρηται, τὸν ὅλον οὐρανόν. Ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας καὶ ἄπειρον, περιττὸν καὶ ἄρτιον, ἓν καὶ πλῆθος, δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ἄρρεν καὶ θῆλυ, ἠρεμοῦν καὶ κινούμενον, εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν, τετράγωνον καὶ ἑτερόμηκες..... Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι δύο μὲν τὰς ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρήκασι τρόπον, τοσοῦτον δὲ προσεπέθεσαν, ὃ καὶ ἴδιόν ἐστιν αὐτῶν, ὅτι τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἓν οὐχ ἑτέρας τινὰς ᾠήθησαν εἶναι φύσεις, οἷον πῦρ ἢ γῆν ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἄπειρον καὶ αὐτὸ τὸ ἓν οὐσίαν εἶναι τούτων ὧν κατηγοροῦνται, διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων. Sextus Empiricus adv. Math. p. 101. Πυθαγορικοὶ μεγάλην ἀπονέμουσι δύναμιν τοῖς ἀριθμοῖς· ὅθεν καὶ ἀεὶ ἐπιφώνουν, ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν. ὁμνύοντες οὐ μόνον τὸν ἀριθμόν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποδείξαντα αὐτοῖς τοῦτον Πυθαγόραν, ὡς θεόν, διὰ τὴν ἐν ἀριθμητικῇ δύναμιν λέγοντες· Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, παγὰν ἀενάου φύσιος ῥιζώματ' ἔχουσαν κτλ. Cf. p. 151;

Hestiæi filius, Tarentinus, philosophus Pythagoricus fuit, quem in familiæ successione octavum a Pythagora fuisse ajunt (91). Hunc virum perfecta cumulataque virtute ornatum antiqui scriptores miris laudibus prædicant. Nam (92) et septies reipublicæ præfuit, quamvis per leges semel duntaxat administrare res civitatis annuum magistratum gerentibus liceret, et sæpe exercitum duxit hostesque devicit. Qualis (93) autem quantusque fuerit imperator ex hoc intelligitur, quod commissis ejus ductu et auspicio prœliis Tarentini semper superiores discesserunt. Quum igitur aliquando invidiæ cedendum ratus imperio sese abdicasset, milites statim superati in hostium arbitrium et potestatem venerunt. Ad hanc militarem gloriam accessit morum probitas, summa eruditio, ingens denique librorum de omni litterarum genere scriptorum copia. Quippe tanta excelluit verecundia (94) tantoque pudore, ut si quando necesse haberet obscœna significare, ea in pariete potius inscriberet, quam ore proferret. Nullam (95) capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci; nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Quumque homini sive natura sive quis deus nihil mente præstabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum quam voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse; neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo jubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima : nemini censebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum, quam voluptatem : siquidem ea, quum major esset atque longior, omne animi lumen exstingueret. Spintharus (96) sæpe narrabat Archytam Tarentinum, quum post aliquod temporis intervallum a bello redux quod Tarentini adversus Messenios gesserant, rus suum reviseret, et villicum cum cætera familia rem rusticam non diligenter, sed admodum negligenter curasse animadverteret, tanta ira et indignatione concepta, quantam talis vir concipiat, ad rerum statum accommodate dixisse, bene cum famulis agi, quod iratus esset, alias tantorum delictorum graves justasque pœnas daturos fuisse. Idem Archytas Platonem, quem Dionysius interfecturus erat, per epistolam a morte eripuit (97).

De ingenuis artibus ac philosophia præclare meruit. Etenim multa a Tarentino sapientiæ doctore, qui ingenii acumine floreret, bene atque utiliter inventa esse feruntur. Primus (98) autem quæstiones mechanicas mechanicis principiis usus via et ratione instituit primusque motum organicum figuræ geometricæ adhibuit, facta

---

p. 426 et Pyrrh. Hyp. III, 18. Adde Hierocl. in Carm. aur. in Ph. Gr. fragm. vol. I, p. 464 seq., Jamblichi Theologumena arithmeticæ atque e recentioribus Meursii Denarium Pythagoricum.

(91) Anonymus apud Photium 259. — (92) Diogenes Laert. lib. VIII, 79 : Ἀρχύτας Μνησαγόρου, Ταραντῖνος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος Ἑστιαίου, Πυθαγορικὸς καὶ αὐτός.... ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ· καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε, τῶν ἄλλων μὴ πλέον ἑνιαυτοῦ στρατηγούντων διὰ τὸ κωλύειν τὸν νόμον. Ælianus var. hist. lib. VII, 14 : Τί δέ, οὐκ ἦσαν καὶ οἱ φιλόσοφοι τὰ πολέμια ἀγαθοί; ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν· εἰ γε Ἀρχύταν μὲν εἵλοντο ἑξάκις στρατηγὸν Ταραντῖνοι κτλ. Strabo lib. VI p. 280 ed. Cas. ἀπεδέξαντο δὲ καὶ (οἱ Ταραντῖνοι) τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν, διαφερόντως δ' Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον. Pseudodemosthenes orat. amator. pag 602 ed. Bek. : τοῦτο δὲ Ἀρχύταν τὴν Ταραντίνων πόλιν οὕτω καλῶς καὶ φιλανθρώπως διοικήσαντα καὶ κύριον αὐτῆς καταστάντα, ὥστ' εἰς ἅπαντας τὴν ἐκείνου μνήμην διενεγκεῖν· ὃς καὶ ἐν ἀρχῇ καταφρονούμενος ἐκ τοῦ Πλάτωνι πλησιάσαι τοσαύτην ἔλαβεν ἐπίδοσιν. Synesius ad Pæonium : καὶ μάλα ἐν δίκῃ· παρ' οἷς ἐνομοθέτει μὲν Χαρώνδας καὶ Ζάλευκος, ἐστρατήγουν δὲ Ἀρχύται καὶ Φιλόλαοι. — (93) Diogenes Laertius lib. VIII, 82 : τὸν δὲ Πυθαγορικὸν Ἀριστόξενός φησι μηδέποτε στρατηγοῦντα ἡττηθῆναι, φθονούμενον δ' ἅπαξ ἐκχωρῆσαι τῆς στρατηγίας καὶ τοὺς [add. στρατιώτας] αὐτίκα ληφθῆναι.

(94) Ælianus var. hist. lib. XIV, 19 : Ἀρχύτας τά τε ἄλλα ἦν σώφρων, καὶ οὖν καὶ τὰ ἄκοσμα ἐφυλάττετο τῶν ὀνομάτων. Ἔπεί δέ ποτε ἐδιάζετό τι εἰπεῖν τῶν ἀπρεπῶν, οὐκ ἐξενεχθῆναι, ἀλλ' ἐσιώπησε μὲν αὐτό, ἐπέγραψε δὲ κατὰ τοῦ τοίχου, δείξας μὲν ὃ εἰπεῖν ἐδιάζετο, οὐ μὴν βιασθεὶς εἶπεν. — (95) Cicero de senectute cap. 12.

(96) Σπίνθαρος διηγεῖτο πολλάκις περὶ Ἀρχύτου Ταραντίνου, ὅτι διὰ χρόνου τινὸς εἰς ἀγρὸν ἀφικόμενος, ἐκ στρατείας νεωστὶ παραγεγονώς, ἣν ἐστρατεύσατο ἡ πόλις εἰς Μεσσηνίους, ὡς εἶδε τόν τε ἐπίτροπον καὶ τοὺς ἄλλους οἰκέτας οὐκ εὖ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμελείας πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ὀλιγωρίας ὑπερβολῇ, ὀργισθείς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος, εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὅτι εὐτυχοῦσιν, ὅτι αὐτοῖς ὠργίσται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὸς ἦν, οὐκ ἂν ποτε αὐτοὺς ἀθώους γενέσθαι, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας. Jamblichus de vit. Pyth. cap. 31 pag. 405 ed. Kiessling. Cf. Cicero Tusc. IV, 36. — (97) Diogenes Laertius lib. VIII, 79 : οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς, παρὰ Διονυσίου μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι. Epistola illa legitur Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 562; sed procul dubio spuria est. — (98) Diogenes Laer-

hemicylindri sectione duas medias pro portione sumere studens ad cubi duplicationem. Ipse videlicet primus in geometria cubi duplicationem repperit, quemadmodum Plato in libris de Republica testatur. Eodem pertinet etiam insignis Vitruvii locus, libri noni in capite tertio hunc in modum scribentis : « Transferatur mens ad Archytæ Tarentini et Erastosthenis Cyrenæi cogitata. Hi enim multa et grata a mathematicis rebus hominibus invenerunt. Itaque quum in cæteris inventionibus fuerint grati, in ejus rei concertationibus maxime sunt suspecti. Alius enim alia ratione explicare curavit, quod Delo imperaverat responsis Apollo, uti aræ ejus quantum haberet pedum quadratorum, id duplicaretur : et ita fore, ut hi qui essent in ea insula, tunc religione liberarentur. Itaque Archytas hemicylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica mesolabii ratione idem explicaverunt. » Columbam volantem e ligno confecit vir sapientiæ professione clarus, de quo portento sic A. Gellius lib. X, 12 : « Sed id quod Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque minus admirabile, neque tamen vanum æque videri debet. Nam et plerique nobilium Græcorum et Favorinus philosophus memoriarum veterum exsequentissimus affirmatissime scripserunt, simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse. Ita erat scilicet libramentis suspensum, et aurâ spiritus inclusâ atque occultâ concitum. Libet hercle super re tam abhorrenti a fide ipsius Favorini verba ponere : Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην, ἥτις εἵποτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. » Accedit quod Tarentinum intelligendi auctorem inter illustres mathematicos numerat Proclus lib. II ad I Euclidis eundemque summum arithmeticum nominat Theo Smyrnæus in libro de Arithmetica. Nec defuerunt qui de tanto viro ejusque in rem litterariam meritis scriberent. Namque Aristoteles (99) tres libros de Archytæ philosophia reliquerat atque ejusdem et Timæi placitorum summam vulgaverat. Præterea Aristoxenus (100) de Archytæ vita commentariolum ediderat, cujus mentionem facit Athenæus lib. XII, cap. 64, p. 545 A. Sunt qui hunc vel alium Archytam (101) crepitaculi inventorem ferant, quod infantibus vel puerulis dare solebant.

Ex ejus decretis illud quod ad motum naturalem spectat allegatur ab Aristotele Problem. XVI, 9 (102). Censebat autem Tarentinus physicus in motu naturali æquam proportionem inesse, omnia proportione moveri statuens.

Transeo ad ingenii ejus monumenta, quæ plurima fuere. Primum quidem agamus de scriptis moralibus. Composuit libros De viro bono et beato, item De doctrina morali, porro De sapientia, præterea De lege et justitia, denique De disciplinis, e quibus Stobæus et Iamblichus fragmenta proferunt, quæ Phil. Gr. Fragm. vol. I, p. 553-562 leguntur. Adde Epistolas a Diogene Laertio servatas et libellum De puerorum educatione, cujus meminit Philostratus, paucis inde verbis excerptis. Has quoque reliquias ibidem p. 562 seq. recensuimus. Plura etiam tum physica tum mathematica scripta Archytæ adjudicabantur. In his nobilissimus videtur fuisse liber de mathematica, citatus a Porphyrio ad Ptolemæi Harmonica, neque minoris momenti fortasse fuerunt disputationes libellique De mente et sensu, De principiis, De ente, De definitionibus, De universo, quorum mentionem agitant Stobæus, Aristoteles, Simplicius. Vide fragmentorum seriem l. c. inde a pag. 564 usque ad pag. 570. Opusculum ejus De oppositis (περὶ ἀν-

tius lib. VIII, 83 : οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ ταῖς μηχανικαῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς ἐμεθόδευσε, καὶ πρῶτος κίνησιν ὀργανικὴν διαγράμματι γεωμετρικῷ προσήγαγε, διὰ τῆς τομῆς τοῦ ἡμικυλίνδρου δύο μέσας ἀνὰ λόγον λαβεῖν ζητῶν, εἰς τὸν τοῦ κύβου διπλασιασμόν. Καὶ [add. ἐν] γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβου διπλασιασμὸν εὗρεν, ὡς ϕησι Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ. Plutarchus vit. Marcell. cap. 14.: τὴν γὰρ ἀγαπωμένην ταύτην καὶ περιβόητον ὀργανικὴν ἦρξαντο μὲν κινεῖν οἱ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύταν, ποικίλλοντες τῷ γλαφυρῷ γεωμετρίαν, καὶ λογικῆς καὶ πραγματικῆς ἀποδείξεως οὐκ εὐπορουῦντα προβλήματα δι' αἰσθητῶν καὶ ὀργανικῶν παραδειγμάτων ὑπερείδοντες· ὡς τὸ περὶ δύο μέσας ἀνὰ λόγον πρόβλημα καὶ στοιχεῖον ἐπὶ πολλὰ τῶν γραφομένων ἀναγκαῖον εἰς ὀργανικὰς ἐξῆγον ἀμϕότεροι κατασκευάς, μεσογράφους τινὰς ἀπὸ καμπύλων γραμμάτων καὶ τμημάτων μεθαρμόζοντες. — (99) Diog. Laert. lib. V, 25 : Περὶ τῆς Ἀρχύτου ϕιλοσοϕίας α', β', γ'. Ibid. Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων.

(100) Athenæus lib. XII, cap. 64, p. 545 A : Ἀριστόξενος δ' ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Ἀρχύτα βίῳ κτλ. — (101) Aristot. de Republ. lib. VIII, 6 : Ἅμα δὲ καὶ δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν, καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς, ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις ὅπως χρώμενοι ταύτῃ μηδὲν καταγνώωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. De proverbio Ἀρχύτου πλαταγή Diogenianus III, 98 : Ἀρχύτου πλαταγή· ἐπὶ τῶν ἡσυχάζειν οὐ δυναμένων. Ὁ γὰρ Ἀρχύτας τέκτων ὢν ἐπενόησε πλαταγήν, ἣν ἐδίδοσαν τοῖς παιδίοις ἵνα μηδὲν τῶν κατὰ οἰκίαν σκευῶν διασαλεύσωσιν. At Suidas v. Ἀρχύτας Ταραντῖνος hoc proverbium non ad architectum, sed ad philosophum refert. Ait enim : Καὶ παροιμία Ἀρχύτου πλαταγή· ὅτι Ἀρχύτας πλαταγὴν εὗρεν, ἥτις ἐστὶν εἶδος ὀργάνου ἦχον ἢ ψόϕον ἀποτελοῦντος. Ὁ δὲ πλαταγὴν χαλκευσάμενος ἐπλατάγει. — (102) Aristoteles Problem. XVI, 9 : Ἀρχύτας ἔλεγεν ἐν τῇ κινήσει τῇ ϕυσικῇ ἐνεῖναι τὴν τοῦ ἴσου ἀναλογίαν· κινεῖσθαι γὰρ ἀνάλογον πάντα κτλ.

τικειμένων) memorat Simplicius (103) in Aristotelis Categorias pag. 97 et 103, ex hoc fonte hausisse Aristotelem quæ de oppositis disserit contendens. Archytæ Ἁρμονικόν respiciunt Nicomachus lib. I Arithmet. p. 5, Plutarchus (104) de Musica cap. 44, vol. XIV p. 249 ed. Hutten., Ptolemæus lib. I Harmonic. cap. 5, a quo Tarentinus naturæ verique interpres dicitur μάλιστα τῶν Πυθαγορείων ἐπιμεληθεὶς μουσικῆς, Theo Smyrnæus p. 94, Porphyrius in Ptolemæi Harmonica p. 210, 276, 317. Singularem De tibiis dissertationem Archytæ assignat Athenæus (105) lib. IV, p. 184 E. Eundem sapientiæ professorem in commentario De decade laudat Theo Smyrnæus p. 166. Omnino verisimile est, Archytam tale opus foras dedisse, quum Boethius lib. I Geometriæ p. 1516 et 1518 abacum Pythagoricum ab eo repetat. Conf. lib. II, p. 1535 seq. Volumen De machina sive de machinis non a philosopho, sed ab ejusdem nominis architecto conscriptum esse ait Diogenes Laertius (106) lib. VIII, 82. Cf. Vitruv. præf. lib. VII. Sed difficile est, architectum, musicum cæterosque quos Diogenes enumerat Archytas a sapientiæ assectatore distinguere, præsertim quum hic mechanicam quoque disciplinam et musicam attigerit. Si quis statuere velit civem Tarentinum pro ea qua excellebat ingenii magnitudine omnium rerum artiumque scientiam consecutum ne a coquina quidem abhorruisse, possit ei etiam τὰ Ὀψαρτυτικά quæ Archytæ attribuit Athenæus lib. XII, p. 516 C, jure aliquo vindicare. Denique ἐν τῇ τῆς γνωριστικῆς γραμμῆς τομῇ Pythagoricus de quo sermo est virtutis magister commemoratur a Iamblicho in Villoison. Anecd. Gr. II, p. 189. Tertio loco ponimus scripta logica. Ex illis unus superest liber De decem categoriis quem inter fragmenta pag. 570 seqq. divulgavi. Rarissimum autem hoc opusculum quod περὶ τοῦ παντὸς φύσιος inscriptum primum Venetiis anno 1571 cum Dominici Pizzimentii interpretatione latina prodiit, deinde omissa translatione Lipsiæ sine temporis nota græce studio et opera Joachimi Camerarii, qui titulum esse volebat Ἀρχύτου φερόμενοι δέκα λόγοι καθολικοί, promulgatum est, tum inter Opuscula veterum Græcorum sententiosa et moralia tom. II, pag. 272 seqq. ab Orellio repetitum diu neglectum jacuit, ego longo intervallo emendavi et latine verti. In quo emendandi negotio e doricis vocum formis paucas restitui, majora tantum menda corrigenda esse arbitratus. Neque enim dubium quin hujus commentarioli auctor diversus sit ab eo qui reliqua philosophiæ monumenta et fragmina Archytæ supposuit. Nimirum in cæteris limatius dicendi genus majorque dorici sermonis scientia quam in hoc commentario apparet qui, si a paucissimis doridis dialecti vestigiis discesseris, attica potius vel communi dialecto confectus esse dicendus est. Cæteroqui notandum quæ Simplicius ad Aristotelis Categorias ex Archyta affert magnam partem in hoc libello desiderari. Quod vero commentationi De oppositis (περὶ τῶν ἀντικειμένων) locum inter scripta physica et mathematica, non inter logica esse volui, id ob inscriptionis ambiguitatem faciendum putavi. Vid. Aristot. Metaph. I, 5, cujus verba supra posui adn. 90. Has fere varii argumenti scriptiones antiqui homini Tarentino qui rerum cognitione doctrinaque delectabatur consensu tribuunt. Quo nomine mirandum est, ex tot monumentis a Pythagorico philosopho relictis aut exiguas tabulas velut ex naufragio servatas esse aut, quod propter inferioris ætatis fraudes probabilius est, nullum pæne tanti viri dictum ad nos pervenisse. Quum vero nihil esset in mari, nihil in terra, nihil in cœlo quod non aut mente contemplatus esse aut ingenio intellexisse aut literis consignasse videretur Archytas : tandem naufragio prope Apuliæ littus periisse traditur. Hunc naturæ interpretis casum ejusque extrema fata egregie celebravit Horatius lib. I carmine 28, cujus initium est : « Te maris et terræ numeroque carentis arenæ Mensorem cohibent, Archyta, Pulveris exigui prope littus parva Matinum Munera : nec

(103) Simplicius in Aristotelis Categ. p. 97 et 103 (p. 88. a. Scholl. Arist. ed. Brandis) : συμπληρωθέντος δὲ παρὰ Ἀριστοτέλους τοῦ περὶ τῆς τῶν ἀντικειμένων διαφορᾶς λόγου, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ τὰ Ἀρχύτου περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ Ἀντικειμένων βιβλίῳ ἀρχέτυπα τῶν εἰρημένων ὄντα παραγεγράφθαι, καὶ μάλιστα ὅτι οὐδὲ ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος ἀπὸ τούτου τοῦ βιβλίου τι τοῖς ὑπομνήμασιν ἐνέταξε. Καὶ ἴσως οὐκ ἦλθεν εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸ παρῆκεν ὁ τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ Ἀντικειμένων βιβλίον ἐπισκεψάμενος. Ἔχει δὲ οὕτως. — (104) Plutarchus de Musica cap. 44, vol. XIV, p. 249 ed. Hutt.: τὴν γὰρ τῶν ὄντων φορὰν καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀρχύταν καὶ Πλάτωνα καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων οὐκ ἄνευ μουσικῆς γίνεσθαι καὶ συνεστάναι ἔφασκον· πάντα γὰρ καθ' ἁρμονίαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατεσκευάσθαι φασίν. — (105) Athenæus lib. IV, p. 184 E : καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ πολλοὶ τὴν αὐλητικὴν ἠσκηκασιν, ὡς Εὐφράνωρ τε καὶ Ἀρχύτας Φιλόλαός τε ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι. Ὁ δ' Εὐφράνωρ καὶ σύγγραμμα περὶ αὐλῶν κατέλιπεν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀρχύτας.

(106) Diogenes Laertius lib. VIII, 82 : Γεγόνασι δ' Ἀρχῦται τέτταρες· πρῶτος αὐτὸς οὗτος· δεύτερος Μιτυληναῖος μουσικός· τρίτος περὶ γεωργίας συγγεγραφώς· τέταρτος ἐπιγραμματοποιός. Ἔνιοι καὶ πέμπτον ἀρχιτέκτονά φασιν, οὗ φέρεται βιβλίον περὶ μηχανῆς ἀρχὴν ἔχον ταύτην· « Τάδε παρὰ Τεύκρου Καρχηδονίου διήκουσα. » Περὶ δὲ τοῦ μουσικοῦ φέρεται καὶ τόδε, ὡς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι εἶπεν· Τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ.

quidquam tibi prodest Aërias tentasse domos, animoque rotundum Percurrisse polum, morituro. »

Archytæ auditor fuit *Philolaus* Crotoniates (107), Socratis et Democriti æqualis (108), quem inter olympiadem septuagesimam et nonagesimam quintam vixisse plerorumque opinio est. Neque enim dubitamus quin vera tradiderit Plato, Simmiam et Cebetem Thebis Philolao philosophiam profitenti operam dedisse dicens, antequam Socratis sermonibus interessent (109). De ejus vita prope nihil in veterum scriptis memoriæ proditum est. Falso autem Diogenes Laertius lib. III, 6 Philolaum Platonis magistrum vocat, addens ab illo quum mortuo Socrate gentes regionesque lustraret hunc Pythagoricæ sapientiæ doctorem in Italia esse auditum (110). Nam cæteri scriptores (111) qui Platonem post Socratis obitum ad Pythagoræ disciplinam se contulisse testantur, Cicero, Apulejus, Hieronymus aliis eum in hac re præceptoribus usum esse referunt. Accedit quod ignoratur, utrum Philolaus relicta Italia Thebis perpetuo habitarit (112), an aliquamdiu apud Thebanos commoratus in patriam redierit. Fama est ante Philolaum neminem nisi qui inter Pythagoricos nomen suum professus esset Pythagoræ dogmata cognita habuisse, Philolaum autem primum Samii philosophi decreta editis commentariis vulgasse (113). Quo in genere alii unum ab eo librum, alii tres libros confectos esse narrant. Quam antiquorum testium litem ita componimus, ut unum Philolai De rerum natura volumen in tres libros divisum fuisse dicamus. Hoc opus Plato (114) ad Dionysium profectus in Sicilia a doctissimi viri cognatis argenti minis Alexandrinis quadraginta, sive ut Iamblichus ait centum, fertur emisse ex eoque Timæum dialogum conscripsisse. Sunt qui Platonem istud Pythagoricæ sapientiæ monumentum accepisse contendant; quum precibus suis a Dionysio impetrasset, ut adolescentem e Philolai discipulis in carcerem conjectum dimitteret. Quidam Platonis jussu Dionem Syracusanum lucubrationes illas ab ipso Philolao ad inopiam redacto emisse auctores sunt. Alii affirmant non Philolaum, sed pauperes viduas et mulierculas vendidisse hujusmodi scripta Dioni ea lege, ut solis Pythagoreis tam præclaras chartas committeret, sed Dionem Platoni amico eas dedisse (115). Cæterum antiquiores scriptores omnes commentariolum quod tanto pretio mercatus est Plato de Philolai opusculo intelligunt. Quare non au-

(107) Cicero de Oratore lib. III, cap. 34 : Philolaum Archytas Tarentinus instituit. Diogenes Laertius lib. VIII, 84 : Φιλόλαος Κροτωνιάτης Πυθαγορικός. Alii Tarentinum esse volunt. Cf. Iamblichus vit. Pyth. 36, pag. 222 ed. Arcer; Vitruvius lib. I, 1; Claudianus Mamert. de anim. statu, II, 3. — (108) Diog. Laert. lib. IV, 38 : Φησὶ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνός, Φιλολάῳ αὐτὸν (τὸν Δημόκριτον) συγγεγονέναι. — (109) Plato Phæd. p. 61 D : Τί δαί, ὦ Κέβης; οὐκ ἀκηκόατε σύ τε καὶ Σιμμίας περὶ τῶν τοιούτων Φιλολάῳ συγγεγονότες; Οὐδέν γε σαφές, ὦ Σώκρατες. — (110) Diogenes Laertius lib. III, 6 : Τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς, φασίν, εἰκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους. Ἐκείνου δ' ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι. Ἔπειτα γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἕρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. Ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας. — (111) Vid. interpr. ad Diog Laert. lib. III, 6. — (112) Plato Phæd. p. 61 E : Καὶ Φιλολάου ἤκουσα, ὅτε παρ' ἡμῖν διητᾶτο. Cf. supra adnot. 19. — (113) Diogenes Laertius lib. VIII, 15 : Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα· οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι. Iamblichus vit. Pythag. 31 : Ἐν γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν οὐδεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιτετευχὼς πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας, ἀλλ' οὗτος πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων, καὶ διὰ τοῦτο μετέλαβε τῶν βιβλίων. Diogenes Laertius lib. III, 9 : Λέγουσι δέ τινες, ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος, ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν. Καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ, φασίν, ἦν, παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα, ὡς καὶ Ὀνήτωρ φησὶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός. — (114) Diogenes Laertius lib. VIII, 84-85 : Παρὰ τούτου [τοῦ Φιλολάου] Πλάτων ὠνήσασθαι τὰ βιβλία τὰ Πυθαγορικὰ Δίωνι γράφει.... Γέγραφε δὲ βιβλίον ἕν, ὅ φησιν Ἑρμιππος λέγειν τινὰ τῶν συγγραφέων, Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγινόμενον εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Φιλολάου, ἀργυρίου Ἀλεξανδρινῶν μνῶν μ' καὶ ἐντεῦθεν μεταγεγραφέναι τὸν Τίμαιον. Ἕτεροι δὲ λέγουσι τὸν Πλάτωνα λαβεῖν αὐτά, παρὰ Διονυσίου παραιτησάμενον ἐκ τῆς φυλακῆς νεανίσκον, ἀπηγμένον τῶν τοῦ Φιλολάου μαθητῶν. Τοῦτόν φησι Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις, πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν (add. τὰ) περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἦδε· Φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων, καὶ ὅλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. — (115) Tzetzes Chil. X, 792 seqq. : Ὁ Πλάτων ὁ φιλόσοφος αὐτοῦ τοὺς διαλόγους, Τουτέστι τὰ συγγράμματα ἅπερ αὐτὸς ἐποίει, Ἔχοντα ἐρωτήσεις τε ὁμοῦ καὶ ἀποκρίσεις, Ἐπίπρασκε τῷ Δίωνι καὶ τῷ Διονυσίῳ, Καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς βέλουσιν ἐκ Σικελῶν ὠνεῖσθαι. Προῖκα καὶ ἀναργύρως δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐδίδου, Οὐδὲ τῷ Δίωνι αὐτῷ, ὃς εὐηργέτει τοῦτον. Καὶ τὸ τοῦ Φιλολάου δὲ τὸ τοῦ Πυθαγορείου Ἀπὸ χηρῶν ὠνήσατο βιβλίον πενομένων. Ὅρκια γὰρ ἦν δίδοσθαι ταῦτα Πυθαγορείοις, Ἑτέροις μὴ πωλεῖσθαι δὲ Πυθαγορείων βίβλους. Ὅμως ὡς χαριζόμενος τῷ Πλάτωνι ἐκεῖνος, Ὠνεῖται τὸ βιβλίδιον ἐκ γυναικῶν, ὡς ἔφην, Εἰς μνᾶς πελούσας ἑκατόν, οὐχ ἥσσονας εἰς μέτρον· Καὶ τοῦτο δὲ χαρίζεται Πλάτωνι ὡς ποθοῦντι, Ἀφ' οὗ γράφει τὸν Τίμαιον καὶ τὰ λοιπὰ ὁ Πλάτων. Cf. XI, 1 et XI,

diendi sunt Iamblichus (116), Synesius, Proclus, Timæi Locri libellum a Platone grandi pecunia emtum esse rati, ut Timæum dialogum concinnaret. Etenim librum, quem nemo ante Clementem Alexandrinum memorat, veteri illi Timæo Locro suppositum esse jam supra adnotavi (117). Quod reliquum est, narratiunculam istam, in qua exornanda multi scriptores occupati fuerunt, non prorsus confictam putamus, sed revera Platonem Philolai opus magno pretio sibi comparasse statuimus. Tantum vero abest ut Socratis discipulum aliena scrinia compilasse credibile sit, ut talem simul intelligendi simul dicendi auctorem nihil præter pauca Philolai effata in rem suam convertisse arbitremur. Testes sunt inter dialogos Platonicos Phædrus, Cratylus, Philebus, Timæus, Gorgias, in quibus cum aliorum Pythagoreorum tum Philolai doctrinæ vestigia passim apparent. Belli ducem fuisse Philolaum scribit Synesius (118) De dono astrolab. p. 307 ed. Petav. Eum exusto Pythagoreorum auditorio ex Italia Thebas profectum Lysidi præceptori mortuo inferias attulisse, in instituendis autem discipulis sermonis obscuritatem et ambages hujus sectæ proprias adhibuisse ait Platonis interpres (119). Quæ partim incerta videntur partim exigui momenti ac vix digna memoratu. Plus gloriæ Gorgiam et Protagoram quam Philolaum et Democritum adeptos esse, licet illi cum horum virorum sapientia collati pro pueris habendi fuerint, injuria defendit Ælian. (120) Var. hist. I, 23. Neque enim vel minorem honorem his quam illis apud æquales fuisse, vel angustioribus terminis horum quam illorum famam apud posteros includi, res est certissima. Denique a fide abhorret quod Diogenes Laertius nescio quo auctore tradit Philolaum tyrannidem affectare creditum a Crotoniatis interfectum esse (121). Quod vero supra dixi Philolai opus in tres libros divisum fuisse, id probabiliter colligas e librorum illorum inscriptionibus (122). Apparet enim primum librum de mundo (περὶ κόσμου), secundum de rerum natura (περὶ φύσεως) adjuncta subtilissima de numeris disputatione, ut in Platonis Timæo, tertium de anima (περὶ ψυχῆς) compositum fuisse. Qua in re nobis non sunt negligenda quæ Claudianus Mamertus De statu animæ lib. II, cap. 3 ex ipso volumine petita summatim perscripsit. « Pythagoræ igitur, inquit, quia nihil ipse scriptitaverat, a posteris quærenda sententia est : in quibus vel potissimum floruisse Philolaum reperio Tarentinum, qui multis voluminibus de intelligendis rebus et quid quæque significent, oppido obscure dissertans, priusquam de animæ substantia decernat, de mensuris, ponderibus et numeris juxta geometricam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat, per hæc omnia universum exstitisse confirmans. « Idem ejusdem libri capite 7 ait : « Nunc ad Philolaum redeo, a quo dudum magno intervallo digressus sum, qui in tertio voluminum, quæ ῥυθμῶν καὶ μέτρων prænotat, de anima humana sic loquitur. Non ego nunc rationum tramitem et nexuosissimas quæstionum minutias revolvo, quibus hæc probabilia, Platone (123) non adversante Philolaus efficit : in quæ si quis vel curiositate vel studio forte flagraverit, de ipso scilicet fonte hauriet. » Quum autem in tribus illis de rerum natura commentationibus sæpe paullo obscurius philosopharetur, ut ad

38 seqq. — (116) Timon apud Gellium Noct. Att. III, 17 : Καὶ σὺ Πλάτων· καὶ γάρ σε μαθητείης πόθος ἔσχε· πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον, ἔνθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης. Vid. Philos. Fragm. vol. I, p. 89 seq. Proclus in Platonis Timæum init. : Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται, ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ κατὰ τὸν συλλογράφον. Schol. Platon. p. 200 ed. Ruhnk.: Τίμαιος ἐκ Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεως, φιλόσοφος Πυθαγόρειος, ἔγραψε μαθηματικά τε καὶ περὶ φύσεως σύγγραμμα, τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον· ἔνθεν ὁ Πλάτων καὶ τὸν διάλογον εἰς αὐτὸν ἔγραψε, καθὰ καὶ ὁ συλλογράφος φησὶ περὶ αὐτοῦ· Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον, ἔνθεν ἀφορμηθεὶς τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρει. Conf. Iamblichum in Nicomach. arithm. p. 148 ed. Tennul. et Synesium De dono astrolab. p. 307. — (117) Vid. adn. 69.

(118) Synesius De dono astrolab. p. 307 ed. Petav. Similiter Theophylactus Simocatta epist. 71 : Πῶς δ' ἂν στρατιωτικὴν καὶ γεωμετρικὴν εἰς ταὐτὸ συνήγαγε καὶ συνῆψε, τὰ μακροῖς θριγγίοις ἐκπαλαι διειργόμενα, μετ' Ἀρχύταν, μετὰ Φιλόλαον, μετὰ τὸν Αἴλιον Ἀδριανόν, μετὰ τὸν ἐκπτωτον ἡμῖν Ἰουλιανόν. — (119) Schol. ad Plat. Phaed. pag. 7 ed. Ruhnk.: Οὗτος ὁ Φιλόλαος Πυθαγόρειος ἦν, ἐξ Ἰταλίας πεφευγὼς διὰ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν τότε ὑπὸ Γύλωνος γεγονότα διὰ τὸ ἀνεπιτήδειον αὐτὸν πρὸς φιλοσοφίαν ὄντα ἀπείσθηναι τοῦ ὁμακοΐου. Ὃς καὶ δι' αἰνιγμάτων ἐδίδασκε, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτοῖς. Ἐλθὼν οὖν οὗτος εἰς Θήβας, τεθνεῶτι τῷ διδασκάλῳ Λύσιδι χοὰς ποιήσων, ἐκεῖ τεθαμμένῳ. Ἵππαρχος δὲ καὶ Φιλόλαος μόνοι τῆς εἰρημένης συμφορᾶς τῶν Πυθαγορείων διεσώθησαν. Πρὸς τὸν Λύσιν δὲ τοῦτον Πλάτων ποιεῖται τὸν διάλογον. — (120) Ælianus var. hist. lib. I, 23 : Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου καὶ Πρωταγόρας Δημοκρίτου, τῇ δὲ σοφίᾳ τοσοῦτον ἐλείποντο, ὅσον ἀνδρῶν παῖδες. — (121) Diogenes Laertius lib. VIII, 84 : Ἐτελεύτα δὲ νομισθεὶς ἐπιτίθεσθαι τυραννίδι. Καὶ ἡμῶν ἐστιν εἰς αὐτόν· Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν· εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς. Οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε Κρότων ποτὲ πάτρη, ὡς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν. Conferatur Suidas voc. ὑπόνοια et Φιλόλαος; item Anthol. vol. I, pag. 342 ed. Jacobs.

(122) Vide adnot. ad fragmenta. — (123) *Platone non adversante* posui, quum in membranis legantur voces corruptæ *quod voles adversante*.

veterum vatum similitudinem accederet qui divino potius instinctu quam meditato rationis judicio futura canebant vel mundi ortum aliaque id genus versibus persequebantur : factum est ut a posteris Philolai opusculum Baccharum vocabulo nominaretur. Cujus rei cum alios habemus testes, tum Proclum Comment. ad Euclidis elementa pag. 6 hæc annotantem : Διὸ δὴ καὶ ὁ Πλάτων πολλὰ καὶ θαυμαστὰ δόγματα περὶ θεῶν διὰ τῶν μαθηματικῶν εἰδῶν ἡμᾶς ἀναδιδάσκει, καὶ ἡ τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφία παραπετάσμασι τούτοις χρωμένη τὴν μυσταγωγίαν κατακρύπτει τῶν θείων δογμάτων· τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ ἱερὸς σύμπας λόγος καὶ ὁ Φιλόλαος ἐν ταῖς Βάκχαις καὶ ὅλος ὁ τρόπος τῆς Πυθαγόρου περὶ θεῶν ὑφηγήσεως. Quid? quod fictores sculptoresque Socratis tempore tres fere Bacchas tanquam sorores cera aut marmore informarunt, ut e veteri monumento jam dudum edito intelligitur (124). Neque Herodotus (125) Ægyptiorum cærimonias tam cum Orphicis mysteriis quam cum Bacchanalibus et Pythagoreorum sacris comparare veretur.

Restat ut Philolai placita (126) breviter complectar. Duo cunctarum rerum principia posuit, finem et infinitatem sive finita et infinita (127), quibus deum quasi causam ante causam atque adeo ipsarum originum auctorem et parentem præesse voluit (128). Nam necesse est, inquit, omnia quæ sunt vel infinita esse vel finita, vel simul finita et infinita, demonstraturus universa ex his duobus constare, id est aut ex infinita aut e finita substantia ad numeri similitudinem esse conflata. Quippe hic ex uno et duobus, impari videlicet ac pari exstitit, quæ liquet æqualitatis atque inæqualitatis ejusdemque atque alterius, definitæ atque indefinitæ esse substantiæ. Nimirum recte dicuntur omnia quæ ex contrariis composita sint harmonia quadam contineri, siquidem harmonia plurimorum conjunctio et dissentientium consensio est. Cæterum omnia quæ sub sensus cadunt numerum habent, quoniam nihil sine hoc neque cognosci neque percipi potest. Numeri autem non solum duæ species reperiuntur, par et impar, sed etiam tertia quædam ex utraque mixta, quæ par impar vocari solet. Utraque vero species multas gignit formas, quarum unaquæque eodem modo dividitur. Sed naturæ harmoniæque ea est ratio, ut sublato mundo æterna rerum essentia ipsaque natura sub divinam tantum, non sub humanam cognitionem cadat. Neque enim fieri posset, ut quidquam eorum quæ exstant cognosceretur, nisi harmonia (129) inesset in rebus e quibus coaluit mundus tum finitis tum infinitis. Huc accedit quod ne ipsa quidem rerum initia et dissimilia et genere diversa in ordinem redigi nisi harmoniæ ope potuissent. Quæ igitur nascente hac rerum compage similia et cognata erant, harmonia non indigebant : quæ autem dissimilia ac neque cognata neque æqualia, necesse erat tali harmonia constringi, siquidem mundo contineri debebant. Sed ut accuratius hanc philosophiæ partem tractemus, harmoniæ magnitudinem quaternarium intervallum et quinarium esse convenit, quinarium autem quaternario majus esse sesquioctavo. Est enim a summa chorda ad mediam quaternarium intervallum, a media ad imam quinarium, ab ima ad tertiam quaternarium, a tertia ad summam quinarium intervallum : medium autem inter mediam chordam et tertiam sesquioctavum est : quaternarium præterea sesquitertium est, quinarium vero sesquialterum : diapason autem duplum. Sic igitur harmonia continet quinque sesquioctâva et duas dieses, quinarium intervallum tria sesquioctava ac diesin, quaternarium intervallum vero duo sesquioctava ac diesin. Tonum (130) ita dividere tentavit Philolaus, ut ejus primordium ab eo numero statueret qui primus cubum a primo impari, quod honorificentissimum apud Pythagoricos fuit, efficeret. Nam quum ternarius numerus primus sit impar, tres tertio IX, atque id ter si duxeris, XXVII necessario exsurgent, qui ad XXIV numerum tono distat, eandem ternarii differentiam servans. Ternarius enim XXIV summæ octava pars est quæ eisdem addita primum a ternario cubum XX et VII reddit. Ex hoc igitur Philolaus duas efficit partes, unam quæ dimidio sit major, eamque apotomen vocat; reliquam quæ dimidio sit minor, eamque rursus diesin dicit quam posteri semitonium minus appellavere ; harum vero differentiam comma. Ac primum diesin in XIII unitatibus constare arbitratur, eo quod hæc inter CCLVI et CCXLIII pervisa sit differentia, quodque idem numerus, id est XIII, ex

(124) Vid. A. Hirtii Imag. fasc. II, tab. XXIII, 5. Adde Explicat. p. 175. — (125) Herodotus lib. II, 81. — (126) De his ante nos egit A. Bœcklius in egregio libro qui inscribitur : Philolaos des Pythagoreers lehren nebst den bruchstücken seines werkes von A. Bœckh. Berolini 1819. — (127) Vid. fragm. 1. 2. 3 e quibus tertius locus Stobæo teste sumtus est ἐκ τοῦ Φιλολάου περὶ κόσμου. Conf. Boethius Arithm. II, 32. — (128) Vid. Syrian. ad Aristot. Metaph. XIII, p. 102 et fr. 15.

(129) Diog. Laert. lib. VIII, 85 : Δοκεῖ δὲ αὐτῷ πάντα ἀνάγκῃ καὶ ἁρμονίᾳ γίνεσθαι.

(130) Boethius De musica III, 5.

novenario, ternario atque unitate compositus sit, quæ unitas puncti obtineat locum, ternarius vero primæ imparis lineæ, novenarius primi imparis quadrati : ex his igitur causis quum XIII diesin ponat, quod semitonium nuncupatur, reliquam XXVII numeri partem, quæ XIV unitatibus continetur, apotomen esse statuit. Sed quoniam inter XIII et XIV unitas differentiam facit, unitatem commatis loco censet esse ponendam, totum vero tonum in XXVII unitatibus locat, eo quod inter CCXVI ac CCXLIII, qui inter se distant tono, XXVII sit differentia. Præterea de minoribus intervallis ita judicat Philolaus. Diesis (131), inquit, est spatium, quo major est sesquioctava proportio duabus diesibus, id est duobus semitoniis minoribus; schisma est dimidium commatis; diaschisma vero dimidium dieseos, id est semitonii minoris. Ex quibus illud colligitur, quoniam tonus quidem dividitur præcipue in semitonium minus atque apotomen, dividi eum etiam in duo semitonia et comma; quo fit ut dividatur in quattuor diaschismata et comma. Integrum vero dimidium toni, quod est semitonium, constat ex duobus diaschismatibus, quod est unum semitonium minus, et schismate, quod est dimidium commatis. Quoniam quum totus tonus ex duobus semitoniis minoribus et commate conflatus sit, si quis integre dividere velit, faciet unum semitonium minus commatisque dimidium. Sed unum semitonium minus dividitur in duo diaschismata, dimidium vero commatis unum schisma est. Recte igitur dictum est, integre dimidium tonum in duo diaschismata atque unum schisma posse partiri : quo fit ut integrum semitonium a minore semitonio uno schismate differre videatur; apotome autem a minore semitonio duobus schismatibus differt : differt enim commate : sed duo schismata unum perficiunt comma. Excelluisse Philolaum inter eos qui de his rebus quæsiverunt auctor est Vitruvius Architect. lib. I, 1, ubi hujus aliorumque virorum doctorum laudes celebrat. Ait enim : « Quibus vero natura tantum tribuit sollertiæ, acuminis, memoriæ, ut possint geometriam, astrologiam, musicen cæterasque disciplinas penitus habere notas, præstreunt officia architectorum et fiunt mathematici. Itaque faciliter contra eas disciplinas disputare possunt, quod pluribus telis disciplinarum sunt armati. Hi autem inveniuntur raro, ut aliquando fuerunt Aristarchus Samius, Philolaus et Archytas Tarentini, Apollonius Pergæus, Eratosthenes Cyrenæus, Archimedes et Scopinas ab Syracusis, qui multas res organicas et gnomonicas numero naturalibusque rationibus inventas atque explicatas posteris reliquerunt. » Porro quæ Nicomachus (132) Arithm. II, p. 72 de Philolao dicit, confirmantur etiam a Boethio Arithm. II, 49, quamvis sublato Pythagorici philosophi nomine. « Vocant autem, inquit, quidam harmonicam hujusmodi medietatem idcirco, quod semper hæc proportionalitas geometricæ harmoniæ cognata est : harmoniam autem geometricam cubum dicunt. Ita enim ex longitudine in latitudinem distentus est et in altitudinis cumulum crevit, ut ex æqualibus proficiscens, ad æqualia perveniens, æqualiter totus sibi conveniens creverit. Hæc autem medietas in omnibus cubis, quæ est geometrica harmonia, perspicitur : omnis enim cubus habet latera XII, angulos octo, superficies sex. Hic autem ordo et dispositio harmonica est : disponantur enim VI, VIII, XII; hic ergo quemadmodum est major terminus ad minimum, ita differentia majoris et medii ad minimum comparatur. » Numerus octonarius quem arithmetici actu primum quadrantal appellabant, teste Cassiodoro (133), a Philolao harmonia geometrica vocabatur, quod omnes in ipso viderentur harmonicæ convenire rationes.

Venio nunc ad ea quæ Pythagoricæ sapientiæ doctor de mundo judicavit. Mundum unum esse arbitratur (134). Is autem usque ad medium cœpit exsistere et a medio superiora exorta sunt. Quamobrem eodem modo quæ supra medium sunt inferioribus sunt opposita. Nam inferioribus infima sunt media, ut suprema, ac reliqua similiter; siquidem eodem pacto se ad medium habent utraque exceptis partibus in alium locum translatis. Porro (135) id quod primo compositum est, Unum, in medio rerum naturæ corpore focum nominavit. Philolaus (136) enim ignem in medio ad centrum ponit quem universi focum Jovisque domicilium ac deorum matrem aramque et copulam ac mensuram naturæ vocitat. Alium deinde supremum ignem facit aërem omnia cingentem. At natura primum esse ait medium, circa quod decem cœlestia versentur corpora, cœlum, planetæ, sol et luna. Sub hac esse terram, sub eaque terram oppositam, ac postremo ignem in centro foci instar situm. Ac supremam quidem aeris nos ambientis partem quæ pura complectatur elementa Olympum vocat, sub Olympo ce-

(131) Boethius De musica III, 8.

(132) Nicomachus Arithm. II, p. 72. Vid. adnot. ad fragm. 3. — (133) Cassiodor. Expos. in Psalm. IX, vol. II, pag. 36 b ed. Garet.

(134) Vid. fragm. 5. — (135) Vid. fragm. 4. — (136

leriter moto autem loca quæ planetæ quinque cum sole et luna teneant, mundum; sub his vero loca lunæ subjecta ac terrestria, in quibus mutabilis rerum ortus regnet, cœlum. Postremo in statis quidem rebus cœlestibus versari affirmat sapientiam, sed in rebus ordine carentibus virtutem, ut illam perfectam, ita hanc imperfectam (137). Verum principatum physicus ille dixit esse in igne centrali quem tanquam carinam rerum procreator deus universi sphæræ præposuit. Pythagorici (138) quoque vacuum esse putarunt, quod infinito spiritu cœlum ingrederetur, quasi cœlum respirando illud etiam vacuum traheret quo naturæ distinguuntur, ideoque vacuum rerum cohærentium separationem quandam esse ac distinctionem arbitrati sunt. Cæterum hoc primum in numeris cerni existimarunt, vacuo eorum naturam distingui confirmantes. Iidem (139) cœlum unum esse decreverunt quod ex infinito tempus et respirationem et vacuum, rem ad describenda singulorum loca perpetuo adhibitam, attraheret. Utramque sententiam cum aliis, tum Philolao jure tribuas qui (140) insuper duplicem esse mundi interitum contendit, unum igne cœlitus defluente, alterum lunari aqua per conversionem aeris effusa : atque horum exhalationes esse alimentum mundi. Igni (141) ultro medium assignat locum, quod sit quasi focus universi, secundum antichthoni, tertium ei in qua nos degimus terræ, sitæ ex adverso et contrario motu circumcurrenti : unde fiat ut qui in una sunt terra, ab iis qui constituti in altera sunt, non cernantur. Nam quum alii terram immotam manere censuerint, Philolaus in orbem eam circumferri circum ignem, obliquo circulo, in morem solis et lunæ (142) eoque pacto noctem ac diem efficere credidit. Quapropter terram etiam unum e sideribus esse ei placuit. Ut autem hæc nostra terra movetur : ita etiam illa quæ ei opposita est æterno motu cietur atque agitatur (143). Eam vero nonnulli ætheream terram appellarunt (144). Adde quod Pythagoricæ sapientiæ assectator vitreæ naturæ solem facit, qui quomodo mundani ignis radios accipiat, sic lumen simul cum calore ad nos transfundat : adeo ut duo quodammodo sint soles, nempe cœlestis ignis et qui inde tanquam in speculum transfunditur, nisi quis etiam tertium velit adjicere, radium a speculo ad nos retortum (145). Faciem lunæ cum aliis Pythagoreis Philolaus terræ formam esse dicit, quoniam luna, quemadmodum terra hæc, circumcirca habitetur majoribus ac pulchrioribus animalibus et plantis, quum et quindecies præstantiora ibi degant animalia, nihil excrementi reddentia, et dies tanto sint longiores (146).

Attigisse Philolaum in parte operis siderum ortus et occasus, solis lunæque defectus, æquinoctia et solstitia, varias denique cœli tempestates ac similia, minime dubium est (147). Magnum autem composuerat annum ex annis LIX, in quo erant menses intercalares viginti et unus, qua de re ad Democriti fragmenta p. 144 seq. (ed. Berol.) commentatus sum (148). At annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIV et dimidiatum.

Numerorum vim per totam rerum naturam pertinere ejusdem doctissimi viri opinio fuit quam supra jam breviter perstrinximus (149). Quare numerum æternæ mundanorum permansionis præstantissimam ac sponte genitam copulam esse ait (150). Ad hæc spectandi sunt, inquit, numerorum effectus et natura e vi quæ in decade reperitur : est enim denarii numeri vis ingens atque omnia perficiens et absolvens divinæque ac cœlestis et humanæ vitæ simul origo simul dux et moderatrix. Sine ea autem omnia infinita, incerta atque obscura. Quippe numeri natura qua lex est qua dux et magistra rei cujuslibet dubiæ atque omnibus ignotæ. Neque enim cuiquam ulla res vel secum vel cum aliis comparata perspicua foret, nisi numerus ejusque natura esset. Nunc autem hic mensuræ instar cuncta animo accommodata sensui subjicit ac sibi invicem familiaria reddit, singula velut corpore vestiens rerumque tum infinitarum tum finitarum inter se comparationes a rebus ipsis sejungens. Animadvertere autem licet numerorum vim et naturam ubique non modo in rebus divinis ac cœlestibus, sed in omnibus quoque operibus mortalibus omnibusque rationibus et artibus, ut et in musica. Numerorum autem ut harmoniæ natura nihil falsi admittit, quippe quam attingere illud non possit. Falsum enim et invidia infinitæ tantum atque insipientis et dementis naturæ sunt. In

Vid. fragm. 6. — (137) Vid. fragm. 7. — (138) Aristoteles Phys. IV, 6, p. 213, 24 b ed. Bekker.

(139) Stobæus Eclog. lib. I, 19, 1, p. 380. Vid. adnot. ad fragm. 8. — (140) Vid. fragm. 8. — (141) Vid. fragm. 9. — (142) Plutarchus de plac. phil. lib. III cap. 13. Cf. Galen. XXI, 5. Euseb. XV, 58. — (143) Aristoteles De cœlo II, 13, p. 293 a ed. Bekker. — (144) Simplicius ad Aristot. De cœlo II, pag. 124 b. — (145) Vid. fragm. 10. Conf. Achilles Tatius in Arat. Prolegg. 19. — (146) Vid. fragm. 11. — (147) Censorinus de die natali cap. 18. — (148) Censorinus cap. 19. — (149) Vid. fragm. 12. — (150) Vid. fragm. 13.

numerum vero error non cadit, quoniam naturæ ejus repugnat. Veritas autem propria est atque insita numerorum generi. Quid? (151) quod unum sive unitatem rerum omnium principium nominat. Idem (152) tamen cunctorum ducem et moderatorem deum statuit qui unus semper sit, stabilis, immotus, ipse sui similis, diversus a reliquis. Quin (153) etiam rerum universitatem a numine tanquam custodia septam teneri dicens deum unum esse et materia superiorem ostendit. Neque vero ille unius dei principatus obstabat, quominus Philolaus in aperienda formarum geometricarum vi ac natura de aliis quoque diis symbolice loqueretur (154). Etenim apud Pythagoreos reperimus alios angulos aliis diis consecratos. Quocirca magistri et sodalium suorum exemplo his quidem diis trianguli, illis vero quadrati angulum et alios aliis eundemque pluribus diis dicavit.

Quid de singulis numeris senserit vir sapientiæ studio deditus, longum est dicere. Verum (155) post magnitudinem mathematicæ propriam eamque tripliciter in quaternario numero porrectam, qualitatem et coloratam speciem præ se ferente natura in quinario, animationem in senario, mentem et sanitatem et quod ab eo dicitur lumen in septenario, post hæc ait amorem et amicitiam et prudentiam et sollertiam in octonario numero rebus contingere. Quum autem magnam quaternarii numeri præstantiam esse contenderet, ejus virtutem in multis rebus cerni præ se ferebat (156). Quo in genere quattuor ei videntur animantis ratione præditi principia, cerebrum, cor, umbilicus, veretrum; caput quidem mentis, cor autem animæ et sensus, umbilicus vero radicum actarum et generatæ primæ partis, veretrum denique seminis emissi et procreationis. De reliquo cerebrum hominis, cor animantis, umbilicus plantæ, veretrum omnium simul principium ostendit. At genitalia corpora (157) sive rerum elementa quinque esse arbitratur, e quibus ignis, aqua, aer et terra in sphæra inveniantur, æther extra sphæram situs ambiat eam et quasi trahat. Cæteroqui negat Philolaus interire mundum (158). Sic enim ait in libro De anima : quapropter etiam interitus expers nulloque labore confectus perpetuo durat, siquidem nec intra ipsum causa potentior quam illa [anima] reperietur, neque extra quidquam quod eum perdere possit, sed fuit hic mundus ex æterno tempore atque in æternum permanet, unus ab uno cognato et præstantissimo et inexsuperabili gubernandus. Habet motus quoque ac mutationis principium unus et continuus mundus, naturæ beneficio perflatus et ex omni æternitate circumactus. Atque una quidem pars ejus immutabilis est, altera mutabilis, e quibus prior ab anima rerum universitatem cingente usque ad lunam pertinet, posterior a luna usque ad terram. Et quoniam res movens quidem ex æterno tempore in æternum ultro citroque commeat, res mota autem ita afficitur ut a movente aufertur : necesse est alteram semper mobilem, alteram semper patibilem esse, atque illam quidem totam mentis et animæ, hanc generationis et mutationis esse sedem, illamque vi priorem et superiorem, hanc posteriorem et inferiorem. Ex utraque vero portione, altera divina quæ semper currit, altera generata quæ semper mutatur, mundus compositus est. Quocirca recte dixerit aliquis mundum esse æternam dei et generationis efficaciam mutabili naturæ congruentem. Atque ille quidem eodem loco manens eodem semper pacto se habet, hæc autem rerum multitudo modo oritur modo occidit : sed quæ intereunt, eorum tamen naturæ formæque servantur, quando sobole relicta similem patri atque auctori formam restituunt.

De anima mundi singulorumque hominum animis procul dubio uberrime disputavit Pythagoricus naturæ interpres (159). Quum vero Platoni visa sit anima essentia se movens, Xenocrati numerus se movens, Aristoteli ἐντελέχεια, Pythagoras eam et Philolaus harmoniam dixerunt. Quocirca Philolao judice (160) anima inditur corpori per numerum et immortalem eandemque incorpoream convenientiam, ac præterea diligitur corpus ab anima, quia sine eo non potest uti sensibus : a quo postquam morte deducta est, incorpoream in mundo vitam agit. Sed nefas esse ait Pythagoreus (161) mortem sibi consciscere (162). Quando enim veterum theologorum et vatum auctoritatem secutus supplicii gratia animam cum corpore conjunctam, hoc tanquam sepulcro conditam esse opinatus est, noluit eam e corporis custodia injussu dei a quo data nobis est liberari, ne majoribus etiam et gravioribus calamitatibus afficeretur (163).

Fuisse Philolaum physicum magis quam virtutis magistrum, tam e fragmentis ejus intelli-

(151) Vid. fragm. 14. — (152) Vid. fragm. 15. — (153) Vid. fragm. 16. — (154) Vid. fragm. 17. — (155) Vid. fragm. 18. (156) Vid. fragm. 19. — (157) Vid. fragm. 20. — (158) Vid. fragm. 21. — (159) Macrobius in somn. Scip. I, 14. — (160) Claudianus Mamertus De statu animæ II, 7. — (161) Vid. fragm. 22. — (162) Vid. fragm. 23. — (163) Euxitheus

gitur quam e veterum scriptorum testimoniis. Nimirum paucæ ei ascribuntur sententiæ quæ ad moralem philosophiæ partem pertineant. Huc accedit quod omnia necessitate et harmonia fieri ratus (164) liberum videtur hominum arbitrium sustulisse (165). Quamobrem fanaticos, inquit, et futura prædicentes, quamvis intellectus opus faciant, tamen negamus tantum valere, ut aut suo Marte dicant quæ dixerunt, aut faciant quæ fecerunt. Sed ne per cupiditatem quidem. Itaque cogitationes quædam et affectiones vel actiones talibus cogitationibus et rationibus consentaneæ non sunt in nostra potestate, sed quædam rationes nobis sunt potentiores. Ut autem Ionici philosophi posteaque Plato naturam hominum instituto opposuerunt : ita etiam Philolaus (166) hæc contraria esse voluit. — De cognoscendi facultate paucissima Philolaum dixisse putamus, ut cui omnis rerum scientia cum naturæ contemplatione conjungenda videretur. Quæ igitur ad illum philosophiæ locum referuntur jam supra tetigimus. Unum superioribus adjungimus Sexti Empirici de hoc sapientiæ professore testimonium. Anaxagoras (167), inquit, omnino rationem rerum arbitram esse ait : Pythagorici vero rationem arbitram quidem appellant, non omnino tamen, sed eam quæ literarum disciplinis contingat, quemadmodum et Philolaus dicebat : eamque in contemplatione naturæ hujus universi defixam habere quandam cum ea cognationem, quoniam simili simile intelligi soleat. Denique notamus, quum Philolaus trianguli angulum Saturno, Diti, Marti, Baccho consecrarit, quadrati angulum autem Rheæ, Cereri, Vestæ dicaverit (168), plerosque Pythagoreos (169) trianguli vim Diti, Baccho, Marti vindicasse, quadrati vero Rheæ, Veneri, Cereri, Vestæ et Junoni ascripsisse, duodecim angulorum figuram Jovis atque eam quæ e quinquaginta sex angulis constat Typhonis esse voluisse. Quin etiam numeros (170) et figuras hujus sectæ homines deorum nominibus ornarunt. Nam triangulum æqualium laterum nominaverunt Minervam e vertice natam et Tritogeniam, quia triplici perpendiculo e tribus angulis suis ducto dividitur. Unitatem Apollinis vocabulo nuncuparunt, binarium numerum Contentionem et Audaciam vocaverunt, ternarium vero Justitiæ titulo dignati sunt. Omitto cætera quæ commemorare non vacat.

Timæus Locrus natus in ea Italiæ civitate quæ optimis et institutis et legibus temperata erat, non magis natalium splendore et opibus quam ingenio fertur excelluisse. Quippe multarum rerum percepta scientia in ipso philosophiæ fastigio eum stetisse inter locupletes auctores convenit. Neque vero solis doctrinæ studiis deditus fuit, sed summis etiam magistratibus et honoribus apud cives suos functus est (171). Quin etiam, si Synesio (172) fides, obitis legationibus de patria bene meruit. Quare magnis laudibus veteres scriptores eum decorarunt. Hunc enim ut peritissimum cœli siderumque spectatorem ac diligentissimum totius naturæ inquisitorem Plato in eo dialogo qui Timæus (173) inscribitur cum Socrate disputantem facit de rebus naturalibus ac de universi ortu. In quo reprehenditur a Macrobio Saturn. lib. I cap. I, quod colloquentes induxerit viros quos eodem sæculo non fuisse constet. At ratio fugit Macrobium si verum est quod referunt Cicero De finib. lib. V, cap. 29, item Tuscul. lib. I, cap. 17, Hieronymus in Apologia contra Rufinum cap. extr. aliique, Platonem ut Pythagoreos cognosceret in Italiam venisse ibique cum alios multos, tum Timæum audivisse. Porro singularem ac prope divinam astrorum cognitionem a Pythagora magistro acceptam in Timæo fuisse Chalcidius p. 75 censuit. Nec mirandum quod Plinius Nat. hist. lib. II, cap. 8 ubi

Pythagoreus apud Athen. IV p. 157. C. Cf. Cicero somn. Scip. 3. Tusc. lib. I, 30. — Diogenes Laertius lib. VIII, 85. — (165) Vid. fragm. 24. — (166) Vid. fragm. 25. — (167) Vid. fragm. 26. — (168) Vide Procli locum allatum ad fragm. 17. — (169) Plutarchus de Is. et Osir. cap. 30 : φαίνονται δὲ καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν Τυφῶνα δαιμονικὴν ἠγούμενοι δύναμιν. Λέγουσι γὰρ ἐν ἀρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ γεγονέναι Τυφῶνα· καὶ πάλιν τὴν μὲν τοῦ τριγώνου Ἅιδου καὶ Διονύσου καὶ Ἄρεος εἶναι, τὴν δὲ τοῦ τετραγώνου Ῥέας καὶ Ἀφροδίτης καὶ Δήμητρος καὶ Ἑστίας καὶ Ἥρας, τὴν δὲ τοῦ δωδεκαγώνου Διός, τὴν δὲ τοῦ ἑκκαιπεντηκονταγωνίου Τυφῶνος, ὡς Εὔδοξος ἱστόρηκεν. — (170) Plutarchus de Is. et Osir. cap. 76 : οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις. Τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν, ὅτι τρισὶ καθέτοις ἀπὸ τῶν τριῶν γωνιῶν ἀγομέναις διαιρεῖται· τὸ δὲ ἓν Ἀπόλλωνα, Ἕριν δὲ τὴν δυάδα καὶ Τόλμαν· δίκην δὲ τὴν τριάδα.

(171) Plato Tim. p. 20 A : Τιμαιός τε γὰρ ὅδε, εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς τῶν ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίᾳ δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε. — Synesius De dono astrolabii p. 307 : Ἰταλία μὲν γὰρ πάλαι τοὺς αὐτοὺς ἔχουσα Πυθαγόρου τε ἀκουστὰς καὶ τῶν πόλεων ἁρμοστὰς Ἑλλὰς ἡ μεγάλη προσηγορεύετο. Καὶ μάλα ἐν δίκῃ, παρ' οἷς Χαρώνδας μὲν ἐνομοθέτει καὶ Ζάλευκος, ἑστρατήγουν δὲ Ἀρχῦται καὶ Φιλόλαοι, ὁ δ' ἀστρονομικώτατος Τίμαιος ἐπολιτάρχει τε καὶ ἐπρέσβευε καὶ τἆλλα ἐπολιτεύετο· παρ' οὗ καὶ Πλάτων ἡμῖν περὶ κόσμου φύσεως διαλέγεται.

(173) Plato Tim. p. 27 A : ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μέν, ἅτε ὄντα ἀστρονομικώτατον ἡμῶν καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον κτλ.

de cœlestium notitia disserit gravissimo hoc utitur auctore.

Notum ejus est de anima placitum (174). Scilicet interiore et suo motu agitata corpus illa movet, quia cum eo conjuncta sit. Putat autem eam ex elementis constare ac secundum harmonicos numeros divisam esse. In quo hoc proprium ac peculiare habet, quod vitata recta linea ad cœli conversionum similitudinem in orbem eam torqueri affirmat. De visu non rectius quam Empedocles judicavit Timæus. Quocirca uterque conjunctim ab Aristotele (175) memoratur. Ex ejus auditoribus unum novimus Demaratum (176). Qui quum decem continuos dies ægrotasset morboque oppressus loqui non potuisset, undecimo die ex delirio lente recreatus per totum illud tempus suavissime se vixisse asseveravit.

Inter Platonicos posteriores imprimis Timæum admiratus est Proclus, fidelissimus libelli qui hodie sub ejus nomine fertur de anima mundi et natura custos ac servator. Hunc videlicet librum, tamquam ingenii ejus monumentum, suo in Platonis Timæum commentario præposuit, unde postea eum in Platonis editiones transiisse nemo ignorat. Idem scriptor Ocellum Lucanum Timæi præcursorem vocat Comm. (177) in Tim. p. 150. E. Fuerunt et alii Timæi de quibus vide Fabric. Bibl. Græc. Vol. III pag. 94 ed. Harl. Sed Timæo Locrensi præter opusculum de rerum natura (περὶ φύσεως) tum mathematica scripta tribuit Suidas tum de vita Pythagoræ nescio quam commentationem. Ac pauças quidem illas quæ exstant de natura paginas spectat non solum Syrianus in Aristotelis Metaphysicorum lib. XIV, p. 109 ubi docet Peripateticam philosophiam Ocelli et Timæi decretis inniti, sed etiam Simplicius in Phys. p. 2. b. item p. 50 et p. 104. b. atque in reliquis commentariis, velut de Anima p. 2. b et de cœlo p. 139. b; pariterque Philoponus sæpius in explicandis libris de Anima, ut lit. D. 9, verum omnium primus lucubrationis illius meminit Clemens Alexandrinus Timæum ἐν τῷ φυσικῷ γράμματι laudans Strom. V, p. 604. a. Cætera vero quæ Suidas Locrensi philosopho assignat opera aliis scriptoribus græcis ignota fuerunt. Quum autem Philoponus de anim. lit. D. 7 recte observaverit Aristotelem, quando Timæum testem adhibeat Platonis Timæum intelligere, neque ullus auctor Clemente antiquior id quod hodie legendo conteritur commentariolum dorice conscriptum de anima mundi allegaverit, sequitur disputatiunculam illam Locrensi sapientiæ doctori suppositam esse. Huc accedit quod libelli conditor quamvis antiquus doricum sermonem passim ionicis vocum formis temperavit, ut eum exstincta jam veterum dialectorum sinceritate vixisse apertum ac perspicuum sit. (178) Maneat igitur Timæo quam veteres ei impertiunt subtilis exquisitæque doctrinæ laus (179), sed dissertationis minime contemnendæ περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος alium esse architectum perpetuo defendemus. Cæteroquin hoc opusculum prodiit primum latine cum aliis veterum voluminibus Georgio Valla interprete Venetiis 1488 forma maxima, deinde ibidem octonis cum Ludovici Nogarolæ translatione et commentariis 1555, tum inter Scripta Mythologica, Physica et Ethica a Thoma Galeo (180) Can-

(174) Aristoteles de anima lib. I cap. 3 pag. 406. B. ed. Bekker. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος φυσιολογεῖ τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα· τῷ γὰρ κινεῖσθαι αὐτὴν καὶ τὸ σῶμα κινεῖν διὰ τὸ συμπεπλέχθαι πρὸς αὐτό. Συνεστηκυῖαν γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων καὶ μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμούς, ὅπως αἰσθησίν τε σύμφυτον ἁρμονίας ἔχῃ καὶ πᾶν φέρηται συμφώνους φοράς, τὴν εὐθυωρίαν εἰς κύκλον κατέκαμψεν· καὶ διελὼν ἐκ τοῦ ἑνὸς δύο κύκλους διὸσαχῇ συνημμένους πάλιν τὸν ἕνα διεῖλεν εἰς ἑπτὰ κύκλους, ὡς οὔσας τὰς τοῦ οὐρανοῦ φορὰς τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις. — (175) Aristoteles de sensu et sensibilibus cap. 2 pag. 437. B. ed. Bekker. ἐκείνως δ' αὐτὸς αὑτὸν ὁρᾷ ὁ ὀφθαλμός, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ ἀναλύσει, ἐπεὶ εἴ γε πῦρ ἦν, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται, καὶ συνέβαινε τὸ ὁρᾶν ἐξιόντος ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος τοῦ φωτός, διὰ τί οὐ καὶ ἐν τῷ σκότει ἑώρα ἂν ἡ ὄψις; τὸ δ' ἀποσβέννυσθαι φάναι ἐν τῷ σκότει ἐξιοῦσαν, ὥσπερ ὁ Τίμαιος λέγει, κενόν ἐστι παντελῶς· τίς γὰρ ἀπόσβεσις φωτός ἐστιν; σβέννυται γὰρ ἢ ὑγρῷ ἢ ψυχρῷ τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν, οἷον δοκεῖ τό τ' ἐν τοῖς ἀνθρακώδεσιν εἶναι πῦρ καὶ ἡ φλόξ, ὧν τῷ φωτὶ οὐδέτερον φαίνεται ὑπάρχον. Εἰ δ' ἄρα ὑπάρχει μὲν ἀλλὰ διὰ τὸ ἠρέμα λανθάνειν ἡμᾶς, ἔδει μεθ' ἡμέραν τε καὶ ἐν τῷ ὕδατι ἀποσβέννυσθαι τὸ φῶς, καὶ ἐν τοῖς πάγοις μᾶλλον γίγνεσθαι σκότον· ἡ γοῦν φλὸξ καὶ τὰ πεπυρωμένα σώματα πάσχει τοῦτο· νῦν δ' οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον. Ἐμπεδοκλῆς δ' ἔοικε νομίζοντι ὁτὲ μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτός, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, βλέπειν· λέγει γοῦν οὕτως· Ὡς δ' ὁτε τις πρόοδον κτλ. Vid. Empedocl. fragm. vs. 218-229. p. 6 et quæ notavi p. 48-52. — (176) Aristoteles de mirab. auscult. 178 Δημάρατον Τιμαίου τοῦ Λοκροῦ ἀκουστὴν νοσήσαντα ἄφωνον φασιν ἐπὶ δέκα γενέσθαι ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἀνανήψας βραδέως ἐκ τῆς παρακοπῆς ἔφησεν ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἥδιστα αὐτῷ βεβιῶσθαι. — (177) Proclus in Tim. p. 150. E. ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὀκελλον, τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον κτλ. — (178) Conf. adn. 69.

(179) Philoponus comm. in Aristotelis libros de Anima lit. D. 9 ὅτι ἐν ἕξει ἦν ἀκροτάτῃ ὁ Τίμαιος πάσης μαθηματικῆς ἐπιστήμης, γεωμετρίας, ἀριθμητικῆς, μουσικῆς τε καὶ ἀστρονομίας, ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων σαφὲς συνιδεῖν. (180) Qui in Præfatione Platonis Timæum cum Pythagorico exemplari sic comparat : « Timæus major occasione hujus scriptus a Platone, potes dubitare, illustrioremne an obscuriorem reddiderit. Certe dum dialogum suum κτενίζων καὶ βοστρυχίζων huic Locro lucem dare studuit Plato, in nonnullis locis simplicem et rectum scriptorem anili superstitione corrupit. Erat animus quædam, quod facile fieri poterat, ex Jamblicho περὶ κοινῆς μαθηματικῆς, Proclo, Syriano et Damascio (qui quidem et ipsi in majorem Timæum commentati sunt, aliosque ejusdem commentatores Crantorem, Longinum, Numenium, Origenem, Porphyrium, Severum,

tabrigiæ 1671 et Amstelodami 1688 promulgata, denique post Berolinensem Dargensii (181) et Parisiensem Battæsii (182) editionem Lugduni Batavorum 1836 opera et studio I. I. de Gelder, qui scholia et varietatem lectionis e membranis Parisiensibus suasque annotationes et ineditas Valckenarii conjecturas adjecit. Sed Platonis quoque editores illud priscæ philosophiæ monumentum haudquaquam neglexerunt. Certe inde a renatis litteris majoribus Platonis exemplaribus additum invenitur. At superioribus criticis diligentiæ palmam eripuit in vulgando isto libro Imm. Bekkerus, qui excussis decem codicibus scriptoris verba optime recensuit. Hujus igitur apparatu critico usus orationis nitorem etiam tum quasi maculis quibusdam infuscatum emendato aliquoties libello restitui novamque magna ex parte interpretationem latinam adjunxi.

Quantum valeret Pythagoricarum tum similitudinum tum sententiarum contemplatio ad plenam sapientiæ Pythagoreæ cognitionem consequendam, præter cæteros sensisse videtur *Demophilus*, cui primum inter hujus sectæ philosophos locum dedimus vol. I, pag. 485-499. Sed quis fuerit doctus ille vir qui hæc præclara familiæ istius dicta collegit et quando vixerit plerique se ignorare fatentur. Etsi enim non desunt Demophili in antiquorum libris memorati, nemo tamen inter illos est cui hanc apophthegmatum copiam necessario ascribas. Quod ne cui dubium videatur, Demophilos qui quidem noti sunt ordine proferam. Primus est Demophilus Thespiensis quem Herodotus (183) lib. VII, 222 gloriosa morte occubuisse dicit. Secundum ponimus eum quem quarto Olympiadis nonagesimæ nonæ anno Atheniensium rempublicam rexisse Diodorus Siculus (184) lib. XV, 22 memoriæ prodit. Tertius sit Demophilus Ephori filius historiarum scriptor, cujus meminit Athenæus (185) lib. VI, p. 232 D. Quartum esse volumus poetam comicum de quo vide Meinekium tom. I, p. 491. His accedit quintus Demophilus qui de ritibus Ægyptiorum exposuit laudatus Kirchero III Œdipi p. 358. Ab hoc diversus fortasse est is quem sextum numeramus, homo eruditus, citatus ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν καὶ ἑορτῶν a Maximo in scholiis ad Dionysii Areopagitæ Epist. 8, vol. II, pag. 129. Addimus septimum Demophilum Apolloniaten, quem Golzii thesaurus in nummo exhibet. Porro Demophili mensarii mentionem facit Demosthenes adv. Spudiam II, pag. 1031 ed. Reisk. Alium Demophilum Aristotelis accusatorem fuisse ait Athenæus (186) lib. XV p. 696 A. Insuper Demophilum Bithynum celebrat Julianus in Misopogone et Suidas v. Δημόφιλος. Præterea Damophilum quendam Rhodiorum navibus primo Olympiadis CXIX anno præfuisse tradit Diodorus Siculus (187) lib. XX cap. 93. Demophili nomen habuit etiam episcopus Constantinopolitanus, mirabilium quorundam dogmatum auctor, teste Suida v. οἶον. Superest unus ejusdem nominis mathematicus, cujus scholia quædam Porphyrianæ in Ptolemæi tetrabiblum isagogæ inserta leguntur. Qui licet mathematicus sit, non philosophus, tamen quoniam multi antiquitus artium mathematicarum studium cum sapientiæ cupidine et optimarum litterarum tractatione copularunt, hunc ipsum olim Pythagorica de quibus agitur tum similium rerum exempla tum sententias collegisse Lucas Holstenius statuit. At non liquet. Id tantum video hunc Pythagoricæ doctrinæ heredem sub Imperatoribus Romanis secundo fere post Chr. n. sæculo vixisse. Namque illa tempestate mos erat Cæsares ἱερωτάτων βασιλέων nomine affari, ut Polyænus in librorum proœmiis fecit. Similiter hic scriptor amicum cui apophthegmata dedicavit blandis verbis, φίλτατε καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη, compellat. Sunt autem præcepta illa Pythagorica satis puro elegantique orationis genere scripta. Cæterum Demophilum e codice Vaticano prolatum latineque versum primus Romæ emisit Lucas Holstenius (188) anno 1638. Eundem cum Holstenii translatione repetierunt Galeus (189), Schierius (190), atque Orellius

Taurum, sæpe multis verbis citant) afferre, sed in aliud tempus rejeci. » — (181) Timée de Locres en grec et en français, avec des dissertations sur les principales questions de la métaphysique, de la physique et de la morale des anciens, par le Marquis d'Argens ; Berlin, 1762, chez Haude et Spener. — (182) Ocellus Lucanus, de la nature de l'univers ; Timée de Locres, de l'âme du monde ; lettre d'Aristote à Alexandre sur le système du monde. Avec la traduction françoise et des remarques par Monsieur l'abbé Batteux, à Paris 1768.

(183) Herodotus lib. VII, 222 : Θεσπιέες δὲ ἐκόντες μάλιστα· οἱ οὐκ ἔφασαν ἀπολιπόντες Λεωνίδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἀπαλλάξεσθαι, ἀλλὰ καταμείναντες συναπέθανον· ἐστρατήγεε δὲ αὐτέων Δημόφιλος Διαδρόμεω. — (184) Diodorus Siculus lib. XV, 22 : ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημοφίλου Ῥωμαῖοι ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους κατέστησαν κτλ. — (185) Athenæus lib. VI, p. 232 D : Ἔφορος δὲ ὁ Δημοφίλου ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν κτλ. — (186) Athenæus lib. XV p. 696 A : ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπεναγκάμενος Δημόφιλος. — (187) Diodorus Siculus lib. XX cap. 93 : Δημόφιλος μὲν ἔχων ναῦς τὰς καλουμένας παρὰ Ῥοδίοις φυλακίδας ἔπλευσεν εἰς Κάρπαθον κτλ. — (188) Demophili, Democratis et Secundi veterum philosophorum sententiæ morales, nunc primum editæ a Luc. Holstenio; Romæ, 1638. — (189) In Opusculis mythologicis, ethicis et physicis; Cantabrig. 1670 et Amstel. 1688. — (190) Demophili, Democratis et Secundi sententiæ cur. F. A. Schier.

(191). Nos recognitum scriptorem accuratius quam olim latine redditus erat interpretati sumus. *Secundus* (192) sophista Atheniensis quem æquales *clavum ligneum* nominabant, quia fabri filius esset, Tiberii Claudii Herodis Attici præceptor, sub Hadriano Imperatore floruit. Multas ac reconditas in eo fuisse litteras ex hoc conjici licet quod Suidas (193) eum cum C. Plinio Secundo, nobilissimo Romanæ sapientiæ antistite eodemque naturalis historiæ conditore, confundit. Si fidem tribuimus anonymi scriptoris (194) testimonio, Secundus grammaticam, rhetoricam et philosophiam professus e paupertate emersit, sed uxorem minus probam et modestam duxit. Neque vero solum disputationum subtilitate et consiliorum bonitate auditoribus prodesse studuit, sed declamationes quoque in eorum gratiam scriptas edidit. Sed cum alia fuerunt ejus viri dicta (195) memorabilia, tum illud quod sodalibus tractandum proposuit argumentum ad rerum publicarum mutationum spectans. *Seditionis auctor moriatur; at qui compresserit seditionem, præmium accipiat. Quodsi idem et excitaverit seditionem et exstinxerit, præmium postulet.* Istam vero materiam paucis verbis adumbravit. *Utrum*, inquit, *prius est? Commovere seditionem. Utrum posterius? componere seditionem. Postquam igitur pœnam sceleris tui subieris, bene factorum præmium, si poteris, percipito.* Ajunt (196) eum cum Herode laudum suarum æmulo simultatem exercuisse, qui magistrum versu Hesiodeo cavillatus est :

Succenset figulus figulo, fabro quoque faber.

Verum illa res, nisi me fallit animus, nullum habuit momentum ad benevolentiam et caritatem illius necessitudinis adimendam. Etenim Herodes Secundum exacta ætate mortuum non modo lacrimis prosecutus est, sed etiam funebri laudatione honestavit. Sepultus est (197) prope Eleusinem in via quæ Megara ducit. Talis fuit viri vita, si solos antiquos et incorruptos testes adhibendos censemus. Verumenimvero inferior ætas fictis fabulis narravit Secundum virtutis magistrum Pythagoricam vitam vixisse atque omni tempore silentium tenuisse (198). Quid quæris? Referunt quidam (199) Secundum philosophum, quando cum matre concubinum ignorante coierit et illa postmodum agnito dedecore mortem sibi consciverit, ipsum simul incestûs pœnitentia, simul dolore ex illius morte percepto cruciatum in perpetuum conticuisse, ut ulcisceretur vocem qua in concubitu genitrici innotuisset. Exstat vero narratiuncula græca in eandem fere sententiam scripta, cujus inventor addit Secundum ne instante quidem mortis periculo silentium rupisse, ac tandem ad Hadriani interrogationes per litteras respondisse. Has nugas a Gudio e codice Mediceo petitas atque ab Adamo Schierio publici juris factas (200) inserere hoc loco constitui. In quibus divulgandis et corrigendis, quamquam nemini eas placituras esse existimo, id potissimum egi, ne bonarum litterarum studiosi necesse haberent ad rem quæ exponitur cognoscendam priores editiones consulere. ΒΙΟΣ ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ. Σεκοῦνδος ἐγένετο φιλόσοφος. Οὗτος ἐφιλοσόφησε [a] τὸν ἅπαντα χρόνον, σιωπὴν ἀσκήσας, Πυθαγορικὸν ἐζηλωκὼς [b] βίον. Τὸ δὲ αἴτιον τῆς σιωπῆς τοῦτο· ἐπέμφθη παρὰ τῶν γονέων [c] μικρὸς ὢν παιδευθῆναι. Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ παιδεύσει [d], ἐγένετο, τὸν πατέρα αὐτοῦ τελευτῆσαι. Ἦν δὲ ἀκούων περὶ τῆς παραβολῆς ταύτης, ὅτι πᾶσα γυνὴ πόρνη, ἡ δὲ λαθοῦσα σώφρων [e]. Τέλειος οὖν γενόμενος [f] ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα τὴν τοῦ κυνὸς [g] περιφέρων ἄσκησιν, βάκλον [h] καὶ πήραν περιφέρων, τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν πώγωνα ἀναθρέψας.

Lipsiæ 1754. — (191) in Opuscul. vet. Græc. sentent. et mor. tom. I.

(192) Philostratus vit. Sophist. lib. I pag. 544 ed. Olear. : Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν ἐπίθυρον (leg. ἐπίουρον) τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶναι μὲν περιττός, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. — (193) Suidas : Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστής, ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος, καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡροδότου (leg. Ἡρώδου) τοῦ σοφιστοῦ· ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς. — (194) Anonymi Florilegium manuscriptum Bibliothecæ Barberinæ : Ὁ Σεκοῦνδος ἔφη· τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης καὶ οὐλομένης γυναικός· τῶν δύο ἐξέφυγον, οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα. — (195) Philostratus l. c. Μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μέν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις. Ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας στάσιν ἐχέτω δωρεάν· ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν. Τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδε ἐβραχυλόγησεν. Οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι στάσιν. Τί δεύτερον; τὸ παῦσαι. Δοὺς οὖν ἐφ' οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ' οἷς εὖ πεποίηκας, εἰ δύνασαι (δωρεὰν) λάβε. — (196) Philostratus l. c. Ἡρώδην δ' ἐκπαιδεύσας ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη· ὅθεν Ἡρώδης διετώθαζεν αὐτὸν ἐκεῖνο λέγων· καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων. Ἀλλ' ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπέφθέγξατο καὶ δάκρυα ἐπέδωκε καίτοι γηραιῷ τελευτήσαντι. — (197) Philostratus l. c. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγαράδε ὁδοῦ. — (198) Vincentius Bellovacensis Spec. Hist. lib. III, cap. 70. — (199) Ravisius Textor in Officina p. 1310, ubi auctorem nescio quem Diogenem vel Diogenianum laudat. — (200) Repetiit hanc narratiunculam Orellius in Opusc. vet. Gr. sent. et moral. tom. I, pag. 208-213. —

Codicis Medicei lectiones : (a) ἐφιλοσόφησε. — (b) ἐξηλειμμένως i. e. ἐξειληφώς vel quod magis placet ἐζηλωκώς. Cf. Cebetis Tabula, p. 5 ed. Salmas. — (c) παρ' αὐτῶν γονέων. — (d) παιδεύσῃ. — (e) σόφρων. — (f) γενάμενος. — (g) κοινοῦ, sed in margine κυνός. — (h) Voces βάκλον et μετάτον sæpius apud scriptores medii ævi obvias exponit Cangius in

Λαμβάνει οστος μετάτον ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, μηδ' ἑνὸς τῶν οἰκείων αὐτὸν [l] γνωριζόντων, μηδὲ τῆς ἰδίας μητρός. Βουλόμενος δὲ πεισθῆναι καὶ τὸν περὶ γυναικῶν λόγον, εἰ ἄρα ἀληθής ἐστι, καλέσας μίαν τῶν παιδισκῶν, ὑπέσχετο [k] αὐτῇ χρυσίνους [l] ἕξ, ὑποκρινόμενος φιλεῖν τὴν κυρίαν αὐτῆς, ἑαυτοῦ δὲ μητέρα [m]. Ἡ δὲ λαβοῦσα τὸ χρυσίον ἡδυνήθη πεῖσαι τὴν ἑαυτῆς κυρίαν, ὑποσχομένη [n] αὐτῇ χρυσίνους ν'· ἡ δὲ συνέθετο τῇ παιδίσκῃ, εἰποῦσα, ὅτι ὀψίας ποιήσω αὐτὸν εἰσελθεῖν λάθρα; καὶ κοιμηθήσομαι μετ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ φιλόσοφος ἔχων τὰς ἐπαγγελίας παρὰ τῆς παιδίσκης ἔπεμψεν αὐτὴν [o] πρὸς τὸ δεῖπνον. Καὶ δὴ τούτων ἀποδειπνησάντων [p] ὡς ἦλθε [q] πρὸς τὸν ὕπνον, αὐτὴ μὲν προσδοκῶσα [r] σαρκικῶς αὐτῷ συμμιγῆναι, αὐτὸς δὲ ὡς ἰδίαν μητέρα περιλαμβάνων καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλάμπων, οὓς [s] ἐθήλασε μαστοὺς [t] ἐκοιμήθη ἕως πρωΐ. Περὶ δὲ τὸ διαύγασμα [u] ἀναστὰς Σεκοῦνδος ἐβουλεύετο ἐξελθεῖν. Ἡ δὲ ἐκράτησεν αὐτὸν λέγουσα· καταγνῶναί μου θέλων τοῦτο ἐποίησας. Ὁ δὲ εἶπεν· οὐχί, κυρία μήτηρ. Οὐ γὰρ δίκαιόν ἐστιν, οὗπερ ἐξῆλθον, μιᾶναι. Μὴ γένοιτο. Ἡ δὲ ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ, τίς εἴη [x]. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· ἐγώ εἰμι Σεκοῦνδος ὁ υἱός σου. Ἡ δὲ καταγνοῦσα ἑαυτῆς [y] καὶ μὴ φέρουσα τὴν αἰσχύνην ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος γνοὺς ὅτι διὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης ὁ θάνατος τῆς μητρὸς ἐγένετο, ἀπόφασιν καθ' ἑαυτοῦ ἔδωκεν, τοῦ μὴ λαλῆσαι τοῦ λοιποῦ, καὶ μέχρι θανάτου τὴν σιωπὴν ἤσκησεν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον Ἀδριανὸς ὁ Καῖσαρ παραγενόμενος ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἤκουσε περὶ αὐτοῦ. Οὔτε γάρ [z] τι τῶν καλῶν αὐτὸν [a] ἐλάνθανεν, καὶ τοῦτον μετεπέμψατο [ἐλθεῖν]. Ἐλθόντα δὲ τὸν Σεκοῦνδον ὁ Ἀδριανὸς δοκιμάσαι θέλων, εἰ ἀληθῶς ἄρα τὴν σιωπὴν ἀσκεῖ, ἐπαναστὰς πρῶτος ἠσπάσατο αὐτόν· καὶ ὁ μὲν Σεκοῦνδος τὸ σύνηθες τηρεῖ τῆς σιωπῆς, ὁ δὲ Ἀδριανὸς ἔφη αὐτῷ· λάλησον, φιλόσοφε, ἵνα μάθωμέν [b] σε, οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν σιωπῶντος τὴν ἐνοῦσάν σοι σοφίαν ἐπιγνῶναι. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος ὁμοίως ἐσιώπα. Ὁ δὲ Ἀδριανὸς ἔφη αὐτῷ· Σεκοῦνδε, πρίν με ἐλθεῖν καλῶς ἐσιώπας, οὐ γὰρ εἶχες ὄντως ἐνδοξότερόν σου ἀκροατήν, καὶ παραστῆναι τοῖς ῥήμασί σου δυνάμενον. Νῦν δὲ ἐγὼ πάρειμι καὶ ἀξιῶ, λάλησον, ἐπᾶρόν σου τὸν λόγον εἰς ἀρετήν. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος οὔτε ᾔδέσθη, οὔτε ὡς βασιλέα [c] ἐφοβήθη. Ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἀδριανὸς ἔφη, Τύρπωνί τινι [d] λέγων, ποίησον τὸν φιλόσοφον, ἵνα φθέγξηται ἡμῖν λόγον. Καὶ ὁ μὲν Τύρπων, ὥσπερ ἐστίν, εἶπεν· λέοντάς [e] τε καὶ παρδάλεις καὶ ἄλλα θηρία ἔπειθον [f] ἀνθρωπίνῳ στόματι λαλῆσαι, τὴν δὲ τοῦ φιλοσόφου ἀπειθίαν οὔ. Μετεκαλέσατο δέ τινα σπεκουλάτωρα [g] Ἕλληνα καὶ ἔφη· τὸν μὴ βουλόμενον λαλῆσαι βασιλεῖ Ἀδριανῷ ζῆν οὐ βούλομαι· ἄπαγε, κόλασον αὐτόν. Ὁ δὲ Ἀδριανὸς λάθρα τὸν σπεκουλάτωρα καλέσας, ἔφη αὐτῷ· ἡνίκα τὸν φιλόσοφον μέλλεις ἀπάγειν [h], κατὰ τὴν ὁδὸν λάλησον αὐτῷ καὶ παραμύθησαι τοῦ λαλῆσαι [h], καὶ ἐὰν μὲν ἀποκριθῆναι αὐτὸν πείσῃς, ἀποκεφάλισον αὐτόν· ἐὰν δὲ οὐκ ἀποκριθῇ, σῶον πάλιν αὐτὸν ἐνταῦθα ἄγαγε. Ἀπηνέχθη δὲ σιωπῶν ὁ Σεκοῦνδος. Καὶ ὁ μὲν σπεκουλάτωρ κατέβαινεν ἔχων αὐτὸν εἰς τὴν πεῖραν, ἦν γὰρ ὁ τόπος ἐκεῖνος τῶν κολαζομένων, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ· Ὦ Σεκοῦνδε, τί σιωπῶν ἀποθνήσκεις; λάλησον, καὶ ζήσῃ. Χάρισαι ἑαυτῷ ζωὴν διὰ τοῦ λόγου· καὶ γὰρ ὁ κύκνος πρὸς τὸ τέρμα τοῦ βίου, καὶ ὅσα δὲ ἄλλα πετεινὰ τῇ δεδομένῃ αὐτοῖς φωνῇ κελαδεῖ [i] καὶ οὐδέν ἐστιν ἄφωνον ἐν τῷ βίῳ. Μετανόησον οὖν, ἱκανὸς γὰρ πρὸς σὲ σιωπῆς γενόμενος χρόνος [k]. Καὶ ἄλλοις δὲ πλείοσι λόγοις παρεμυθεῖτο, καὶ ἐδελέαζε τὸν Σεκοῦνδον. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος καὶ τοῦ ζῆν καταφρονήσας, σιωπῶν τὸν θάνατον ἐξεδέχετο, τοῖς λόγοις μὴ ἐπιστρεφείς. Ὁ δὲ σπεκουλάτωρ, ἀπαγαγὼν τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον, ἔφη, Σεκοῦνδε, πρότεινον σοῦ τὸν αὐχένα, καὶ δέξαι δι' αὐτοῦ [l] τὸ ξίφος. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος τείνας τὸν αὐχένα διὰ τῆς [m] σιωπῆς τοῦ βίου ἀπετάσσετο. Γυμνὸν δὲ τὸ ξίφος ἐνδεικνύμενος ὁ σπεκουλάτωρ ἔφη· ὦ Σεκοῦνδε, ἀγόρασον φωνῇ σου τὸν θάνατον. Ὁ δὲ Σεκοῦνδος οὐκ ἐλάλησεν. Παραλαβὼν δὲ ὁ σπεκουλάτωρ αὐτόν, ἦλθε πρὸς Ἀδριανὸν καὶ ἔφη· Δέσποτα Καῖσαρ, τὸν Σεκοῦνδον, ὁποῖόν μοι παρέδωκας, τοιοῦτόν σοι αὐτὸν ἤγαγον μέχρι θανάτου σιωπήσαντα. Ἀδριανὸς δὲ θαυμάσας τὴν τοῦ φιλοσόφου ἐγκράτειαν ἀναστὰς ἔφη· Σεκοῦνδε τὴν σιωπὴν ἀσκήσας, ὥσπερ τινὰ νόμον σεαυτῷ προσθείς, τὸν νόμον σου παραλῦσαι οὐκ ἠδυνήθην· λαβὼν τοίνυν ταύτην τὴν δέλτον γράψον καὶ ὁμίλησόν μοι διὰ τῶν χειρῶν σου. Δεξάμενος δὲ ὁ Σεκοῦνδος ἔγραψε τάδε· Ἐγὼ μέν, ὦ Ἀδριανέ, οὐ φοβηθήσομαί σε τοῦ ἀποθανεῖν, ἄρχων γὰρ τοῦ καιροῦ τούτου εὑρέθης, τὸ γὰρ ἀποκτεῖναί με ἐν σοί ἐστι, τῆς δ' ἐμῆς φωνῆς καὶ τοῦ ἐμοῦ προφορικοῦ λόγου οὐδεμία σοί ἐστιν ἐξουσία. Ἀδριανὸς δὲ ἀναγνοὺς ἔφη· καλῶς ἀπελογήσω· ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσιν· καὶ γὰρ εἴκοσί σοι προβλήματα προτίθημι, ὧν πρῶτον, τί ἐστι κόσμος; ἀπόκριναί μοι πρὸς ταῦτα. Πάλιν ὁ Σεκοῦνδος ἀντέγραψε· κόσμος ἐστίν, ὦ Ἀδριανέ, τὸ σύστημα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς πάντων, ὧν ἐρῶ σοι [n] μικρὸν ὕστερον, ἐὰν τοῖς λεγομένοις προσσχῇς [o]· καὶ οὐ γὰρ ἄνθρωπος εἶ, ὦ Ἀδριανέ, ὥσπερ

Glossario.— (l) αὐτῶν.— (k) ὑπέσχετο.— (l) χρυσήνους.— (m) μητέραν.— (n) ὑποκρινομένη.— (o) αὐτά quod mutandum in αὐτήν, quum αὐτάς vix ferri possit. — (p) ἀποδειπνισάντων. — (q) ἐλθόν. — (r) προσδοκοῦσα. — (s) ὡς. — (t) μασθούς. — (u) διάφασμα. — (x) τίς ἂν εἴη. — (y) ἑαυτοῦ. —(z) οὔτε γὰρ καὶ ut apud Malalam lib. XVIII, p. 472, 1 ed. Bonn.— (a) αὐτῷ. — (b) μάθομεν. — (c) οὔτ' ὡς βασιλεύς. — (d) τυρπωνίτη. — (e) λεόντες. — (f) ἔπειθεν. — (g) ἐπάγειν.

— (h) Similiter Malalas lib. VI, p. 100, 1. — (i) κελαθῇ. — (k) ἱκανὸν γὰρ πρός σε σιωπῆς γενόμενον χρόνον.— (l) αὐτοῦ.—(m) δι' αὐτῆς. — (n) ἐροῦμαι μικρὸν ὕστερον.— (o) προ-

καὶ ἡμεῖς πάντες, παντὸς πάθους μέτοχος [p], σποδὸς σαπρίας. Καὶ ἡ [q] ἀλόγων ζωὴ ἐστι τοιαύτη· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν περολίδωται, τὰ δὲ τετρίχωται, τὰ δὲ πεπήρωται, τὰ δὲ κεκόσμηται, αὐτένδυτα καὶ αὐτοβοήθητά ἐστιν ὑπὸ τῆς ὠφεληθείσης αὐτοῖς φύσεως. Τυγχάνεις δὲ σύ, ὦ Ἀδριανέ, φόβου πλήρης [r] ὤν· καὶ ποτὲ μὲν πνεύματι βαρυήχῳ ὥσπερ ζημίᾳ ἔνοχος χειμερίῳ τε ἀέρι ἐκκείμενος, ποτὲ δὲ θερινῷ ἀέρι θερμαινόμενος καὶ λιαινόμενος οἰδαίνων ὁμοίως εἶ [s]· καὶ γὰρ ἔχεις ζῷα, ἔλμιγγας ἐν τῷ σώματι, ἐν ᾧ καὶ ῥυπαρῶν ἀγέλαι εἰσὶ καθέλκουσαι σκώληκας [t] ἐπενεγκεῖν σοι οὐχὶ βάρος δυναμένους, ἀλλ' ὡς ἐν πυρὶ [u] τῶν καυτηρίων [x] πέλεις. Προνοεῖς [y] μὲν τεμνόμενον καὶ διαιρούμενον ὀλιγοχρόνιον καὶ πολυμαθὲς ζῷον, ἡλίῳ φρυγόμενον [z], βορβόρῳ ψυχόμενον [a], γλώττης [b] δὲ ἔχεις προοίμιον, πένθους δάκρυα τὴν μεταβολὴν ἔχων. Πότερόν ἐστιν ἡμῖν ἡ τῆς μοίρας ἢ ἡ τοῦ δαίμονος ἀνάγκη [c]; Τὴν μὲν γὰρ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν, ἡ δὲ σήμερον παρέρχεται ἡμᾶς, τὴν δὲ ἐπιοῦσαν οὐκ ἴσμεν. Μὴ οὖν τῶν λεγομένων καταφρόνει, ὦ Ἀδριανέ. Μὴ λέγε, ὅτι τὸν κόσμον ἐγύρευσας μόνος, ἥλιος γάρ ἐστι καὶ σελήνη σὺν ἄστροις οἱ τὸν κόσμον διοδεύοντες· μηδὲ [d] δόκει καλὸς εἶναι καὶ μέγας καὶ πλούσιος καὶ ἄρχων τῆς οἰκουμένης. Οὐκ οἶδας δέ, ὡς ἄνθρωπος βίου πέφυκας παίγνιον, ὑπὸ τύχης καὶ μοίρας κρατούμενος, ποτὲ μὲν ὢν ὑψηλός, ποτὲ δὲ ταπεινότερος Ἅδου· μαθεῖν οὐ δυνήσῃ τὸν βίον, ὦ Ἀδριανέ, ἐκ τῶν πολλῶν ὑποδειγμάτων; πῶς πλούσιος μὲν χρυσίνοις [e] ὀβολοῖς τῶν Λυδῶν [f] βασιλεὺς Γύγης, στρατηλάτης δὲ μέγας ὁ Δαναῶν βασιλεὺς Ἀγαμέμνων, τολμηρὸς δὲ καὶ ἀνδρεῖος Μακεδόνων βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, θρασὺς ὁ Ἡρακλῆς, ἄγριος ὁ Κύκλωψ, συνετὸς Ὀδυσσεύς, καὶ καλὸς ὁ Ἀχιλλεύς; εἰ τοίνυν τούτους ἰδίους, ἃ εἶχον, ἡ τύχη ἀφείλατο, πολλῷ μᾶλλον ἂν σέ [g]· οὐχ οὕτως γὰρ εἰ καλὸς ὡς ὁ Ἀχιλλεύς, οὐδὲ συνετὸς ὡς Ὀδυσσεύς, οὐδὲ ἄγριος ὡς ὁ Κύκλωψ, οὐδὲ θρασὺς ὡς Ἡρακλῆς, οὐδὲ ἀνδρεῖος καὶ τολμηρὸς ὡς ὁ Ἀλέξανδρος, οὐδὲ στρατηλάτης ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, οὐδὲ πλούσιος ὡς ὁ Γύγης, ὁ τῶν Λυδῶν βασιλεύς. Ταῦτα μέν, ὦ Ἀδριανέ, ἐν μέρει προοιμίου ἡμῖν ἀνεγράφη. Ἴωμεν δὲ καθὼς ἐπηρώτησας. Τότε Ἀδριανὸς ἀναγνοὺς καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὴν σωπὴν ἐφιλοσόφησεν, ἐκέλευσεν αὐτοῦ τὰς βίβλους ἐν τῇ ἱερατικῇ βιβλιοθήκῃ [h] ἐντεθῆναι Σεκούνδου τοῦ φιλοσόφου. ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ. Secundum e vetusto bibliothecæ Parisiensis exemplo descriptum primus in lucem protulit Lucas Holstenius (201) Romæ a. 1638. Postea eum cum Holstenii interpretatione vulgarunt Galeus (202), Fabricius (203), Schierius (204), Orellius (205). Nos scriptoris verba et recognovimus et latina fecimus.

Sextus (206) Pythagoreus, quem Seneca Sextium vocare solet, sed posteriorum sæculorum inscitia cum Sixto sive Xysto episcopo et martyre Romano permiscuit, Augusto et Tiberio imperantibus vixisse Stoicorumque disciplinam Pythagoreorum decretis exornasse perhibetur. Nam quum Græcorum philosophia Ciceronis præcipue aliorumque beneficio latinis litteris illustrata esset, fuerunt tamen eodem tempore et paulo post qui servata gentis Romanæ gravitate græce scriberent. Inter hos non ultimum locum obtinet is de quo hîc disputabimus Sextus sive Sextius. Erat autem ejus familiæ princeps Q. Sextius, illius pater de quo hîc quæritur. Qui quamvis ita natus esset, ut rempublicam deberet capessere, tamen latum clavum divo Julio dante non accepit, quod dari posset et eripi posset arbitratus (207). Narrant quidam (208) hominem ingenuarum artium amore incensum repudiatis honoribus ad philosophiam pertractandam se dedisse, sed initio parum in litteris proficientem, quia tantam rerum et difficultatem et majestatem capere non posset, non longe abfuisse quin e biremi in mare se abjiceret. Sed postquam summæ sapientiæ laudem sibi peperit, studia ejus æmulati sunt præter filium cognominem ipsiusque doctrinæ amplificatorem Sotion Alexandrinus, Cornelius Celsus (209), Papirius Fabia-

σχῆς. — (p) μέτοχοι. — (q) ὁ ἡ. — (r) φόβου πλήρεις πνεύματι βαρηχῷ λιδάνει μοι ἐνοχῆ. — (s) λίαινε, ἀέρει συνάγεις, θέρους δ' ἀέρος, ἔθερμες καὶ λίμναις, οἱ δαίνων ὁμείως εἶ. — (t) ἔρμιγγας, ἐν ᾧ καὶ φθηρῶν ἀγέλαι, ἐν σοι καθέλκουσι σκώληκας. — (u) ἐνέγκεισε οὐχὶ βάρος, πυρί. — (x) τῶν ἐγκαυτήρων. — (y) προνοεῖ. — (z) ἡλίου φρυγώμενον. — (a) βορβόρῳ ψυχόμενον. — (b) γλώττεις. — (c) πότερόν ἐστιν ἡμῖν. Ὁ τῆς μοίρης καὶ τοῦ δαίμονος ἀνάγκη. — (d) μὴ δὲ. — (e) χρυσικοῖς. cf. Malalas pag. 40, 1 ed. Bonn. — (f) Λυδίων. — (g) ἢ σοί. — (h) βίβλῳ.

(201) Demophili, Democratis et Secundi veterum philosophorum sententiæ morales, nunc primum editæ a Luc. Holstenio. Romæ 1638. — (202) In Opusculis mythologicis, ethicis et physicis. Cantabrig. 1670 et Amstel. 1688. — (203) In Biblioth. Græc. vol. XIII pag. 564—575 — (204) Demophili, Democratis et Secundi sententiæ cur. J. A. Schier. Lipsiæ 1754. — (205) In Opuscul. vet. Græc. sent. et moral. tom. I p. 207-239. — (206) Sextos patrem et filium Romanis philosophis annumerat Claudius Mamertus lib. II cap. 8 de statu animæ, pariterque Sextum memorant Origenes contra Celsum VIII pag. 497 et tom. XV in Matthæum p. 369, Hieronymus in cap. 18 Ezech. atque alii quos citavi Phil. Gr. fragm. vol. I p. 522. — (207) Seneca epist. 98. — (208) Plutarchus, Quomodo quis suos in virtute paranda profectus sentire possit vol. VII pag. 248 ed. Hutten.: καθάπερ φασὶ Σέξτιόν τε τὸν Ῥωμαῖον ἀρτιχόντα τὰς ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχὰς διὰ φιλοσοφίαν, ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν αὖ πάλιν δυσπαθοῦντα καὶ χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῶς τὸ πρῶτον, ὀλίγου δεῆσαι καταβαλεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος διήρους. — (209) Quintilianus lib. X, 1, 123 : Supersunt qui de philosophia scripserint, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litteræ

nus (210), Moderatus aliique eorundem dogmatum defensores. Illud mirandum, quod Sextiorum (211) nova et Romani roboris secta inter primordia sua, quum magno impetu cœpisset, exstincta est. Jam licet Seneca Sextium virum acrem Græcis verbis, Romanis moribus philosophantem appellet, tamen ex hoc quod Quintilianus inter Romanos qua intelligendi qua dicendi auctores Cornelium Celsum, Sextios secutum, non sine cultu ac nitore scripsisse testificatur, haud scio an cogendum sit Sextios patrem et filium scripta edidisse. Est enim difficile filium a patre distinguere. Ut igitur paucis dicam, jam sub Augusto teste Eusebio Chron. n. 2010 pag. 156 ed. Scaliger. Sextius philosophus Pythagoricus agnoscebatur, qui etiam Athenis aliquamdiu vixit (212), sed nisi fallor, Romæ maxime discipulorum nobilitate floruit (213), ubi L. Crassitius inter ejus auditores fuit. De libro Q. Sextii patris, magni viri, ita judicat Seneca epist. 64 : « Quantum in illo, dii boni, vigoris est, quantum animi! hoc non in omnibus philosophis invenies. Quorundam scripta clarum habent tantum nomen : cætera exsanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur : non faciunt animum, quia non habent. Quum legeris Sextium, dices : Vivit, viget, liber est, supra hominem est : dimittit me plenum ingentis fiduciæ. In quacunque positione mentis sim, quum lego hunc, fatebor tibi, libet omnes casus provocare, libet exclamare : Quid cessas, fortuna? congredere : paratum vides. Illius animum induo qui quærit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat,

> Spumantemque dari pecora inter inertia votis
> optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Libet aliquid habere quod vincam, cujus patientia exercear. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet tibi beatæ vitæ magnitudinem, et desperationem ejus non faciet. Scies illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem : hoc quidem virtus tibi ipsa præstabit, ut illam admireris, et tamen speres. » Idem epist. 59 ait : « Sextium ecce quummaxime lego : movit me imago ab illo posita : ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnæ paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet : omnes virtutes suas undique expandat, ut, ubicunque infesti aliquid oritur, illic parata præsidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant. Quod in exercitibus his, quos imperatores magni ordinant, fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copiæ sentiant, sic dispositæ, ut signum ab uno datum peditem simul equitemque percurrat : hoc aliquanto magis necessarium esse nobis, Sextius ait. Illi enim sæpe hostem timuere sine causa, tutissimumque illis iter quod suspectissimum fuit : nil stultitia pacatum habet. Tam superne illi metus est quam infra; utrumque trepidat latus. Sequuntur pericula et occurrunt, ad omnia pavet, imparata est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem incursum munitus et intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus et contra illa ibit et inter illa. Nos multa alligant, multa debilitant : diu in istis vitiis jacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti. » Ex iis quæ veteres de Sextio referunt efficitur eum non universam philosophiam complexum esse, sed posthabitis cæteris rebus illam sapientiæ partem quæ virtutis, officii et bene vivendi disciplinam continet explanasse. Quocirca solebat dicere Jovem (214) plus non posse quam bonum virum. « Plura Jupiter habet quæ præstet hominibus : sed inter duos bonos non est melior qui locupletior : non magis, quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris, cui majus speciosiusque navigium est. Jupiter quo antecedit virum bonum? Diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quod virtutes ejus spatio breviore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo cujus intra pauciores annos terminata virtus est : sic Deus non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit ætate. Non est virtus major quæ longior. Jupi-

Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere, Platonis æmulus exstitit. Egregius vero multoque, quam in orationibus, præstantior Brutus suffecit ponderi rerum : scias eum sentire quæ dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus, Sextios secutus, non sine cultu ac nitore. — (210) Seneca Epist. 100 : Fabiani Papirii libros qui inscribuntur Civilium legisse te cupidissime scribis, sed non respondisse exspectationi tuæ. Deinde, oblitus de philosopho agi, compositionem ejus accusas. Puta esse quod dicis, et effundi verba, non fingi. Primum habet ista res suam gratiam, et est decor proprius orationis leniter lapsæ. Multum enim interesse existimo, utrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoque quod dicturus sum ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere etc. Cf. Seneca rhetor Controvers. lib. II præf. — (211) Seneca Quæst. Nat. VII, 32. — (212) Plinius Hist. nat. XVIII, 68, 3. — (213) Suetonius de illustr. Gramm. 18, ubi L. Crassitius ad Q. Sextii [sic plures codd. pro Q. Septimii] philosophi sectam transiisse dicitur.

(214) Seneca epist. 73.

ter omnia habet, sed nempe aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi etiam omnibus causa est : sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt contemnitque, quam Jupiter. Et hoc se magis suspicit, quod Jupiter uti illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque Sextio, monstranti pulcherrimum iter et clamanti : Hac itur ad astra : hac secundum frugalitatem ; hac secundum temperantiam ; hac secundum fortitudinem. Non sunt dii fastidiosi, non invidi : admittunt et ascendentibus manum porrigunt. Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit, immo, quod propius est, in homines venit. Nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt. Quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, et paria his ex quibus orta sunt surgunt : si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris, necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus. »

Multa a Pythagoreis mutuatus est Sextius. Namque eorum more (215) hoc faciebat, ut consummato die quum se ad nocturnam quietem recepisset interrogaret animum, quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es? Carnibus vesci cum ipse noluit Sextius, tum sodales iis abstinere jussit, quod vitæ institum postea et Sotioni placuit. De utroque sic Seneca epist. 108. « Quoniam cœpi tibi exponere, quantum majori impetu ad philosophiam juvenis accesserim, quam senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ injecerit Sotion. Docebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed utrique magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, et crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adjiciebat contrahendam materiam esse luxuriæ, colligebat bonæ valetudini contraria esse alimenta varia et nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, et aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. Nulla, si illi credas, anima interit, nec cessat quidem nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum vices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem revertatur : interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, quum possint in parentis animam inscii incurrere, et ferro morsuve violare : in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Hæc quum exposuisset Sotion et implesset argumentis suis : Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi, et migrationem esse quam dicimus mortem? Non credis in his pecudibus ferisve aut aqua mersis illum quondam hominis animum morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum cœlestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire, et animos per orbem agi? Magni ista crediderunt viri. Itaque judicium quidem tuum sustine : cæterum omnia tibi integra serva. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est : si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitatis tuæ damnum est? Alimenta tibi leonum et vulturum eripio. His instinctus abstinere animalibus cœpi, et anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. » Idem de Ira lib. II cap. 36 : « Quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum. Perturbavit illos tanta mutatio sui : velut in rem præsentem adducti non agnoverunt se. Et quantulum ex vera deformitate imago illa speculo repercussa reddebat? animus si ostendi et si in ulla materia perlucere posset, intuentes nos confunderet, ater maculosusque, æstuans et distortus et tumidus. Nunc quoque tanta deformitas ejus est per ossa carnesque et tot impedimenta effluentis : quid si nudus ostenderetur? »

Quum autem Sextius familiæ princeps et cognominis philosophi pater majus opus composuisse videatur, e quo procul dubio excerpta sunt quæ apud Senecam exstant quæque Porphyrius (216) Quæst. Homer. 26 affert : enchiridion illud græco sermone confectum quod Rufinus latine vertit, Sextio filio tribuerim. Neque est cur de libri auctoritate dubitemus. Primum enim loci omnes ab Origene, Joanne Damasceno, Antonio et Maximo e græco exemplo depromti mirifice congruunt cum Rufini interpretatione latina, deinde multa tum Pythagoreorum tum aliorum philosophorum dicta, quæ Plato, Xenophon, Diogenes Laertius, Demophilus, Clemens Alexandrinus, Hierocles in Commentario ad aureum carmen, Porphyrius in epistola ad Marcellam uxorem aliique scriptores Græci servarunt, in hoc libello reperiuntur. Quod quo facilius intelligeretur ad singula effata, in quibus veteris sapientiæ vestigia apparent, breves annotationes apposui. Ita demonstrata, quoad ejus fieri potest, libelli antiquitate, patet eorum explodendam esse sententiam qui tale opusculum ab homine christiano eodemque episcopo ac si diis placet martyre conscriptum esse arbitrati

(215) Seneca de Ira lib. III cap. 36, 2.
(216) Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I pag. 522.

sunt. Accedit quod Origenes et Hieronymus Sexti apophthegmata usurpantes ita illum virtutis magistrum laudant, ut eum a Christianorum quidem sacris abhorruisse, sed tamen viris isti formulæ addictis perplacuisse significent. Vid. Orig. VIII contra Celsum p. 397 et t. 15 in Matthæum p. 369. Quo factum est ut S. Maximus in Dionysium Areopag. cap. 5 Mysticæ Theol. t. 2 p. 85 Sextum ecclesiastici philosophi nomine appellaret. At Rufinus interpres merito temeritatis et insaniæ arguitur ab Hieronymo in cap. 18 Ezech. et ad Ctesiphontem contra Pelagianos, item cap. 22 in Jeremiam, propterea quod primus Sixto Martyri has sententiolas ascripserit. Rufino quidem astipulati sunt non modo Pelagius, sed etiam Augustinus lib. I de Natura et Gratia c. 64, qui tamen postea aliter statuit lib. II Retract. cap. 42. Reliquos qui Sixtum II sive Xystum, episcopum Romanum, mortuum anno post Chr. n. 257, hujus opusculi scriptorem esse putarunt enumerare piget. Neque vero infitias eo hic illic græca Sexti verba male reddita esse a Rufino. Conf. sent. 55. 398 etc. Forsitan quispiam dixerit interpolatas videri pia interpretis fraude Sexti chartas, cui omnia quæ hîc leguntur vindicari non possint. Huic ego non adversabor, contentus probasse maximam commentarioli partem esse antiquam. Sexti enchiridion plures ediderunt, e quibus præcipuos memorabo. Primus fuit Symphorianus Champerius qui opus ecclesiasticum esse opinatus Sixti sive Xysti annulum inscripsit emisitque Lugduni a. 1507. Deinde cum Æneæ Gazæi Theophrasto sive dialogo de animorum immortalitate et Athenagoræ libro de resurrectione Xysti sententias Rufino interprete publicavit Beatus Rhenanus Basileæ a. 1516. Tum, ut alias editiones omittam, prodiit libellus in Thomæ Galei Opusculis mythologicis, ethicis et physicis Cantabrigiæ 1670 et Amstelodami 1688. Denique Urbanus Godofredus Siberus multum operæ ac laboris in recensendo et explicando hoc veteris philosophiæ monumento consumpsit, quod errore ductus Sixti II pontificis Romani et martyris enchiridion esse contendit. Postremo Orellius in Opuscul. veter. Græc. sent. et moral. tom. I Sexti apophthegmata cum enchiridio per Rufinum in linguam latinam translato repetiit. Quæ quum ita sint, inspectis superioribus editionibus nihil reliqui faciendum existimavi, quominus diligenter recognitus libellus in lucem revocaretur.

Sed quoniam inter Sextii sodales *Sotionis* Alexandrini memini, quem Senecæ magistrum perhibet Lactantius divin. institt. VI, 24 et cujus plura fragmenta e libro de ira a Stobæo servata infra exhibebo, monendum videtur cavendum esse ne quis hunc Sotionem cum eo confundat et permisceat qui sub Ptolemæo Epiphane vixit ac de philosophorum successionibus commentarios reliquit. Confer Eunapium de vitis sophist. init., Vossium de historicis græcis lib. I, 20 pag. 128, Menag. ad Diogen. Laert. I, 1 (217). Fuit etiam Sotion ex peripatetica disciplina vir haud sane ignobilis, de quo vide Gellium lib. I, 8.

Porro Nerone ad imperii fastigium evecto *Moderatus* quoque Gaditanus, Pythagoricus, symbolica numerorum scientia tradenda inclaruit discipulumque nactus est Lucium Etruscum (218). Quum autem eadem ætate exstiterit L. Julius Moderatus Columella, rei rusticæ auctor latinus, Gaditanus et ipse : haud injuria viri docti e variis hujus scriptoris locis velut V, 5. VII, 2. VIII, 16. X, v. 185 concluserunt, eum ab altero illo diversum esse, licet hoc in suspenso relinquat Nic. Antonius Bibl. veteris Hisp. lib. I cap. 5. Adde quod Pythagorici in græcis latinisque litterarum monumentis ita semper mentio fit, ut simpliciter Moderatus, nunquam Moderatus Columella appelletur. De placitis sectæ suæ composuisse eum X libros memoriæ prodit Porphyrius vit. Pythag. pag. 33 ed. Nauck. (219) sive libros V Πυθαγορικῶν σχολῶν

(217) Apud Syncellum p. 318 ubi male scriptum invenitur Σιτίων reponendum Σωτίων. — (218) De hoc Plutarchus lib. VIII Quæstion. Conviv. cap. 7 ita scribit : Σύλλας εἰς Ῥώμην ἀφικομένῳ μοι διὰ χρόνου, τὸ ὑποδεκτικὸν (ὡς Ῥωμαῖοι καλοῦσι) καταγγείλας δεῖπνον, ἄλλους τε τῶν ἑταίρων παρέλαβεν οὐ πολλούς, καὶ Μοδεράτου τινὰ τοῦ Πυθαγορικοῦ μαθητήν, ὄνομα Λεύκιον ἀπὸ Τυρρηνίας. Οὗτος οὖν ὁρῶν Φιλῖνον τὸν ἡμέτερον ἐμψύχων ἀπεχόμενον, οἷον εἰκός, εἰς τοὺς Πυθαγόρου λόγους προήχθη καὶ Τυρρηνὸν ἀπέφηνεν, οὐ πατρόθεν, ὥσπερ ἕτεροί τινες, ἀλλ' αὐτὸν ἐν Τυρρηνίᾳ καὶ γεγονέναι καὶ τετράφθαι, καὶ πεπαιδεῦσθαι τὸν Πυθαγόραν· ἰσχυριζόμενος οὐχ ἥκιστα τοῖς συμβόλοις, οἷόν ἐστι καὶ τὸ συνταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα, καὶ χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν, καὶ χελιδόνας οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι, μηδὲ σάρον ὑπερβαίνειν, μηδὲ γαμψώνυχον οἴκοι τρέφειν· ταῦτα γὰρ ἔφη τῶν Πυθαγορικῶν λεγόντων καὶ γραφόντων, μόνους ἔργῳ Τυρρηνοὺς ἐξευλαβεῖσθαι καὶ φυλάττειν. — (219) Porphyrius vit. Pythag. pag. 33 ed. Nauck.: ἡ δὲ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία, ὡς ἄλλοι τε φασὶ καὶ Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν δέκα βιβλίοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι διὰ τοῦτο ἐσπουδάσθη. Μὴ δυνάμενοι γάρ, φησί, τὰ πρῶτα εἰδῆ καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι διά τε τὸ δυσπερινόητον αὐτῶν καὶ δυσεξοίστον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς εὐσήμου διδασκαλίας χάριν μιμησάμενοι τοὺς γεωμέτρας καὶ τοὺς γραμματιστάς. Ὡς γὰρ οὗτοι, τὰς δυνάμεις τῶν στοιχείων καὶ αὐτὰ ταῦτα βουλόμενοι παραδοῦναι, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς χαρακτῆρας, τούτους λέγοντες ὡς πρὸς τὴν πρώτην διδασκαλίαν στοιχεῖα εἶναι,

ut ajunt Stephanus Byzantius (220) et Suidas v. Γάδειρα. Neque enim aliud fuisse opus probabile est. Vid. Porphyr. (221) vit. Plotini cap. 20. Hunc Moderatum, quem virum eloquentissimum nominat Hieronymus in III apologia adversus Rufinum, ex parte imitatus est Jamblichus. Fragmenta ejus quæ superesse voluit fortuna infra proponentur.

Venio nunc ad quinque *incerti auctoris disputationes morales* dorice conscriptas quas in Phil. Gr. Fragm. vol. I pag. 544-552 divulgavi. Harum custos ac servator aut ipse Sextus Empiricus fuit aut ejus librarii, quoniam Sexti operibus velut appendicis loco in membranis subjici solent. In codice Cizensi vero non solum ad ultima quintæ quæstionis verba apponitur annotatio : σημείωσαι ὅτι τὸ ἐπίλοιπον οὐχ εὑρέθη, sed etiam hæc libello subscripta leguntur : τῶν τοῦ σκεπτικοῦ Σέξτου τῶν πρὸς ἀντίῤῥησιν δέκα ὑπομνημάτων δωρικῆς διαλέκτου ἐντεῦθεν ἕως τοῦ τέλους. Ζητεῖται δὲ εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σέξτου ἐστίν. Est autem verisimile Henr. Stephanum qui primus ignoti philosophi opusculum græce sine auctoris nomine inter Pythagoreorum fragmenta in fine librorum Diogenis Laertii edidit sumsisse illud e vetusto Sexti Empirici exemplo. Ipse fontem ex quo hausit silentio præterit. Postea idem monumentum cum Joannis Northi interpretatione repetiit Thomas Galeus in Opusculis Mythologicis, Physicis et Ethicis Amstelodami 1688. Northus auctorem ejus putavit nescio quem Mimantem deceptus veteri lectione loci qui in Phil. Gr. Fragm. vol. I pag. 549 exstat. Ibi enim olim Μίμας εἰμί vulgabatur. Nunc e codicibus quos Jo. Alb. Fabricius contulit restitutum est μύστας εἰμί. Quamobrem interpres ille conjecturâ aberravit. Inseruit videlicet Fabricius Biblioth. Græc. vol. XII has disputationes quas cum scripturæ varietate e membranis enotata pag. 617-635 exhibet. Qui quum intellexisset Sexto Empirico eas adjudicari non posse, Sexto Chæronensi, Stoico, Plutarchi nepoti, M. Antonini præceptori (222) vindicare conatus est. Nimirum hic est Sextus philosophus quem sub Hadriano floruisse testatur Syncellus p. 349 et a quo genus se ducere gloriatur Apulejus Metamorph. lib. I init. his verbis : « Thessaliam (nam et illic originis maternæ nostræ fundamenta a Plutarcho illo inclyto ac mox Sexto philosopho nepote ejus prodita, gloriam nobis faciunt) eam Thessaliam ex negotio petebam. » Ipse Antoninus eum celebrat lib. I, 9 præclara ab illo vitæ præcepta edoctum se testificatus. Suidas in Σέξτος inter Sexti Chæronensis scripta numerat etiam σκεπτικὰ βιβλία δέκα. Adde Philostratum in Herode Attico p. 556 et Dionem Chrysostomum. De eodem accipiendum illud Himerii in laudatione Rufini filii defuncti : θρηνῶ νῦν ὃν δεινότερον ἤλπισα Μινουκιανοῦ ῥθέγξασθαι, σεμνότερον δὲ Νικαγόρου, Πλουτάρχου δ' εὐγλωττότερον, Μουσωνίου δὲ φιλοσοφώτερον, Σέξτου δὲ χαρτερικώτερον. Fabricius igitur istud, qualecunque est, volumen Sexto Chæronensi assignat quem a Dorica dialecto non aversum fuisse ait. At nihil probavit. Enimvero mihi major videtur Plutarchi nepos quam cui hæ disputationes tribui queant. Apparet dicendi artificem et magistrum, cui paucas quæ supersunt paginas debemus, primum post pugnam ad Ægos flumen commissam, qua Athenienses a Lacedæmoniis Olympiade XCIII superati sunt, vixisse, quum ejus prælii tanquam nuper facti (223) mentionem inferat p. 544, deinde eum stante Persarum regno philosophatum esse (224), quia nihil obstare dicit,

ὕστερον μέντοι διδάσκουσιν ὅτι οὐχ οὗτοι στοιχεῖά εἰσιν οἱ χαρακτῆρες, ἀλλὰ διὰ τούτων ἔννοια γίνεται τῶν πρὸς ἀλήθειαν στοιχείων· καὶ οἱ γεωμέτραι μὴ ἰσχύοντες τὰ ἀσώματα εἴδη λόγῳ παραστῆσαι παραγίνονται ἐπὶ τὰς διαγραφὰς τῶν σχημάτων, λέγοντες εἶναι τρίγωνον τόδε, οὐ τοῦτο βουλόμενοι τρίγωνον εἶναι τὸ ὑπὸ τὴν ὄψιν ὑποπίπτον, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτο, καὶ διὰ τούτου τὴν ἔννοιαν τοῦ τριγώνου παριστᾶσι. Καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων οὖν λόγων καὶ εἰδῶν τὸ αὐτὸ ἐποίησαν οἱ Πυθαγόρειοι, μὴ ἰσχύοντες λόγῳ παραδιδόναι τὰ ἀσώματα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχάς, παρεγένοντο ἐπὶ τὴν διὰ τῶν ἀριθμῶν δήλωσιν. Καὶ οὕτως τὸν μὲν τῆς ἑνότητος λόγον καὶ τὸν τῆς ταυτότητος καὶ τὸν τῆς ἰσότητος καὶ τὸ αἴτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας τῶν ὅλων καὶ τῆς σωτηρίας τοῦ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος ἐν προσηγόρευσαν· καὶ γὰρ τὸ ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἓν τοιοῦτο ὑπάρχει ἡνωμένον τοῖς μέρεσι καὶ σύμπνουν κατὰ μετουσίαν τοῦ πρώτου αἰτίου. Τὸν δὲ τῆς ἑτερότητος καὶ ἀνισότητος καὶ παντὸς τοῦ μεριστοῦ καὶ ἐν μεταβολῇ καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντος δυοειδῆ λόγον καὶ δυάδα προσηγόρευσαν· τοιαύτη γὰρ κἀν τοῖς κατὰ μέρος ἡ τῶν δύο φύσις.

(220) Stephanus Byzantius v. Γάδειρα· ὁ πολίτης Γαδειρεύς· οὕτω γὰρ τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτου Γαδειρέως. — (221) Porphyrius vit. Plotini cap. 20 : οἱ δὲ καὶ πλήθει προβλημάτων ἃ μετεχειρήσαντο τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδεξάμενοι καὶ τρόπῳ ἰδίῳ χρησάμενοι Πλωτῖνός εἰσι καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὁ μὲν τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικάς, ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου καὶ Κρονίου καὶ Μοδεράτου καὶ Θρασύλλου τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν· ὁ δὲ Ἀμέλιος κατ' ἰχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μέν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπαγόμενος. — (222) Vide Julium Capitolinum in Antonini vita, Suidam v. Μάρκος, Eutropium lib. VIII cap. 6. Cf. Thom. Galaker. ad lib. I Antonini. — (223) pag. 544 : ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ (τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ) ἃ τῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾗ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως κτλ. — (224)

quominus magnus Persarum rex eadem sit conditione qua egeni, tum Siciliam vel eam Italiæ partem quæ magna Græcia (225) nominata est patriam habuisse, quoniam initio suarum disputationum duplicem ferri in Græcia philosophorum sententiam de bono et malo (226) dicit. Neque enim ita locuturus fuisse videtur, si in Græcia aut natus esset aut habitasset. Denique non est dubium quin sophistas adhuc docentes et viderit et audiverit, siquidem p. 550 narrat quosdam, qui sophistas frequentarint, nihil percepisse (227). Nisi forte, quod sæpius in antiquorum scriptis fit, sophistarum nomen latius patere voluit, ut omnes tum musici tum sapientiæ professores intelligantur. Quod autem in fine quintæ dissertationis Chrysippi nomen legitur (228), id non pertinet necessario ad Stoicum, quum istud nomen satis usitatum et vulgare apud veteres fuerit. Verum in omnibus illis rebus quas memoravi fortasse non magnum momentum positum est ad istas veteris scriptoris tabulas recte æstimandas : nam si philosophandi genus moremque de omni materia in contrarias partes disputandi consideraverimus, non Pythagoreum, sed sophistam hic loqui nobis persuasum erit, quamquam vir antiquitatis minime ignarus Pythagoreorum exemplo dorica dialecto usus est. Solebant vero rhetores et sophistæ ita tractare quæstiones, ut eas tam adhibitis rationibus quam exemplis atque e veteribus sæculis repetita memoria persolverent. Qua in re eos interdum vetustis novitatem et obsoletis nitorem dedisse constat. Quodsi fingere licebat prœlia olim pugnata et eventa quorum memoriam oblivio deleverat nuper accidisse, probabile videtur dicendi magistrorum consuetudinem spectanti illud opusculum auctorem habere sophistam recentiorem illum quidem, sed bonum antiquitatis imitatorem. At ante Pyrrhonem ejusque familiam eum exstitisse conjicio. Eadem fere etiam Orellii sententia fuit, qui post Fabricium has de quibus agitur dissertationes in Opusculis vet. Græc. sent. et moral. vol. II promulgavit. Ego quum scriptoris orationem plurimis locis depravatam esse animadvertissem, quos priores editores corrigere neglexerant, multa sustuli menda, dorici sermonis formam a librariis hic illic obliteratam restitui, totum denique commentariolum accurate recognitum, rejecta Northi translatione, latinum feci.

E cæteris Pythagoreis quorum fragmenta vol. I pag. 532-543 posuimus memorandi sunt primum *Diotogenes* et *Sthenidas*, uterque æque ignotus. Nam de Diotogene, cujus locos quosdam e libris de regno ac de sanctitate petitos Stobæus in Florilegio atque in Eclogis affert (1), nihil dicunt antiqui scriptores. Iidem etiam de Sthenidæ Locri vita et scriptis tacent. Videtur autem hic quoque, cujus e commentariis de regio imperio insigne caput superest, cum plerisque Pythagoræ assectatoribus publica negotia gessisse aut certe de civitatis gubernatione multa disseruisse. Paulo notior est *Ecphantus* Syracusanus, qui inter Pythagoreos, ut mea fert opinio, signum sustulit ad res naturales diligentius scrutandas et explicandas. Etenim, si fides Stobæo (2), omnium rerum principia corpora individua et inane esse putavit, quippe qui monadas Pythagoricas primus corporeas faceret. Quamobrem mundum ex atomis quidem constare, sed providentia regi dicebat (3). Est autem certum, eum cum Pythagora aliisque doctissimis hominibus unum mundum statuisse (4). Porro terram moveri censet, non quidem ita, ut e loco suo excedat, sed ut in modum rotæ axi adhærentis a solis occasu ad ortum circa centrum suum se convertat (5). Alius fuit Ecphantus Crotoniates teste Jamblicho vit. Pythag. cap. extr. 267. Tertium ponimus eum qui Ægyptiorum sermonis gnarus (6) de eorum cærimoniis græce scripserat.

p. 545 τὸν δὲ βασιλέα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. — (225) ἡ μεγάλη Ἑλλάς. Cf. Strabo lib. VI pag. 253 ed. Casaub.

(226) Disp. I init.: διττοὶ λόγοι λέγονται ἐν τᾷ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. — (227) pag. 550. τετάρτα δέ, ὅτι ἦδη τινὲς παρὰ σοφιστὰς ἐλθόντες, οὐδὲν ὠφελήθεν. — (228) pag. 552 : δεῖ μεμνᾶσθαι Χρύσιππον, κατθέμεν ἐπὶ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἵππον.

(1) In Eclog. lib. I cap. VIII, 10 p. 220 ed. Heer. unus exstat locus non diversus ab eo qui invenitur Floril. XLIII, 130. Vid. Phil. Gr. fragm. vol. I. fragm. 3 pag. 535. — (2) Stobæus Eclog. lib. I cap. XI, 16, pag. 308 ed. Heer.: Ἔκφαντος, Συρακούσιος, εἷς τῶν Πυθαγορείων, πάντων [ἀρχὰς] τὰ ἀδιαίρετα σώματα καὶ τὸ κενόν. Τὰς γὰρ Πυθαγορικὰς μονάδας οὗτος πρῶτος ἀπερήνατο σωματικάς. — (3) Stobæus Eclog. lib. I cap. XXII, 6, pag. 448 ed. Heer.: Ἔκφαντος ἐκ μὲν τῶν ἀτόμων συνεστάναι τὸν κόσμον, διοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ προνοίας. — (4) Stobæus Eclog. lib. I cap. XXIII, 3, p. 496 ed. Heer.: Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἔκφαντος, Παρμενίδης, Μέλισσος, Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ζήνων, ἕνα τὸν κόσμον κτλ. — (5) Plutarchus de plac. phil. lib. III pag. 13 : Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι μὲν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς, τροχοῦ δὲ δίκην ἐνζωνισμένην (leg. ἐνηξωνισμένου) ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. Conf. Origenes Philos. cap. 15. — (6) Porphyrius de abstinentia lib. IV, 10 : πολλοῦ δὲ ὄντος λόγου ὅτ' ἦν αἰτίαν διὰ τῶν ζώων οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς θεοὺς ἐσέβησαν καὶ μείζονος τῆς παρούσης πραγματείας, ἀρκεῖ τὰ δεδηλωμένα περὶ αὐτῶν. Ἐκεῖνο μέντοι οὐ παραπεμπτέον, ὅτι τοὺς ἀποθα-

Charondas, Catinensis (7), Jamblicho judice unus ex optimis legum inventoribus, Pythagoræ discipulus fuit, si vera tradunt Seneca (8), Diogenes Laertius, Porphyrius atque idem Jamblichus ter hoc aperte dicens. Sed temporis rationem illorum virorum consuetudini obstare credimus. Idem judicandum de quorundam opinione qui affirmarunt Onomacritum (9) primum exstitisse eximium legum sanctorem in eoque studio apud Cretenses se exercuisse, quum Locrus esset, sed in ista insula propter divinationem commoraretur, hujusque fuisse sodalem Thaletem (10), Thaletis auditores Lycurgum et Zaleucum, Zaleuci denique discipulum Charondam. Omnino licet incerta Charondæ ætas sit, tamen ex Eusebii testimonio qui magistri illius vel amici Zaleuci florem in Olympiad. XXIX annum primum vel in annum ante Chr. n. 664 incidere docet, colligas eum ante Pythagoram vixisse. Qui igitur Charondam ad Pythagoræ auctoritatem se contulisse prodiderunt, eos magis legum hominis Catinensis cum Pythagoreorum scitis convenientiam spectasse, quam temporis ordinem conservasse liquet. Leges dedit Charondas civibus suis Catinensibus (11) et aliis Chalcidicis civitatibus Italiæ ac Siciliæ. Qua re vehementer multitudinis erga eum amor commotus est, ita ut in patria urbe divino honore afficeretur (12). Chalcidicæ vero civitates quas legibus conditis vir magnus sibi devinxit a Scymno Chio (13) in Sicilia nominantur præter Catinam Callipolis, Eubœa, Himera, Tauromenium, Leontini, Mylæ, Naxos, Zancle : in Italia Rhegium. Theodoretus quoque de curat. Græc. affection. lib. IX p. 124 Charondam ait primum Italis Siculisque leges imposuisse. Ac Rheginos quidem hominis Catinensis tenuisse disciplinam auctor est Heraclides libro de politiis, Ælianus (14) autem refert illum a civibus suis in exsilium ejectum Rheginorum rempublicam ordinasse. Quin etiam apud Porphyrium (15) et Jamblichum legimus, Pythagoram servitute Crotonem, Sybarin, Catinam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, Tauromenium aliasque civitates liberasse, quum per ejus discipulos Charondam Catinensem et Zaleucum Locrum illis leges scriberentur quarum ope et ipsæ floruerint et istorum locorum accolis sui admirationem diu injecerint. Stephanus Byzantius (16) v. Κατάνη Charondam vocat τὸν διάση-

νόντας τῶν εὖ γεγονότων ὅταν ταριχεύωσιν, ἰδίᾳ τὴν κοιλίαν ἐξιλόντες καὶ εἰς κιβωτὸν ἐνθέντες, μετὰ τῶν ἄλλων ὧν διαπράττονται ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν κιβωτὸν κρατοῦντες πρὸς τὸν ἥλιον μαρτύρονται, ἑνὸς τῶν ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ποιουμένου λόγον τῶν ταριχευτῶν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν ἠρμήνευσεν Ἐκφαντος ἐκ τῆς πατρίου διαλέκτου, τοιοῦτος· « ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ θεοὶ πάντες οἱ τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέξασθέ με καὶ παράδοτε τοῖς ἀϊδίοις θεοῖς σύνοικον. Ἐγὼ γὰρ τοὺς θεούς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν ὅσον χρόνον ἐν τῷ ἐκείνων αἰῶνι τὸν βίον εἶχον, τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας ἐτίμων ἀεί· τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα οὔτε ἀπέκτεινα οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεστον διεπραξάμην. Εἰ δέ τι ἁρα κατὰ τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἥμαρτον ἢ φαγὼν ἢ πιὼν ὧν μὴ θεμιτὸν ἦν, οὐ δι' ἐμαυτὸν ἥμαρτον, ἀλλὰ διὰ ταῦτα » δείξας τὴν κιβωτόν, ἐν ᾗ ἡ γαστὴρ ἦν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν εἰς τὸν ποταμὸν ἀφίησι, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὡς καθαρὸν ταριχεύει. Οὕτως ἀπολογίας δεῖσθαι ὠήθησαν πρὸς τὸ θεῖον ὑπὲρ ὧν ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ διὰ ταῦτα ὑβρίσαι. — (7) Catinensem fuisse Charondam testantur Aristoteles Politic. lib. II cap. 12, Stephanus Byzantius v. Κατάνη et alii. Fortasse apud Thurinos quibus leges scripsisse fertur aliquamdiu peregrinatus est. Itaque Thurinum eum appellant Valerius Maximus lib. VI cap. 5, Themistius Orat. II p. 31 atque alii scriptores. Pro Thuriis vero nonnulli male legerunt Tyrios, qui manifesto errore capti a Charonda Carthaginiensium disciplinam legibus astrictam esse existimarunt. — (8) Seneca epist. 90 : Zaleuci leges Charondæque laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoque secessu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ et per Italiam Græciæ ponerent. Diogenes Laertius lib. VIII, 16 : ἄλλους τε πολλοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀτὰρ καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας. Cf. Porphyrius vit. Pythag. cap. 21. — (9) Aristoteles Politicor. lib. II cap. 12 : πειρῶνται δέ τινες καὶ συνάγειν ὡς Ὀνομακρίτου μὲν γενομένου πρώτου δεινοῦ περὶ νομοθεσίαν, γυμνασθῆναι δ' αὐτὸν ἐν Κρήτῃ Λοκρὸν ὄντα καὶ ἐπιδημοῦντα κατὰ τέχνην μαντικήν· τούτου δὲ γενέσθαι Θάλητα ἑταῖρον, Θάλητος δ' ἀκροατὴν Λυκοῦργον καὶ Ζάλευκον, Ζαλεύκου δὲ Χαρώνδαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν λέγουσιν ἀσκεπτότερον τῷ χρόνῳ λέγοντες. — (10) Cretensem, non Milesium. — (11) Aristoteles Politic. lib. II cap. 12 : νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς Χαλκιδικαῖς πόλεσι ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Plato de republ. lib. X p. 599 : σὲ δὲ τίς αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γεγονέναι καὶ σῴζειν ὠφεληκέναι ; Χαρώνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία καὶ Σικελία καὶ ἡμεῖς Σόλωνα κτλ. — (12) Jamblichus de vit. Pythag. cap. 30. — (13) Scymnus Chius v. 283-290 : μετὰ ταῦτα δ' ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοι πόλις, ἡ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν, ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τῆς Σικελίας, Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ' ἀποικίαν. Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις Εὔβοια καὶ Μύλαι κατῳκίσθησαν, ἐπικαλούμεναι, εἰθ' Ἱμέρα καὶ Ταυρομένιον λεγομένη· εἰσὶν δὲ πᾶσαι Χαλκιδέων αὗται πόλεις. — (14) Ælianus var. hist. lib. III cap. 17 : ἐπηνώρθωσαν γὰρ τὰ κοινὰ Ζάλευκος μὲν τὰ ἐν Λοκροῖς, Χαρώνδας δὲ τὰ ἐν Κατάνῃ καὶ τὰ ἐν Ῥηγίῳ, ὅτε ἐκ Κατάνης ἔφευγε. — (15) Porphyrius vit. Pythag. cap. 21 : ἃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν τὰς δὲ νεωστί, χρονήματος ἐλευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ ἠλευθέρωσε. Κρότωνα καὶ Σύβαριν καὶ Κατάνην καὶ Ῥήγιον καὶ Ἱμέραν καὶ Ἀκράγαντα καὶ Ταυρομένιον καὶ ἄλλας τινάς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις ἄχρι πολλοῦ γεγόνασι. — (16) Stephanus Byzantius v. Κατάνη· πόλις Σικελίας.... ἀπὸ δὲ τῆς Κατάνης Χαρώνδας, ὁ διάσημος τῶν Ἀθήνῃσι νομοθετῶν. Schol. ad Plat. de Republ. lib. X p. 599 [pag. 27 ed. Ruhnk.] : Χαρώνδας ἐκ Κατάνης πόλεως Σικελίας, διάσημος

μον τῶν Ἀθήνῃσι νομοθετῶν, non quod Athenas legibus et institutis temperaverit, sed quod Thurinorum civitatem conscripta Atheniensium colonorum manu auctam constituit. Accedit quod sapientissimi viri leges Athenis ita omnibus notæ erant, ut vel inter bibendum canerentur (17). Præterea animadvertendum etiam in Cappadocia apud Mazacenos ejus leges viguisse, qui illarum cantorem sive interpretem Romanorum jurisconsultis similem adhibuerunt (18). Jam etsi Aristoteles (19) narrat litterarum usu nondum reperto leges necessario apud gentes nonnullas olim decantatas fuisse, ut earum memoriam retinerent, quod etiam tunc apud Agathyrsos fiebat : tamen id ad rem in qua nostra versatur disputatio non pertinet. Nam ne quis opinetur Charondam sapientiæ præcepta legesque versibus tradidisse, inprimis obstant legum ejus proœmia in Stobæi Florilegio obvia ipsæque Catinensis philosophi leges quas duodecimo bibliothecæ historicæ libro inseruit Diodorus. Nempe in his nullum exstat carminum vestigium, sed omnes loci prosa oratione compositi sunt. Quum autem quasdam Charondæ leges a comicis poetis celebratas esse constet, facile adducor ut credam, apud Athenienses solitos esse in epulis canere convivas potius comicorum verba numeris vincta quam ipsa Charondæ effata. Fidem faciunt poetarum versiculi a Diodoro (20) allegati qui Charondæ verbis apud Stobæum respondent. Cæterum quemadmodum e Diodori aliorumque annalibus discimus Charondam Thurinorum civitati leges dixisse : sic apud Plutarchum in libello de curiositate cap. 12 ὁ τῶν Θουρίων νομοθέτης non alius est quam Charondas, id quod Xylandrum interpretem non fugit. Quid? quod apud Thurinos legum lator voluntaria morte obiit, si credimus Diodoro Siculo (21) lib. XII cap. 19 et qui illum secutus est Valerio Maximo lib. VI cap. 5 ita scribenti : « Sed aliquanto Charondæ Thurini præfractior atque abscissior justitia. Ad vim et cruorem usque seditiosas conciones civium pacaverat, lege cavendo, ut si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur. Interjecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, subito indicta concione, sicut erat, in eam procœssit : ab eoque qui proxime constiterat, solutæ a se legis suæ monitus : Idem ego illam, inquit, sanciam : ac protinus ferro quod habebat districto incubuit. Quumque liceret culpam vel dissimulare vel errore defendere, pœnam tamen repræsentare maluit, ne qua fraus justitiæ fieret. » Verum quia ejusmodi legum sanctoris et severitas et perversitas a fide abhorret, rerum pronuntiatorem ab auctore parum idoneo deceptum esse arbitramur. Ciceronem Charondæ instituta quorum in libris de legibus meminit, cognita habuisse apertum ac perspicuum est. Etenim lib. I cap. 22 : « Nec Lycurgi leges, inquit, nec Solonis, neque Charondæ, neque Zaleuci, nec nostras XII tabulas, nec plebiscita desidero. » Porro lib. II cap. 6 ait : « Sed ut vir doctissimus fecit Plato atque idem gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit, idemque separatim de legibus ejus, id mihi credo esse faciendum, ut priusquam ipsam legem recitem de ejus legis laude dicam. Quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse video : quamquam quidem illi non studii et delectatio-

νομοθέτης τῶν Ἀθήνηθεν ἐλθόντων εἰς Θουρίους ἐποίκων, φευγόντων (leg. φεύγοντι) δὲ τῷ πατρὶ συνακολουθήσας κατῴκησεν ἐν Χαλκίδι· τὴν δὲ ὄψιν ἐλευθέριος ἦν. Γενόμενος δὲ τῶν Πυθαγορείων εἰς διήνεγκε τῷ προτρεπτικῷ. — (17) Athenæus lib. XIV p. 619 B : ᾄδοντο δὲ Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, ὡς Ἕρμιππός φησιν ἐν ἕκτῳ περὶ νομοθετῶν. — (18) Strabo lib. XII p. 539 ed. Casaub.: χρῶνται δὲ οἱ Μαζακηνοὶ τοῖς Χαρώνδα νόμοις, αἱρούμενοι καὶ νομῳδόν, ὃς ἐστιν αὐτοῖς ἐξηγητὴς τῶν νόμων, καθάπερ οἱ παρὰ Ῥωμαίοις νομικοί. — (19) Aristoteles problem. XIX, 28 : διὰ τί νόμοι καλοῦνται οὓς ᾄδουσιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασιν; καὶ τῶν ὑστέρων οὐν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὸ αὐτὸ ἐκάλεσαν ὅπερ τὰς πρώτας. — (20) Diodorus Siculus lib. XII cap. 14 : ἀμφοτέρας δὲ τὰς προειρημένας πολλοὶ τῶν ποιητῶν δι' ἐμμέτρου ποιήματος μεμαρτυρήκασι, τὴν μὲν κακομιλίαν ἐν τοῖσδε· « ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ, οὐπώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών· » τὸν δὲ περὶ τῆς μητρυιᾶς τεθέντα ἐν τούτοις· » τὸν νομοθέτην φασὶν Χαρώνδαν ἐν τινι νομοθεσίᾳ τά τ' ἄλλα καὶ ταυτὶ λέγειν· ὁ παισὶν αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων μήτ' εὐδοκιμείσθω μήτε μετεχέτω λόγου παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς ἐπείσακτον κακὸν κατὰ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων πεπορισμένος. Εἶτ' ἐπέτυχες γάρ, φησί, γήμας τὸ πρότερον, εὐημερῶν κατάπαυσον, εἶτ' οὐκ ἐπέτυχες, μανικὸν τὸ πεῖρας δεύτερας λαβεῖν πάλιν. » Ταῖς γὰρ ἀληθείαις ὁ δὶς ἐν τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἁμαρτάνων ἄρρων ἂν δικαίως νομισθείη. Καὶ Φιλήμονος τοῦ κωμῳδιογράφου γράφοντος τοὺς πολλάκις ναυτιλλομένους, καὶ εἰπόντος « νόμῳ τεθύμακ' οὐκ ἐπεὶ πέπλευκεν, ἀλλ' εἰ δὶς πέπλευκε, « τὸ παραπλήσιον ἂν τις ἀποφαίνοιτο μὴ θαυμάζειν εἴ τις γεγάμηκεν, ἀλλ' εἰ δὶς γεγάμηκε· κρεῖττον γὰρ εἶναι δὶς ἑαυτὸν θαλάττῃ παραβαλεῖν ἢ γυναικί. Μέγισται γὰρ καὶ χαλεπώταται στάσεις ἐν ταῖς οἰκίαις γίνονται διὰ μητρυιὰς τέκνοις πρὸς πατέρας, καὶ διὰ ταῦτα πολλαὶ καὶ παράνομοι πράξεις ἐν τοῖς θεάτροις τραγῳδοῦνται. — (21) Diodorus Siculus lib. XII cap. 19 : λείπεται δ' ἡμῖν εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ Χαρώνδου τελευτῆς, καθ' ἣν ἰδιόν τι καὶ παράδοξον αὐτῷ συνέβη. Ἐπὶ γὰρ τὴν χώραν ἐξιὼν μετὰ ξιφιδίου διὰ τοὺς λῃστάς, καὶ κατὰ τὴν ἐπάνοδον ἐκκλησίας συνεστώσης καὶ ταραχῆς ἐν τοῖς πλήθεσι, προσέστη πολυπραγμονῶν τὰ κατὰ τὴν στάσιν. Νενομοθετηκὼς δ' ἦν μηδένα μεθ' ὅπλου ἐκκλησιάζειν, καὶ ἐπιλαθόμενος ὅτι τὸ ξίφος παρέζωσται, παρέδωκεν ἐχθροῖς τισιν ἀφορμὴν κατηγο-

nis, sed reipublicæ causa leges civitatibus suis conscripserunt. » At omnium maxime memorabilis locus est lib. III cap. 2, ubi hæc leguntur : « Magistratibus igitur opus est : sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest, quorumque descriptione omnis reipublicæ moderatio continetur. Neque solum iis præscribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus. Nam et qui bene imperat paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret videtur, qui aliquando imperet dignus esse. Itaque oportet et eum qui paret sperare, se aliquo tempore imperaturum, et illum qui imperat cogitare, brevi tempore sibi esse parendum. Nec vero solum, *ut obtemperent obedianteque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque* præscribimus, ut Charondas in suis fecit legibus. » Hic nemo dubitabit quin ultima consentiant cum ipsis Charondæ verbis apud Stobæum Flor. XLIV, 40 : χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν καθάπερ πατράσιν εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους· ὡς ὁ μὴ διανοούμενος οὕτω τίσει δίκην κακῆς βουλῆς δαίμοσιν ἐστιούχοις. Ἄρχοντες γὰρ ἑστιουχοῦσι πόλεως καὶ πολιτῶν σωτηρίας. Quodsi certum est Ciceronem ex eodem fonte hausisse, e quo legum capita apud Diodorum, Plutarchum, Stobæum fluxerunt, neutiquam assentimur Bentlejo in Opusculis philologicis p. 351-363 ed. Lips. variis rationibus atque argumentis docere conanti, nec Thurinorum disciplinam legibus astrictam esse a Charonda neque illas quæ a gravissimis auctoribus memoriæ proditæ sunt leges pro Catinensi philosophi præceptionibus posse haberi, sed omnes aliorum ingeniis acceptas referri. Etenim quamvis diligens in exquirendis temporibus esse voluerit, tamen has leges ab aliis Charondæ suppositas esse non demonstravit. Quum vero nemo præter Stobæum simplicem legum latoris orationem intactam reliquerit, sed cæteri scriptores ejus decreta suis verbis ornaverint, defenderint, explicaverint : placuit mihi ejus leges omissa omni explicatione carptim perscribere.

Primum (22) noluit quemquam post conjugis mortem iterum matrimonium contrahere, ne liberi e priore uxore suscepti in novercæ odium pervenirent, ratus unam uxorem sive bonam sive malam et singulis viris sufficere et conjugalibus diis probari. Qui vero iterum connubium iniisset, eum, ut liberorum suorum rationibus alienum, indignum judicavit qui vel publici consilii moderator esset vel ad consultationes de rebus gravissimis adhiberetur. Deinde (23) delatores qui calumnia condemnati essent myrica redimitos incedere jussit, ut in omnium civium oculis improbitatis palmam accepisse viderentur; id quod multos contumeliæ magnitudinem non ferentes induxit, ut manus sibi inferrent. Quo facto delatores de medio sublati sunt civitasque talibus molestiis liberata viguit ac floruit. Sed quum pravorum hominum consuetudine bonos mores persæpe corrumpi videret, non modo in jus vocandos esse censuit viros probos qui cum improbis commercium haberent, verum etiam graves pœnas constituit in eos qui hominibus impuris ac sceleratis familiariter uti ac delinquere parati essent. Tum præcepit, (24) ut omnes civium filii litteras discerent et honestis

ρίας. Ὧν ἑνὸς εἰπόντος « νόμον καταλέλυκας τὸν ἴδιον, « μὰ Δί', εἶπεν, ἀλλὰ κύριον ποιήσω· » καὶ σπασάμενος τὸ ξιφίδιον ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. Ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων τὴν πρᾶξιν ταύτην περιτιθέασι Διοκλεῖ τῷ Συρακουσίων νομοθέτῃ. — (22) Diodorus Siculus lib. XII cap. 12 : πρῶτον μὲν γὰρ τοῖς μητρυιὰν ἐπαγομένοις κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἔθηκε πρόστιμον τὸ μὴ γίνεσθαι συμβούλους τούτους τῇ πατρίδι, νομίζων τοὺς κακῶς περὶ τῶν ἰδίων τέκνων βουλευσαμένους καὶ συμβούλους κακοὺς ἔσεσθαι τῇ πατρίδι· ἔρη γὰρ τοὺς μὲν πρῶτον γήμαντας καὶ ἐπιτυχόντας δεῖν εὐημεροῦντας καταπαύειν, τοὺς δὲ ἀποτυχόντας τῷ γάμῳ καὶ πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας ἄφρονας δεῖν ὑπολαμβάνεσθαι. — (23) Idem l. c. : τοὺς δ' ἐπὶ συκοφαντίᾳ καταγνωσθέντας προσέταξε περιπατεῖν ἐστεφανωμένους μυρίκῃ, ὅπως ἐν πᾶσι τοῖς πολίταις φαίνωνται τὸ πρωτεῖον τῆς πονηρίας περιπεποιημένοι. Διὸ καί τινας ἐπὶ τούτῳ τῷ ἐγκλήματι καταδικασθέντας τὸ μέγεθος τῆς ὕβρεως οὐκ ἐνεγκόντας ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι· οὗ συντελεσθέντος ἐφυγαδεύθη πᾶς ἐκ τῆς πόλεως ὁ συκοφαντεῖν εἰωθώς, καὶ τὸ πολίτευμα μακάριον εἶχε βίον τῆς τοιαύτης κακίας ἀπηλλαγμένον. Ἔγραψε δὲ ὁ Χαρώνδας καὶ περὶ τῆς κακομιλίας νόμον ἐξηλλαγμένον καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέταις παρεωραμένον. Ὑπολαβὼν γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐνίοτε διὰ τὴν πρὸς τοὺς πονηροὺς φιλίαν καὶ συνήθειαν διαστρέφεσθαι τὰ ἤθη πρὸς κακίαν, καὶ τὴν ψαυλότητα καθάπερ λοιμικὴν νόσον ἐπινέμεσθαι τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων καὶ νοσοποιεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἀρίστων· καντάντης γὰρ ἡ πρὸς τὸ χεῖρον ὁδός, ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ὁδοιπορίαν, διὸ καὶ τῶν μετρίων πολλοὶ τοῖς ἤθεσιν ὑποῦλοις ἡδοναῖς δελεασθέντες εἰς ἐπιτηδεύσεις χειρίστας περιώκειλαν· ταύτην οὖν τὴν διαφθορὰν ἀναστεῖλαι βουλόμενος ὁ νομοθέτης ἀπηγόρευσε τῇ τῶν πονηρῶν φιλίᾳ τε καὶ συνήθειᾳ χρήσασθαι, καὶ δίκας ἐποίησε κακομιλίας, καὶ προστίμους μεγάλους ἐπέγραψε τοὺς ἁμαρτάνειν μέλλοντας. — (24) Diodorus Siculus lib. XII cap. 12-13 : ἔγραψεν οὖν καὶ ἕτερον νόμον ἔτι τούτου κρείττονα καὶ τοῖς παλαιοτέροις αὐτοῦ νομοθέταις ἠμελημένον· ἐνομοθέτησε γὰρ τῶν πολιτῶν τοὺς υἱεῖς ἅπαντας μανθάνειν γράμματα, χορηγούσης τῆς πόλεως τοὺς μισθοὺς τοῖς διδασκάλοις. Ὑπέλαβε γὰρ τοὺς ἀπόρους τοῖς βίοις, ἰδίᾳ μὴ δυναμένους διδόναι μισθούς, ἀποστερηθήσεσθαι τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων. Τὴν γὰρ γραμματικὴν παρὰ τὰς ἄλλας μαθήσεις προέκρινεν ὁ νομοθέτης, καὶ μάλα προσηκόντως· διὰ γὰρ ταύτης τὰ πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα τῶν πρὸς τὸν βίον ἐπιτελεῖσθαι, ψήφους, ἐπιστολάς, διαθήκας, νόμους, τἆλλα τὰ τὸν βίον μάλιστα ἐπανορθοῦντα. Τίς γὰρ ἂν ἄξιον ἐγκώμιον διάθοιτο τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως; διὰ γὰρ τούτων μόνον οἱ μὲν τετελευτηκότες τοῖς ζῶσι διαμνημονεύονται, οἱ δὲ μακρὰν τοῖς τόποις διεστῶτες τοῖς πλείστον ἀπέχουσιν ὡς πλησίον παρεστῶσι διὰ τῶν γεγραμμένων

artibus imbuerentur. Quod quo facilius obtineret, satis luculentum disciplinarum doctoribus stipendium de publico statuit, ut simul egentes simul locupletes gratis iisdem præceptis et una institutione formarentur et ad cunctos civium ordines doctrina atque eruditio perveniret. Nam litterarum studiis nihil neque præclarius neque magis necessarium domi militiæque esse arbitrabatur. Porro liberorum (25) orbitati tutores instituit partim agnatos, partim cognatos, ita ut illi pupillorum rem familiarem administrarent, hi orbis victum præberent eosque ingenue educarent. Præterea desertores (26) aut imbelles omninoque militiam detrectantes muliebri vestitu indutos triduum in foro sedere jussit, ut ludibrio habiti et per ora hominum traducti ad bonam frugem se reciperent. Negabat enim tales esse interficiendos, quia confideret, tum aliis hominibus illos exempla futuros, tum ipsos in posterum fortitudinis experimenta edituros.

At in comœdiis (27) quemquam civium præter adulteros et curiosos notari atque exagitari vetuit. Namque adulterium videtur esse curiosa alienæ voluptatis inquisitio eorumque quæ absconduntur ac plerosque fugiunt indagatio. Curiositas vero arcanorum corruptio et quasi nudatio est. Denique suam disciplinam (28) in qua salus civitatis nitebatur haudquaquam negligendam, sed omni cura colendam ratus legum perfringendarum occasione privare homines peccatorumque causas præcidere omnibus destinavit. Quamquam igitur leges, si iniquæ essent, abrogari posse concedebat : tamen rogationum latoribus pœnæ metum injecit. Cavebat enim, ut novæ legis auctor tantisper dum rogationem ferret collo in laqueum inserto quasi capite damnatus in concione assisteret populique judicium exspectaret. Jam si populus legem sciscebat, ejus lator in periculo non versabatur, sed impune ferebat : sin repudiabat, statim laqueo strangulatus moriebatur. In hac legibus obtemperandi necessitate quum gravissimæ pœnæ ju-

ὁμιλοῦσι. Ταῖς τε κατὰ πόλεμον συνθήκαις ἐν ἔθνεσιν ἢ βασιλεῦσι πρὸς διαμονὴν τῶν ὁμολογιῶν ἡ διὰ τῶν γραμμάτων ἀσφάλεια βεβαιοτάτην ἔχει πίστιν. Καθόλου δὲ τὰς χαριεστάτας τῶν φρονίμων ἀνδρῶν ἀποφάσεις καὶ θεῶν χρησμούς, ἔτι δὲ φιλοσοφίαν καὶ πᾶσαν παιδείαν μόνη τηρεῖ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις ἀεὶ παραδίδωσιν εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Διὸ καὶ τοῦ μὲν ζῆν τὴν φύσιν αἰτίαν ὑποληπτέον, τοῦ δὲ καλῶς ζῆν τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων συγκειμένην παιδείαν· ὅθεν ὡς μεγάλων τινῶν ἀγαθῶν ἀποστερουμένους τοὺς ἀγραμμάτους διωρθώσατο τῇ νομοθεσίᾳ ταύτῃ καὶ δημοσίας ἐπιμελείας τε καὶ δαπάνης ἠξίωσε, καὶ τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τοὺς πρότερον νομοθετήσαντας δημοσίῳ μισθῷ τοὺς νοσοῦντας τῶν ἰδιωτῶν ὑπὸ ἰατρῶν θεραπεύεσθαι, ὥσθ' οἱ μὲν τὰ σώματα θεραπείας ἠξίωσαν, ὁ δὲ τὰς ψυχὰς τὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε, κἀκείνων μὲν τῶν ἰατρῶν εὐχόμεθα μηδέποτε χρείαν ἔχειν, τοῖς δὲ τῆς παιδείας διδασκάλοις ἐπιθυμοῦμεν ἅπαντα τὸν χρόνον συνδιατρίβειν. — (25) Diodorus Siculus lib. XII cap. 15 : ὁ δ' οὖν Χαρώνδας καὶ ἕτερόν τινα νόμον ἀποδοχῆς ἀξιούμενον ἔγραψε, τὸν περὶ τῆς τῶν ὀρφανῶν φυλακῆς. Οὗτος δ' ἐξ ἐπιπολῆς μὲν θεωρούμενος οὐδὲν φαίνεται περιττὸν ἔχειν οὐδὲ ἀποδοχῆς ἄξιον, ἀναθεωρούμενος δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος μεγάλην ἔχει σπουδὴν καὶ δόξαν. Ἔγραψε γὰρ τῶν μὲν ὀρφανικῶν χρημάτων ἐπιτροπεύειν τοὺς ἀγχιστεῖς τοὺς ἀπὸ πατρός, τρέφεσθαι δὲ τοὺς ὀρφανοὺς παρὰ τοῖς συγγενέσι τοῖς ἀπὸ μητρός. Αὐτόθεν μὲν οὖν ὁ νόμος οὐδὲν ὁρᾶται περιέχων σοφὸν ἢ περιττόν, ἐξεταζόμενος δὲ κατὰ βάθος εὑρίσκεται δικαίως ὢν ἄξιος ἐπαίνου. Ζητουμένης γὰρ τῆς αἰτίας δι' ἣν ἄλλοις μὲν τὴν οὐσίαν ἑτέροις δὲ τὴν τῶν ὀρφανῶν τροφὴν ἐπίστευσεν, ἐκφαίνεταί τις ἐπίνοια τοῦ νομοθέτου περιττή· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς οὐ προσήκοντες τῇ κληρονομίᾳ τῶν ὀρφανῶν οὐκ ἐπιβουλεύσουσιν, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ πατρὸς οἰκεῖοι ἐπιβουλεῦσαι μὲν οὐ δύνανται διὰ τὸ μὴ πιστεύεσθαι τοῦ σώματος, τῆς δ' οὐσίας εἰς ἐκείνους καθηκούσης ἐὰν οἱ ὀρφανοὶ τελευτήσωσιν ἢ διὰ νόσον ἢ τινα ἄλλην περίστασιν, ἀκριβέστερον οἰκονομήσουσι τὰ χρήματα ὡς ἰδίας τὰς ἐκ τῆς τύχης ἐλπίδας ἔχοντες. — (26) Diodorus Siculus lib. XII, cap. 16 : Ἕτερον δὲ ἔθηκε νόμον κατὰ τῶν λιπόντων τὴν ἐν πολέμῳ τάξιν ἢ τὸ σύνολον μὴ ἀναλαβόντων τὰ ὅπλα ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Τῶν γὰρ ἄλλων νομοθετῶν κατὰ τῶν τοιούτων τεθεικότων θάνατον τὸ πρόστιμον, οὗτος προσέταξε τοὺς τοιούτους ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐφ' ἡμέρας τρεῖς καθῆσθαι ἐν ἐσθῆσι γυναικείαις. Ὁ δὲ νόμος οὗτος ἅμα μὲν φιλανθρωπότερός ἐστι τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἅμα δὲ λελῃθότως τῷ μεγέθει τῆς ἀτιμίας ἀποτρέπει τοὺς ὁμοίους τούτοις τῆς ἀνανδρίας· κρεῖττον γάρ ἐστιν ἀποθανεῖν ἢ τοιαύτης ὕβρεως ἐν τῇ πατρίδι πειραθῆναι· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας οὐκ ἠφάνισεν, ἀλλὰ τῇ πόλει πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας ἐτήρησε, διορθωσομένους τῇ διὰ τῆς ὕβρεως κολάσει καὶ σπεύσοντας ἑτέραις ἀνδραγαθήμασιν ἐξαλεῖψαι τὴν προγεγενημένην αἰσχύνην. — (27) Plutarchus de curiositate cap. 8, vol. X, p. 139 ed. Hutten. : Εὖ δὲ καὶ ὁ τῶν Θουρίων νομοθέτης· κωμῳδεῖσθαι γὰρ ἐκώλυσε τοὺς πολίτας, πλὴν μοιχοὺς καὶ πολυπράγμονας. Ἔοικε γὰρ ἡ τε μοιχεία πολυπραγμοσύνη τῆς ἀλλοτρίας ἡδονῆς εἶναι, καὶ ζήτησις καὶ ἔρευνα τῶν φυλαττομένων καὶ λανθανόντων τοὺς πολλούς· ἥ τε πολυπραγμοσύνη παράλυσίς ἐστι καὶ φθορὰ καὶ ἀπογύμνωσις τῶν ἀπορρήτων. — (28) Diodorus Siculus lib XII, cap. 16-17 : Διὰ δὲ τῆς ἀποτομίας τῶν νόμων διέσωσε τοὺς νόμους ὁ νομοθέτης· προσέταξε γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου πείθεσθαι τῷ νόμῳ, κἂν ᾖ παντελῶς κακῶς γεγραμμένος· διορθοῦν δὲ συνεχώρησε τὸν χρείαν ἔχοντα διορθώσεως. Τὸ μὲν γὰρ ἠτιᾶσθαι ὑπὸ νομοθέτου καλὸν εἶναι ὑπελάμβανε, τὸ δὲ ὑπὸ ἰδιώτου παντελῶς ἄτοπον, καὶ εἰ ἐπὶ τῷ συμφέροντι γίνεται. Καὶ μάλιστα διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις τῶν παρανενομηκότων προφάσεις καὶ διανοίας ἀντὶ τῶν ῥητῶν εἰσάγοντας ἐκώλυσε ταῖς ἰδίαις εὑρεσιλογίαις καταλύειν τὴν τῶν νόμων ὑπεροχήν· διὸ καί τινας τῶν τοιαύτας κατηγορίας πεποιημένων πρὸς τοὺς δικαστὰς τοὺς δικάζοντας περὶ τῆς τῶν παρανενομηκότων τιμωρίας εἰπεῖν ὅτι σώζειν ἀναγκαῖον ἢ τὸν νόμον ἢ τὸν ἄνδρα. Τὸν δ' οὖν Χαρώνδαν φασὶ παραδοξότατον νενομοθετηκέναι περὶ τῆς διορθώσεως τῶν νόμων. Ὁρῶντα γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς πλείσταις πόλεσι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιχειρούντων ἐπανορθοῦν τοὺς νόμους λυμαινομένους μὲν τὰς προϋπαρχούσας νομοθεσίας, εἰς στάσεις δὲ τὰ πλήθη προαγομένους, ἰδιόν τι καὶ παντελῶς ἐξηλλαγμένον νομοθετῆσαι. Προσέταξε γὰρ τὸν βουλόμενον διορθῶσαί τινα νόμον, ὅταν ποιῆται τὴν περὶ τῆς διορθώσεως συμβουλίαν, τὸν ἑαυτοῦ τράχηλον εἰς βρόχον ἐντιθέναι, καὶ μένειν ἄχρις

ris violatoribus irrogarentur, rogationum autem latores, si concioni displicebant, supplicio afficerentur, non est mirandum paucos exstitisse qui civium mores emendare ac rempublicam institutis temperare conarentur. Tria tantum hujusmodi exempla proferuntur. Nam quum homo luscus (29) alterius injuriâ oculo privatus de cæcitate sua quereretur, delicti auctorem non legitima sed duplici pœna multandum esse contendebat. Quippe ex communi præscripto civitatis qui adversario oculum elisisset, ejus oculus, vicissim everberandus erat. Quodsi sceleris architecto alter oculus excuteretur, minus foret miser, quam cocles quem oculo effosso excæcaverat. Ut igitur par utriusque cæcitas esset, injuriæ auctor non altero oculo, sed omnino luminibus orbandus erat. Eam autem legem injecto cervici laqueo pertulit. Porro (30) abrogata est lex per

ἂν ὅτου τὴν κρίσιν ὁ δῆμος περὶ τοῦ διορθουμένου νόμου ποιήσηται, κἂν μὲν ἡ ἐκκλησία προσδέξηται τὸν ὕστερον γραφόμενον, ἀπολύεσθαι τὸν εἰσηγησάμενον· ἐὰν δὲ ἄκυρον ποιήσηται τὴν διόρθωσιν, παραχρῆμα ὑπήκειν ὑπὸ τοῦ βρόχου σφιγγόμενον. Τοιαύτης δὲ κατὰ τὴν διόρθωσιν τῆς νομοθεσίας οὔσης, καὶ τοῦ φόβου τοὺς νεωτέρους νομοθέτας κολάζοντος, οὐδεὶς ἐτόλμα περὶ νόμων διορθώσεως φωνὴν προΐεσθαι, ἐν παντὶ δὲ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παρὰ τοῖς Θουρίοις τρεῖς οἱ πάντες εἰσηγοῦνται διά τινας ἀναγκαίας περιστάσεις ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως συμβουλίαν παραγενέσθαι. — (29) Diodorus Siculus lib. XII, cap. 17 : νόμου γὰρ ὄντος, ἐάν τίς τινος ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἀντεκκόπτεσθαι τὸν ἐκείνου, ἑτερόφθαλμός τις ἐκκοπεὶς τὸν ὀφθαλμὸν καὶ στερηθεὶς ὅλης τῆς ὁράσεως τὸ μὲν ἀντεκκόψαι τὸν δράσαντα ἐλασσον ὑπέλαβε πρόστιμον ἐκτῖσαι· τυφλώσαντα γὰρ ἕνα τῶν πολιτῶν, εἰ τὸ κατὰ νόμον πρόστιμον ὁ πράξας ὑπομένοι, μὴ τετευχέναι τῆς ἴσης συμφορᾶς· δίκαιον οὖν εἶναι τὸν ἑτερόφθαλμον τὴν ὅρασιν ἀφελόμενον ἀμφοτέρους ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς, εἰ μέλλοι τὴν ἴσην ἀναδέχεσθαι τιμωρίαν. Διὸ καὶ περιαλγῆ γενόμενον τὸν ἑτερόφθαλμον ἀποτολμῆσαι λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ διαθέσθαι περὶ τῆς ἰδίας συμφορᾶς, ἅμα μὲν τοῖς πολίταις ἀποδυρόμενον τὴν ἰδίαν ἀτυχίαν, ἅμα δὲ συμβουλεύοντα τοῖς πλήθεσι διορθώσασθαι τὸν νόμον· τέλος δὲ δόντα τὸν τράχηλον εἰς βρόχον, ἐπιτυχόντα τῇ συμβουλίᾳ ἀκυρῶσαι μὲν τὸν ὑπάρχοντα νόμον, βεβαιῶσαι δὲ τὸν διορθωθέντα, καὶ διὰ τοῦτο φυγεῖν τὸν τοῦ βρόχου θάνατον. — (30) Diodorus Siculus lib. XII, cap. 18 : δεύτερος δὲ διωρθώθη νόμος ὁ διδοὺς ἐξουσίαν τῇ γυναικὶ ἀπολύειν τὸν ἄνδρα καὶ συνοικεῖν ᾧ ἂν βούληται. Τῶν γὰρ προδιῃρημένων τῇ ἡλικίᾳ τις ἔχων γυναῖκα νεωτέραν καὶ καταλειφθεὶς συνεβούλευε τοῖς Θουρίοις διορθῶσαι τὸν νόμον καὶ προσγράψαι τὴν καταλιποῦσαν ἄνδρα συνοικεῖν ᾧ ἂν βούληται μὴ νεωτέρῳ τοῦ προτέρου· ὁμοίως δὲ κἂν ἀνὴρ ἐκβάλῃ γυναῖκα, μὴ γαμεῖν ἄλλην νεωτέραν ταύτης τῆς ἐκβληθείσης. Εὐστοχήσας δ' ἐν τῇ συμβουλίᾳ καὶ ἀκυρώσας τὸν πρότερον νόμον, διέφυγε μὲν τὸν ἐκ τοῦ βρόχου κίνδυνον, τῇ δὲ γυναικὸς κωλυθείσης νεωτέρῳ συνοικῆσαι πάλιν ἔγημε τὸν ἀπολυθέντα. Τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων, ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος. Ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἐγγιστα γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ, ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν ἢ πεντακοσίας ἐκτῖσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. Ὀρφανὴ γάρ τις εὐγενὴς ἐπίκληρος, ἀπορουμένη

quam licebat uxori divortium facere cum marito aliique nubere viro. Acciderat enim, ut mulier quæ in ipso ætatis flore erat, postquam seni marito nuntium remisit, junioris viri nuptias cuperet. Quare senex in medium processit habitaque oratione ostendit perniciosam potius quam utilem esse illam legem, nisi hominum cupiditates coercerentur. Postulabat igitur, ne conjux a marito digressa natu minorem, quam prior erat, virum nuptiis ambiret neve maritus post repudiatam conjugem duceret uxorem ætate inferiorem, quam prior vitæ socia fuerat. Ubi igitur mortis metu liberatus hanc rogationem pertulit, simul id consecutus est, ut prior uxor domum recepta cum ipso in gratiam rediret. Contigit item, ut abrogaretur lex constituta de filiabus quæ omnia parentum bona hereditate accipere debebant. Voluerat autem Charondas tali puellæ adjudicari virum genere proximum pariterque puellam assignari agnato. Qui si nolebat pauperem sibi adjungere uxorem, cogebatur virgini nubenti quingentas drachmas dotis conferre. At pupilla quædam nobilis solaque heres a parentibus relicta, sed summis rerum necessariarum angustiis pressa ideoque nubere prohibita ad populi clementiam confugit. Simulatque igitur pro rostris de orbitate sua ac de illo quo laboraret contemtu lacrimabunda disseruit, æquum esse dixit cogi virum arcta propinquitate conjunctum non quingentas drachmas numerare propinquæ, sed eam in matrimonium ducere. Quum vero in hanc sententiam locuta esset, non modo populo id quod volebat persuasit, verum etiam diviti viro nupsit. Etenim misericordia captus populus rogationem quam puella tulerat jussit, cognatumque coegit illud matrimonium contrahere, lege data, ut in posterum idem consanguinei et necessarii facerent. Cæterum ejusdem familiæ homines tanquam eodem panario utentes ὁμοσιπύους a Charonda appellatos, ab Epimenide autem quasi præsepis consortes ὁμοκάπους dictos esse annotat Aristoteles (31). Idem Catinensi philosopho cum aliis

παντελῶς κατὰ τὸν βίον καὶ διὰ τὴν πενίαν οὐ δυναμένη συνοικῆσαι, κατέφυγεν ἐπὶ τὸν δῆμον, καὶ μετὰ δακρύων ἐκθεμένη τὴν ἑαυτῆς ἐρημίαν τε καὶ καταφρόνησιν, πρὸς δὲ τούτοις ὑπογραψαμένη τὴν διόρθωσιν τοῦ νόμου, ὥστε ἀντὶ τῆς ἐκτίσεως τῶν πεντακοσίων δραχμῶν γράψαι συνοικεῖν κατ' ἀνάγκην τὸν ἄγχιστα γένους τῇ ἐπιδικασθείσῃ ἐπικλήρῳ· τοῦ δὲ δήμου διὰ τὸν ἔλεον ψηφισαμένου διορθῶσαι τὸν νόμον, ἡ μὲν ὀρφανὴ τὸν ἐκ τοῦ βρόχου κίνδυνον ἐξέφυγεν, ὁ δ' ἀγχιστεὺς πλούσιος ὢν ἠναγκάσθη γῆμαι γυναῖκα πενιχρὰν ἐπίκληρον ἄνευ προικός.

(31) Aristoteles Politicor. lib. I, cap. 2, pag. 1252 b ed. Bekker. : ἡ μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν οἶκός ἐστιν, οὓς Χαρώνδας μὲν καλεῖ ὁμοσιπύους,

legum latoribus comparato nihil peculiare fuisse ait præter falsorum testimoniorum actiones, quoniam ipse primus falsis testibus lites intendit, sed tamen legibus diligenter scriptis eum elegantiorem politioremque videri quam qui postea leges condiderint (32).

At omnium primi (33) apud Græcos scriptas (34) leges habuisse feruntur Locri Epizephyrii, quorum civitatem constituit *Zaleucus*, servus et pastor, sed ob magna in patriam merita manu missus (35). Quum enim diu perturbatam rempublicam plebemque seditionibus agitatam vidissent : tandem his molestiis ac periculis liberari cupientes consuluerunt Apollinem Pythium, quidnam facerent de rebus suis. Respondit deus, ut consilio uterentur pastoris qui vivendi leges ac disciplinam dare ipsis posset. Is fuit Zaleucus (36) optimarum legum auctor, quas tamen omnes a Minerva sæpius sibi in conspectum veniente accepisse se dicebat. Sed (37) revera ille plerasque leges atque instituta a Cretensibus, Lacedæmoniis et Atheniensibus quorum jus non scriptum, mores, consuetudines cognoverat mutuatus est primusque in peccantes statuit pœnas quas antea judices arbitrio suo capere de istis consueverant. Harum vero legum quamvis severiorum beneficio per longum tempus Locrensium civitatem beatam et florentem fuisse Plato (38), Demosthenes, Pindarus, Strabo, Proclus referunt. Rursus Sybaritæ neglectis Zaleuci legibus perierunt, si vera tradit Scymnus Chius vs. 346 seqq. (39).

Zaleucum Pythagoræ discipulis haud pauci antiquorum annumerarunt, velut Diodorus (40),

Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς ὁμοκάπους (al. ὁμοκάπνους). — (32) Aristoteles Politicor. lib. II, cap. 12, pag. 1274 b ed. Bekker. : Χαρώνδου δ' ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστι, πλὴν αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτυριῶν (πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκηψιν), τῇ δ' ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος τῶν νῦν νομοθετῶν. — (33) Scymnus Chius vs. 312-317 : οἱ δὲ λεγόμενοι Ἐπιζεφύριοι πλησίον κεῖνται Λοκροί. Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ. εἰσὶν δ' ἄποικοι τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν· ἔνιοι δὲ Λοκρῶν φασὶ τῶν ἐν Ὀζόλαις. Clemens Alexandrinus Strom. I, p. 309 : Ζάλευκός τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἱστόρηται νόμους θέσθαι. Strabo lib. VI, p. 259 : Εἰσὶ δ' ἀπὸ Ῥηγίου μέχρι Λοκρῶν ἑξακόσιοι στάδιοι. Ἵδρυται δ' ἡ πόλις ἐπ' ὄρρυός ἣν Ἐπωπῖν καλοῦσι. Πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί. Nicephorus Gregoras lib. XXIII, 2 pag. 1108 ed. Bonn. : ἐνενομοθετήκει καθὰ Σπαρτιάταις Λυκοῦργος καὶ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις Ζάλευκος καὶ πρός γε Σικελιώταις Χαρώνδας ὁ Καταναῖος. Meminit etiam Zaleuci legum inventoris Theodoretus de curat. Græcar. affection. lib. IX, p. 124, sed ita ut Locros Epizephyrios cum cæteris confundat. Confer Salmas. ad Solinum p. 66 seq. — (34) Scholiastes ad Eurip. Hippolyt. vs. 90 : νόμος τὸ γεγραμμένον διάταγμα, τὸ κρατοῦν καὶ γεγραμμένον· ἔθος δὲ τὸ μὴ γεγραμμένον. Est vero νόμιμον persæpe idem quod ἔθος. Vid. H. Stephani Thes. — (35) Scholiastes ad Pind. Olymp. XI, 13-15, νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν Ζεφυρίων· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα καὶ χάλκεος Ἄρης, ubi olim legebatur νέμει γὰρ ἁ τραχεῖα πόλις Λοκρῶν, hæc annotat : ἀντὶ τοῦ, ἔχει νομὴν καὶ δίδωσιν ἡ πόλις λαβὰς τῶν Λοκρῶν πρὸς ἐγκώμια. Διὸ ἐπήνεγκε· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα καὶ χάλκεος Ἄρης· καὶ γὰρ ἐν τῇ μουσικῇ διαφέρουσι κἀν τοῖς κατὰ πόλεμον· διὸ καὶ ἁρμὰς δίδωσι τοῖς βουλομένοις. ἢ οὕτω· νέμεται καί ἐστιν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, τουτέστι, καθ' ἑαυτὴν ἔχει τὴν ἀλήθειαν ἡ τῶν Λοκρῶν πόλις. Οὐ δεῖ οὖν, φησίν, οὐδὲ μέμφεσθαι. Τραχεῖα δὲ εἰκότως ἂν λέγοιτο, λοφώδης οὖσα καὶ ἐπιθαλασσίδιος. Αὐτὸς γάρ φησιν· οἵ τ' ἀγχίαλον πὰρ Ζεφύριο Κολώναν. Καὶ ὃ βούλεται λέγειν, ἔστι τοιοῦτον· καίπερ τραχεῖα οὖσα, εὐνομεῖται. Διὰ τί δέ; φησὶν Ἀριστοτέλης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρῶντο τῷ θεῷ, πῶς ἂν πολλῆς ταραχῆς ἀπαλλαγεῖεν, ἐξέπεσεν αὐτοῖς χρησμός, ἑαυτοῖς νόμους τίθεσθαι, ὅτι καί τις ποιμὴν (ὄνομα δ' ἦν Ζάλευκος) πολλοὺς νόμους ἔννθείη τοῖς πολίταις εἰσενεγκεῖν δοκίμους. Γνωσθείς τε καὶ ἐρωτηθείς, πόθεν εὕροι, ἔχησεν ἐνύπνιον αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν παραστήσασθαι. Διὸ αὐτός τε ἠλευθέρωται καὶ νομοθέτης κατέστη. Οὐκ ἀπὸ σκοποῦ δὲ μουσικοὺς εἶπε τοὺς Λοκρούς· Λοκρικὴ γάρ τις ἁρμονία ἐστίν, ἣν ἀσκῆσαί φασι Ξενόκριτον τὸν Λοκρόν. — (36) Plutarchus libro de sui laude cap. XI, vol. X, pag. 202 ed. Hutten. : οὐχ ἥκιστα γοῦν λέγουσιν ἀρέσαι Λοκροῖς τὴν Ζαλεύκου νομοθεσίαν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν ἔφασκεν αὐτῷ φοιτῶσαν εἰς ὄψιν ἑκάστοτε, τοὺς νόμους ὑφηγεῖσθαι καὶ διδάσκειν, αὐτοῦ δὲ μηδὲν εἶναι διανόημα μηδὲ βούλευμα τῶν εἰσφερομένων. — (37) Strabo lib. VI, p. 260 : τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων καὶ Λακωνικῶν καὶ ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν, φησὶν ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτο τὸν Ζάλευκον ὅτι, τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν, ἡγούμενος τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, τὰς δὲ ζημίας δεῖν εἶναι τὰς αὐτάς· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸ ἁπλουστέρως αὐτὸν περὶ τῶν συμβολαίων διατάξαι. Clemens Alexandrinus Strom. lib. I, pag. 352 : Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λοκρῶν πολιτείᾳ Ζάλευκον τὸν Λοκρὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς νόμους λαμβάνειν ἀπομνημονεύουσιν. Valerius Maximus lib. I, cap. 2 : Zaleucus sub nomine Minervæ apud Locrenses prudentissimus habitus est. — (38) Plato Tim. p. 20 A : Τίμαιος γὰρ ὢν εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, ad quem locum Proclus p. 22 D : ὅτι δὲ εὐνομοῦντο οἱ Λοκροί, δῆλον· ἦν γὰρ δὴ αὐτῶν νομοθέτης Ζάλευκος. Cf. Demosthenes adv. Timocr. pag. 744 ed. Reisk., item Pindarus et Strabo ll. cc. — (39) Scymnus Chius vs. 346 seqq. : λέγεται γὰρ αὐτοὺς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι τοῖς τοῦ Ζαλεύκου τἀκόλουθα συντελεῖν, τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾳθυμον ἑλομένους βίον χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ χόρον κτλ. Aliter Strabo de posterioribus ejusdem oppidi incolis lib. VI, p. 260 : Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβοῦν θέλοντας πέρα τῶν Λοκρῶν ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δὲ· εὐνομεῖσθαι γὰρ οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις. — (40) Diodorus Siculus lib. XII cap. 20 : Ζάλευκος τοίνυν ἦν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἰταλίας Λοκρός, ἀνὴρ εὐγενὴς καὶ κατὰ παιδείαν τεθαυμασμένος, μαθητὴς δὲ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου. Seneca epist. 90, 6 : Zaleuci leges Charondæque laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoque secessu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ et per Italiam Græciæ ponerent. Diogenes Laertius lib. VIII, 16 : [τὸν Πυθαγόραν] ἄλλους τε πολλοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀτὰρ καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομο-

Seneca, Diogenes Laertius, Suidas, quibus accedunt Porphyrius et Jamblichus Samium philosophum Locrensibus illius operâ leges imposuisse affirmantes. Quum enim institutorum ejus cum Pythagoræ scitis similitudinem animadvertissent, sed ætates et tempora ignorarent, eum qui sapientia cæteris præstaret doctissimi illius viri auditorem fuisse sibi persuaserunt. Id autem Numæ (41) quoque, Romanorum regi, et aliis accidisse, quos antiquitas ipsius Pythagoræ amicos et sodales habuit, notum exploratumque omnibus est. Verumenimvero et Eusebii testimonio qui Zaleuci florem in Olympiadis XXIX annum primum vel in annum ante Chr. n. 664 incidere docet, efficitur eum Pythagora antiquiorem esse (42).

Etsi vero frequenter Zaleuci in Græcorum Latinorumque annalibus mentio fit, mirandum tamen quod Timæus inter Locrenses hujus nominis legumlatorem fuisse negavit (43). Qua de re Cicero lib. II de legibus cap. 6 : « Quid? quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timæus? At Theophrastus, auctor haud deterior, meâ quidem sententiâ melior. Eum multi nominant, commemorant vero ipsius cives, nostri clientes Locri. » Idem lib. VI ad Atticum epist. 1 : « Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur jacet Theophrastus, si id a Timæo tuo familiari reprehensum est? » Ac Theophrastum quidem probabile est in pluribus scriptis Zaleuci meminisse. Nam viginti (44) quattuor libros de legibus litterarum ordine explicatis ediderat ac præterea legum epitomen decem libellis comprehensam vulgaverat. Quin etiam in peculiari opere legumlatorum (45) censuram fecerat. Verum et ante Theophrastum Aristoteles de Zaleuco exposuerat in Republica Locrorum, cujus rei testem Clementem Alexandrinum habemus (46). Adde quod Politicorum (47) lib. II cap. 12 primum legum sanctorem Zaleucum ponit. Neque aliter de eo judicaverunt Plutarchus (48) atque Ælianus (49). Quæ quum ita sint, missum faciamus Timæum. Jam consentaneum est proponi Zaleuci leges per varia litterarum monumenta sparsas. In quo mihi eo breviori esse licet, quod sapientissimi viri præceptiones in Stobæi Florilegio obvias propter incorruptam græci sermonis integritatem jam inter fragmenta vol. I pag. 542-543 recensui. De horum autem quæ Stobæus servavit decretorum antiquitate duo idonei talium rerum existimatores iidemque gravissimi auctores dubitare nos non sinunt. Quippe Cicero (50) se proœmium illud legisse testificatur, Zaleucum priusquam ad leges conscribendas aggrederetur de legum laudibus dixisse annotans. Diodorus (51) vero ex

θέτας. Suidas v. Ζάλευκος, Λοκρὸς ἐκ Θουρίου, Πυθαγόρειος φιλόσοφος καὶ νομοθέτης. Porphyrius vit. Pythag. cap. 21 : ἃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν τὰς δὲ νεωστί, φρονήματος ἐλευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ ἠλευθέρωσε, Κρότωνα καὶ Σύβαριν καὶ Κατάνην καὶ Ῥήγιον καὶ Ἰμέραν καὶ Ἀκράγαντα καὶ Ταυρομένιον καὶ ἄλλας τινάς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις ἄχρι πολλοῦ γεγόνασι. Conf. Jamblich. vit. Pyth. cap. 7. — (41) Plutarchus vit. Num. cap. 14 : ἦν δὲ καὶ τῶν ἄλλων παραγγελμάτων αὐτοῦ πολλὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐοικότα. Ὡς γὰρ ἐκεῖνοι παρήνουν ἐπὶ ζυγίνικος μὴ καθῆσθαι, καὶ μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν, καὶ βαδίζοντας εἰς ἀποδημίας μὴ μεταστρέφεσθαι, καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις, ὧν ἑκάστου τὴν διάνοιαν ἀπεκρύπτοντο πρὸς τοὺς πολλούς· οὕτως ἔνια τῶν Νουμᾶ πατρίων ἀπόῤῥητον ἔχει τὸν λόγον· οἷον τὸ μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων, μηδὲ θύειν ἄτερ ἀλφίτων· καὶ προσκυνεῖν περιστρεφομένους, καὶ τὸ καθῆσθαι προσκυνήσαντας. De libris Pythagoricis in Numæ sepulcro repertis, sed postea combustis incredibilia narrant Cassius Hemina apud Plinium hist. nat. lib. XIII, cap. 13, Livius lib. XL, cap. 29 et Plutarchus in ejus vita. Quare Pythagoreum faciunt Clemens Alexandrinus Strom. lib. I, p. 304 et V, p. 548, Cyrillus Alex. lib. VI contra Julian. Oper. tom. VI, p. 193 ed. Aubert. et Hieronymus lib. II advers. Jovin. cap. 38 Oper. tom. II, p. 384 ed. Vallars. Sed rectius judicant Livius lib. I, cap. 18 et Dionysius Halicarnassensis antiq. Rom. lib. II, pag. 120 ed. Sylburg. Vide quæ de Pythagoræ vita dixi adn. 27 et 28. — (42) Confer Charondæ vitam.

(43) Conf. Polyb. Excerpt. pag. 51. — (44) Diogenes Laertius lib. V, 44 ei tribuit cum alia scripta[a], tum Νόμων, κατὰ στοιχεῖον, κδ' et Νόμων ἐπιτομῆς α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', η', θ', ι'. — (45) Diogenes Laertius lib. V, 45 : Νομοθετῶν α', β', γ'. — (46) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I, p. 352 : Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λοκρῶν πολιτείᾳ Ζάλευκον τὸν Λοκρὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς νόμους λαμβάνειν ἀπομνημονεύουσιν. — (47) Aristoteles Politicorum lib. II, cap. 12 : νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις κτλ. — (48) Plutarchus Num. cap. 4 : ἆρα οὖν ἄξιόν ἐστι, ταῦτα συγχωροῦντας ἐπὶ τούτων, ἀπιστεῖν, εἰ Ζαλεύκῳ καὶ Μίνῳ καὶ Ζωροάστρῃ καὶ Νουμᾷ καὶ Λυκούργῳ, βασιλείας κυβερνῶσι καὶ πολιτείας διακοσμοῦσιν εἰς τὸ αὐτὸ ἐρώτα τὸ δαιμόνιον; ἢ τούτοις μὲν εἰκός ἐστι καὶ σπουδάζοντας θεοὺς ὁμιλεῖν, ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ παραινέσει τῶν βελτίστων· ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μυνρίζουσιν, εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας; — (49) Ælianus variæ hist. lib. III, cap. 17 : ἐπολιτεύσαντο οὖν καὶ φιλόσοφοι, ἢ αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν διάνοιαν ἀγαθοὶ γενόμενοι ἐφ' ἡσυχίας κατεβίωσαν. Ἐπηνώρθωσαν γὰρ τὰ κοινά, Ζάλευκος μὲν τὰ ἐν Λοκροῖς κτλ. — (50) Cicero de legibus lib. II, cap. 6. — (51) Diodorus Siculus lib. XII, cap. 19-20 : ἡμεῖς δὲ ἀκριβῶς τὰ περὶ Χαρώνδαν τὸν νομοθέτην διεληλυθότες βραχέα βουλόμεθα καὶ περὶ Ζαλεύκου τοῦ νομοθέτου διελθεῖν διά τε τὴν ὁμοίαν προαίρεσιν τοῦ βίου καὶ τὸ γεγονέναι τοὺς ἄνδρας ἐν πόλεσιν ἀστυγείτοσι. Ζάλευκος τοίνυν ἦν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἰταλίας Λοκρός, ἀνὴρ εὐγενὴς καὶ κατὰ παιδείαν τεθαυμασμένος, μαθητὴς δὲ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου. Οὗτος πολλῆς ἀποδοχῆς τυγχάνων ἐν τῇ πατρίδι νομοθέτης χρίθη, καὶ καταβαλόμενος ἐξ ἀρχῆς καινὴν νομοθεσίαν ἤρξατο πρῶτον περὶ τῶν ἐπουρανίων θεῶν. Εὐθὺς γὰρ

[a] Laertius lib. V, 44 ei tribuit cum alia scripta, tum Νόμων, κατὰ στοιχεῖον, κδ' et Νόμων ἐπιτομῆς α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', η', θ', ι'.

eodem proœmio verba quædam de deorum cultu profert aliasque leges e Zaleuci opere petitas adjicit. Porro dialectus e dorica in communem a librariis mutata, qui innumeros Stobæi locos corruperunt, nihil probat. Quare non audiendus est Bentlejus (52) qui tam ob recentiorem dialecti formam quam ob rerum quarundam, velut κόσμου et τραγῳδίας commemorationem, corpus juris Locrensis Ciceroni, Diodoro et aliis cognitum post Timæi historici tempora insertis quibusdam legibus vere antiquis Zaleuco supposititum esse contendit. Namque etiamsi ille codex legum interpolatus fuerit, plerasque tamen ejus partes sinceras et probas fuisse nemo negabit.

Erat igitur in Zaleuci legibus cautum, ne quis ægrotus injussu medici merum biberet. Quod qui fecisset, ei vel e morbo recreato mors pœna constituebatur (53). Præterea adulteros oculis privandos esse censuit. Quum (54) igitur filius ejus adulterii crimine damnatus secundum jus ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret, aliquamdiu repugnavit. Ad ultimum precibus populi evictus, suo prius, deinde filii oculo eruto, usum videndi utrique reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, se inter misericordem patrem et justum legis latorem partitus. Sunt qui non adulteris sed furibus (55) eam pœnam a Zaleuco irrogatam esse prodant, id quod a verisimilitudine abhorret. Insuper lege sanxit vir omnis divini atque humani juris consultissimus (56), ut rem controversam pendente adhuc lite possideret is, penes quem erat quum causa in judicium deducta est. Idem (57) dissolutos feminarum mores non subita vi compescere, sed paulatim emendare studuit, matronas dignitatis suæ oblitas non pecunia multandas, sed ignominia notandas arbitratus. Quapropter ambulantibus mulieribus ingenuis singulas tantum ancillas comites addi voluit, nisi forte ebriæ essent. Nimirum temulentæ a pluribus deduci et poterant et debebant. Ad hæc vetuit noctu ex urbe exire mulieres præter adulteras. Accedit quod feminis castis et modestis usum vestium purpurâ prætextarum moniliumque et ornamentorum ex auro interdixit, solis meretricibus talia corporum lenocinia relinquens. Denique præcepit, ne quis vir annulum subauratum in digito haberet neve pallio Milesiis simili uteretur, nisi mercede se prostitueret ac pudicitiam prosterneret. Quum igitur Zaleucus acrem se vitiorum judicem præberet, ipsa illa quam hominibus imponebat ignominia effecit, ut a vitiis abstinerent et ad colendam virtutem incitarentur. Neque enim quisquam tali pœna proposita irrideri a civibus volebat. Adde

ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἔχῃ δεῖν τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει πάντων πρῶτον ὑπολαβεῖν καὶ πεπεῖσθαι θεοὺς εἶναι, καὶ ταῖς διανοίαις ἐπισκοποῦντας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν διακόσμησιν καὶ τάξιν κρίνειν οὐ τύχης οὐδ' ἀνθρώπων εἶναι ταῦτα τὰ κατασκευάσματα, σέβεσθαί τε τοὺς θεοὺς ὡς πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν καὶ ἀγαθῶν αἰτίους ὄντας τοῖς ἀνθρώποις, ἔχειν δὲ καὶ τὴν ψυχὴν καθαρὰν πάσης κακίας ὡς τῶν θεῶν οὐ χαιρόντων ταῖς τῶν πονηρῶν θυσίαις τε καὶ δαπάναις ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίαις τε καὶ καλαῖς ἐπιτηδεύσεσι. Διὰ δὲ τοῦ προοιμίου προκαλεσάμενος τοὺς πολίτας εἰς εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην, ἐπέζευξε προστάττων μηδένα τῶν πολιτῶν ἐχθρὸν ἀνατάλλακτον ἔχειν, ἀλλ' οὕτω τὴν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν ὡς ἥξοντα πάλιν εἰς σύλλυσιν καὶ φιλίαν· τὸν δὲ παρ' αὐτὰ ποιοῦντα διαλαμβάνεσθαι παρὰ τοῖς πολίταις ἀνήμερον καὶ ἄγριον τὴν ψυχήν. Τοὺς δὲ ἄρχοντας παρεκελεύετο μὴ εἶναι αὐθάδεις μηδὲ ὑπερηφάνους, μηδὲ κρίνειν πρὸς ἔχθραν ἢ φιλίαν. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος νομοθετήμασι πολλὰ παρ' ἑαυτοῦ προσεξεῦρε μάλα σοφῶς καὶ περιττῶς. — (52) Bentlejus in Opusculis philologicis pag. 336-351.

(53) Ælianus var. hist. lib. II, cap. 37 : Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ πολλοὶ μέν εἰσι καὶ ἄλλοι νόμοι κάλλιστα καὶ εἰς δέον κείμενοι, καὶ οὗτος δὲ οὐχ ἥκιστα. Εἴ τις Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων νοσῶν ἔπιεν οἶνον ἄκρατον, μὴ προστάξαντος τοῦ θεραπεύοντος, εἰ καὶ περιεσώθη, θάνατος ἡ ζημία ἦν αὐτῷ, ὅτι, μὴ προσταχθὲν αὐτῷ, ὧδε ἔπιεν. Paulo aliter Athenæus lib. X, p. 429 A : παρὰ δὲ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις, εἴ τις ἄκρατον ἔπιε μὴ προστάξαντος ἰατροῦ θεραπείας ἕνεκα, θάνατος ἦν ἡ ζημία, Ζαλεύκου τὸν νόμον θέντος. — (54) Valerius Maximus lib. VI, cap. 5. Similiter Ælianus var. hist. lib. XIII, cap. 24 : Ζαλευκος ὁ Λοκρῶν νομοθέτης προσέταξε τὸν μοιχὸν ἀλόντα ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. Ἃ τοίνυν μηδὲ προσεδόκησε, ταῦτα ὁ δαίμων αὐτῷ παρὰ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπήγαγεν. Ὁ γάρ τοι παῖς ἀλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, εἶτα ἔμελλε πείσεσθαι τὰ ἐκ τοῦ πατρῴου νόμου. Ἐνταῦθα, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἅπαξ κεκυρωμένον, ὑπέμεινεν αὐτὸς ὁ εἰσηγησάμενος ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τῶν τοῦ παιδὸς ὀφθαλμῶν ἀντιδοῦναι τὸν ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελείως. — (55) Heraclides in Politiis. — (56) Polybius lib. XII, 16 : καλεύειν γὰρ τὸν Ζαλεύκου νόμον τοῦτον δεῖν κρατεῖν τῶν ἀμφισβητουμένων μέχρι τῆς κρίσεως παρ' οὗ τὴν ἀγωγὴν συμβαίνει γίγνεσθαι....παρὰ τούτων δὲ τὴν ἀγωγὴν ἀεὶ γίγνεσθαι, παρ' οἷς ἂν ἔσχατον ἀδήριτον ᾖ χρόνον τινὰ γεγονὸς τὸ ἀμφισβητούμενον· ἐὰν δέ τις ἀφελόμενος βίᾳ παρά τινος ἀπαγάγῃ πρὸς ἑαυτόν, κἄπειτα παρὰ τοῦτον τὴν ἀγωγὴν ὁ προϋπάρχων ποιῆται διισπότης, οὐκ εἶναι ταύτην κυρίαν. — (57) Diodorus lib. XII, cap. 21 : τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων ἁμαρτανουσῶν γυναικῶν ἀργυρικὰς ζημίας τεταχότων οὗτος φιλοτέχνῳ προστίμῳ τὰς ἀκολασίας αὐτῶν διωρθώσατο· ἔγραψε γὰρ οὕτω, γυναικὶ ἐλευθέρᾳ μὴ πλείον ἀκολουθεῖν μιᾶς θεραπαινίδος ἐὰν μὴ μεθύῃ, μηδὲ ἐξιέναι νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως εἰ μὴ μοιχευομένην, μηδὲ περιτίθεσθαι χρυσία μηδὲ ἐσθῆτα παρυφασμένην ἐὰν μὴ ᾖ ἑταίρα, μηδὲ τὸν ἄνδρα φορεῖν δακτύλιον ὑπόχρυσον μηδὲ ἱμάτιον Ἰσομιλήσιον, ἐὰν μὴ ἑταιρεύηται ἢ μοιχεύηται. Διὸ καὶ ῥᾳδίως ταῖς τῶν προστίμων αἰσχραῖς ὑπεξαιρέσεσιν ἀπέτρεψε τῆς βλαβερᾶς τρυφῆς καὶ ἀκολασίας τῶν ἐπιτηδευμάτων· οὐδεὶς γὰρ ἐβούλετο τὴν αἰσχρὰν κόλασιν ὁμολογήσας καταγέλαστος ἐν τοῖς πολίταις εἶναι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν συμβολαίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀμφισβητουμένων καλῶς ἐνομοθέτησε, περὶ ὧν ἡμῖν μακρὸν ἂν εἴη γράφειν καὶ τῆς ὑποκειμένης ἱστορίας ἀνοίκειον· διόπερ ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῖς προειρημένοις ἀνα

quod contractus, res controversas et alia negotia in quibus versari homines solent ad certam quandam normam direxit. In quo genere legem de non danda pro fœnebribus pecuniis syngrapha attingit Zenobius proverb. V, 4. Cæterum non probatur nobis eorum opinio qui apud Hesychium duo verba e Zaleuci legibus superesse credunt. Is enim ΛΕΠΤΑΣ ΚΑΙ ΠΑΧΕΙΑΣ, inquit, Λεῦκος ἐν Νόμοις, τὰς δραχμάς· λεπτὰς μὲν τὰς ἐξωβόλους, παχείας δὲ τὰς πλέον ἐχούσας, i. e. Voces λεπτὰς καὶ παχείας, *tenues* et *crassas*, Zaleucus in Legibus de drachmis usurpat, quum tenuis drachma sex obolos contineat, crassa autem plus sex. Pro Λεῦκος videlicet viri docti substituerunt Ζάλευκος. At quum Julius Pollux (58) doceat, drachmam Ægineticam Attica majorem fuisse atque Athenienses odio in Æginetas concepto illam crassam, hanc tenuem vocasse : patet hujusmodi observationem ad posteriorem ætatem referri neque ei in Zaleuci legibus locum esse potuisse. Vidit hoc jam Bentlejus in Opusculis philologicis pag. 344 seq., qui in illo Λεῦκος fraudis vestigium agnoscit. Equidem non Ζάλευκος, sed Σίλευκος (59) legendum esse (60) conjicio, quem grammaticum fuisse ac de Solonis legibus commentarium reliquisse constat. Namque in tali opere eum sequentium quoque sæculorum rationem habuisse nemo mirabitur. Postremo agam de Zaleuci præceptione vetusto tempore celebrata. Ait igitur ipse in Proœmio apud Stobæum (61) : « Quodsi quis volet leges constitutas abrogare, vel novam ferre, is collo in laqueum inserto de lege verba ad multitudinem faciat : ac si ferente suffragia populo vetus illa lex antiquata videatur aut ea quæ rogatur bona esse, indemnis evadat : contra si prior lex melius se habere videatur, aut nova de qua agitur injusta sit, is qui rescindit vel rogat legem laqueo adducto moriatur. » Id Zaleuci institutum tenuisse Locrenses non solum Polybius (62) atque Hierocles (63) narrant, sed etiam locuples auctor Demosthenes memoriæ prodit. Qui in oratione adversus Timocratem (64) p. 744 ed. Reisk. memorata legis severitate sic pergit : « Quocirca novas leges rogare non audent, sed veteribus religiose utuntur. Ac longissimo tempore, judices, una lex apud eos nova perlata esse fertur. Nam quum ibi receptum esset, si quis excussisset alteri oculum, ut et ipse oculo privaretur, nec id supplicium ulla redimi pecunia posset, quidam minatus fertur inimicus inimico, unum oculum habenti, se illi eum unum oculum elisurum. Eas minas luscus ille ægre ferens, quum sibi in cæcitate vitam morte acerbiorem fore putaret, dicitur ausus esse ferre legem, ut si quis oculum lusco excussisset, illi contra uterque oculus eriperetur, ut pari calamitate ambo conflictarentur. Et hanc solam legem sanxisse traduntur Locrenses amplius quam ducentis annis. » His similia habet Diodorus Siculus (65) lib. XII, cap. 17, qui tamen legis inventorem non Zaleucum, sed Charondam fuisse scribit quæque de Demosthenis sententia apud Locrenses acciderunt in Thurinorum civitate contigisse auctor est. Itaque multi illum historiarum scriptorem errasse putarunt. Sed veterum incuria utriusque legum latoris res confudit. Quamobrem Zaleucus (66) quoque perhibetur

βάσομεν τὸν λόγον. — (58) Julius Pollux IX, 6 : τὴν Αἰγιναίαν δραχμὴν μείζω τῆς Ἀττικῆς οὖσαν (δέκα γὰρ ὀβολοὺς Ἀττικοὺς ἴσχυεν) οἱ Ἀθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἐκάλουν, μίσει τῶν Αἰγινητῶν Αἰγιναίαν ὀνομάσαι μὴ θέλοντες. — (59) Suidas v. Ὀργεῶνες. — (60) Cæteroquin animadvertendum alios quoque scriptores Zaleuci nomen non præterire, velut Origenem contra Celsum III, p. 155, sed nonnunquam eum corrupte vocari *Seleucum*, ut apud Petrum Blesensem Epist. 95.

(61) Philos. Fragm. vol. I pag. 543 : ἐὰν δέ τις βούληται τῶν κειμένων νόμων κινεῖν ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον εἶρας τὸν τράχηλον λεγέτω τοῖς πολλοῖς περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐὰν μὲν διαψηφιζομένων δόξῃ λελύσθαι τὸν νόμον ἢ ὑπάρχειν τὸν εἰσφερόμενον, καὶ αὐτὸν ἀθῷον εἶναι· ἐὰν δὲ ὁ προϋπάρχων μᾶλλον δοκῇ καλῶς ἔχειν ἢ ὁ εἰσφερόμενος ᾖ ἄδικος, τεθνάναι τὸν κινοῦντα ἢ εἰσφέροντα νόμον, ἐπισπασθέντος τοῦ βρόχου. — (62) Polybius lib. XII, 16. — (63) Hierocles apud Stobæum Floril. XXXIX, 36 : ἀποδέχομαι γοῦν ἐγωγε καὶ τὸν τῶν Λοκρῶν νομοθέτην Ζάλευκον, ὃς ἐνομοθέτησε τὸν καινὸν εἰσοίσοντα νόμον βρόχου περικειμένου τῷ τραχήλῳ τοῦτο ποιεῖν, ὡς ἀκαρὴς οἷχοιτο πνιγείς, εἰ μὴ μᾶλα σφόδρα λυσιτελῶς τῷ κοινῷ παραδιατάττοιτο τὴν ἐξ ἀρχῆς τῆς πολιτείας κατάστασιν. — (64) Demosthenes adv. Timocr. p. 744 ed. Reisk. : βούλομαι δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐν Λοκροῖς ὡς νομοθετοῦσι διηγήσασθαι. Οὐδὲν γὰρ χείρους ἔσεσθε παράδειγμά τι ἀκηκοότες· ἄλλως τε καὶ ᾧ πόλις εὐνομουμένη χρῆται. Ἐκεῖνοι γὰρ οὕτως οἴονται δεῖν τοῖς πάλαι κειμένοις χρῆσθαι νόμοις, καὶ τὰ πάτρια περιστέλλειν, καὶ μὴ πρὸς τὰς βουλήσεις, μηδὲ πρὸς τὰς διαδύσεις τῶν ἀδικημάτων νομοθετεῖσθαι, ὥστ' ἐάν τις βούληται νόμον καινὸν τιθέναι, ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχων νομοθετεῖ, καὶ ἐὰν μὲν δόξῃ καλὸς καὶ χρήσιμος εἶναι ὁ νόμος, ζῇ ὁ τιθεὶς καὶ ἀπέρχεται, εἰ δὲ μή, τέθνηκεν ἑπισπασθέντος τοῦ βρόχου. Καὶ γάρ τοι καινοὺς μὲν οὐ τολμῶσι τίθεσθαι νόμους, τοῖς δὲ πάλαι κειμένοις ἀκριβῶς χρῶνται. Ἐν πολλοῖς δὲ πάνυ ἔτεσιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἷς λέγεται παρ' αὐτοῖς νόμος καινὸς τεθῆναι. Ὄντος γὰρ αὐτόθι νόμου, ἐάν τις ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἀντεκκόψαι παραστχεῖν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ οὐ χρημάτων τιμήσεως οὐδεμιᾶς, ἀπειλῆσαί τις λέγεται ἑτερόφθαλμος ἑτέρῳ ἕνα ἔχοντι ὀφθαλμὸν ὅτι αὐτοῦ ἐκκόψει τοῦτον τὸν ἕνα. Γενομένης δὲ ταύτης τῆς ἀπειλῆς χαλεπῶς ἐνεγκὼν ὁ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἡγούμενος ἀβίωτον αὐτῷ εἶναι τὸν βίον τοῦτο παθόντι, λέγεται τολμῆσαι νόμον εἰσενεγκεῖν ἐάν τις ἕνα ἔχοντος ὀφθαλμὸν ἐκκόψῃ, ἅμφω ἀντεκκόψαι παρασχεῖν, ἵνα τῇ ἴσῃ συμφορᾷ ἀμφότεροι χρῶνται. Καὶ τοῦτον μόνον λέγονται Λοκροὶ θέσθαι τὸν νόμον ἐν πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσιν. — (65) Vid. supra adnot. 29. — (66) Eustathius ad Iliad. lib. I pag. 62 : φέρεται δὲ καὶ περὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ ἱστορία,

ferro districto incubuisse sibique mortem conscivisse, quum forte bello imminente armatus concionem intrasset, quod pœna capitis proposita facere per leges non licebat. Denique quamvis Diodorus aliique Charondam Thurinis leges dedisse tradant, tamen Athenæus (67) Zaleucum Thurinorum rempublicam temperasse affirmat. Quod autem Scymnus Chius (68) Sybaritas neglectis Zaleuci legibus periisse ait : id credibile videbitur reputanti, Sybaritas (69) postea Thurinos esse appellatos. Sunt etiam (70) qui Thurinos, quum postmodum singulas Zaleuci leges majore cura quam Locrenses quasi elimare ac denuo condere conarentur, plus quidem gloriæ consecutos esse, sed rempublicam deteriorem habuisse referant. Neque enim in legibus et multis et subtiliter inventis, sed simpliciter scriptis civitatum salutem niti plerisque persuasum est.

Venio nunc ad *Hippodamum* Thurinum, quem Aristoteles Politicor. lib. II cap. 8 Milesium vocat. Quum enim Milesius esset, post diuturnam apud Athenienses commorationem, de quibus exædificato vel ut alii volunt in partes diviso Piræeo bene meruit, Thurios demigravit, ideoque ab aliis Milesius, ab aliis Thurinus dictus est. Cujus rei plura apud veteres exstant testimonia (71). Distribuit autem Piræum, quod est architectorum proprium, in varias regiones, in porticus, fora, templa, vicos, navalia. Quo factum est, ut forum in Piræeo situm Hippodamii nomine afficeretur. Meminit hujus fori Demosthenes (72) vel quicunque orationem adversus Timotheum scripsit pag. 1190, 27. Cf. Andocides de Myster. p. 98 ed. Bekker., Xenophon Hist. gr. 2, 4. Sed omnium optime de Hippodamo disseruit Aristoteles (73) Politicor.

ὡς νομοθετήσοι μὲν ὁ ἀνήρ, μηδένα φορεῖν ὅπλα ἐν βουλευτηρίῳ· ἐπεὶ δέ ποτε πολέμου ἐπικειμένου ἔνοπλος ὢν εἰσῆλθε κατ' ἀνάγκην οὕτως ἔχων εἰς τὴν βουλήν, ὑπέκρουσε μέν τις ὡς ἤδη τὸν νόμον ὁ Ζάλευκος λέλυκεν. Ὁ δὲ οὐ λύσειν ἔφη, ἀλλὰ κυρώσειν. Καὶ ἅμα τῷ ξίφει δοὺς ἑαυτὸν ἀπέρρηξε τὸ ζῆν ὅπερ ἦν ποινὴ τῷ παραβάντι τὸν νόμον. — (67) Athenæus lib. XI pag. 508 A : οἱ δὲ συντεθέντες ὑπ' αὐτοῦ Νόμοι καὶ τούτων ἔτι πρότερον ἡ Πολιτεία τί πεποιήκασιν; καίτοι γ' ἔδει, καθάπερ τὸν Λυκοῦργον τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Σόλωνα τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸν Ζάλευκον τοὺς Θουρίους καὶ αὐτόν, εἴπερ ἦσαν χρήσιμοι, πεῖσαί τινας τῶν Ἑλλήνων αὐτοῖς χρήσασθαι. Conf. adnot. 26, item 20. — (68) Scymnus Chius vs. 346 seqq. : λέγεται γὰρ αὐτοὺς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι τοῖς τοῦ Ζαλεύκου τἀκόλουθα συντελεῖν, τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾳθυμον ἑλομένους βίον χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον κτλ. — (69) Stephanus Byzantius : Θούριοι, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, ἀπὸ Θουρίας πηγῆς· ὕστερον δὲ Κωπιαί· λέγεται καὶ Θουρία καὶ Θούριον. Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριακοί, καὶ Θουρῖνος οἶνος, ὡς Στράβων. Diodorus Siculus lib. XII cap. 10 : εὑρόντες δὲ οὐκ ἄποθεν τῆς Συβάρεως κρήνην ὀνομαζομένην Θουρίαν, ἔχουσαν αὐλὸν χάλκεον ὃν ἐκάλουν οἱ ἐγχώριοι μέδιμνον, νομίσαντες εἶναι τοῦτον τὸν τόπον τὸν δηλούμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιβαλόν τεῖχος, καὶ κτίσαντες πόλιν ὠνόμασαν ἀπὸ τῆς κρήνης Θούριον. — (70) Strabo lib. VI p. 260 : Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβοῦν βέλοντας πέρα τῶν Λοκρῶν ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δὲ· εὐνομεῖσθαι γὰρ οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις. — (71) Scholiastes Aristophanis ad Equit. vs. 327, ὁ δ' Ἱπποδάμου λείβεται θεώμενος hæc annotat : οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἥνπερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. Καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγεν. Ἦν δὲ Ἀθηναίοις τίμιος, καὶ οἱ μὲν αὐτὸν φασι Θούριον, οἱ δὲ Μιλήσιον. Hesychius in Ἱπποδάμου νέμησις hæc refert : τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος Εὐρυφῶντος παῖς ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. Οὗτος δὲ ἦν καὶ ὁ μετοικήσας εἰς Θουρίους Μιλήσιος ὤν. — (72) Demosthenes adv. Timoth. p. 1190 (p. 413 ed. Bekker.): ἀφικομένου γὰρ Ἀλκέτου καὶ Ἰάσονος ὡς τοῦτον ἐν τῷ Μαιμακτηριῶνι μηνὶ τῷ ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τὸν τούτου, βοηθησόντων αὐτῷ καὶ καταγομένων εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐν Πειραιεῖ τὴν ἐν τῇ Ἱπποδαμίᾳ ἑσπέρας ἤδη οὔσης κτλ. Andocides de mysteriis 45, pag. 98 ed. Bekk. : ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς ἀνείπειν ἐκέλευσαν Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας εἶναι εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα λαβόντας, τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει εἰς τὸ Θησεῖον, τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ εἰς τὴν Ἱπποδαμίαν ἀγοράν. Xenophon Hist. græc. lib. II cap. IV, 11 : οἱ δ' ἐκ τοῦ ἄστεως εἰς τὴν Ἱπποδάμειον ἀγορὰν ἐλθόντες πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο κτλ. Suidas : Ἱπποδαμεία ἀγορά, ἐν Πειραιεῖ. Οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. Harpocration : ἀγορὰν φασιν εἶναι ἐν Πειραιεῖ καλουμένην Ἱπποδάμειαν ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος τοῦ οἰκοδομησαμένου τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. — (73) Aristoteles Politicor. lib. II cap. 8 : Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμεν, γενόμενος καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον περιττότερος διὰ φιλοτιμίαν οὕτως ὥστε δοκεῖν ἐνίοις ζῆν περιεργότερον τριχῶν τε πλήθει καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ, ἔτι δὲ ἐσθῆτος εὐτελοῦς μὲν ἀλλεινῆς δὲ οὐκ ἐν τῷ χειμῶνι μόνον ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς θερινοὺς χρόνους, λόγιος δὲ καὶ περὶ τὴν ὅλην φύσιν εἶναι βουλόμενος, πρῶτος τῶν μὴ πολιτευομένων ἐνεχείρησέ τι περὶ πολιτείας εἰπεῖν τῆς ἀρίστης. Κατεσκεύαζε δὲ τὴν πόλιν τῷ πλήθει μὲν μυρίανδρον, εἰς τρία δὲ μέρη διῃρημένην· ἐποίει γὰρ ἓν μὲν μέρος τεχνίτας, ἓν δὲ γεωργούς, τρίτον δὲ τὸ προπολεμοῦν καὶ τὰ ὅπλα ἔχον. Διῄρει δ' εἰς τρία μέρη τὴν χώραν, τὴν μὲν ἱεράν, τὴν δὲ δημοσίαν, τὴν δ' ἰδίαν· ὅθεν μὲν τὰ νομιζόμενα ποιήσουσι πρὸς τοὺς θεούς, ἱεράν, ἀφ' ὧν δ' οἱ προπολεμοῦντες βιώσονται, κοινήν, τὴν δὲ τῶν γεωργῶν ἰδίαν. Ὤετο δ' εἶδη καὶ τῶν νόμων εἶναι τρία μόνον· περὶ ὧν γὰρ αἱ δίκαι γίγνονται, τρία ταῦτ' εἶναι τὸν ἀριθμόν, ὕβριν, βλάβην, θάνατον. Ἐνομοθέτει δὲ καὶ δικαστήριον ἓν τὸ κύριον, εἰς ὃ πάσας ἀνάγεσθαι δεῖν τὰς μὴ καλῶς κεκρίσθαι δοκούσας δίκας· τοῦτο δὲ κατεσκεύαζεν ἐκ τινων γερόντων αἱρετῶν. Τὰς δὲ κρίσεις ἐν τοῖς δικαστηρίοις οὐ διὰ ψηφοφορίας ᾤετο γίγνεσθαι δεῖν, ἀλλὰ φέρειν ἕκαστον πινάκιον, ἐν ᾧ γράφειν, εἰ καταδικάζοι ἁπλῶς τὴν δίκην, εἰ δ' ἀπολύοι ἁπλῶς, κενόν· εἰ δὲ τὸ μὲν τὸ δὲ μή, τοῦτο διορίζειν. Νῦν γὰρ οὐκ ᾤετο γενομοθετῆσθαι καλῶς· ἀναγκάζειν γὰρ ἐπιορκεῖν ἢ ταῦτα ἢ ταῦτα δικάζοντας. Ἐτίθει δὲ νόμον περὶ τῶν εὑρισκόντων τι τῇ πόλει συμφέρον, ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς, καὶ τοῖς παισὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτώντων ἐκ δημοσίου γίγνεσθαι τὴν τροφήν, ὡς οὔπω τοῦτο παρ' ἄλλοις νενομοθετημένον· ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀθήναις οὗτος ὁ νόμος νῦν καὶ ἐν ἑτέραις τῶν πόλεων. Τοὺς δ' ἄρχοντας αἱρετοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου εἶναι πάντας· δῆμον δ' ἐποίει τὰ ρία μέρη τῆς πόλεως· τοὺς δ' αἱρεθέντας ἐπιμελεῖσθαι κοινῶν καὶ ξενικῶν καὶ ὀρφανικῶν. Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα καὶ τὰ μάλιστα ἀξιόλογα τῆς Ἱπποδάμου τάξεως ταῦτ' ἐστίν.

lib. II cap. 8, cujus verba latine reddita sic sonant : « Hippodamus autem, Euryphontis filius, Milesius, qui et urbium divisionem repperit et Piræeum in partes descripsit, vir in reliqua vita propter ambitionem rerum supervacanearum studiosior, adeo ut nonnullis curiosius vivere videretur simul capillorum et prolixitate et ornatu sumtuoso, simul vestis vilis quidem, sed duplicis mole non solum hiberno tempore verum etiam æstivo, quum alioqui peritus totius naturæ speculator esse vellet, primus eorum qui rempublicam non administrarunt, aggressus est aliquid de optima republica dicere. Componebat autem civitatem in tres partes divisam quantum ad incolarum numerum ex decem millibus hominum : unam enim partem artifices, aliam agricolas, tertiam propugnatores et armatos esse volebat. Jam vero agrum in tres partes distribuit, sacram, publicam et privatam : e quibus sacra esset illa, unde sacrificia diis de more fierent, publica autem unde propugnatores viverent, privata denique agricolarum. Porro legum etiam tres duntaxat species esse arbitrabatur : nam quibus de rebus judicia fierent, eas numero tres esse, injuriam, damnum, cædem. Sanciebat etiam lege unum judicum consessum, summa præditum potestate, ad quem referri oporteret eas res omnes quæ minus bene judicatæ viderentur; eumque consessum e delectis quibusdam senibus constituebat. Cæterum in foris judicia non suffragiis ferendis exercenda esse existimabat, sed debere unumquemque judicem tabellam afferre, in qua scriberet, si plane condemnaret; si vero omnino absolveret, vacuam relinqueret; sin partim damnaret partim absolveret, id ipsum aperte explicaret. Putabat enim nunc non bene legibus ita comparatum esse, ut qui hoc vel illud judicarent pejerare cogerentur. Legem autem tulit de iis qui aliquid utile civitati reperissent, ut honoribus ornarentur liberique eorum qui in bello cecidissent publice alerentur, quia nondum hæc lex apud alios esset condita : nunc autem et Athenis et in aliis civitatibus posita est. Præterea magistratus omnes a populo deligi voluit, populum faciens tres illas civitatis partes; qui vero delecti essent, eos tum publica negotia tum hospitum et pupillorum res curare. Pleraque igitur et memoratu dignissima instituta, quibus Hippodamus rempublicam temperavit, hæc sunt. » Sequitur apud Stagiriten in eodem capite disputatio accommodata illa quidem ad exagitandam eam reipublicæ formam quæ ab Hippodamo descripta erat, sed ab hoc loco aliena. Neque enim laboramus, quomodo Aristoteles Hippodamum refutarit. Quippe nemo ignorat, eum interdum reprehendendorum veterum paulo cupidiorem fuisse, nec semper satis bona fide retulisse eorum sententias quos redarguere statuisset (74). Cujus rei unum afferam exemplum. Ait Aristoteles civitatem ab Hippodamo distributam esse in tres partes, in artifices, agricolas et milites. At ille civitatem tres in partes descripserat, quarum primam fecerat eorum qui consilio rempublicam gubernarent : alteram eorum qui eam armis defenderent : tertiam ex iis constituerat qui artes necessarias exercerent, atque in hanc postremam et opifices et agricolas et mercatores incluserat (75). Cæterum ad hunc virum sapientiæ studio deditum *de Virtute* scripsit Theano (76). Quum autem simul architectus esset Hippodamus suaque in arte excelleret, peculiaris quidam ædificiorum modus olim Hippodamius vocitatus est (77). Præter Stobæum Arsenius quædam Hippodami fragmenta Violario inseruit teste Bandinio in Catalogo codd. Mss. gr. bibl. Laurent. vol. I p. 549, qui ab hoc scriptore duos Hippodamos memorari animadvertit. Verum primo non multum in tali causa Arsenio tribuimus, deinde in edito Walzii exemplo ejus rei nec vola nec vestigium exstat. De fragmentis vero illis quæ Stobæus e philosophi de felicitate ac de republica libris servavit, quid sentiam nihil attinet dicere. Itaque ea neque summatim hic perscribam neque cum aliis comparabo.

Euryphamus Metapontinus, ex cujus libro de vita præclarus locus in Stobæi Florilegio occurrit, idem est quem miram Lysidis fidem

(74) Cf. Muret. Var. lect. lib. I, cap. 14; item lib. XV cap. 18. Victor. Var. lect. lib. XXXVIII cap. 2 : Mich. Piccartus comment. ad Arist. Polit. p. 241 seq. H. Valesius Emendat. IV, 10. C. F. Hermann. de Hippodamo Milesio commentatio. Marburgi 1841. — (75) Fragm. 2. Φαμὶ δ' ἐγὼν ἐς μοίρας τρεῖς διιστάσθαι τὰν σύμπασαν πολιτείαν· καὶ μίαν μὲν εἶμεν μοῖραν τῶν διανοίᾳ κυβερνώντων τὰ κοινά, δευτέραν δὲ τῶν δυνάμει, τρίταν δὲ τῶν ἐκπλαρώσει καὶ χοραγίᾳ τῶν ἀναγκαίων. Ὀνομαίνω δὲ τὸ μὲν πρᾶτον πλᾶθος βουλευτικόν, τὸ δὲ δεύτερον ἐπίκουρον, τὸ δὲ τρίτον βάναυσον. Et aliquanto post : τῶ δὲ βαναύσω καὶ βιοπονατικῶ τὸ μέν ἐστι γεωπόνον καὶ περὶ τὰν κατεργασίαν τᾶς χώρας κατασχολεύμενον, τὸ δὲ τεχνατικὸν ὄργανα καὶ ἐπιμαχανάματα τοῖς τῶ βίω πράγμασιν ἐκπορίζόμενον, τὸ δὲ ματαβατικὸν καὶ ἐμπορικόν, ὃ τὰ μὲν ἐν τᾷ πόλει περιουσιάζοντα ἐπὶ τὰν ξέναν διάγεται, τὰ δὲ ἀπὸ τᾶς ξένας ἐς τὰν πόλιν.

(76) Suidas v. Θεανώ.—(77) Aristoteles Politicor. lib. VII cap. XI : ἡ δὲ τῶν ἰδίων οἰκήσεων διάθεσις ἡδίων μὲν νομίζεται καὶ χρησιμωτέρα πρὸς τὰς ἄλλας πράξεις, ἂν εὔτομος ᾖ καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ τὸν Ἱπποδάμειον τρόπον, πρὸς δὲ τὰς πολεμικὰς ἀσφαλείας τοὐναντίον, ὡς εἶχον κατὰ τὸν ἀρχαῖον χρόνον· δυσέξοδος γὰρ ἐκείνη τοῖς ξενικοῖς καὶ δυσ-

expertum narrat Jamblichus (78). Quod enim homini Metapontino promiserat Lysis, id quamvis res levis esset, tamen efficiendum putavit.

Porro nominis famam adeptus est *Hipparchus*, ad quem exstat Lysidis epistola eo maxime consilio scripta, ut eum a vulgandis Pythagoræ decretis avocaret. Quam epistolam etiamsi Diogenes Laertius (79) citet ex eaque locum memorabilem proferat, tamen subdititiam esse nemo negabit. At nihil obstat quominus incerti auctoris opusculum hic inseramus. « *Lysidis Pythagorei epistola ad Hipparchum* (80). Postquam ex hominum vita Pythagoras demigravit, nunquam in animum induxi, ut discipulorum cœtum dispersum iri putarem. Quoniam vero præter spem, quasi e navi magna oneraria in vasto mari dissoluta, alius alio delati dilapsique sumus : consentaneum est me meminisse divinorum illius et gravissimorum præceptorum, neque communicare sapientiæ bona cum hominibus, quorum animi ne per somnium quidem purgati sunt. Nefas enim est obvio vulgo porrigere, quæ tantis laboribus ægre parata sunt, non minus, quam profanis dearum Eleusiniarum mysteria enuntiare : æque enim injusti atque impii sunt qui alterutrum horum fecerint. Decet autem reputare, quantum temporis spatium consumserimus in eluendis maculis, quæ in pectoribus nostris altius insederant, donec tandem peracto quinquennio ad percipiendam illius doctrinam idonei evasimus. Quemadmodum enim tinctores vestimenta, quæ coloribus imbuere volunt, prius purgata alumine inficiunt, ut tincturam nec facile eluendam nec unquam delendam imbibant : eodem modo divinus ille vir præparabat animos eorum qui philosophiæ studio flagrarent, ne falleretur opinione de his, quos bonos honestosque futuros esse sperasset. Neque enim ille doctrinam improbam venditabat, neque laqueos illos quibus sophistarum vulgus adolescentes irretit ad inutilia tractanda otium suum conferentes, sed rerum divinarum humanarumque gnarus erat. Ii vero ejus disciplinam mentiti

ἐξερεύνητος τοῖς ἐπιτιθεμένοις. — (78) Jamblichus de vit. Pythag. cap. 30. — (79) Diogenes Laërtius lib. VIII, 42 : ἦν αὐτῷ καὶ θυγάτηρ Δαμώ, ὥς φησι Λύσις ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἵππαρχον, περὶ Πυθαγόρου λέγων οὕτως, Λέγοντι δὴ πολλοί τυ καὶ δημοσίᾳ φιλοσοφέν· ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας, ὅς γε Δαμοῖ τᾷ ἑαυτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνήματα παρακαταθέμενος, ἐκέλευσε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. Ἃ δέ, δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδόσθαι τὼς λόγως, οὐκ ἐβουλήθη· πενίαν γὰρ καὶ τὰς τῶ πατρὸς ἐπισκάψιας ἐνόμιζε χρυσῶ τιμιωτέρας ἔμεν, καὶ ταῦτα γυνά. Conf. Synesii epistolam ad Herculianum. — (80) edita inter epistolas Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoreorum ab Orellio Lipsiæ 1815. Conf. Jamblich. de vita Pythagoræ p. 62 seqq. ed. Kusteri. Λύσιδος Πυθαγορείου ἐπιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον. Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, οὐδέποκα διασκεδασθήσεσθαι τὸ ἄθροισμα τῶν ὁμιλητᾶν ἐς τὸν ἐμαυτοῦ θυμὸν ἐβαλόμαν. Ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας, ὥσπερ ἀπὸ νεὸς μεγάλας φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλοσε φορεύμενοι διεσπάρημεν, ὅσιον κἀμὲ μνᾶσθαι τῶν τήνου θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὅναρ τὰν ψυχὰν κεκαθαρμένοις. Οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων σπουδᾷ πορισχθέντα, οὐδὲ μὰν βιβλίοις τὰ ταῖν Ἐλευσινίοιν θεαῖν μυστήρια διαγέεσθαι. Κατ' ἰσότατα δὲ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες τοὶ τοιαῦτα πραξαντες. Καλὸν δὲ ἀναλογίζεσθαι, ὅσον χρόνου μᾶκος ἐκμεμετρήκαμες, ἀπορρύπτομενοι σπίλως τὼς ἐν τοῖς στάθεσιν ἁμῶν ἐγκεκολαμμένως, ἕως πέντε διελθόντων ἐτέων ἐγενόμεθα δεκτικοὶ τῶν τήνου λόγων. Καθάπερ γὰρ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυψαν τὰ βάφιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι καὶ μηδέποκα γενησομέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρεσκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τᾶς φιλοσοφίας ἐρασθέντων, ὅπως μὴ διαψευσθῇ περί τινα τῶν ἐλπιζομένων ἐσεῖσθαι καλῶν τε κἀγαθῶν. Οὐ γὰρ κιβδήλως ἐνεπορεύετο λόγως, οὐδὲ πάγας, ταῖς τοὶ πολλοὶ τῶν σοφιστᾶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι, ποτ' οὐδὲν κρήγυον σχολάζοντες· ἀλλὰ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἦς ἐπιστάμων. Τοὶ δὲ πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνου διδασκαλίαν, πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶντι, σαγηνεύοντες οὐ κατὰ κόσμον, οὐδ' ὡς ἔτυχε τὼς νέως. Τοιγαρῶν χαλεπώς τε καὶ προαιλεῖς ἀπεργάζονται τὼς ἀκουστάς· ἐγκίρνανται γὰρ ἤθεσι τεταραγμένοις τε καὶ θολεροῖς θεωρήματα καὶ λόγως θείως. Καθάπερ γὰρ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέαι καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἀνετάραξε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαφάνιξεν, ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος τῶν οὕτω διδασκόντων τε καὶ διδασκομένων. Πυκιναὶ γὰρ καὶ λάσιαι λόχμαι περὶ τὰς φρένας καὶ τὰν καρδίαν ἐμπεφύκαντι τῶν μὴ καθαρῶς τοῖς μαθήμασιν ὀργιασθέντων, πᾶν τὸ ἄμερον καὶ πρᾶον καὶ λογιστικὸν τᾶς ψυχᾶς ἐπισκιάζουσαι, καὶ κωλύουσαι προφανῶς μὲν αὐξηθῆμεν· ἐγκαταδεδύκαντι δὲ τῷ δάσει τούτῳ παντοῖαι κακότητες ἐκβοσκόμεναι καὶ μηδαμῶς ἐῶσαι προκύψαι τὸ νοητικόν. Ὀνομάξαιμι δὲ πρᾶτον ἐπελθὼν αὐτῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίαν τε καὶ πλεονεξίαν. Ἀμφὼ δὲ πολύγονοι πεφύκαντι. Τᾶς μὲν ὦν ἀκρασίας ἐκβλαστάκαντι ἄθεσμοι γάμοι, ἐπιθυμίαι, καὶ φθοραὶ καὶ μέθαι, καὶ παρὰ φύσιν ἀδναί, καὶ σφοδραί τινες ὁρμαί, μέχρι βαράθρων καὶ χρημνῶν ἐκδιώκουσαι. Ἤδη γάρ τινας ἀνάγκαξαν ἐπιθυμίαι μήτε ματέρων μήτε θυγατέρων ἀποσχέσθαι, καὶ δὴ παρωσάμεναι πόλιν καὶ νόμως καθάπερ τύραννος ἐκπεριαγαγῶσαι τὼς ἀγκῶνας, ὥσπερ αἰχμάλωτον ἐπὶ τὸν ἔσχατον ὄλεθρον μετὰ βίας ἄγουσαι κατέστασαν. Τᾶς δὲ πλεονεξίας ἐκπεφύκαντι ἁρπαγαί τε καὶ λᾳστεῖαι, πατροκτονίαι, ἱεροσυλίαι, φαρμακεῖαι, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά. Δεῖ ὦν τόγε πρᾶτον τὰς ὕλας, ταῖς ἐνδιαιτᾶται ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ καὶ πάσαις μαθημάτων μαχαναῖς ἐκκαθάραντας καὶ ῥυσαμένως τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν τοσούτων κακῶν τοτηνικάδε ἐμφυτεύειν τι χρήσιμον αὐτῷ καὶ παραδιδόμεν. Ἅπερ ἔμαθες μέν, Ἵππαρχε, μετὰ σπουδᾶς, οὐκ ἐξύλαξας δέ, γευσάμενος, ὡ γενναῖε, Σικελικᾶς πολυτελείας, ἃς οὐκ ἐχρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον. Λέγοντι δὲ πολλοί τυ καὶ δημοσίᾳ φιλοσοφέν· ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας, ὅς γε Δαμοῖ τᾷ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνήματα παρακαταθέμενος, ἐπέσκαψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. Ἃ δέ, δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδόσθαι τὼς λόγως, οὐκ ἐβουλήθη· πενίαν δὲ καὶ τὰς τῶ πατρὸς ἐπισκάψιας ἐνόμιζε χρυσῶ τιμιωτέρας ἔμεν, καὶ ταῦτα γυνά. Φαντὶ δέ, ὅτι καὶ Δαμὼ θνάσκοισα Βισταλίᾳ τᾷ ἑαυτᾶς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἐπέστειλεν. Ἄμμες δέ, ἄνδρες ἐόντες, οὐ γνησίως αὐτῷ ποτιφερόμεθα, ἀλλὰ παραβᾶται τὰν ὁμολογιᾶν γινόμεθα. Εἰ μὲν ὦν μεταβάλοιο, χαρησοῦμαι· εἰ

sub hoc prætextu multa et gravia facinora perpetrant, indecore juvenes tanquam reti eoque firmissimo capientes. Unde fit ut auditores suos asperos et procaces reddant, dum moribus incompositis corruptisque divina illius placita præceptaque instillant. Nam quemadmodum si quis in puteum profundum et alto luto repletum puram limpidamque aquam infuderit, simul lutum turbarit simul aquam perdiderit, sic eadem horum et magistrorum et discipulorum ratio est. Ipsum enim pectus et cor eorum, qui non pure disciplinis initiantur, densa quædam atque horrida dumeta obsident, quæ quidquid animus mansuetudinis, lenitatis et rationis habet obscurant prohibentque ne aperte augescat : subeunt autem hoc quasi seminarium omnis generis flagitia quibus intelligendi facultas tum deletur tum impeditur quominus prorumpat. Liceat autem mihi primum de illis disserenti eorum matres intemperantiam et avaritiam nominare, quarum utraque valde fœcunda est. Nam ex intemperantia nascuntur nefariæ nuptiæ et libidines et stupra et ebrietas, et quæ præter naturam sunt flagitiosæ voluptates, et cupiditates quædam vehementiores ad interitum voluntarium et præcipitia propellentes. Jam enim quidam libidine inflammati qua matres qua filias incestarunt, et perruptis civitatis legibus, sub cupiditatum tyrannide, manibus quasi post tergum revinctis, velut captivi ad mortem violenter acti sunt. Ex avaritia oriuntur rapinæ ac latrocinia, parricidia, sacrilegia, veneficia et quæcunque his finitima sunt. Primum igitur silvas illas, in quibus hi affectus habitant, igne ferroque et omnibus doctrinæ præsidiis purgari oportet mentemque tantis malis eripi, ac tum demum ei boni aliquid inseri ac tradi par est. Hæc præcepta, Hipparche, summo quidem studio percepisti, sed non observasti, o bone, postquam Siculas gustasti lautitias, a quibus vinci te non conveniebat. Multi vero dicunt te publice etiam philosophari, quod Pythagoras dedignatus est qui etiam Damoni filiæ commentarios committens mandavit, ne cuiquam extra familiam traderet. Quæ quum grandi pecunia libros illos vendere posset, noluit, sed inopiam et patris mandata auro pretiosiora esse existimavit, idque quamvis mulier esset. Fertur etiam Damo moriens idem hoc Bistaliæ filiæ præcepisse. At nos, quum simus viri, non recte nos adversus illum gerimus, sed exuimus pacta. Si igitur mutatus fueris, lætabor : sin minus, obiisti mihi. » Hæc personatus ille Lysis. Quum igitur Hipparchus Pythagoræ placita dilucide explicasse argueretur, ajunt eum a philosophantium cœtu segregatum eique tanquam mortuo cippum positum esse (81). Ex ejus de animi tranquillitate libro fragmentum habet Stobæus (82); cætera vetustas absumsit.

In optimatium et plebis apud Crotoniatas de civitatis forma certaminibus præter Diodorum atque Hippasum *Theages* populi causam egit ejusque imperium commendare ac tutari conatus est. Quin etiam interfecto uno ex optimatium fautoribus bene meruisse de patria visus trium talentorum summam præmium a populo (83) accepit. Hujus de virtute liber, præcipuum ingenii ejus et Pythagoricæ philosophiæ monumentum, ad Stobæi ætatem mansit, qui plura inde fragmina in Florilegium transcripsit (84). Cæterum ejusdem viri meminit Æneas Gazæus in dialogo de animorum immortalitate (85).

Magnus præterea Pythagoricæ sapientiæ doctor, ut mea fert opinio, *Metopus* (86) fuit Metapontinus, e cujus de virtute commentario locum servavit Stobæus quem infra proponam. Hujus præcepta cum Stoicorum scitis comparavit Salmasius ad Epictetum pag. 151. Sed de ejus vita nihil a veteribus traditum est.

Clinias Tarentinus (87), qui Heracleæ vixit ac Philolai æqualis perhibetur, numerorum primordia immota illa quidem et fixa manentia tum arithmeticam tum geometriam generasse, motu autem agitata qua harmoniam qua astronomiam procreasse existimavit (88). Idem tria talenta solvere quam vel semel jurare maluit (89). Fuit vero egregius iræ reprimendæ artifex, qua quotiescunque ardebat, fidibus canendo animum

δὲ μή, τέθνακάς μοι. — (81) Clemens Alexandrinus Stromat lib. V pag. 574 ed. Colon. : Φασὶ γοῦν Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ· διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι τοῖς ψυχικοῖς. Similiter Perilaum et Cylonem e schola Pythagorica ejectos esse testatur Jamblichus de vit. Pythag. cap. 17 : ὀυσκίνητος εἴ τις καὶ ὀυσπαρακολούθητος εὑρίσκετο, στήλην δέ τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ διατριβῇ χώσαντες, καθὰ καὶ Περιλάῳ τῷ Θουρίῳ λέγεται καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ ἀπογνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν, ἐξήλαυνον ἂν τοῦ ὁμακοΐου. — (82) Stobæus Flor. CVIII, 81. — (83) Jamblichus de vit. Pythag. cap. 35. — (84) Stobæus Flor. I, 67-68; item 64-69. — (85) Æneas Gazæus in Theophrasto pag. 25. — (86) Salmasius ad Epictetum p. 151 unam ejus sententiam emendari ac suppleri vult, quam nos sanam atque integram judicamus.

(87) Cf. Jamblichus de vita Pythag. cap. 239. — (88) Auctor Theolog. Arithm. cap. 4 περὶ τετράδος pag. 17 ed. Ast. : Κλεινίας δὲ ὁ Ταραντῖνος, ταῦτα γὰρ (τὰ τοῦ ἀριθμοῦ εἴδωματα) ἄρα μένοντα μέν, φησίν, ἀριθμητικὰν καὶ γεωμετρίαν ἐγέννασεν, ἐκκινηθέντα δέ, ἁρμονίαν καὶ ἀστρονομίαν. — (89) Cf. Basilius de legendis Græcorum libris cap. 13.

iratum placare consueverat (90). Quocirca neque castigabat quemquam neque puniebat nisi animo (91) ab ira revocato. Quum autem suavibus atque modestis moribus vitaque incorrupta esset, multa non magis probitatis quam munificentiæ documenta dedit (92). Accedit quod a venere abhorruit. Interrogatus enim quando res cum uxore habenda esset, respondit : cum maxime vexari voles (93). Aristoxenus teste Diogene Laertio (94) in commentariis historicis memoriæ prodidit, Platonem Democriti scripta, quæcunque colligere potuisset, voluisse comburere, sed abjecisse hoc consilium, Amyclæ et Cliniæ Pythagoricorum auctoritate commotum, qui nihil id afferre utilitatis dicerent, quia libri illi jam apud plurimos reperirentur. Addit Laertius quamvis veterum fere omnium meminerit Plato, nusquam tamen eum Democriti jecisse mentionem, ne iis quidem locis, ubi obloqui ei debuerit, non ignarum, se cum optimo philosophorum initurum esse certamen. Vide quæ hac de re alibi disputavi (95). Verum quoniam Aristoxeni narratiuncula fidem excedit, id quod de Clinia hîc refertur pro certo affirmare non ausim. Quum vero Pythagorici fortunæ mobilitatem humanique generis fragilitatem cogitantes, cum ejusdem sectæ hominibus, si forte calamitate afflicti et ad inopiam redacti essent, libenter tanquam cum fratribus bona sua partirentur : Clinias quoque Prori Cyrenæi tenuitatem e suis divitiis sustentavit. Licet enim nunquam antea vidisset hominem : tamen quia et Pythagoreum esse et opibus suis casu quodam privatum in summa paupertate vivere fama et auditione acceperat, ex Italia Cyrenas profectus viro ejusdem sapientiæ studioso grandem pecuniam donavit (96). Talis igitur tantique philosophi e libro de sanctitate et pietate unum superesse caput vel potius lacera membra vehementer dolemus.

Critonem Pythagoreum, scriptorem luculentum, e cujus volumine de prudentia et felicitate fragmenta quædam Stobæus petiit, diversum putamus ab Atheniensi. Namque de illo cujus nomine Plato dialogum inscripsit non est quod hoc loco disseramus. Vide Diogenem Laertium lib. II, 121 et Fabric. Bibl. Græc. vol. II p. 715 ed. Harl. Pythagoreus autem quando vixerit et quantum libris editis philosophiæ lumen attulerit, incompertum habemus. De reliquo Stobæi membranæ in Florilegio inter Critonis et Damasippi, in Eclogis inter Critonis et Charitonis nomina fluctuant.

Polus Lucanus Pythagoricus, ex cujus de justitia commentariis caput præclarum apud Stobæum exstat, Græcorum annalibus ignotus est. Quippe laudibus celebrant cognominem sophistam Agrigentinum, Gorgiæ discipulum, de quo alibi agemus, Pythagoræ assectatoris vitam atque in litteras merita silentio prætereuntes.

Tacent item veteres de *Dio*, Pythagorico virtutis magistro, cujus duos locos e libello de pulchritudine Stobæus servavit. Hos librariorum culpa corruptos meis aliorumque emendationibus restitui.

Bryson Heracleotes, si fides Jamblicho (97),

pag. 96 ed. Grotii. — (90) Athenæus lib. XIV p. 623 F : Κλεινίας γοῦν ὁ Πυθαγόρειος, ὡς Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, καὶ τῷ βίῳ διαφέρων, εἴ ποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν αὐτὸν δι' ὀργήν, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιθάριζε. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν ἔλεγε, « Πραύνομαι » καὶ ὁ Ὁμηρικὸς δὲ Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ κατεπραύνετο, ἣν αὐτῷ ἐκ τῶν Ἠετίωνος λαφύρων μόνην Ὅμηρος χαρίζεται, καταστέλλειν τὸ πυρῶδες αὐτοῦ δυναμένην. Μόνος γοῦν ἐν Ἰλιάδι ταύτῃ χρῆται τῇ μουσικῇ. Ælianus var. hist. lib. XIV cap. 23 : Κλεινίας ἀνὴρ ἦν ἀπονδαῖος τὸν τρόπον, Πυθαγόρειος δὲ τὴν σοφίαν. Οὗτος εἴ ποτε εἰς ὀργὴν προήχθη καὶ εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ εἰς θυμὸν ἐξαγομένου, παραχρῆμα πρὶν ἢ ἀνάπλεως αὐτῷ ἡ ὀργὴ καὶ ἐπίδηλος γένηται, ὅπως διάκειται, τὴν λύραν ἁρμοσάμενος ἐκιθάριζε. Πρὸς δὲ τοὺς πυνθανομένους τὴν αἰτίαν ἀπεκρίνετο ἐμμελῶς, ὅτι πραύνομαι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ ἐν Ἰλιάδι Ἀχιλλεὺς τῇ κιθάρᾳ προσάδων, καὶ τὰ κλέα τῶν προτέρων διὰ τοῦ μέλους εἰς μνήμην ἑαυτῷ ἄγων, τὴν μῆνιν κατευνάζειν. Μουσικὸς γὰρ ὤν, τὴν κιθάραν πρώτην ἐκ τῶν λαφύρων ἔλαβε. — (91) Jamblichus de vita Pyth. cap. 189 : ἔτι δὲ λέγεσθαι καὶ περὶ Κλεινίου τοιαῦτα τινά· καὶ ἐκεῖνον ἀναβάλλεσθαι πάσας νουθετήσεις τε καὶ κολάσεις εἰς τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. Conf. Eustath. ad Iliad. lib. II pag. 1078 ed. Rom. — (92) Cf. Jamblichus de vita Pythag. cap. 33. — (93) Plutarchus Sympos. lib. III, 6, 3 vol. XI pag. 135 ed. Hutten. : ἐμοὶ μὲν τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Κλεινίου λίαν ἀρέσκει. Λέγεται γὰρ ἐρωτηθείς, ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι, ὅταν, φάναι, μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος. — (94) Diogenes Laertius lib. IX, 40 : Ἀριστόξενος δὲ ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασί φησι, Πλάτωνα θελῆσαι συμφλέξαι τὰ Δημοκρίτου συγγράμματα, ὑπόσα ἠδυνήθη συναγαγεῖν· Ἀμύκλαν δὲ καὶ Κλεινίαν τοὺς Πυθαγορικοὺς κωλῦσαι αὐτόν, ὡς οὐδὲν ὄφελος· παρὰ πολλοῖς γὰρ εἶναι τὰ βιβλία ἤδη. Καὶ δῆλον δέ· πάντων γὰρ σχεδὸν τῶν ἀρχαίων μεμνημένος ὁ Πλάτων οὐδαμοῦ Δημοκρίτου διαμνημονεύει, ἀλλ' οὐδὲ ἔνθα ἀντειπεῖν τι αὐτῷ δέοι· δῆλον εἰδὼς ὡς πρὸς τὸν ἄριστον οὕτω τῶν φιλοσόφων ἐρίσειτο. — (95) Conf. Democriti fragm. pag. 108. — (96) Diodorus Siculus lib. X epit. 3-6 : ὅτι ἐπειδάν τινες τῶν συνήθων ἐκ τῆς οὐσίας ἐκπέσοιεν, διηροῦντο τὰ χρήματα αὐτῶν ὡς πρὸς ἀδελφούς. Οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς καθ' ἡμέραν συμβιοῦντας τῶν γνωρίμων τοιαύτην εἶχον τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντας τοὺς τῶν πραγμάτων τούτων μετασχόντας. Ibid. : ὅτι Κλεινίας, Ταραντῖνος τὸ γένος, εἰς δὲ τῶν ἐκ τοῦ προειρημένου συστήματος ὤν, πυθόμενος Πρῶρον τὸν Κυρηναῖον διά τινα πολιτικὴν περίστασιν ἀπολωλεκότα τὴν οὐσίαν καὶ τελέως ἀπορούμενον, ἐξεδήμησεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Κυρήνην μετὰ χρημάτων ἱκανῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀποκατέστησε τῷ προειρημένῳ, οὐδέποτε τοῦτον ἑωρακώς, ἀκούων δὲ μόνον ὅτι Πυθαγόρειος ἦν. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τὸ παραπλήσιον πεποιηκότες διαμνημονεύονται. — (97) Jamblichus vit. Pyth. cap. 23.

juvenis Pythagoram senem audivit. Hic autem ipse, aut alius Bryson Thurinus, memoratus Sexto Empirico (98), traditur divulgasse disputationes ex quibus nonnulla in dialogos suos transtulisse Platonem notat Theopompus Chius apud Athenæum (99). Fuit etiam Cynicus ejusdem nominis philosophus quem Achivum appellat Diogenes Laertius lib. VI, 85 (100). Cæterum e Pythagorei Œconomico unum Stobæus excerpsit fragmentum quod infra correctum cum aliis promulgabo.

De *Callicratida* Lacone eodemque Pythagoricæ sapientiæ sectatore, cujus e volumine super familiarum felicitate capita quædam apud Stobæum sunt, nihil antiquorum diligentia annotavit. Neque enim cum hoc confundi ac permisceri par est Callicratidas duos, homines militares, alterum Lacedæmonium, alterum Cyrenensem. E quibus illum Spartanorum ducem fuisse testantur Xenophon Hist. Græc. lib. I, VI, 1 et Cicero de offic. lib. I cap. 24, item cap. 30; hunc Polyænus Strateg. lib. II cap. 27 memorat.

Pempelus Pythagoreus æque incognitus nobis est ac Perictione et Phintys mulieres quæ et ipsæ ad Pythagoræ auctoritatem se contulerant. Illud notandum, Pempeli locum e libro de parentibus (101) magnam partem cum Platonis disputatione de legg. lib. XI cap. XI p. 930 E et 931 D convenire. *Perictione*, si fidem adjungimus rebus commentitiis, præter librum de sapientia commentarium de mulieris concinnitate edidit, ex quibus fragmenta se depromere dicit Stobæus. Miramur autem eam de sapientia dorice, de mulieris concinnitate ionice scripsisse. Utramque enim dialectum exceptis vocibus quibusdam corruptis intactam reliquerunt librarii. At veteres Græci ante Alexandrum Magnum vitata dialectorum varietate uno eodemque sermone scribere solebant. Quapropter Bentlejus Opusc. phil. p. 367 omnia fragmina sub Perictiones nomine vulgata subditicia esse existimavit. Huc accedit quod Perictiones verba apud Stobæum Flor. I, 62-63 consentanea sunt Archyteis quæ e libro Tarentini philosophi de sapientia superesse perhibentur. Vid. Philos. Græc. fragm. vol. I p. 558 seq. § 3 et § 5. Quodsi aut totum hoc caput aut partes ejus Archytæ adjudicamus, nihil Pythagoricæ laudis æmulæ relinquitur præter disputationes ionico sermone de mulieris concinnitate confectas. Verum utcunque ea se res habet, Perictionen, Platonis matrem (102), distinguendam putamus ab ista muliere quæ nomen suum in doctrinæ Pythagoreæ heredibus professa est. Denique *Phintys*, Callicratis filia, Pythagoreorum mysteriis initiata, libellum de temperantia mulieris composuit, cujus insigne fragmentum Stobæus servavit.

Inter Pythagoricos scriptores excelluit etiam *Butherus* teste Jamblicho de vit. Pyth. cap. 36, qui eum Cyzicenum fuisse tradit. Licet vero nihil de clarissimi quondam viri ætate constet, quum ejus vitam et pleraque ingenii monumenta veteres silentio prætermittant: tamen e dictione philosophi intelligitur, posterioribus Pythagoreis illum esse annumerandum. Neque enim dorice scripsit, sed communi dialecto in conficiendis libris usus est. Patet hoc e capite vel potius e tribus fragmentis, quæ Stobæus in Eclogis ex Cyziceni philosophi de numeris libro profert. Alibi autem nusquam ejus memoria exstat.

Aresas Lucanus quem Jamblichus de vit. Pyth. cap. 36 scholam Pythagoricam post Tydæ obi-

(98) Sext. Emp. adv. Math. VII, 13 p. 372 : περὶ δὲ τὸ λογικὸν κατηνέχθησαν μέρος οἱ περὶ Πανθοίδην καὶ Ἀλεξῖνον καὶ Εὐβουλίδην καὶ Βρύσωνα Διονυσόδωρόν τε καὶ Εὐθύδημον Θούριοι, ὧν μέμνηται καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ. — (99) Athenæus lib. XI p. 508 D : καὶ γὰρ Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, « Τοὺς πολλοὺς (φησὶ) τῶν διαλόγων αὐτοῦ ἀχρείους καὶ ψευδεῖς ἂν τις εὕροι· ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείους, ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ κἀκ τῶν Ἀντισθένους, πολλοὺς δὲ κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλεώτου. » Conf. Plat. Epist. XIII p. 360. c. — (100) Cf. Diog. Laert. lib. IX, 61 et Proœm. 16. — (101) apud Stobæum Flor. LXXIX, 52.

(102) Diogenes Laertius lib. III, 1 : Πλάτων, Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης ἢ Ποτώνης, ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα, Ἀθηναῖος. Apulejus de habitudine doctrinarum et nativitate Platonis lib. I init. : « Platoni habitudo corporis cognomentum dedit. Namque Aristocles prius est nominatus. Ei Ariston fuisse pater dictus est. Cæterum Perictione Glauci filia mater fuit. Et de utroque nobilitas satis clara. Nam Ariston pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit : ab Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus est sanguis. » Ælianus var. hist. lib. X cap. 21 : ὅτι τὸν Πλάτωνα ἡ Περικτιόνη ἔφερεν ἐν ταῖς ἀγκάλαις. Θύοντι δὲ τῷ Ἀρίστωνι ἐν Ὑμηττῷ ταῖς Μούσαις ἢ ταῖς Νύμφαις οἱ μὲν πρὸς τὴν ἱερουργίαν ἦσαν, ἡ δὲ κατέκλινε Πλάτωνα ἐν ταῖς πλησίον μυρρίναις, δασείαις οὔσαις καὶ πυκναῖς. Καθεύδοντι δὲ ἐσμὸς μελισσῶν Ὑμηττίου μέλιτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καθίσασαι ὑπῆδον τὴν τοῦ Πλάτωνος εὐγλωττίαν μαντευόμεναι ἐντεῦθεν. Proclus in Platonis Tim. p. 25 F (pag. 58 ed. Schneider.) : ἡ μὲν ἱστορία ἡ κατὰ τὸ Σόλωνος γένος καὶ τὴν Πλάτωνος πρὸς αὐτὸν συγγένειαν τοιαύτη τίς ἐστιν. Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης, καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας, οὗ μνημονεύει καὶ Σόλων ἐν τῇ ποιήσει λέγων· Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκοῦσαι· Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι· Κριτίου δὲ Κάλλαισχρος καὶ Γλαύκων, Καλλαίσχρου δὲ αὖ Κριτίας οὗτος. Δηλοῖ δὲ ὁ ἐν Χαρμίδῃ Κριτίας, τὸν Γλαύκωνα, τὸν Χαρμίδου πατέρα, θεῖον ἑαυτοῦ καλῶν. Γλαύκωνος δὲ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, τῆς δὲ Περικτιόνης ὁ Πλάτων· ὥστε ὁ Γλαύκων Κριτίου θεῖος ἦν, πατὴρ δὲ Χαρμίδου, κτλ. Conf. Harduin. ad Themistium pag. 382.

tum rexisse prodit, haud contemnendus Samii philosophi successor dogmatumque ejus defensor fuit. Sunt qui de nomine hominis dubitent, quod tam apud Jamblichum quam apud Stobæum varie scribitur. Nam in melioribus Jamblichi exemplaribus manu exaratis Aresas appellatur, in aliis Oresander. Similiter in optimis Stobæi membranis Aresas vocatur, in quibusdam Æsaras, in nonnullis Isaras. Nos Aresam nominabimus. Quum autem Jamblichus in iis, quæ de hoc sapientiæ doctore refert, Nicomachum vel Dicæarchum, gravissimos auctores, secutus sit, Aresam circa Olympiadem septuagesimam vel circa annum quingentesimum ante Chr. n. floruisse existimamus. Unicum ejus fragmentum e libro de natura hominis in Eclogis habet Stobæus. Apparet ex illo loco Lucanum virtutis magistrum ita disseruisse de hominum ingeniis, ut inprimis animi humani naturam viresque patefaceret. Tres vero animi partes esse vult, mentem, cupiditatem et iracundiam, quarum inter se necessitudinem explicat.

Aristæus sive *Aristæon*, Damophontis filius, Crotoniates, Pythagoræ successor et gener (103), conica scripsit et quinque libros de locis solidis quorum meminit Pappus initio lib. VII collect. mathem. iisque usum fuisse Euclidem auctor est. Porro de anima illum quædam commentatum esse notat Claudianus Mamertus de statu animæ lib. II cap. 7 p. 126. Denique eum de harmonia volumen composuisse discimus e Stobæo qui locum inde excerptum de mundi æternitate servavit. Nempe Pythagoricis harmonia est rerum aspectabilium ordo quem perennem esse debere, quum Deus, motor universi, ipse æternus sit, disputatione illa Aristæon efficere studet. Contendit enim fieri nunquam potuisse, ut Deus procreare mundum inciperet, quia opus laboriosum sit, labor autem in Deum non cadat. Ita ea quæ sunt quæque cernuntur cuncta non esse subito creata, sed sempiterna eorumque in omni æternitate ratum immutabilemque ordinem. Cæterum ne cui mirum videatur, quod quatenus divinum illud principium omnia ex se ipso moveat Aristæo judice *natura* dicitur, tenendum est, haudquaquam rerum creatarum multitudinem et varietatem intelligi, sed naturam æternam atque ab omni concretione mortali segregatam, quam Eleatici entis nomine affecerunt (104).

Didymus Pythagoreus, Neronis æqualis (105), non magis Pythagoræ quam aliorum philosophorum memoriam amplissimis monumentis consecravit. Namque ferebatur olim ejus commentarius de musices secundum Pythagoricos et Aristoxenum differentia, ex quo locum affert Porphyrius ad Ptolemæi Harmonica in Wallisii Oper. tom. III p. 210, quem in illustranda Aristoxeni doctrina integrum exhibebo. Hunc autem prope ubique secutus est, etiamsi sæpe non nominat, Ptolemæus in Harmonicis; cujus rei testem habemus Porphyrium ad Ptolemæum p. 191. Idem pag. 191 refert, Ptolemæum plerumque Pythagoreorum vestigiis ingredi. Citat vero Didymi librum præterea p. 209. 210 et 212. Ejusdem περὶ ὁμοιοτήτων volumen primum laudat pag. 210. Adde quod Clemens Alexandrinus Strom. lib. I p. 300. 309 et lib. IV p. 503 Didymum in libello de Pythagorica philosophia (ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας) memorat. Sed uberrime Didymus de philosophorum familiis disputavit. Neque enim est ex omnibus quos novimus Didymis, cui potius assignes magnum illud opus *de philosophorum sectis* e variis auctoribus excerptum atque a Stobæo lectitatum, quam is de quo hic disseritur Pythagoreus. Verum duplex fuit operis inscriptio, siquidem ab aliis *de sectis* (περὶ αἱρέσεων) (106), ab aliis *Epitome* inscribebatur. Quo factum est ut Stobæus in Florileg. CIII, 18 Didymi fragmentum ex Epitome proponeret, sed ut Eclog. lib. II cap. 1 locum e volumine de sectis proferret. Quum autem fragmentum ex Epitome sumtum simul in longissimo Eclogarum capite (107) de morali philosophia occurrat, ubi Academicorum, Stoicorum et Peripateticorum disciplina exponitur atque in media dogmatum Peripateticæ scholæ explicatione Didymi verba leguntur, recte statuit Heerenius, non solum hanc istius capitis partem quæ est de Peripateticis, sed totum caput quod Stobæus nullo auctore citato Eclogis suis inseruit Didymo esse adjudicandum. At quod idem vir doctus suspicatur ad Eclog. lib. II cap. 1 p. 15, Didymum Platonis imitatione scripsisse dialogum, quia personarum inter se colloquentium quædam ibi vestigia appareant : in hoc ei nequaquam assentimur. Neque enim ad eam formam cætera sunt quæ ex ista sapientiæ doctoris Epitome superesse nobis persuasum est. Potuit sane Didymus in parte operis imitari Platonem principesque doctrinæ cum discipulis colloquentes

(103) Jamblichus de vit. Pythag. cap. 36. — (104) Vide disputationem de Parmenide Philos. Græc. Fragm. vol. I p. 112, annot. 33.

(105) Vid. Heerenii commentationem de fontibus Eclogarum Joannis Stobæi Vol. IV p. 191. — (106) sic legendum cum Heerenio, rejecta codicum scriptura περὶ αἱρέσεως.

(107) Stob. Eclog. lib. II cap. 7 p. 32 seqq. ed. Hee-

inducere, ut eorum mores atque ingenia fere comicorum more subjiceret oculis. Sed incerta res est. Illud etiam adjungo, non unum Didymum hoc argumentum tractandum sibi sumsisse, sed plura veteribus sæculis exstitisse scripta quibus Stoicorum maxime et Academicorum placita inter se conferebantur. Nimirum talis fuit, ut hoc utar, Panætii liber περὶ αἱρέσεων, cujus mentionem movet Diogenes Laertius (108) lib. II, 87. De librariorum errore qui Eclog. lib. II cap. 1 p. 14 seqq. ed. Heer. ex uno fragmento duo fecerunt, alterum Xenophani alterum Didymo ascribentes, jam in annotatione ad secundum Didymi locum egimus. Jam quantum deperditi operis imaginem conjecturo informare licet, videtur Didymus argumenti potius quam temporis ordine servato de singulis philosophiæ partibus separatim exposuisse, ita ut ab earum definitione profectus postea quæ præcipui virtutis magistri et physici de rebus divinis et humanis præcipissent nobilissimarum familiarum habita ratione perscriberet. Quod quo facilius assequeretur, verisimile est eum non turbidos rivulos consectatum esse, sed fontes ubique adiisse. Intelligitur hoc ex eo quod ad nostram memoriam mansit capite. Quippe philosophiam quæ virtutis, officii et bene vivendi disciplinam continet traditurus primum quid sit illud de quo commentari aggreditur definit, deinde Academicorum, Philonis maxime Larissæi et Eudori Alexandrini, de moribus decreta persequitur, tum Zenonis cæterorumque hominum iisdem sententiis addictorum placita proponit omninoque Stoicæ sapientiæ speciem et formam adumbrat, denique formulam tum Aristotelis tum reliquorum Peripateticorum rationi consentaneam perscribit. Omitto alia quæ ipsam illam lucubrationem legentes facile animadvertent. Si quis autem quærit, cur Didymus, Pythagoreus, Neronis ætate philosophorum sectas ingenti divinæ humanæque sapientiæ corpore divulgato immortalitati commendare destinarit, quamquam etiam tum plurima veterum monumenta exstabant, hic considerata græcarum litterarum conditione talem scriptionem partim utilem partim necessariam fuisse reperiet. Quum enim in magna discendi cupiditate qua Græci adhuc Romanique flagrabant non cuivis majores bibliothecæ paterent, in quibus propter scribentium multitudinem infinita librorum et multitudo et varietas erat : non defuerunt qui in omni genere ex antiquorum chartis utilissima præcepta excerperent. Id vero cum in aliis studiis tum in rerum contemplatione et cognitione veri decebat, quia in crebris sapientissimorum virorum dissensionibus apud quemnam optimum ac verissimum esset judicare difficile videbatur. Accedit quod eadem a multis dicebantur (109). Itaque Didymus promulgatis his philosophorum decretis non tam gloriam petivisse, quam æqualibus prodesse voluisse putandus est. Sed quanta fuerit operis præstantia suo judicio declarat Stobæus, optimis inde tanquam e pulcherrima corolla flosculis et ornamentis delibatis. Quamobrem, quoniam multi jam fontes quinto sæculo exaruerant, arbitramur eum sæpissime Didymi Electis pro fonte esse usum. Postremo notamus Didymum, de quo hîc copiose egimus, ab Eusebio (110) Arium cognominari. Ab hoc autem procul dubio distinguendus est Didymus Atejus cujus meminit Suidas (111), quamquam fuerunt qui utrumque eundem esse putarent.

Venio nunc ad *Eudorum* Alexandrinum, qui tum Academicus fuit tum Pythagoricus. Hujus enim res atque in litteras merita breviter perstringere in animo est. Ac primum quidem Pythagoreorum dogmata diligenter tradidisse Eudorum refert Simplicius (112) in I Physicorum fol. 39 b. Idem in Categ. fol. 44 b. 47 b. et aliis locis (113) virum doctrina clarum, philosophum Academicum et Aristotelis Categoriarum interpretem vocat. Quid? quod etiam Metaphysicos Stagiritæ libros ab eo illustratos esse colligas ex Alexandri Aphrodisiensis Commentario (114), ubi membranarum scripturam dicitur

ren. — (108) Diogenes Laertius lib. II, 87 : καθά φησι καὶ Παναίτιος ἐν τῷ περὶ τῶν αἱρέσεων.

(109) Cicero Tuscul. Disput. lib. II cap. 3 : Quodsi hæc studia traducta erunt ad nostros, ne bibliothecis quidem Græcis egebimus; in quibus multitudo infinita librorum propter eorum est multitudinem qui scripserunt : eadem enim dicuntur a multis, ex quo libris omnia referserunt. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint.

(110) Eusebius Præp. Evang. XV, 14-15 : ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἐπιτομῆς Ἀρείου Διδύμου προκείσθω.

(111) Suidas : Δίδυμος Ἀτήϊος ἢ Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκός, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις δυσίν, καὶ ἄλλα πολλά (ἔγραψε).

(112) Simplicius in Aristotelis Phys. lib. I fol. 39 : καὶ οἱ Πυθαγόρειοι δὲ οὐ τῶν φυσικῶν μόνον ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπλῶς μετὰ τὸ ἕν, ὃ πάντων ἀρχὴν ἔλεγον, ἀρχὰς δευτέρας καὶ στοιχειώδεις τὰ ἐναντία ἐτίθεσαν, αἷς καὶ τὰς δύο συστοιχίας ὑπέταττον, οὐκέτι κυρίως ἀρχαῖς οὔσαις. Γράφει δὲ περὶ τούτων ὁ Εὔδωρος τάδε κτλ. — (113) Cf. fol. 41. 53 b. 61. 63. 65 b. 67 b. 68 b. — (114) Alexander Aphr. Comment. in Aristot. libros Metaphys. p. 44 ed. Bonitz. : φέρεται ἐν τισι γραφῇ τοιαύτη, « τὰ γὰρ εἰδὴ τοῦ τί ἐστιν αἴτια τοῖς ἄλλοις, τοῖς δὲ εἰδόσι τὸ ἓν καὶ τῇ ὕλῃ. » Καὶ εἴη ἂν δ' αὐτῆς λεγομένου ἔτι τοῖς οὐκ εἰδόσι τὴν Πλάτωνος δόξαν τὴν περὶ τῶν

mutasse. Præterea de Nilo (115) disputatiunculam edidit adeo similem Aristonis Peripatetici de eadem re lucubrationi, ut uter alterius scrinia compilasset, dubium videretur. Sed optimum ejus opus haberi convenit illud quo omnes sapientiæ partes, sive quemadmodum Stobæus (116) ait, universæ philosophiæ divisionem complexus erat. In quo argumento tractando ita versatus est, ut quæstiones quas de singulis locis proponunt virtutis magistri separatim persolveret. Ex hoc autem opere capita quædam ad vitæ honestatem et bene vivendi disciplinam pertinentia Didymus excerpsit, quæ apud Stobæum exstant. Vixisse eum cum Aristone Peripatetico Cæsaris Augusti temporibus Strabonis (117) auctoritas, qui istos æquales sibi fuisse docet, satis evincit. Porro minime audiendi sunt (118) qui nullis antiquorum testium verbis allatis Pythagoricum ab Academico distinxerunt et alterum quidem Strabonis ætate, alterum prius vixisse affirmarunt. Cæterum Celsinus Castabalensis (119) qui de philosophorum sectis et placitis commentatus erat, Eudori filius fuit. Verum hunc Eudorum ab Alexandrino diversum fuisse putamus, nisi forte apud Suidam (120) ejus rei auctorem pro Καστα̃βαλεύς reponi debet Ἀλεξανδρεύς.

Diodorus Aspendius, sub Aresa Lucano in Pythagoreorum gregem receptus (121), idem sine dubio est quem de animo quædam scripsisse prodit Claudianus Mamertus (122). Jam si Iamblicho successionis ordinem notanti fides habenda (123), poni illum oportet ante Philolaum, Eurytum et Archytam, quorum postremum nonnulli inter Platonis præceptores numerant. Sed apparet, Diodorum hunc post Platonem vixisse. Nimirum obiit Plato, annos natus amplius octoginta Olymp. CVIII anno primo. Diodorus autem familiaris fuit Stratonici musici qui in aula Ptolemæi Lagi (124) versatus est, ita ut eum post Olympiadem CXIV floruisse res sit certissima. Præterea Archestratum Syracusanum non fuisse Platonis æqualem, sed ætate posteriorem ex Athenæi verbis colligimus qui lib. I, p. 4 (125) : Archestratus, inquit, ignorabat fuisse in Platonis convivio duodetriginta convivas. Meminit vero Diodori Aspendii ut tum viventis Archestratus in elegantissimo carmine cujus hos versus superesse voluit fortuna (126) :

> Ἀλλ' οὐ πολλοὶ ἴσασι βροτῶν τόδε θεῖον ἔδεσμα,
> οὐδ' ἔσθειν ἐθέλουσιν ὅσοι κεπφαττελεβώδη,
> ψυχὴν κέκτηνται θνητῶν εἰσίν τ' ἀπόπληκτοι,
> ὡς ἀνθρωποφάγου τοῦ θηρίου ὄντος. ἅπας δὲ
> ἰχθὺς σάρκα φιλεῖ βροτέην, ἄν που περικύρσῃ·
> ὥστε πρέπει καθαρῶς ὁπόσοι τάδε μωρολογοῦσι
> τοῖς λαχάνοις προσάγειν, καὶ πρὸς Διόδωρον [ἰόντας
> τὸν σοφὸν ἐγκρατέως μετ' ἐκείνου πυθαγορίζειν.

Stultos esse ait qui nolint murænas (127) edere, quod carnes humanas vorent : pisces enim omnes, si quando inveniant, iis delectari. Quamobrem qui isto nomine illas fastidiant, eos oleribus vesci debere et petitis Diodori castris Pythagoreorum more vivere. Constat (128) autem hunc Diodo-

ἀρχῶν ὅτι τὸ ἓν καὶ ἡ ὑποκειμένη ὕλη ἀρχαὶ καὶ ὅτι τὸ ἓν καὶ τῇ ἰδίᾳ αἴτιον τοῦ τί ἐστιν. Ἀμείνων μέντοι ἡ πρώτη γραφὴ ἡ δηλοῦσα ὅτι τὰ μὲν εἴδη τοῖς ἄλλοις τοῦ τί ἐστιν αἴτιον, τοῖς δὲ εἴδεσι τὸ ἕν. Ἱστορεῖ δ' Ἀσπάσιος ὡς ἐκείνης μὲν ἀρχαιοτέρας οὔσης τῆς γραφῆς, μεταγραφείσης δὲ ταύτης ὕστερον ὑπὸ Εὐδώρου καὶ Εὐαρμόστου. — (115) Strabo lib. XVII pag. 790 ed. Cas. : ἀλλ' ἐῶ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρκέσει δύο μνῆσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρόν τε καὶ Ἀρίστωνα τὸν ἐκ τῶν περιπάτων· πλὴν γὰρ τῆς τάξεως τά γε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταὐτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέροις. Ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολὴν ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον· πότερος δ' ἦν ὁ τἀλλότρια ὑποβαλόμενος, ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ἠτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα· ἡ μέντοι φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλόν ἐστιν. — (116) Stobæus Eclog. lib. II cap. 7 p. 46 ed. Heeren. : Ἔστιν οὖν Εὐδώρου τοῦ Ἀλεξανδρέως, Ἀκαδημικοῦ φιλοσόφου, διαίρεσις τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου, βιβλίον ἀξιόκτητον, ἐν ᾧ πᾶσαν ἐπεξελήλυθε προβληματικῶς τὴν ἐπιστήμην, ἧς ἐγὼ διαιρέσεως ἐκθήσομαι τὸ τῆς ἠθικῆς οἰκεῖον. — (117) Strab. lib. XVII pag. 790 ed. Cas. — (118) Conf. Jonsius de scriptoribus histor. philos. lib. III cap. 2 § 4. et Meiners. Histor. doctrinar. apud Græc. et Rom. tom. I p. 540 seq. not. — (119) Stephanus Byzantius v. Καστάβαλα : Καστάβαλα, Κιλικίας [καὶ Φοινίκης] πόλις. Στράβων ιϐ'. ὁ πολίτης Καστα̃βαλεύς. Strabo lib. XII cap. 2 p. 537 : οὐ πολὺ δ' ἀπωθεν ταύτης ἐστὶ τά τε Καστάβαλα καὶ τὰ Κύβιστρα, ἔτι μᾶλλον τῷ ὄρει πλησιάζοντα πολίσματα· ὧν ἐν τοῖς Καστα̃βάλοις ἐστὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὅπου φασὶ τὰς ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δι' ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς. — (120) Suidas s. v. Κελσῖνος, Καστα̃βαλεὺς φιλόσοφος, ὃς ἔγραψε συναγωγὴν δογμάτων πάσης αἱρέσεως εἰλοσόφου. Cf. Eudociæ Violar. p. 272.

(121) Iamblichus vit. Pythag. cap. 36 — (122) Claudianus Mamertus de statu animæ lib. II cap. 7, pag. 125 ed. Barth. — (123) Cf. Bentleji opusc. philol. p. 200 ed. Lips. — (124) Athenæus lib. IV p. 163, et lib. VIII p. 350. — (125) Athenæus lib. I pag. 4 : ἀγνοεῖ δ' ὅτι οἱ ἐν τῷ Πλάτωνος συσσιτίῳ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἦσαν. — (126) Athenæus lib. IV p. 163. — (127) De murænis intelligendos esse hos versus apertum est. Vide Plinium Hist. nat. lib. IX cap. 23 ac Tertullianum libro de pallio cap. 5 p. 56 ibique Salmasium. — (128) Athenæus lib. IV p. 163 : ἦν δ' ὁ Διόδωρος οὗτος τὸ μὲν γένος Ἀσπένδιος, Πυθαγορικὸς δὲ δόξας εἶναι ὑμῶν τῶν κυνικῶν τρόπον ἔζη κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδήτων. Ὅθεν καὶ Πυθαγορικὸν τὸ τῆς κόμης ἔδοξαν εἶναί τινες, ἀπὸ τοῦ Διοδώρου προαχθέν, ὡς φησιν Ἕρμιππος. Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν ἱστοριῶν περὶ αὐτοῦ γράφει οὕτως· Διοδώρου τοῦ τὸ γένος Ἀσπενδίου τὴν ἐξηλλαγμένην εἰσαγαγόντος κατασκευὴν καὶ τοῖς Πυθαγορείοις πεπλησιακέναι προσποιηθέντος· πρὸς ὃν ἐπι-

rum primum de via majorum vestigiis trita deflexisse. Nam quum Pythagoricam disciplinam profiteretur, placuit ei tamen nova vitæ institutio et philosophandi ratio, qua Pythagoristarum ac Cynicorum insaniæ præluderet. Quippe pallio usus est eoque duplici barbaque et capillis promissis simul squalidus ac discalceatus fuit, nec non baculum et peram gessit. Quare ut tenuis viri victus cultusque quo vix a mendicis (129) differebat ejusque abstinentia multorum fortasse facetiis perstringebantur : ita etiam studiorum assiduitas ridetur ab Anthippo sive Anaxippo, apud quem jactator coquus hæc proloquitur (130) :

> Τὸν ὄρθρον ἐν ταῖς χερσὶν ὄψει βιβλία
> ἔχοντα καὶ ζητοῦντα τὰ κατὰ τὴν τέχνην.
> Οὐδὲν Διοδώρου διαφέρω τ' Ἀσπενδίου.

Dogmata ejus veteres accuratius non perscripserunt. Unicum quod exstat fragmentum apud Theodoretum Quæst. in Genesin p. 19 tom. I ed. Sirmond. infra inter Pythagoreorum reliquias recensebo.

Eurytus sive *Eurysus* Metapontinus inter illos fuisse dicitur qui juvenes Pythagoram jam senem audiverunt (131). Alius Eurytus Tarentinus, Philolai discipulus, commemoratur in veterum scriptis (132), qui eorum auditores Xenophilum, Phantonem, Echecratem, Dioclem et Polymnestum Pythagoreorum postremos nominant. Hunc etiam præter Philolaum e Pythagoricis in Italia degentibus audivit Plato, si vera tradit Diogenes Laertius (133). In ornanda numerorum doctrina acute quædam excogitavit Eurytus, quæ tamen aliis non probarentur. Multa videlicet argumenta Pythagorici afferebant quibus docerent res omnes e numeris esse ortas. Etenim contendebant, quomodo puncta formarum geometricarum fines essent, sic numeris cunctarum rerum species definiri. Quod ut demonstraret Eurytus, hominum, bestiarum, plantarum, denique eorum quæ sunt quæque cernuntur omnium figuras ex certis quibusdam calculorum numeris componebat. Tales doctissimi hominis ineptias Aristoteles (134) ejusque assectatores tum

στέλλων ὁ Στρατόνικος ἐκέλευσε τὸν ἀπαίροντα τὸ ῥηθὲν ἀπαγγεῖλαι τῷ περὶ « (leg. πατρὶ) θηροπίπλου (leg. ἱροπίπλου) μανίας ὕβρεώς τε περιστάσιμον στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτᾳ. » Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῳ φιλοσόφων διαδοχῆς βαθεῖ πώγωνι χρήσασθαι τὸν Διόδωρον ἱστορεῖ καὶ τρίβωνα ἀναλαβεῖν κόμην τε τορῆσαι, κατά τινα τῦρον τὴν ἐπιτήδευσιν ταύτην προσαγαγόντα, τῶν πρὸ αὐτοῦ Πυθαγορικῶν λαμπρᾷ τε ἐσθῆτι ἀμφιεννυμένων καὶ λουτροῖς καὶ ἀλείμμασι κουρᾷ τε τῇ συνήθει χρωμένων. Diogenes Laertius lib. VI, 13 : Σωσικράτης δ' ἐν τρίτῃ διαδοχῶν Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον καὶ πώγωνα καθεῖναι καὶ βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρήσασθαι. Conf. Meinek. Exerc. phil. in Athen. II p. 8 seq. — (129) Pro θηροπίπλου apud Athenæum l. c. legendum ἱροπίπλου. Est enim Ἶρος non solum mendici nomen apud Homerum, sed etiam pro quovis mendico et homine paupere ponitur. Eustathius ad Odyss. lib. XVIII : Ἱστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ τοῦ Ἴρου ὄνομα φέρεται μέχρι καὶ νῦν παρὰ τοῖς ὑπερθεν Σινώπης, οἳ τὸν λίαν πτωχὸν ὑποβαρβαρίζοντες πτωχὸν ἄφορον λέγουσιν. Lexicon MS. apud Ducangium Append. Glossar. med. et inf. Gr. p. 9 : Ἶρος, πτωχός, πένης. Sic Ovidius Trist. lib. III eleg. 7, vs. 42 : Irus et est subito qui modo Crœsus erat. — (130) Athen. lib. IX p. 401. Cf. Meinek. Com. Græc. vol. IV p. 461 atque Exerc. phil. in Athen. II p. 9. — (131) Iamblichus vit. Pythag. cap. 23. — (132) Diogenes Laertius VIII, 46 : τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θράκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. Ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων. — (133) Diogenes Laert. III, 6 : κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν ἀπῆλθε πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον. — (134) Aristoteles Metaphys. lib. XIII cap. 5. p. 1092. b. ed. Bekker. : οὐθὲν δὲ διώρισται οὐδὲ ὁποτέρως οἱ ἀριθμοὶ αἴτιοι τῶν οὐσιῶν καὶ τοῦ εἶναι, πότερον ὡς ὅροι, οἷον αἱ στιγμαὶ τῶν μεγεθῶν, καὶ ὡς Εὔρυτος ἔταττε τὰς ἀριθμὸς τίνος, οἷον ὁδὶ μὲν ἀνθρώπου, ὁδὶ δὲ ἵππου, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀριθμοὺς ἄγοντες εἰς τὰ σχήματα τριγώνων καὶ τετραγώνων. οὕτως ἁρμοιῶν ταῖς ψήφοις τὰς μορφὰς τῶν φυτῶν. Ἢ ὅτι ὁ λόγος ἡ συμφωνία ἀριθμῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπος καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ; τὰ δὲ δὴ πάθη πῶς ἀριθμοί, τὸ λευκὸν καὶ γλυκὺ καὶ τὸ θερμόν ; Theophrastus Metaph. cap. 3 pag. 312 ed. Brandis. : τοῦτο γὰρ τελέου καὶ φρονοῦντος, ὅπερ Ἀρχύτας ποτ' ἔφη ποιεῖν Εὔρυτον διατιθέντα τινὰς ψήφους· λέγειν γὰρ ὡς ὅδε μὲν ἀνθρώπου ὁ ἀριθμός, ὅδε δὲ ἵππου, ὅδε δ' ἄλλου τινὸς τυγχάνει. Alexander Aphrodisiensis ad Aristotelis l. c. pag. 805 ed. Bonitz. : μήποτε οὖν, ὥσπερ αἱ στιγμαὶ ὅροι οὖσαι τῶν γραμμῶν ὁρίζουσιν αὐτάς, οὕτω δυνατὸν λέγειν ὅτι καὶ τὰ εἴδη ὡς πέρατα τῶν τῇδε οὐσιῶν ὁρίζουσιν αὐτάς, καὶ οὕτως αἴτια τούτων εἰσί, καθάπερ καὶ ὁ Πυθαγόρειος Εὔρυτος ἔλεγε τοῦδε μὲν τοῦ ξυτοῦ τόνδε τὸν ἀριθμὸν ὅρον εἶναι, καὶ ἄλλον μὲν ἵππου καὶ ἄλλον ἀνθρώπου, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Καὶ οὐ μόνον ἁπλῶς οὕτως ὁ Εὔρυτος ἔλεγεν ὅτι οἱ ἀριθμοὶ ὅροι εἰσὶ τῶν φυτῶν καὶ ἀνθρώπων καὶ βοῶν, ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ὁ ἀριθμητικός, ὅταν τὸν ἐννέα ἀριθμὸν τετράγωνον ὄντα καταγράφῃ, πρῶτον μὲν τρεῖς μονάδας κατ' εὐθεῖαν γράφει γραμμήν, εἶτα ἄλλας τρεῖς κατὰ παράλληλον καὶ αὐτὰς τῇ προτέρᾳ γραμμῇ, εἶτ' ἂν ἄλλας πάλιν τρεῖς κατὰ παράλληλον γραμμὴν τῇ δευτέρᾳ γραμμῇ, καὶ οὕτως ἀποτελεῖ παράλληλον σχῆμα, ὥσπερ ὑπόκειται. Καὶ ἐπὶ τοῦ τρίκις τρίγωνου ὄντος ὁμοίως πρῶτον μὲν γράφει μίαν μονάδα, εἶτα ὑπὸ ταύτην ἑτέρας δύο, καὶ οὕτως ἑξομοιοῖ τὸν τρίκις τῷ τριγώνῳ σχήματι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· ὥσπερ οὖν ὁ ἀριθμητικός, οὕτως καὶ ὁ Εὔρυτος, ἐπειδὴ ἔφασκε τοὺς ἀριθμοὺς ὅρους εἶναι τῶν πραγμάτων. Κείσθω λόγου χάριν ὅρος τοῦ ἀνθρώπου ὁ διακοσιαπεντήκοντα ἀριθμός, ὁ δὲ τξ' τοῦ φυτοῦ· τοῦτο θεὶς ἐλάμβανε ψηφῖδας διακοσίας πεντήκοντα, τὰς μὲν πρασίνας τὰς δὲ μελαίνας ἄλλας δὲ ἐρυθρὰς καὶ ὅλως παντοδαπῶς χρώμασι κεχρωμένας· εἶτα περιχρίων τὸν τοῖχον ἀσβέστῳ καὶ σκιαγραφῶν ἄνθρωπον καὶ φυτὸν οὕτως ἐπήγνυ τάσδε μὲν τὰς ψηφῖδας ἐν τῇ τοῦ προσώπου σκιαγραφίᾳ, τὰς δὲ ἐν τῇ τῶν χειρῶν, ἄλλας δὲ ἐν ἄλλοις, καὶ ἀπετέλει τὴν τοῦ μιμουμένου ἀνθρώπου διὰ ψηφίδων ἰσαρίθμων ταῖς μονάσιν, ἃς ὁρίζειν ἔφασκε τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο ποιῶν ἔλεγεν ὅτι ὥσπερ ὅδε ὁ γεγραμμένος ἀνθρωπος ἐκ τῶν διακοσίων πεντήκοντα τέρει εἰπεῖν ἐστι ψηφίδων, οὕτως καὶ ὁ ἀληθὴς ἄνθρωπος ἐκ

enarrant tum refellunt. Ex Euryti de fortuna libello fragmentum superest apud Stobæum Eclog. lib. 1 cap. 7 et alterum apud Clementem Strom. lib. V p. 559. Utrumque infra proponam.

E Pythagoreis *Diophantus* (135) Syracusanus Democritum et Metrodorum in statuendis rerum principiis secutus est. De animi natura omnes a Pythagora profecti accurate et copiose disputarunt. Ac Philolaum quidem Claudianus Mamertus lib. II cap. 7 ita dicentem facit : « *Anima ad exemplum unius composita est, quæ sic illocaliter dominatur in corpore, sicut unus in numeris.* » *Eromenem* autem Tarentinum in hunc modum scripsisse testatur : « *Longe aliud anima aliud corpus est, quæ corpore et torpente viget, et cæco videt et mortuo vivit.* » Idem fere sensisse scriptoque prodidisse ait Archippum, Epaminondam, Aristeum, Gorgiaden, Diodorum, alios.

De *Milone* athleta Crotoniensi eodemque Pythagoræ discipulo jam supra egi in enarranda Samii philosophi vita. Vid. adn. 15. Huic unus Stobæus libros de rerum natura scriptos tribuit, allato ex iis loco quem Euryti reliquiis subjiciam. Neque enim dubium quin Milonis nomen præferendum sit alteri scripturæ Φίλωνος quam pars membranarum Stobæi exhibet, præsertim quum Photius quoque Μίλωνος nomen ibi agnoscat. Illud unum nobis ita judicantibus videtur obstare, quod doricus sermo a librariis in communem dialectum mutatus est. At hoc in aliis etiam Stobæi capitibus accidit. Denique tanta ipsius fragmenti brevitas est, ut in eo nulla certæ alicujus scholæ vestigia appareant.

Scythinus, quem vetustas oblivione pæne obruit, aut Heracliteis annumerandus videtur aut Pythagoreis. Heracliteum facit Diogenes Laertius lib. IX, 16 (136) ex Hieronymo referens clarum hujus nominis iamborum scriptorem exstitisse qui Heraclíti opus versibus exponere aggressus sit. Hunc Teium fuisse testificatur Stephanus Byzantius v. Τέως. Præterea Athenæus (138) lib. XI p. 461 historias ejus ionice conscriptas laudat. Denique Plutarchus in commentario, quo quærit cur Pythia oracula edens carminibus vaticinari desierit (139) tres de lyra Scythini versiculos affert in hanc sententiam scriptos :

> Concinnat hanc Apollo filius Jovis
> formosus, initia finesque omnes continens,
> plectrumque splendidum solis radios habens.

Ac per se quidem manifestum est, vixisse Scythinum ante Alexandrum Magnum. Nam etsi de ejus ætate nihil compertum habemus, tamen quo tempore Heraclíti doctrina et Pythagoreorum placita vigebant eum ad tale carmen condendum incubuisse nemo negabit. Deprehendimus autem in versibus a Plutarcho servatis certa philosophiæ Heracliteæ vestigia, quamquam similia decreta inter Pythagoreos Hippaso Metapontino Clemens (140) ascribit. Respicit poeta illud Ephesii philosophi (141) : « *mutabilis concentus et mundi, ita lyræ et arcus, modo contentionem modo remissionem admittens.* » Apollinem vero *ignem* esse censet quæ tam Heraclíti quam Hippasi opinio fuit. Heraclitum certe subtiliter de sole disseruisse inter auctores convenit. Quum autem Heraclitus ignem rerum elementum esse crederet, cujus vicibus universa cierentur at-

τοσούτων ὁρίζεται μονάδων. Παραπλήσιον τούτῳ καὶ ἐπὶ τῶν τξ' ἐποίει, καὶ τὰς μὲν ἀνήλισκεν εἰς φύλλων τὰς δὲ εἰς κλάδων, ἄλλας εἰς ῥιζῶν ἐκπλήρωσιν, καὶ ταῦτα ἅπερ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ἔλεγε, ταῦτα καὶ περὶ φυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ ὅλως ὅπερ νῦν οἱ γραφεῖς ποιοῦσι καὶ διὰ χρωμάτων ποικίλα καὶ παντοδαπὰ γράφουσι ζῷα, τοῦτο ἐκεῖνος διὰ τῶν κεχρωσμένων ψηφίδων ἐποίει, ἁρμοίου τε καὶ εἰς σχῆμα συνετίθει τόνδε μὲν τὸν τῶν ψηφίδων ἀριθμὸν ἀνθρώπου, ἄλλον δὲ ἵππου, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς ἄλλα εἴδη ζῴων καὶ φυτῶν. Πότερον οὖν, φησίν, οὕτως εἰσὶν οἱ ἀριθμοὶ αἴτιοι τῶν τῇδε οὐσιῶν, ὥσπερ Εὔρυτος ἔλεγεν, « ἢ ὅτι ὁ λόγος ἡ συμφωνία τῶν ἀριθμῶν, » τουτέστιν ἢ ὅτι εἰ λόγος, καθ' ὃν γίνεται τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα, συμφωνία ἐστίν, ἡ δὲ συμφωνία κατ' ἀριθμοῦ σχέσιν, οἱ δὲ ἀριθμοὶ εἶδη, διὰ τοῦτο ἀνάγκη λέγειν ὅτι τὰ εἴδη αἴτιά εἰσι τῶν φυτῶν καὶ τῶν ἄλλων οὐσιῶν; — (135) Theodoretus Græcarum affectionum curat. serm. IV de materia et mundo p. 528 tom. IV ed. Sirmond. : Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης ὁ Δαμασίππου τὴν τοῦ κενοῦ καὶ τῶν ναστῶν πρῶτος ἐπεισήγαγε δόξαν. Ταῦτα δὲ Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἀδιαίρετα καὶ κενὸν προσηγόρευεν... Τούτοις καὶ ὁ Διόφαντος ὁ Συρακούσιος ὁ Πυθαγόρειος ἠκολούθησε. — (136) Diogenes Laertius lib. IX, 16 : Ἱερώνυμος δέ φησι καὶ Σκυθῖνον, τὸν τῶν ἰάμβων ποιητήν, ἐπιβάλλεσθαι τὸν ἐκείνου λόγον διὰ μέτρου ἐκβαλεῖν. — (137) Stephanus Byzantius v. Τέως : ἀφ' οὗ Πρωταγόρας ὁ Τήϊος καὶ Σκυθῖνος ἰάμβων ποιητὴς Τήϊος. — (138) Athenæus lib. XI p. 461 : μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Σκυθῖνος ὁ Τήϊος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ ἱστορίᾳ λέγων οὕτως· « Ἡρακλῆς λαβὼν Εὔρυτον καὶ τὸν υἱὸν ἔκτεινε, φόρους πρήσσοντας παρ' Εὐβοέων. Κυλικρῆνας ἐξεπόρθησε λιζομένους, καὶ αὐτόθι πόλιν ἐδείματο Ἡράκλειαν τὴν Τρηχινίαν καλεομένην. » — (139) Plutarchus de Pythiæ oraculis cap. 16, vol. IX p. 273 ed. Hutten. : ὕστερον μέντοι (οἱ Μεγαρεῖς) πλῆκτρον ἀνέθηκαν τῷ θεῷ χρυσοῦν, ἐπιστήσαντες, ὡς ἔοικε, Σκυθινῷ (leg. Σκυθίνῳ) λέγοντι περὶ τῆς λύρης· ἣν ἁρμόζεται Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων, πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος συλλαβών, ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον ἠλίου φάος. Conf. Poet. Lyr. ed. Bergk. p. 620. — (140) Clemens Alexandrinus ad Gent. p. 42 : Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης θεοὺς εἰσηγήσατο πῦρ καὶ γῆν, θάτερον δὲ αὐτῶν μόνον τὸ πῦρ θεὸν ὑπειλήφασιν Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος καὶ ὁ Ἔφεσιος Ἡράκλειτος, et paulo post : τοῦτό τοι καὶ οἱ ἀμφ' Ἡράκλειτον τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες πεπόνθασιν. — (141) Heraclit. fragm. 38 (Phil. Fragm. vol. I p. 319) παλίντονος γὰρ

que agitarentur (142) : Apollo apud Plutarchum dicitur πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος συλλαβεῖν. Superest ut illud breviter attingamus fragmentum, quod quoniam e libro de rerum natura petitum atque a Stobæo sub Scythini nomine vulgatum est, infra ponere non dubitabimus. Jam primum omnium satis constat paucis istis verbis certæ alicujus sectæ philosophum non argui. Placet enim sapientiæ doctori tempus non esse triplex, præteritum, præsens et futurum, sed unum ideoque æternitatis nomine afficiendum, quam nulla temporum circumscriptio metiatur. Convenit quidem talis sententia in Heraclitum cui ævum est (143) *puer jocans calculisque ludens* carundemque rerum et conditor et eversor. Sed idem fere sentit Hermes apud Stobæum (144) Eclog. lib. I cap. 9 p. 256 ed. Heer., ne de aliis naturæ interpretibus loquar quos longum est enumerare. Quamobrem neque carmen hîc requiro pro pedestri sermone, quoniam Scythinum historiam prosa oratione composuisse scimus, neque audeo cum Heerenio de font. Eclog. p. 216 locum a librariis corruptum versibus exprimere, quamvis ea res facillima sit (145), neque magis Ephesii hominis quam alius sapientiæ professoris vestigiis ingredi Scythinum contendo.

Onati Crotoniensis quem inter Pythagoreos retulit Iamblichus (146), meminit Porphyrius apud Stobæum (147) Eclogarum lib. I his verbis : ὁμοίως Ὄνατος ὁ Πυθαγόρειος ἐπεμνήσθη τοῦ τε δημιουργοῦ καὶ τῶν ἑπομένων τούτῳ θεῶν, λέγων οὕτως· « τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ ποτὶ τὸν πρᾶτον θεὸν καὶ νοατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥσπερ χορευταὶ ποτὶ κορυφαῖον, καὶ στρατιῶται ποτὶ στραταγόν. » Idem dictum occurrit in longiore Pythagorei illius fragmento quod Stobæus Eclog. lib. I cap. 3 p. 92 ed. Heeren. affert. Est vero caput libri *de deo ac deorum numine* (περὶ θεοῦ καὶ θείου) quod infra correctum interpretabor. Cæterum neque de ætate Onati constat neque de nomine. Etenim primus Canterus Iamblichum secutus in Stobæi textu utrobique edidit Ὄνατος et Ὀνάτου pro codicum lectionibus Ἄτας et Ἄτου. Contra Heerenius, cui astipulantur Gaisfordus et Meinekius, priore loco Ὀνάτας scripsit, posteriore cum Cantero Ὀνάτου vulgavit. Neque vero dubium quin usitatum Græcis nomen sit Ὀνήτης vel Ὀνάτας (148). At mihi potior videtur Iamblichi quam Stobæi membranarum auctoritas. Itaque philosophum istum Onatum vocavi. Verum ab hoc cum plerisque viris doctis distinguendum puto Amazonicorum scriptorem, quem Græcus Theocriti interpres (149) Onatum, sed Apollonii Rhodii enarrator (150) Onasum nominat.

Alcmæon (151), Crotoniates, Pirithi filius, a quo adolescente Pythagoram grandævum auditum esse narrant, composuit librum de rerum natura ad Brontinum, Leontem et Bathyllum (152). In hoc cum ea quibus naturæ ratio continetur attigit, tum de medicina accurate et copiose disputavit. Fertur autem primus fuisse qui de tali argumento commentatus sit (153). Morbos nasci ait partim caloris aut siccitatis abundantia, partim alimenti copia aut inopia, vel aquis certo quodam modo affectis, regione, lassitudine, necessitate vel aliis causis harum similibus. Eos vero (154) non semper totum corpus occupare, sed interdum in partibus ejus, velut in sanguine vel medulla vel cerebro insidere dicit. Contra valetudinem (155) sustentari putat æquabili vi humoris, siccitatis, frigoris, caloris, amaritudinis, dulcedinis et aliarum hujusmodi rerum, quarum una si dominetur, morbum facere soleat. Porro videre (156) nos perceptis rebus pellucidis statuit. Præterea (157) in cerebro animi principatum posuit hujusque beneficio,

ἁρμονίη, κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου. — (142) Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 312.— (143) Fragm. 44, pag. 320 : αἰὼν παῖς ἐστι παίζων, πεττεύων· παιδὸς ἡ βασιληίη, ubi vid. adn. — (144) Hermes l. c. : ὃς γὰρ οὐχ ἑστηκε ῥοπὴν ἔχων οὐδὲ κέντρου μοίρην χρόνος, πῶς ἐνεστὼς εἶναι λέγεται ὁ μηδὲ ἑστάναι δυνάμενος; καὶ πάλιν ὁ παρεληλυθὼς συνάπτων τῷ ἐνεστῶτι καὶ ὁ ἐνεστὼς τῷ μέλλοντι εἰς γίνεται· οὐ γὰρ χωρὶς αὐτῶν εἰσι τῇ ταυτότητι καὶ τῇ ἑνότητι καὶ τῇ συνεχείᾳ. Οὕτω καὶ συνεχὴς καὶ διεστὼς γίνεται εἰς ὧν καὶ ὁ αὐτὸς χρόνος. — (145) Χρόνος γὰρ πάντων πρώτων ὕστατόν θ' ἅμα κτλ.

(146) Iamblichus vit. Pythag. 36. — (147) Porphyrius apud Stobæum Eclog. lib. I cap. 3 p. 50 ed. Heeren. — (148) Herodotus lib. VII, 214 : ἔστι δὲ ἕτερος λεγόμενος λόγος, ὡς Ὀνήτης τε ὁ Φαναγόρεω, ἀνὴρ Καρύστιος κτλ. Pausanias lib. V, 27, 8 : Ὀνάταν δὲ τὸν Αἰγινήτην κτλ. Adde tesseram hospitalem insertam Bibliothecæ antiq. litt. et art. tom. V p. 1 sqq. (Gottingæ 1789). — (149) Schol. Theocrit. ad idyll. XIII, 46. — (150) Schol. Apoll. I, 1207. 1236.— (151) Diogenes Laertius VIII, 83 : Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης, καὶ οὗτος Πυθαγόρου ἠκήκουσε κτλ. Aristoteles Metaph. I, 5 : καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ. — (152) Diogenes Laertius l. c. : ἦν δὲ Πειρίθου υἱός, ὡς αὐτὸς ἐναρχόμενος τοῦ συγγράμματός φησιν· Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης τάδε ἔλιξε, Πειρίθου υἱός, Βροντίνῳ καὶ Λέοντι καὶ Βαθύλλῳ κτλ. — (153) Diogenes Laertius l. c. : καὶ τὰ πλεῖστά γε ἰατρικὰ λέγει, ὅμως δὲ καὶ φυσιολογεῖ ἐνίοτε. Δοκεῖ δὲ πρῶτος φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Clemens Alexandrinus Strom. I p. 308. C : Ἀλκμαίων γοῦν Πειρίθου Κροτωνιάτης πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν. Theodoretus Serm. I : Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτόν φασι περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον. — (154) Vid. fragm. 1.— (155) Vid. fragm. 2.— (156) Vid. fragm. 3.— (157) Vid. fragm. 4.

dum per respirationem odores trahit, censuit nos odorari. Eidem (158) placet audire nos inani quod intra aurem est; id enim personare irrumpente aere, siquidem vacua omnia sonant. Duo (159) humanarum rerum genera distinxit quorum alterum alteri oppositum esset, bonum et malum, dulcedinem et amaritudinem, magnitudinem et parvitatem, colorem album et nigrum. Sed quid ei peculiare fuerit de duplici hoc rerum genere quærenti, ignoramus. Lunam (160) quam per scaphæ conversionem deficere opinatur æterna natura præditam esse contendit (161). Adde quod soli et reliquis sideribus divinitatem dedit. Quin etiam animum humanum immortalem appellavit (162) eumque solis instar perpetuo moveri arbitratus est. Soli latitudinem ita tribuit, ut eum disci, non globi figuram habere existimet (163). Fragmenta ejus nulla supersunt exceptis paucis sententiis quas Pythagoreorum reliquiis adjungam. Adversus Alcmæonem Aristoteles scripsit commentarium qui jam pridem intercidit, memoratum Diogeni Laertio lib. V, 25.

Theano (164), Brontini Crotoniatæ filia et Pythagoræ uxor, quam Telaugis, Mnesarchi, Damonis, Myiæ et Arignotes matrem veteres scriptores nominant, mulierum philosopharum prima (165) ac celeberrima fuit. Quæ quum sexus sui decus esset, insano ejus amore flagrasse Pythagoram testatur Hermesianax apud Athenæum (166) versibus in hanc sententiam scriptis :

> Pythagoras Samius nam qualibus ipse Theanus
> Est actus furiis, multa geometriæ
> Qui reperit secreta, poli quisve ambitus ampli,
> In sphæra exigua et omnia constituit.

Miram in ea modestiam rerumque humanarum despicientiam fuisse, intelligitur ex hoc quod interroganti quomodo gloriam consecutura esset, respondit : *telam percurrendo meumque lectum curando* (167). Eadem vestem aliquando induens brachium exseruit, et quum quidam dixisset, *Pulcher hic cubitus est,* respondere non dubitavit, *at non publicus* (168). Addit Plutarchus ejus rei auctor, pudicæ mulieris non modo cubitum, sed ne sermonem quidem publicum esse debere, voceque ad alienos, tanquam parum conveniente nudatione, ei abstinendum esse. Namque in voce cerni loquentis simul perturbationem simul mores et animi affectionem. Accedit quod interrogata, quot diebus mulier post viri congressionem pura fieret : *a suo*, inquit, *viro confestim, ab alieno vero nunquam* (169). Itaque etiam sciscitanti ab ipsa quid deceret matronam, non aliud responsum dedit quam : *Viro suo placere* (170). Quid? quod satius esse affirmavit equo effreno (171), quam mulieri inconsideratæ se committere. Porro ei placet de quibus (172) dicere honestum sit, de iis turpe esse silere; de quibus autem turpe sit dicere, de iis silere melius esse. Insuper interrogata (173) quid esset amor, animi otiosi affectionem esse præ se tulit. Denique in naturæ contemplatione illam animorum immortalitatis vindicem fuisse cum aliunde conjici licet, tum efficitur e dicto ejus quod Clemens Alexandrinus servavit. Esset enim, inquit, revera vita convivium improbis, qui moriuntur postquam omni malitiæ dediti fuerunt, nisi animus esset immortalis (174).

Multa scripsisse Theano relatum legimus apud Diogenem Laertium lib. VIII, 43 (175) atque in

(158) Fr. 5 — (159) l. c. : λέγων· δύο τὰ πολλὰ ἐστιτῶν ἀνθρωπίνων. Aristot. Metaph. I, 5 Diog. φησὶ γὰρ [ὁ Ἀλκμαίων] εἶναι δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας οὐχ ὥσπερ οὗτοι διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας, οἷον λευκὸν μέλαν, γλυκὺ πικρόν, ἀγαθὸν κακόν, μικρὸν μέγα. — (160) Stob. Eclog. ib. I cap. 27 p. 558 ed. Heeren. : Περὶ δὲ ἐκλείψεως σελήνης. Ἀλκμαίων, Ἡράκλειτος, Ἀντιφῶν κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφὴν καὶ τὰς περικλίσεις. — (161) Diogenes Laertius l. c. : καὶ τὴν σελήνην ταύτην καθόλου ἔχειν ἀΐδιον φύσιν. Clemens in Admonitione ad Gentes p. 43. D : ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι, ἐμψύχους ὄντας. Conf. Cicero de nat. deorum lib. I cap. 27. — (162) Diogenes Laertius l. c. : ἔφη δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς ὡς τὸν ἥλιον. Theodoretus Sermon. v. : Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν, Ἀλκμὰν δὲ αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν. Stobæus Eclog. lib. I cap. 52 pag. 796 ed. Heer. : Ἀλκμαίων φύσιν αὐτοκίνητον κατ' ἀΐδιον κίνησιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατον αὐτὴν καὶ προσεμφερῆ τοῖς θείοις ὑπολαμβάνει. — (163) Stobæus Eclog. lib. I cap. 26 p. 526 : Ἀλκμαίων πλατὺν εἶναι τὸν ἥλιον. Idem Eclog. lib. I cap. 25 p. 516 ed. Heer. : τῶν μαθηματικῶν τινὲς μὲν ὡς Πλάτων φασὶν εἶναι τὴν τάξιν τῶν ἀστέρων, τινὲς δὲ μέσον πάντων τὸν ἥλιον, ταυτὸ δὲ πεπονθέναι τῷ ἑωσφόρῳ τὸν στίλβοντα, ἰσοδρομεῖν δὲ αὐτοὺς τῷ ἡλίῳ καὶ συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ· καὶ τότε μὲν προανατέλλοντα ἑωσφόρον φαίνεσθαι, τότε δ' ἐπικαταδυόμενον ἕσπερον καλεῖσθαι· τοὺς δὲ πλανήτας τοῖς ἀπλανέσιν ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι. Τοῦτο δὲ συνομολογεῖ καὶ Ἀλκμαίων. — Alias Alcmæonis sententias vide apud Theophrastum libro de sensu.

(164) Vide supra not. 29. — (165) Clemens Alexandrinus Strom. I p. 309 : Δίδυμος δ' ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῆς φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιᾶτιν πρώτην γυναῖκα φιλοσοφῆσαι... ἱστορεῖ. — (166) Hermesianax apud Athenæum lib. XIII p. 597 : οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης εὑρόμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθήρ, βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον. — (167) Vid. fragm. 2. — (168) Vid. fragm. 3. — (169) Vid. fragm. 4. — (170) Vid. fragm. 6. — (171) Vid. fragm. 7. — (172) Vid. fragm. 8. — (173) Vid. fragm. 9. — (174) Vid. fragm. 5. — (175) Diogenes Laertius

antiquarum litterarum monumentis. Ac primum quidem libri ejus de pietate fragmentum affert Stobæus in Eclogis, ex quo discimus, non ex numeris, quæ plerorumque Græcorum fuit opinio, sed ad numerorum normam omnia nasci Pythagoram existimasse (176). Deinde condidisse eam carmina memoriæ prodit Clemens (177). Præterea non solum commentarios de sapientiæ disciplina confecisse, sed etiam apophthegmata et poemata epica reliquisse eam auctor est Suidas (178). Postremo ejus ad Timaretam epistolam citat Pollux lib. X cap. 3. Feruntur autem in codicibus manu exaratis sub ejus nomine plures epistolæ, editæ ab Henr. Stephano (179), Luca Holstenio (180), Jo. Conr. Orellio (181). Nos præter fragmentum illud quod Stobæo debemus paucas ejus sententias e variis scriptoribus collectas infra ponere satis habebimus. Censorinus de die natali cap. 7 Theano, Aristotelem, Empedoclem, alios iis annumerat philosophis qui mulierem septimo mense parere posse arbitrati sunt. Meminit ejus Theophylactus Simocatta in ἀπορίαις φυσικαῖς, item Apostolius XVIII, 39 proverb. Mortuo Pythagora (182), ne disciplina a marito fundata interiret, scholam ejus cum Telauge et Mnesarcho filiis regendam suscepit. Talem igitur mulierem, quales vix singulæ singulis sæculis nascuntur, Plutarchus in optimarum numero reponit. Etenim in Præceptis conjugalibus (183) ita Eurydicen affatur: « Nam divitis alicujus mulieris uniones aut alicujus peregrinæ sericas vestes adipisci iisque te ornare non possis, nisi magna emas pecunia: sed Theanûs ornamenta et Cleobulinæ et Gorgûs quæ Leonidæ fuit uxor, et Timocleæ quæ Theagenis soror, et Claudiæ illius priscæ, et Corneliæ Scipionis sororis aliarumque illustris famæ mulierum gratis licet tibi sumere, iisque te decorare vitamque degere gloriosam atque felicem. »

lib. VIII, 43 : σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Τηλαύγους οὐδέν, τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεανοῦς τινα. — (176) Vid: fragm. 1. — (177) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I p. 309 : Δίδυμος ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῆς φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναῖκα φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱστορεῖ. — (178) Suidas : ὑπομνήματα φιλόσοφα καὶ ἀποφθέγματα καὶ ποιήματα ὅτ' ἐπῶν. — (179) Theanus epistolæ vulgatæ sunt ab Henr. Stephano in Diogenis Laertii editione. Sic autem eas inscripsit : Θεανοῦς ἐπιστολαί, ἥτις Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ προσαγορεύεται. — (180) Quatuor ab illis diversas quæ prius in lucem editæ erant Theanus epistolas ex codice Vaticano publici juris fecit Lucas Holstenius in Annotationibus ad Porphyrii vitam Pythagoræ pag. 22 seqq. ed. Kuster. — (181) In Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoreorum Epistolis, Lipsiæ 1815. — (182) Theodoretus Græc. affect. curat. lib. II. — (183) Plutarchus Præcept. conjug. vol. VII pag. 429 seq. ed. Hutten.: Τοὺς μὲν γὰρ τῆσδε τῆς πλουσίας μαργαρίτας, καὶ τὰ τῆσδε τῆς ξένης σηρικὰ λαβεῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ περιθέσθαι, μὴ πολλοῦ πριαμένην· τὰ δὲ Θεανοῦς κόσμια, καὶ Κλεοβουλίνης, καὶ Γοργοῦς, τῆς Λεωνίδου γυναικός, καὶ Τιμοκλείας, τῆς Θεαγένους ἀδελφῆς, καὶ Κλαυδίας τῆς παλαιᾶς, καὶ Κορνηλίας τῆς Σκιπίωνος, καὶ ὅσαι ἐγένοντο θαυμασταὶ καὶ περιβόητοι, ταῦτα δ' ἔξεστι περικειμένην προῖκα καὶ κοσμουμένην αὐτοῖς, ἐνδόξως ἅμα βιοῦν καὶ μακαρίως.

dum per respirationem odores trahit, censuit nos odorari. Eidem (158) placet audire nos inani quod intra aurem est; id enim personare irrumpente aere, siquidem vacua omnia sonant. Duo (159) humanarum rerum genera distinxit quorum alterum alteri oppositum esset, bonum et malum, dulcedinem et amaritudinem, magnitudinem et parvitatem, colorem album et nigrum. Sed quid ei peculiare fuerit de duplici hoc rerum genere quærenti, ignoramus. Lunam (160) quam per scaphæ conversionem deficere opinatur æterna natura præditam esse contendit (161). Adde quod soli et reliquis sideribus divinitatem dedit. Quin etiam animum humanum immortalem appellavit (162) eumque solis instar perpetuo moveri arbitratus est. Soli latitudinem ita tribuit, ut eum disci, non globi figuram habere existimet (163). Fragmenta ejus nulla supersunt exceptis paucis sententiis quas Pythagoreorum reliquiis adjungam. Adversus Alcmæonem Aristoteles scripsit commentarium qui jam pridem intercidit, memoratum Diogeni Laertio lib. V, 25.

Theano (164), Brontini Crotoniatæ filia et Pythagoræ uxor, quam Telaugis, Mnesarchi, Damonis, Myiæ et Arignotes matrem veteres scriptores nominant, mulierum philosopharum prima (165) ac celeberrima fuit. Quæ quum sexus sui decus esset, insano ejus amore flagrasse Pythagoram testatur Hermesianax apud Athenæum (166) versibus in hanc sententiam scriptis :

> Pythagoras Samius nam qualibus ipse Theanus
> Est actus furiis, multa geometriæ
> Qui reperit secreta, poli quisve ambitus ampli,
> In sphæra exigua et omnia constituit.

Miram in ea modestiam rerumque humanarum despicientiam fuisse, intelligitur ex hoc quod interroganti quomodo gloriam consecutura esset, respondit : *telam percurrendo meumque lectum curando* (117). Eadem vestem aliquando induens brachium exseruit, et quum quidam dixisset, *Pulcher hic cubitus est,* respondere non dubitavit, *at non publicus* (168). Addit Plutarchus ejus rei auctor, pudicæ mulieris non modo cubitum, sed ne sermonem quidem publicum esse debere, voceque ad alienos, tanquam parum conveniente nudatione, ei abstinendum esse. Namque in voce cerni loquentis simul perturbationem simul mores et animi affectionem. Accedit quod interrogata, quot diebus mulier post viri congressionem pura fieret : *a suo*, inquit, *viro confestim, ab alieno vero nunquam* (169). Itaque etiam sciscitanti ab ipsa quid deceret matronam, non aliud responsum dedit quam : *Viro suo placere* (170). Quid? quod satius esse affirmavit equo effreno (171), quam mulieri inconsideratæ se committere. Porro ei placet de quibus (172) dicere honestum sit, de iis turpe esse silere; de quibus autem turpe sit dicere, de iis silere melius esse. Insuper interrogata (173) quid esset amor, animi otiosi affectionem esse præ se tulit. Denique in naturæ contemplatione illam animorum immortalitatis vindicem fuisse cum aliunde conjici licet, tum efficitur e dicto ejus quod Clemens Alexandrinus servavit. Esset enim, inquit, revera vita convivium improbis, qui moriuntur postquam omni malitiæ dediti fuerunt, nisi animus esset immortalis (174).

Multa scripsisse Theano relatum legimus apud Diogenem Laertium lib. VIII, 43 (175) atque in

(158) Fr. 5 — (159) l. c. : λέγων· δύο τὰ πολλὰ ἐστιτῶν ἀνθρωπίνων. Aristot. Metaph. I, 5 Diog. φησὶ γὰρ [ὁ Ἀλκμαίων] εἶναι δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας οὐχ ὥσπερ οὗτοι διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας, οἷον λευκὸν μέλαν, γλυκὺ πικρόν, ἀγαθὸν κακόν, μικρὸν μέγα. — (160) Stob. Eclog. ib. I cap. 27 p. 558 ed. Heeren. : Περὶ δὲ ἐκλείψεως σελήνης. Ἀλκμαίων, Ἡράκλειτος, Ἀντιφῶν κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφὴν καὶ τὰς περικλίσεις. — (161) Diogenes Laertius l. c. : καὶ τὴν σελήνην ταύτην καθόλου ἔχειν ἀΐδιον φύσιν. Clemens in Admonitione ad Gentes p. 43. D : ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι, ἐμψύχους ὄντας. Conf. Cicero de nat. deorum lib. I cap. 27. — (162) Diogenes Laertius l. c. : ἔφη δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς ὡς τὸν ἥλιον. Theodoretus Sermon. v. : Θαλῆς τοίνυν κένληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν, Ἀλκμὰν δὲ αὐτὴν αὐτοκίνητον εἰρηκεν. Stobæus Eclog. lib. I cap. 52 pag. 796 ed. Heer. : Ἀλκμαίων φύσιν αὐτοκίνητον κατ' ἀΐδιον κίνησιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατον αὐτὴν καὶ προσεμφερῆ τοῖς θείοις ὑπολαμβάνει. — (163) Stobæus Eclog. lib. I cap. 26 p. 526 : Ἀλκμαίων πλατὺν εἶναι τὸν ἥλιον. Idem Eclog. lib. I cap. 25 p. 516 ed. Heer. : τῶν μαθηματικῶν τινὲς μὲν ὡς Πλάτων φασὶν εἶναι τὴν τάξιν τῶν ἀστέρων, τινὲς δὲ μέσον πάντων τὸν ἥλιον, ταυτὸ δὲ πεπονθέναι τῷ ἰωσφόρῳ τὸν στίλβοντα, ἰσοδρομεῖν δὲ αὐτοὺς τῷ ἡλίῳ καὶ συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ· καὶ τότε μὲν προανατέλλοντα ἑωσφόρον φαίνεσθαι, τότε δ' ἐπικαταδυόμενον ἕσπερον καλεῖσθαι· τοὺς δὲ πλανήτας τοῖς ἀπλανέσιν ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι. Τοῦτο δὲ συνομολογεῖ καὶ Ἀλκμαίων. — Alias Alcmæonis sententias vide apud Theophrastum libro de sensu.

(164) Vide supra not. 29. — (165) Clemens Alexandrinus Strom. I p. 309 : Δίδυμος δ' ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῆς φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιᾶτιν πρώτην γυναῖκα φιλοσοφῆσαι... ἱστορεῖ. — (166) Hermesianax apud Athenæum lib. XIII p. 597 : οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης εὑρόμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθήρ, βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσόμενον. — (167) Vid. fragm. 2. — (168) Vid. fragm. 3. — (169) Vid. fragm. 4. — (170) Vid. fragm. 6. — (171) Vid. fragm. 7. — (172) Vid. fragm. 8. — (173) Vid. fragm. 9. — (174) Vid. fragm. 5. — (175) Diogenes Laertius

antiquarum litterarum monumentis. Ac primum quidem libri ejus de pietate fragmentum affert Stobæus in Eclogis, ex quo discimus, non ex numeris, quæ plerorumque Græcorum fuit opinio, sed ad numerorum normam omnia nasci Pythagoram existimasse (176). Deinde condidisse eam carmina memoriæ prodit Clemens (177). Præterea non solum commentarios de sapientiæ disciplina confecisse, sed etiam apophthegmata et poemata epica reliquisse eam auctor est Suidas (178). Postremo ejus ad Timaretam epistolam citat Pollux lib. X cap. 3. Feruntur autem in codicibus manu exaratis sub ejus nomine plures epistolæ, editæ ab Henr. Stephano (179), Luca Holstenio (180), Jo. Conr. Orellio (181). Nos præter fragmentum illud quod Stobæo debemus paucas ejus sententias e variis scriptoribus collectas infra ponere satis habebimus. Censorinus de die natali cap. 7 Theano, Aristotelem, Empedoclem, alios iis annumerat philosophis qui mulierem septimo mense parere posse arbitrati sunt. Meminit ejus Theophylactus Simocatta in ἀπορίαις φυσικαῖς, item Apostolius XVIII, 39 proverb. Mortuo Pythagora (182), ne disciplina a marito fundata interiret, scholam ejus cum Telauge et Mnesarcho filiis regendam suscepit. Talem igitur mulierem, quales vix singulæ singulis sæculis nascuntur, Plutarchus in optimarum numero reponit. Etenim in Præceptis conjugalibus (183) ita Eurydicen affatur: « Nam divitis alicujus mulieris uniones aut alicujus peregrinæ sericas vestes adipisci iisque te ornare non possis, nisi magna emas pecunia: sed Theanûs ornamenta et Cleobulinæ et Gorgûs quæ Leonidæ fuit uxor, et Timocleæ quæ Theagenis soror, et Claudiæ illius priscæ, et Corneliæ Scipionis sororis aliarumque illustris famæ mulierum gratis licet tibi sumere, iisque te decorare vitamque degere gloriosam atque felicem. »

lib. VIII, 43 : σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Τηλαύγους οὐδέν, τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεανοῦς τινα. — (176) Vid. fragm. 1. — (177) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I p. 309 : Δίδυμος ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῆς φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναῖκα φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱστορεῖ. — (178) Suidas : ὑπομνήματα φιλόσοφα καὶ ἀποφθέγματα καὶ ποιήματα ὀπῶν. — (179) Theanus epistolæ vulgatæ sunt ab Henr. Stephano in Diogenis Laertii editione. Sic autem eas inscripsit : Θεανοῦς ἐπιστολαί, ἧτις Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ προσαγορεύεται. — (180) Quatuor ab illis diversas quæ prius in lucem editæ erant Theanus epistolas ex codice Vaticano publici juris fecit Lucas Holstenius in Annotationibus ad Porphyrii vitam Pythagoræ pag. 22 seqq. ed. Kuster. — (181) In Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoreorum Epistolis, Lipsiæ 1815. — (182) Theodoretus Græc. affect. curat. lib. II. — (183) Plutarchus Præcept. conjug. vol. VII pag. 429 seq. ed. Hutten.: Τοὺς μὲν γὰρ τῆσδε τῆς πλουσίας μαργαρίτας, καὶ τὰ τῆσδε τῆς ξένης σηρικὰ λαβεῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ περιθέσθαι, μὴ πολλοῦ πριαμένην· τὰ δὲ Θεανοῦς κόσμια, καὶ Κλεοβουλίνης, καὶ Γοργοῦς, τῆς Λεωνίδου γυναικός, καὶ Τιμοκλείας, τῆς Θεαγένους ἀδελφῆς, καὶ Κλαυδίας τῆς παλαιᾶς, καὶ Κορνηλίας τῆς Σκιπίωνος, καὶ ὅσαι ἐγένοντο θαυμασταὶ καὶ περιβόητοι, ταῦτα δ' ἔξεστι περικειμένην προῖκα καὶ κοσμουμένην αὐτοῖς, ἐνδόξως ἅμα βιοῦν καὶ μακαρίως.

DE SOPHISTIS.

Antequam singulorum soppistarum res separatim referam, pauca in universum de virorum illorum in litteras meritis præfanda mihi videntur. Quamquam veteribus sæculis clarissima Protagoræ, Gorgiæ cæterorumque sophistarum nomina fuerunt multaque de iis scripsit Plato : tamen nulla philosophiæ antiquæ pars tam crassis occultata ac circumfusa tenebris latet, quam sophistica disciplina. Quum enim Plato in pluribus dialogis, velut in Gorgia, Menone, Protagora, Euthydemo, Theæteto perversas opiniones eorum qui illo tempore virtutis, eloquentiæ et reipublicæ bene administrandæ magistros sese profitebantur redarguat, in personarum autem moribus depingendis sententiisque memorandis ad comici poetæ licentiam proxime accedat : cavendum est ne hos historiæ fontes ipsosque viros qui optime de Græcia meruerunt ex præsumta opinione potius quam ex veritate æstimemus. Idem fere de Xenophonte dicendum. Posterioris vero ætatis scriptores pauca eaque ipsa non satis explorata de philosophis istam sectam professis narraverunt. Quo factum est ut recentiorum plerique Platonis potissimum auctoritate permoti sophistarum decreta olim aut negligenda putarint aut certe perperam de iis judicarint. Quapropter grato animo eruditorum hominum (1) laudes prædicandæ sunt qui primi nostra memoria sine ira et studio de sophistis exponere instituerunt. Quum vero quatuor fere sophistarum scholæ ita inter se differrent, ut dialectica Protagoræ, Prodici philosophia moralis, Hippiæ physica, Gorgiæ denique rhetorica maxime propria fuisse videatur : communis tamen omnium fuit eloquentia admirabilis ac deorum popularium contemtus. Itaque primum de dicendi artificio a sophistis et invento et prope consummato, deinde de isto rerum divinarum contemtu, quantum per hujus loci angustias licet, commentabimur.

Eloquentiam non uno sæculo floruisse, sed in maxima temporum, gentium, ingeniorum varietate judiciique ac voluntatis dissimilitudine omnium sæculorum gentiumque ornamentum esse constat. Vere enim Cicero ait : « hoc uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possumus. Quamobrem quis hoc non jure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut quo uno homines maxime bestiis præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut vero jam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere, aut jam constitutis civitatibus leges, judicia, jura describere? » Merito igitur jam antiquissimis temporibus homines diserti omnibus placebant, quia magnam semper vim habuit oratio. Neque enim Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulixi tribuisset Homerus et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem, nisi jam tum esset bonos eloquentiæ : neque hic ipse poeta quem multo post bellum Trojanum vixisse veteres arbitrantur aut quicunque Homericorum carminum auctor fuit tam ornatus in singulis verbis atque sententiis et quoad epici sermonis simplicitas ferebat prope orator fuisset, nisi homines versuum ac dictionis pulchritudine caperentur. Sed antequam solutæ orationis scriptio increbruisset, nulla fuit ars oratoria. Itaque laudes istæ quibus Ulixes et Nestor aliique facundi ex priscis illis mortalibus viri a poetis afficiuntur referendæ sunt tantum ad quandam linguæ volubilitatem verborumque flumen quod audientium aures impleret ac tum gravitatis tum

(1) Jac. *Geelii* historia critica sophistarum qui Socratis ætate Athenis doruerunt, in Nov. actis litt. societ. Rhenotrajectinæ II. Ultrajecti 1823. H. *Roller*, die griechischen Sophisten zu Socrates und Platos Zeit und ihr Einfluss auf Beredsamkeit und Philosophie. Stutgardiæ 1832; G. F. *Rosecheri* de historicæ doctrinæ apud sophistas majores vestigiis disputatio. Gottingæ 1838; G. *Baumhaueri* dissertatio de quæstione quam vim sophistæ habuerint Athenis ad ætatis suæ disciplinam, mores ac studia immutanda. Trajecti Batavorum 1844; H. *Schildener* de Sophistis in Jahnii Archiv. philol. vol. XVII pag. 385 seqq. 1851; J. *Frei* Beiträge zur Geschichte der griechischen Sophistik in Mus. Rhenan. N. S. VII, 1850, p. 527-554 et VIII, 1853, p. 268-279; A. J. *Vitringæ* de sophistarum scholis quæ Socratis ætate Athenis floruerunt commentatio in Mnemos. II, 1853.

suavitatis et dulcedinis commendationem haberet. At ipsas eorum orationes non politas et elegantes, sed propter antiquitatis quasi rubiginem horridiores fuisse nemo non videt. Neque vero soluta oratio per se sufficit ad disertos faciendos, nisi ea est reipublicæ forma quæ civibus quotidie uberrimam dicendi materiam præbeat hominumque ingenia multarum magnarumque rerum meditatione alat. Præterea neque in nascentibus civitatibus neque in belligerantibus dicendi cupiditas oriri solet. Pacis est comes otiique socia et jam bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. Est porro opus libertate quadam et juris æquabilitate, quæ non reperitur nisi in republica bonis legibus temperata, ut oratores tam a servili adulatione et potentiorum metu quam ab humiliorum contemtu absint utque sine odio atque amore pro rerum dignitate verba faciant. Agunt autem viri eloquentes in concionibus, comitiis, conciliis, judiciis de omni publicorum negotiorum ac temporum varietate, de pace et bello, de legibus vel ferendis vel abrogandis, de civium litibus, de sapientium et fortium virorum, qui domi militiæque de patria bene meruerunt, laudibus atque ornamentis, de magistratibus vel ducibus creandis, de legationibus obeundis aliisque hujusmodi rebus. Quum igitur Atheniensium respublica illustribus viris in omni artium ac doctrinarum genere abundaret neque præstantibus belli ducibus careret atque insuper rerum gestarum gloria floreret : non est quod miremur in illo Musarum et Gratiarum domicilio hominibus facundis dicendi argumenta nunquam defuisse. Hinc ingens oratorum numerus apud solos Athenienses exortus est quorum vel nominibus commemoratis perfectissimæ eloquentiæ species animis audientium occurrit. Et revera una urbs Attica pluribus sanæ eloquentiæ operibus quam universa Græcia excelluit. Namque hoc studium non commune Græciæ, sed proprium Athenarum fuit. Quis autem aut Argivum oratorem novit, aut Corinthium, aut Thebanum, aut Lacedæmonium? Nimirum si qui forte inter istos exstitere, velut inter Thebanos Epaminondas, et pauci fuere et Atheniensibus inferiores. Cæterum haud pauci qui veram eruditionem cum eloquentia conjungerent in Atheniensium republica prospero fortunæ flatu usi summos honorum gradus assecuti sunt multumque apud populum auctoritate valuerunt. His annumerandi primum Solon, a quo Atheniensium disciplina legibus astricta est, et Pisistratus tyrannus, deinde Themistocles magnus in bello nec minor in pace. Sed quamvis Athenienses libertate fruerentur, tamen hæc dicendi vis et copia non ante inventam artem oratoriam perfecta est. Hujus inventio Siculis debetur. Ait enim Aristoteles sublatis in Sicilia tyrannis i. e. tertio Olympiadis septuagesimæ octavæ anno vel ante Chr. n. 466, quum res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa naturâ, artem et præcepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen, et de scripto plerosque dicere. Addit philosophus scriptas esse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes quæ nunc communes appellantur loci. Quod idem fecisse Gorgiam, quum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quia judicaret hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere. De reliquo inter auctores convenit Gorgiam dialecticorum more de omni re proposita disputasse suaque disserendi ratione ad perficiendam oratoriam artem multum attulisse. Adde quod non solum apud Leontinos in Sicilia, sed apud Athenienses quoque artem professus est, qui hujus æque ac Protagoræ ingenium dicendique facultatem et præcepta admirati sunt. Cæteroqui Gorgias Empedoclis discipulus fuit, quem, si vera sunt quæ Diogenes Laertius lib. VIII, 57 scribit, Aristoteles in Sophista, libro deperdito, primum attigisse rhetoricen atque adeo artem primum commovisse (κεκινηκέναι) tradidit. Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodammodo oratio, tum etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. Nam præter Gorgiam Leontinum et Protagoram Abderiten, Thrasymachus Chalcedonius, Prodicus Ceus, Hippias Eleus aliique in honore magno fuerunt. Quum igitur Sophistæ animum ad ornandam rhetoricam disciplinam appulissent, omnes ejus partes summa cura tractatæ sunt ipsique eloquentiæ eorum operâ fastigium impositum est. Etsi enim postea Antiphon Rhamnusius, Lysias, Isocrates cæterique oratores Attici tam præceptis quam quotidiano dicendi usu et exercitatione inchoatum ab aliis opus absolverunt : tamen a Sophistis rei fundamenta tam præclare jacta erant, ut ipsi soli oratoriam artem et invenisse et perfecisse viderentur. Accedit quod postea Asiani ab atticæ eloquentiæ norma aberrantes veram dicendi vim quam primi Sophistæ perspexerant fregerunt orationemque enervarunt. Manet igitur Sophistis illa laus semper-

que manebit, licet haud pauci eos de genere humano male meruisse conquesti sint, quod docuerint discipulos, quemadmodum causa inferior dicendo superior fieri posset. Hoc illud est quod veteres scriptores ajunt Sophistas esse solitos τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Verum cum in cæteris eximia, tum longe maxima ars in Protagora fuit qui qualemcumque causam superiorem fecit. Quæ persuadendi ratio quum ad quamlibet disputandi materiam non sine fructu adhiberi posset, plurimum tamen in litibus forensibus valebat, quoniam suam quisque malam causam bonam reddebat, de mala causa ita disserens, ut bona esse judicibus videretur ipseque victor e judicio discederet. Quod reliquum est, oratores verba facientes in omni conventu ac cœtu publico quem πανήγυριν Græci vocant, porro in quavis festa celebritate, in legationibus obeundis, in illustrium virorum exsequiis, denique in causis apud judices agendis ad argumentorum dignitatem accommodare orationes suas ac suum cuique rei et proprium dicendi genus tribuere debebant. Sunt enim, si quis elocutionis discrimina tangere velit, plura causarum genera pluresque orationum formæ magna ex parte jam a Sophistis inventæ. Illud autem observandum quod a nostræ ætatis consuetudine abhorret, in rebus sacris nullum apud veteres fuisse eloquentiæ locum. Quippe totus deorum cultus sacrificiis, precibus, cærimoniis ac verecundia quadam continebatur. Sed hæc hactenus.

Transeo ad res divinas a Sophistis et aliis philosophis contemtas. Herodotus (3) auctor est Homerum atque Hesiodum, quos quadringentis ante suam ætatem annis exstitisse opinatur, primos historiam fabularem ita composuisse, ut deorum omnium ortus memoriæ traderent, suum cuique nomen darent, aliis alios honores et artificia tribuerent, singulorum denique formas verbis depingerent. Quum igitur poetæ illi patrios deos commenti sint, quos postea Græci divino honore affecerunt : non est quod miremur mature homines sapientes de talium deorum auctoritate dubitasse. Itaque Xenophanes (4) « omnia, inquit, diis ascripserunt Homerus et Hesiodus, quæcumque inter homines dedecus et probrum putantur, plurimaque pronuntiarunt nefarie a diis facta, furta, adulteria, mutuas fraudes. » Dicit autem deos immortales ita a priscis carminum conditoribus esse informatos, ut ad hominum similitudinem accederent, quia quemadmodum leonibus et bubus nihil leone et bove pulchrius sit, sic hominibus humana figura omnium pulcherrima videatur. Quibus erroribus suam de divina natura sententiam ipse non sine cœlesti mentis instinctu opponit. Sunt enim hæc ejus verba (5) : « Unus est deus deorum hominumque summus, nec corpore mortalibus similis nec mente. Totus videt, totus intelligit totusque audit. Sed sine negotio mentis vi cuncta permovet. Semper enim immotum eodem statu manere, neque alias malio igrare perspicuum est. At mortales opinantur deos generari pariter atque ipsos, mortalique sensu et voce et figura esse præditos. Si vero manus haberent boves vel leones, aut pingere manibus atque eadem quæ homines efficere possent, equi similes equis, boves autem bubus similes deorum quoque formas pingerent figurasque formarent tales, quales suo cujusque corpori similes forent. » Xenophani consentanea habet Empedocles v. 389-396 affirmans (6) deum non esse, ut vulgus opinetur, mortali corpore instructum, neque oculis manibusve posse attingi, sed mentem esse sanctam et infinitam, universum celeri cogitatione percurrentem. Idem (7) tamen duplex deorum genus distinxit, alterum æternum, perfectum, sanctissimum, summa denique conspicuum beatitudine, alterum fragile et caducum, ut e terrena materie concretum, ac partim diuturna quidem, sed non

(2) Vide Ciceronem in Bruto cap. 7 seqq., De orat. lib. II cap. 22 seq. atque aliis locis.

(3) Herodotus lib. II, cap. 53 : Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι καὶ οὐ πλέοσι· οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. — (4) Xenophanes fragm. 7, vol. I pag. 102 : πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί, καὶ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα, κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. — (5) Idem l. c. fragm. 1-6 pag. 101 seq.: εἷς θεός ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος, οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος οὔτε νόημα. Οὖλος ὁρᾷ, οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει. Ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα κραδαίνει. Αἰεὶ δ' ἐν ταὐτῷ τε μένειν κινούμενον οὐδέν, οὐδὲ μετέρχεσθαί μιν ἐπιπρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ. Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεννᾶσθαι [ὁμοίως] τὴν σφετέρην τ' αἴσθησιν ἔχειν φωνήν τε δέμας τε. Ἀλλ' εἰ τοι χεῖράς γ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες, ἢ γράψαι χείρεσσι καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες, ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν τοιαῦθ', οἷόν περ καὶ αὐτοὶ δέμας εἶχον ὁμοῖον. — (6) Empedocles v. 389-396, vol. I p. 12 : οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν ἠμετέροις ἢ χερσὶ λαβεῖν, ἥπερ τε μεγίστη πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει. Οὐτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασται, οὐ μὲν ἀπαὶ νώτοιο δύο κλάδοι ἀΐσσονται, οὐ πόδες, οὐ θοὰ γοῦν', οὐ μήδεα λαχνήεντα, ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον, φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν. — (7) Vide dissertationem de Empedocle in Phil. Græc. Fragm. vol.

sempiterna vita præditum, partim vero propter materiæ perennitatem perpetuum, a vitiis etiam hominum instar non immune. Heraclitus etsi orbis ducem rationem sive mentem esse vult per omnem rerum naturam intentam et commeantem, quam etiam Jovis nomine appellat (8) : tamen veterum deorum dignitatem non impugnavit, omnia animarum ac dæmonum plena esse ratus. Contra Democritus (9) immutabili natura solis atomis assignata funditus sustulit deos. Nam simulacra quædam divina, quæ hominibus appropinquarent ac tum benefica tum malefica essent, interire posse arbitrabatur. Quamobrem in enarrandis carminibus Homericis ita versatus est, ut allegorica interpretatione res divinas illustraret. Quum igitur Jovem Solis loco esse contenderet, ambrosiam pro vaporibus quibus Sol nutriretur haberi oportere statuit. Minervam autem prudentiam esse existimavit, Τριτογένειαν nomen a tribus muneribus, quibus prudentia homines augeret ductum pronuntians. Porro nullos omnino deos esse crediderunt, qui idcirco athei vocabantur, Hippo (10), Diagoras Melius (11) aliique a veteribus impietatis insimulati (12). Fuerunt igitur satis multi Homericorum deorum contemtores. Omnino tenendum circa belli Peloponnesiaci tempora neminem fere fuisse apud Græcos hominem philosophia et litteris perpolitum, quin repudiatis poetarum et pictorum portentis totam de diis immortalibus opinionem a viris sapientibus olim reipublicæ causa fictam putaret, ut qui nullo rationis tanquam freno coercerentur, eos ad officium religio duceret. Sed primi aperte deorum naturam sustulisse traduntur Sophistæ. Ex his Protagoras (13) negat se scire, sintne dii an non sint qualesve sint, quia tam rei obscuritas, quam vitæ humanæ brevitas nos id scire prohibeat. Prodicus Ceus (14) ea quæ prodessent hominum vitæ deorum in numero habita esse dixit. Critias (15) a primis rerum publicarum rectoribus, quo facilius leges conditæ observarentur, hominum animos pietate et religione imbutos esse ait. Fuisse enim illis persuasum, si interesse rebus humanis cœleste numen ac mortalium facta simul honesta simul turpia animadvertere videretur, proposità sceleribus pœnâ neminem impune ac flagitiose, sed honeste omnes justeque victuros esse. Tale quid Critias in tragœdia Sisyphi nomine inscripta dicere ausus est. Verum alii quoque poetæ et gravissimi historiarum auctores, quum philosophiæ studio tenerentur, superstitione levati de via majorum vestigiis trita declinarunt. Quum enim una neque multorum annorum spatio divisa ætas tragœdiam per divini spiritus viros Æschylum et Sophoclem illustrasset, qui plurima in fabulis suis sanctitatis et pietatis documenta dederant : Euripides solam philosophiam vitæ humanæ lucem, errorum expultricem, beatitudinis magistram esse arbitratus dogmata Anaxagorea ad componendas fabulas adhibuit. Est autem operæ pretium paucis ejus rationem attingere. Deorum (16), quales a Græcis vulgo colerentur, contemtor Euripides unicum agnovisse deum videtur suapte sponte natum (αὐτοφυῆ), mentem puram, æternam atque adeo infinitam nullaque re egentem. Neque enim, quod aliis placebat, deum mentem esse censuit, quæ materiæ velut infusa cum eaque arcte conjuncta hanc molem spiritus instar cieret atque agitaret, sed puram et a materia longe semotam, cui materiæ natura sua quiescenti et confusæ mens ista divina, cœli et terræ procreatrix, motum atque ornatum attulerit. Cœlum vero sive Ætherem et Terram pro duobus velut elementis habuit, ex quibus cuncta in hoc universo nascerentur, et in quæ cuncta, quum viderentur mori, in suum quodque, dissoluta reciderent. Sed ut carminum suavitati poeta consuleret ingeniique elegantiam ostenderet, quasi imperii quo summus deus omnia regit consortes (συνάρχοντας τῷ μεγίστῳ δαίμονι) rerum parentes Ætherem et Terram tanquam humana forma indutos connubio junxit suasque Amori partes assignavit. Ex hoc conjugio omnia ab initio procreata esse cecinit atque etiam nunc per hos conjuges verno præsertim tempore in mutuos ruentes amplexus suo quidque loco et ordine animatum custodiri conservarique. De summo deo præclarum exstat fragmentum apud

I p. XVII. — (8) Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 313. — (9) Copiose de his rebus disputavi ad Democriti fragm. p. 409 seqq. — (10) Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 81. — (11) Vid. Fabric. Biblioth. Græc. vol. II pag. 654 seq. ed. Harles. Adde Bælii Lexicon hist. et crit. v. Diagoras. — (12) At omnes istos Clemens Alexandrinus in Protreptico p. 15 hunc in modum defendit : θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅτῳ τρόπῳ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ Νικάνορα τὸν Κύπριον, καὶ Διαγόραν, καὶ Ἵππωνα τὸν Μήλιον, τόν τε Κυρηναῖον ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνον, ᾧ Θεόδωρος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἄλλους συχνούς, σωφρόνως βεβιωκότας καὶ καθεωρακότας ὀξύτερόν που τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἀμφὶ τοὺς θεοὺς τούτους πλάνην ἀθέους ἐπικεκλήκασιν, εἰ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν μὴ νενοηκότας, ἀλλὰ τὴν πλάνην γε ὑπωπτευκότας, ὅπερ οὐ σμικρὸν τῆς ἀληθείας ἐρευνήσεως ζώπυρον ἀναῤῥάπτει σπέρμα. — (13) Vid. adnot. ad Protagoræ fragm. 2. — (14) Cicero De nat. deor. lib. I cap. 42. — (15) Apud Sext. Empir. adv. Phys. p. 262 ed. Fabr. Cf. Poet. trag. Græc. Fragm. p. 96 ed. Wagner.

(16) Vid. Valckenarii Diatrib. in Eur. fragm. p. 36.

Clementem Alexandrinum Strom. V, 14 § 115 (pag. 717 ed. Potter.) inter Euripidis fragmenta p. 764 ed. Wagner. e Pirithoo, deperdita tragœdia, petitum. Ibi autem hæc leguntur: ἐν δὲ τῷ Πειρίθῳ δράματι ὁ αὐτὸς [Εὐριπίδης] καὶ τάδε τραγῳδεῖ·

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',
ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Ἐνταῦθα γὰρ τὸν μὲν αὐτοφυῆ τὸν δημιουργὸν νοῦν εἴρηκεν, τὰ δ' ἐξῆς ἐπὶ τοῦ κόσμου τάσσεται, ἐν ᾧ καὶ ἐναντιότητες φωτός τε καὶ σκότους. Euripidem sic imitatus est Grotius:

Te voco, te non aliunde satum,
qui naturam turbine versas
totam ætherio, quem lux circum
noxque atricolor, semper et ingens
circumsultat chorus astrorum.

Subjungam alium locum non minori elegantia commendabilem, quem e fabula nescio qua depromtum servavit Clemens Strom. V, 12 § 71 (p. 688 ed. Potter.). Cf. Eurip. Fragment. ed. Wagner. p. 851.

Σοί, τῷ πάντων μεδέοντι, χοὴν
πέλανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης
ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι
θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας
δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.
Σὺ γὰρ ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων
χθονίων θ' Ἀΐδῃ μετέχεις ἀρχῆς·
πέμψον μὲν φῶς ψυχὰς ἀνέρων
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
πόθεν ἕβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν,
τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους
εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

Tibi cunctorum domino vinum
salsamque molam fero, seu Ditis
tu sive Jovis nomine gaudes.
Cunctis larga defusa manu
de frugibus accipe dona.
Tu namque deos superos inter
sceptrum tractans sublime Jovis
et defunctorum regna tenes.
Tu lucem animis infunde virûm
qui scire volunt, quo sata mentis
lueta sit ortu, quæ causa mali,
cui cœlicolûm rite litando
requiem sit habere laborum.

Cœli sive Ætheris ac Terræ amorem his versibus persequitur Euripides, qui inveniuntur apud Sextum Empiricum adv. Math. VI, 17, p. 360 (p. 751 ed. Bekker.) et Philonem Judæum περὶ ἀφθαρσίας κόσμου § 11 p. 498 ed. Mang. Cf. Eurip. fragm. p. 824 ed. Wagner.

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους
παραδεξαμένη τίκτει θνατούς,
τίκτει δὲ βοράν, φῦλά τε θηρῶν·
ὅθεν οὐκ ἀδίκως
μήτηρ πάντων νενόμισται.
Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ'
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.

Tellus maxima et Jovis æther;
hic quidem hominum deorumque genitor est,
illa vero pluvias guttas humidas
recipiens parit mortales,
funditque cibos et ferarum genera.
Quamobrem haud immerito
mater omnium existimatur.
Redeunt vero in terram
e terra edita; at quæ æthereo
semine nata sunt, ad polum
cœlestem iterum perveniunt. Interit autem nihil
rerum nascentium, sed aliud
ab alio secretum
propriam formam recuperat.

Addo versiculos quos exhibet Athenæus XIII p. 599, et omisso auctoris nomine Stobæus Ecl. Phys. I pag. 268 (p. 100 ed. Gaisf.). Conf. fragm. fab. inc. apud Wagnerum p. 826.

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἀλλ' οὐδ' ἂν εἴποις οὐδὲ μετρήσειας ἂν
ὅση πέφυκε, κἀφ' ὅσον διέρχεται.
Αὕτη τρέφει σὲ κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς·
τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ·
ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεὲς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανός, πληρούμενος
ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν, Ἀφροδίτης πόσις.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα· κἀκτρέφουσ' ἅμα,
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Considerasne quanta sit Venus dea?
Atqui nec unquam dixeris nec senseris,
et quanta sit, lateque quam se porrigat.
Hæc teque meque nutrit, omnes et homines;
signumque non sermone tantum noscito,
sed re tibi vires Veneris ostendero.
Amat quidem imbrem terra, quum siccum solum
squalore sentum guttulas desiderat.
Amat quoque excelsum imbribus cœlum grave,
agitante Venere in gremia terræ labier.
Quumque hæc in unum rite mista sunt duo,
pariuntque nobis nutriuntque omnia simul,
quis vivit ac floret genus mortalium.

Sapientiæ laudes celebravit illo carmine quod ex incerta fabula ductum affertur a Clemente Alexandrino Strom. IV, 25, § 157 (p. 634 ed. Potter.). Cf. fragm. p. 850 ed. Wagner. et Valckenarii Diatr. p. 26.

Ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
ἔσχε μάθησιν μήτε πολιτῶν
ἐπὶ πημοσύνας μήτ' εἰς ἀδίκους
πράξεις ὁρμῶν,
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω, πῆ τε συνέστη
καὶ ὅπη καὶ ὅπως.
Τοῖς γε τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
ἔργων μελέτημα προσίζει.

Felix animo quisquis doctas
imbibit artes : non ille malum
quærit populo : sed nec ad actus
fertur iniquos. Senii ignarum,
Natura, tuum speculatur opus;
ubi consliterit, qui, quoque modo.
Factu quidquid turpe est, animis
id nunquam talibus hæret.

Sed satis de Euripidis philosophia, quæ eo valuit, ut a posteris scenicus philosophus et diceretur (17) et haberetur (18).

Ex iis autem qui jam ante Sophistarum ætatem philosophiæ præcepta scenæ beneficio in lucem atque in hominum celebritatem proferre tentarunt, meritis laudibus cumulatur Epicharmus, Pythagoricæ sapientiæ sectator idemque poeta comicus. De quo quum accurate vol. I pag. 131 seqq. scripserim, hic nihil dicere attinet. Denique quod supra monui, etiam rerum gestarum pronuntiatores e philosophiæ studio maximeque e sophistica disciplina uberrimum percepisse fructum : id principum historicorum exemplo comprobatur. Namque dulcis ille rerum et ornator et narrator Herodotus, qui jure pater historiæ nominatur, suo potius ingenio quam magistri disciplina qua dicendi facultatem qua litterarum scientiam consecutus erat. Accedit quod multis experimentis eruditus ac simul antiquorum vatum vestigiis ingressus humana omnia ad deos referre auctores et infinitam deorum potentiam celebrare solebat. Exstat autem nullum in ejus libris philosophiæ vestigium. Contra qui post eum fuerunt Thucydides, auctor gravissimus, et Xenophon, elegans historiæ scriptor, alter certissimus virtutum vitiorumque æstimator, sollertissimus causarum et eventuum explicator, sagacissimus denique consiliorum arcanorumque mentis humanæ investigator, alter ob sinceram attici sermonis gratiam et orationis dulcedinem Attica apis appellatus neque magis eloquentiæ quam beatæ vitæ magister habitus, præclaris operibus relictis sese cæterarum rerum tractationem cum philosophiæ studio conjunxisse ostendunt. Certe Thucydides, vir probus quidem et sanctus, sed superstitione intactus, ita composuit historiam, ut non tantum bellum Peloponnesiacum integra veritate scriberet, verum etiam tum sua tum aliorum eventa et clarorum virorum facta moresque sine cupiditate et amore ac sine invidia et odio posteris traderet. Si quis vero Herodoteæ historiæ ornamenta cum Thucydidis et Xenophontis laudibus comparaverit, cum alia eximia omniumque communia reperiet, tum Herodotum præcipue rerum divinarum, Thucydidem rationis civilis, Xenophontem moralis philosophiæ studiosum fuisse animadvertet. Satis demonstrasse mihi videor, quantum valuerint Sophistæ, qui Athenis sitienti juventuti eloquentiæ et philosophiæ fontes aperiebant, ad ætatis suæ disciplinam, mores, studia immutanda. Jam vero nemo ignorat scenam comicam apud Athenienses publicæ censuræ instar fuisse. Vere enim Horatius ait Sat. lib. I, 4 : « Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ, atque alii quorum comœdia prisca virorum est, si quis erat dignus describi, quod malus aut fur, quod mœchus foret aut sicarius aut alioqui famosus, multa cum libertate notabant. »

At tantum abfuit ut sola hominum vitia castigarent, ut viris virtutis et sapientiæ gloria præstantibus nocerent. Etenim quicunque rerum divinarum et humanarum cognitione excellere ac sapere plus quam cæteri credebatur, hunc deri-

(17) Ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος nominatur a Clemente Alexandrino Strom. lib. V, 12 § 71, p. 688 ed. Potter. —

(18) A Chrysippo et aliis.

debant atque exagitabant. Quemadmodum igitur Cratinus in Oculatis (Πανόπταις) Hipponem (19), qui aut aquam aut humidum aut aquam igni conjunctam rerum principium esse contendebat, facetiis perstrinxit : sic Aristophanes in Nubibus Socratem tanquam Sophistam et ἄθεον (20) omnibus contumeliis vexavit. Scilicet poetæ isti philosophorum decretis neminem ad bene beateque vivendum uti posse arbitrabantur, eamque ob causam in eos invehi consueverant. Nec deerant qui affirmarent, philosophiæ præceptis atque institutis non solum pietatem adversus deos, sed fidem etiam et societatem generis humani et justitiam tolli, in qua colenda civitatum salutem positam esse omnes mortales una mente consentiunt. Quam inimice Aristophanes Socratem insectatus sit, longum est dicere et ab hoc loco alienum. Duo vero neminem qui fabulam Aristophaneam attente legerit negaturum esse existimo, primum ineptis cavillationibus sophisticæ arti oppositis Socratem, Sophistarum adversarium, non tangi ; deinde tota fabula Atheniensium mores, quales erant circa belli Peloponnesiaci tempora, irrideri. Quamobrem impietatis et ἀθεότητος maculam non tam singulis viris sapientiæ professione claris aut uni Socrati, homini optime de civibus suis merito, quam universis Atheniensibus (21) aspergere voluisse poeta putandus est. Ita enim a perenni contestataque majorum virtute jam degeneraverant Athenienses, ut licet optimis artibus ornati atque omni liberali doctrina politi essent, tamen veterem disciplinam desertam, in somnum a vigiliis, a laboribus ad voluptates, a negotiis in otium conversam esse civitatem appareret. Itaque querelæ, quamvis forsitan civibus quibusdam bonis et reipublicæ studiosis necessariæ viderentur, nemini tamen gratæ fuere, comicique poetæ dum mores emendare conantur veterisque disciplinæ rigorem ac severitatem desiderantes omnia in antiquum statum restitui cupiunt, nihil egerunt. Atque hæc quidem de Sophistis in universum dicta sufficiant.

Superest ut de singulorum sophisticæ artis doctorum vita, moribus, rebus gestis, scriptis et placitis uberius disseram.

---

(19) Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 81 seq. — (20) Socratem Melium vocavit vs. 830, quasi de Diagora Melio loqueretur quem atheum fuisse constat. — (21) Aristophanes, ut hoc unum commemorem, Nub. vs. 818-819 : ἰδοὺ γ' ἰδοὺ Δί' Ὀλύμπιον· τῆς μωρίας· τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.

DE PROTAGORA.

Protagoras (1), Artemonis (2), vel ut aliis placet, Mæandrii (3) filius, Abderæ natus est. Namque Abderitam eum fuisse tradiderunt antiqui scriptores omnes excepto Eupolide, poeta comico, a quo Protagoram facetiis perstrictum atque in Assentatoribus Teïum vocatum esse constat. Id vero comicus sive metro servire coactus fecit, sive quod Abderitæ, quorum urbs Teiorum colonorum adventu incolis aucta erat, interdum Teii appellarentur (4).

(1) Conf. *Geistii* de Protagoræ sophistæ vita dissertatio. Gissæ 1827; Leonardi *Spengelii* de Protagora rhetore ejusque scriptis commentatio in Συναγωγὴ τεχνῶν. Stutgardiæ 1828 p. 52 seqq; L. F. *Herbst*, Protagoras Leben und Sophistik aus den Quellen zusammengestellt. In philol. hist. Studien von Petersen. I Heft. Hamburgi 1832 pag. 88 seqq; Jo. *Frei* quæstiones Protagoreæ. Bonnæ 1845; O. Weberi quæstiones Protagoreæ. Marburgi 1850; Jac. Bernays, die Καταβάλλοντες des Protagoras in Mus. Rhenan. N. S. VII, 1850, p. 464-468; A. J. Vitringæ de Protagoræ vita et philosophia disputatio. Groningæ 1853. — (2) Diogenes Laertius lib. IX, 50 : Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος, ἢ ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δίνων ἐν Περσικοῖς Μαιάνδριου, Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ νόμων· ὡς δ' Εὔπολις ἐν Κόλαξι Τήϊος. Φησὶ γάρ· ἐνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος, ὃς ἀλαζονεύεται μὲν ἀλιτήριος περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει. Addidi duos versus ex Eustathii in Odysseam commentariis, p. 1547, qui Εὔπολις, inquit, τὸν φυσικὸν Πρωταγόραν διαχωμῳδῶν ἐν τῷ· ὃς ἀλαζονεύεται κτλ. Vid. Meinek. fragm. poet. com. antiq. I p. 490, n. X, et Bergkii De reliquiis comœdiæ atticæ comment. p. 103. Plato De republica lib. X, p. 600, C : Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης. Cf. idem in Protagora p. 309. Cf. Suidas v. Πρωταγόρας· Ἀβδηρίτης, υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίου. Philostratus vit. Sophist. p. 494 (ed. Kayser. p. 14) : Πρωταγόρας δὲ ὁ Ἀβδηρίτης κτλ. Stephanus Byzantius v. Ἄβδηρα p. 6 ed. Meinek.: πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται· Νικαίνετος ἐποποιὸς καὶ Πρωταγόρας κτλ. Cicero Brut. cap. VIII § 30 : « Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites etc. » Cf. De nat. deor. lib. I cap. 22, 63 : item De oratore lib. III cap. 32, 128. Gellius Noct. Att. lib. V cap. 3 : Is (Protagoras) Abderam in oppidum, cujus popularis fuit etc. Apulejus Florid. lib. IV, 18 : Protagoras qui sophista fuit longe multiscius, Democriti physici civis æquævus. Ammianus Marcellinus lib. XXII cap. 8 : Abdera, Protagoræ domicilium et Democriti. Nonnulli Eupolidem secuti Protagoram Teïum quoque nominatum esse putarunt. Stephanus Byzantius v. Τέως pag. 619 ed. Meinek.: πόλις Ἰονίας — τὸ ἐθνικὸν Τήϊος — ἀφ' οὗ Πρωταγόρας ὁ Τήϊος. Suidas v. Πρωταγόρας· Ἀβδηρίτης — τινὲς δὲ καὶ Τήϊον αὐτὸν ἔγραψαν. Sed præter eos quos memoravi Abderitam esse volunt Sextus Empiricus adv. Math. lib. IX, 55; Diogenes Laertius IX, 42; Suidas v. Πρόδικος; Clemens Alexandrinus Strom. I p. 301 D; Themist. orat. XIII pag. 161 et orat. XXIII pag. 289; Epist. Socr. XVII pag. 24 ed. Orelli; Interpres græcus ad Plat. De rep. l. c.; Quintilianus lib. III cap. I, 10; Minucius Felix Octav. cap. VIII; Theophilus Ad Autolycum lib. III cap. 7; Epiphanius Adv. hær. lib. III tom. 2 p. 1088 B. Superest unus locus Galeni De philos. hist. cap. VIII : τοὺς μὲν τῶν πρεσβυτέρων φιλοσοφησάντων εὑρήκαμεν θεοὺς ἠγνοηκότας, ὡς Πρωταγόραν τὸν Ἠλεῖον καὶ Θεόδωρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐήμερον τὸν Τεγεάτην. Οὐ γάρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκασιν· ubi pro Πρωταγόραν τὸν Ἠλεῖον fuerunt qui substituerent Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην καὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον vel simpliciter Διαγόραν τὸν Μήλιον reponi juberent. Nam neque Eleus esse creditus est Protagoras, neque ob solam de diis dubitationem atheus. — (3) Philostratus De sophistis lib. I p. 494 : πατὴρ γὰρ ἦν αὐτῷ Μαίανδρος. Eudocia pag. 356 ed. Villois.: Πρωταγόρας Ἀβδηρίτης, υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίου. Schol. ad Plat. De rep. l. c. Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος Ἀβδηρίτης. Epiphanius Adv. hær. lib. III, tom. 2, p. 1088. B. Πρωταγόρας ὁ τοῦ Μενάνδρου Ἀβδηρίτης. — (4) Quod quo facilius intelligatur, Abderitarum res cursim et breviter hic attingam. Conditorem Abderæ urbis, quæ in Thracia haud procul a Nessi fluminis ostio sita mare adjacet, Apollodorus lib. II cap. 5, 8 Herculem nuncupavit. Qui ab Eurystheo equos Diomedis, Bistonum regis, e Thracia Mycenas abigere jussus vi superavit illos, quibus equorum cura commissa erat. At ubi Bistones armatos accurrere animadvertit, traditis inter voluntarios itineris socios Abdero cuidam, Locro Opuntio, quem mirifice amabat, in custodiam equis Diomedeis, humana carne ali solitis, prælium cum barbara gente iniit. Hoc occidit Diomedem, reliquos in fugam convertit. Interea equi Abderum discerptum devoraverant, ad cujus sepulcrum Hercules urbem cognominem Abderam ædificavit. In enarranda hac fabula mire scriptores inter se discrepant. Nam Scymnus Chius Perieg. v. 666 p. 113 ed. Meinek. non Herculem, sed ipsum Abderum oppidi fundatorem fuisse auctor est. Id autem in medio reliquit Stephanus Byzantius v. Ἄβδηρα, hoc solum tradens, inditum esse oppido nomen ab Abdero Erimi filio, Herculis deliciis. Sunt etiam qui fabulam de equis humana carne saginatis per inversionem quam Græci ἀλληγορίαν vocant interpretentur. Cf. Palæphatus De incredibilibus cap. 4. Porro Abderum nuntiata Herculis morte quidam a Theseo interfectum esse ferunt. Cf. Ptolemæus Hephæstion ap. Photium Cod. CXC, p. 147, b, 20 ed. Bekker. Denique alii veterum Diomedis sororem cui Abderæ nomen erat, fundasse hoc oppidulum scripserunt. In his numerandi Solinus Polyhist. cap. X et Pomponius Mela lib. II cap. 2, cujus hæc sunt verba : « Turris quam Diomedis vocant signum fabulæ remanet et urbs quam soror ejus suo nomine nominavit Abdera. » Inter nummos Abderitarum apud

A quibus disciplinæ initiis profectus quove auctore in philosophia versatus sit Protagoras, incompertum habemus. Quod enim fabulantur, summum et intelligendi et dicendi magistrum bajulum prius fuisse, sed a Democrito, qui ejus in lignis artificiose colligandis, quo commodius portari possent, sollertiam admiratus sit, dignum esse judicatum, qui ipsius discipulus esset : hoc, quamvis a Gellio (5) comtum et exornatum, ab ipso Epicuro, teste Diogene (6) perscriptum et

Goltzium Græc. tab. 25 p. 9 [cf. Raschii Lexic. rei num. tom. I. part. I p. 22] unus exstat, in quo mulieris caput cernitur addita inscriptione ΑΒΔΗΡΑC ΚΟΡΑC, quam Abderam virginem Diomedis sororem esse viri docti conjecerunt. Spanhemius certe Epist. ad Laurent. Begerum ea re permotus ipsos Abderitas oppidi sui originem ac nomen ab hac Abdera, Diomedis sorore, repetiisse putavit. Neque vero locuples auctor Goltzius videtur, quem plurimos confinxisse nummos hodie inter omnes constat. Etenim si fides Philostrato Imag. II, 25, p. 94 ed. Jacobs., Abderitæ Abderi memoriam certaminibus institutis quotannis celebrabant. At si a fabulosa hac urbis origine discesseris, bis posteriore tempore aut conditam aut certe ampliatam et coloniis eo deductis auctam esse Abderam notum testatumque est. Quippe Clazomenii Olympiadis trigesimæ primæ anno altero rebus suis florentibus Timesio duce in ista loca misere coloniam. Vide Vossium ad Pompon. Mel. II, 2 et Salmas. Plin. Exercit. in Solin. Polyhist. cap. X, p. 114 ed. Traject. Adde Euseb. Canon. Chron. pag. 157 ed. Scalig. Non dubitaverim cum Mannerto Geogr. Græc. et Rom. tom. VII p. 215 hunc Timesium verum urbis parentem habere quem Herodotus ait κτίσαι τὴν πόλιν, dumne diceret, Scymnum qui oppidi primordia ad Aberum refert, confudisse Timesium cum Abdero. Nimirum in Græcorum historia nihil frequentius, quam duplex urbium origo, fabulosa altera, altera certis rerum gestarum monumentis nixa omnique historiæ luce collustrata, adeo ut qui utramque conjungere velit, sæpenumero in errorem rapiatur necesse sit. Proinde Timesium urbis auctorem putantes de copulandis cum historia fabulis cogitare supersedeamus. Refert porro Herodotus, nullum inde fructum cepisse Timesium, sed a Thracibus esse expulsum, quamquam addit, Teios Abdera incolentes divino eum honore ut heroem prosequi. Teii enim, ut paulo ante Herodotus I, 168 dixerat, simul atque urbem suam per aggerem ab Harpago Cyri satrapa captam viderunt, omnes vasis collectis et conscensis navibus in Thraciam trajecerunt ibique denuo constituerunt Abderam. Cf. Scymnus Chius vs. 669. Teiorum colonia facta est Abdera centum et duodecim annis post Clazomeniorum adventum, hoc est Olymp. LIX anno 1 vel 2. Vide Vossium ad Pomp. Mel. l. c. Salmas. Plin. Exercit. l. l. Schultz. App. ad Ann. rer. Græc. Spec. II. Hafn. 1837. 4. p. 32 seqq. Quod vero Tiedemannus De ratione et natura phil. contemplativæ (Geist der speculativen Philosophie) tom. I p. 263 nescio quem auctorem secutus ait, Abderam bello cum Cyro gesto incolis orbatam fuisse, aperte falsum est. Neque enim unquam Cyrus in Thracia aut ipse fuit aut exercitum Abderam misit, ut ex Herodoti Musis cognoscimus, etsi postea primum a Megabazo, deinde a Mardonio non solum Thraciam, sed omnem tractum usque ad Thessaliam in Persarum regis potestatem redactam esse historiæ pater prodit. Quo factum est ut Abderitæ cum reliquis istarum regionum incolis in Persarum ditionem concederent. Cf. Herodot. VI, 4 et VII, 108. In hoc autem quod statim subjicit Tiedemanno assentior conjicienti, Teiorum colonorum adventu apud Abderitas studia doctrinæ coli cœpisse. Namque, ut hoc ejus conjecturæ, quam rationibus firmare noluit, firmamentum addam, mellitissimus Lyricorum Anacreon aliquam vitæ partem hic transegit. Videtur autem, posteaquam Athenis, deinde apud Polycratem Samium, tum rursus in patria Teo fuerat, orta Histiæi seditione Olymp. 71 denuo relicta patria, apud Teios Abderitanos consenuisse. At fortasse jam Olymp. 59, 2 cum cæteris Teiis, quo tempore admodum juvenis fuisse putandus est, Abderam demigravit. Eo enim tempore jam vixisse eum Strabo lib. XIV pag. 644 ed. Cas. testatur his verbis : καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ Χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα· ἐνθένδ' ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, ἐφ' οὗ Τήϊοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν, Θρᾳκίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν· ἀφ' οὗ καὶ τοῦτ' εἴρηται· Ἄβδηρα, καλὴ Τηΐων ἀποικία. Πάλιν δ' ἐπανῆλθόν τινες αὐτῶν χρόνῳ ὕστερον. Apud Suidam v. Τέω hæc solum leguntur : Ἀνακρέων Τήϊος, λυρικὸς ὁ μελοποιός, διὰ τὴν Ἰστιαίου ἐπανάστασιν ἐκπεσὼν Τέω ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θράκῃ. Utcunque est, non dubitamus quin Anacreontis sit quod ei tribuitur epigramma ad Agathonis Abderitæ gloriose pro patria mortui virtutem celebrandam compositum [Anthol. Pal. VII, 226. Poet. Lyr. p. 796 ed. Bergk. Cf. Suidas v. αἰνοδίαν] : Ἀβδήρων προφανόντα τὸν αἰνοδίην Ἀγάθωνα πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἦδ' ἔβόησε πόλις. Οὕτωκα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης ἠνάρισε στυγερῇς ἐν στροφάλιγγι μάχης. Quum igitur Teii universi Abderam habitatum concessissent, non mirandum Hecatæum a Strabone lib. XIV pag. 644 ed. Cas. vocari Teium qui alias dicitur Abderita. Itaque noli credere Heckero in Schneidewini Philol. vol. V p. 429 in verbis Strabonianis γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως nomen ΕΚΑΤΑΙΟΣ in CΚΥΘΙΝΟC mutandum esse censenti. Idem accidit Protagoræ, qui quum ab aliis Abderita appelletur, Teius nominatur ab Eupolide. Vide supra adn. 2. Verum ut redeam ad id quod supra dixi, Abderitas sub Persarum imperium ditionemque cecidisse : Herodotus lib. VII, 109, 119-120. VIII, 120 testatur, Abderitas Xerxi venienti cœnam præbere jussos esse, eundem autem Xerxem in Asiam revertentem Abderam venisse et hospitii fœdus cum incolis pepigisse atque acinace aureo eos ac tiara aurea intertexta donasse. Sed satis de Abdera ad Protagoræ vitam illustrandam. — (5) A. Gellius Noct. Att. lib. V cap. 3 : « Protagoram virum in studiis doctrinarum egregium, cujus nomen Plato libro suo illi inclyto inscripsit, adolescentem ajunt victus quærendi gratia in mercedem missum vecturasque onerum corpore suo factitavisse, quod genus Græci ἀχθοφόρους vocant, Latine bajulos appellamus. Is de proximo rure Abderam in oppidum, cujus popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis ejusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiæ gratia venerandus, quum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili facile atque expedite incedentem, et prope accedit et junctaram posituramque ligni scite perituque factam considerat petitque, ut paullum acquiescat. Quod ubi Protagoras, ut erat petitum, fecit atque ilidem Democritus acervum illum et quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertit, interrogavit, quis id lignum ita composuisset; et quum ille a se compositum dixisset, desideravit, uti solveret ac denuo in modum eundem collocaret. At postquam

ab Athenæo (7) memoratum, tamen adeo fidem excedit, ut prorsus confictum cum Meinersio (8), cui et Tiedemannus (9) et Wendtius (10) assentiuntur, existimem. Primum enim Democrito indignum foret, si opinatus esset, eum qui ligna scite componeret, ut magnæ eorum multitudini ferendæ par esset, etiam philosophiæ studio non sine fructu vacaturum esse. Deinde Philostratus (11) De sophistis lib. I p. 494 auctor est, ditissimum fuisse Protagoræ patrem Abderæ degentem, ita ut Xerxem in Persidem revertentem hospitio excipere potuerit, qui ut regio illum munere donaret, magos nonnullos ei reliquerit qui filium sapientiæ mysteriis initiarent. Quod si verum est, quis credat filium ejus bajulum fuisse? At largiamur Bruckero (12), falso hoc de Protagora narrari, quamquam negamus, confundi hîc, ut ille vult, Democritum et Protagoram, quoniam quidquid hoc rei est ad fabulas pertinere nobis persuasimus. Præterea vel ideo in suspicionem nobis venit ista narratio, quod Aristoteles ignorat illam Protagoræ sub Democrito magistro institutionem, etsi de culcitella (13) aliqua loquens bajulis commodissima, qua humeris imposita viribus ad onera portanda plus valerent, cujus inventorem ferebant Protagoram. Hinc originem duxisse fabulam illam si statuamus, me judice, rem acu tetigerimus. Si enim Aristoteles quidquam de hac Protagoræ fortuna audivisset, non dubito quin memoraturus fuerit, Democritum fecisse illum ex bajulo philosophiæ studiosum. Huc accedit quod Plato in Protagora (14) sophistam cognominem multo ante Socratem natum esse sumit. Quocum congruit, quod Aristoteles apud Ciceronem (15) ait, Corace et Tisia qui paulo post exactos a Syracusanis tyrannos, id est Ol. 78 et 79, florebant, antiquiorem esse Protagoram. Denique Apollodorus (16) apud Diogenem testificatur, circa Ol. 84 maxime floruisse Protagoram. Itaque, si Democritus Ol. 80 anno primo in lucem editus est (17) atque ii quos laudavi auctores fidem merentur, fieri non potuit ut ille Democriti discipulus esset. Taceo recentiorum quorundam, inter quos Magnenus (18) est, errorem ex Ælian. Var. hist. lib. I c. XXIII colligentium, Protagoram esse filium Democriti. Decepit eos inepta Vulteji illorum verborum interpretatio. Ut tempora non conveniunt, ita multo etiam minus utriusque philosophi dogmata. Namque in Protagoræ decretis nihil inest quod Democrito magistro necessario tribuas.

Jam vero nos non una de causa Protagoram viginti annis Democrito majorem fuisse et primo Olympiadis septuagesimæ quintæ anno vel ante Chr. 480 ortum esse credimus. Dicendi facultate cæteris Abderitis tanto præstitit, ut quo tempore in patria urbe versabatur, si Æliano fides, a civibus suis Λόγος nominaretur (19). Neque tamen hac laude contentus inter suos consenuit talis dicendi artifex, sed majoris gloriæ cupiditate incensus totam Græciam peragravit atque ubique

---

ille solvit ac similiter composuit, tum Democritus animi aciem sollertiamque hominis non docti demiratus : Mi adolescens, inquit, quum ingenium bene faciendi habeas, sunt majora melioraque quæ facere mecum possis, abduxitque eum statim secumque habuit et sumtum ministravit et philosophias docuit et esse eum fecit, quantus postea fuit.» — (6) Diog. Laert. IX, 53. — (7) Athenæus lib. VIII cap. 50, pag. 354 C : ἐν δὲ τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ ὁ Ἐπίκουρος καὶ Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ σορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου· θαυμασθέντα δ' ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ ξύλων τινῶν ἰδίᾳ συνθέσει, ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀναληφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διδάσκειν ἐν κώμῃ τινὶ γράμματα, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι. — (8) Meiners. Gesch. d. Urspr. Fortg. u. Verf. der Wiss. in Griechenl. und Rom. tom. II p. 173 seq. — (9) Tiedemann. Geist. der specul. Phil. tom. I p. 351. — (10) Wendt. in adnot. ad Tennem. t. I pag. 495. — (11) Philostratus De sophistis lib. I p. 494 (p. 14 ed. Kays.) : Ὡμίλησε δὲ καὶ τοῖς ἐκ Περσῶν μάγοις κατὰ τὴν Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔλασιν. Πατὴρ γὰρ ἦν αὐτῷ Μαιανδρος πλούτῳ κατεσκευασμένος παρὰ πολλοὺς τῶν ἐν τῇ Θράκῃ, διξάμενος δὲ καὶ Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις τὴν ξυνουσίαν τῶν μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὔρετο. — (12) Brucker. Histor. crit. ph.il. tom. I p. 1201 seqq. — (13) Aristoteles in libro deperdito περὶ παιδείας teste Diog. Laert. lib. IX, 53, cujus hæc sunt verba : καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας. Φορμοφόρος γάρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησι. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤσθη πρὸς Δημοκρίτου ξύλα διδεκὼς ὀρθείς. Id. lib. X, 8 in vita Epicuri : φορμοφόρον τε Πρωταγόραν καὶ γραφέα Δημοκρίτου καὶ ἐν κώμαις γράμματα διδάσκειν. Suidas v. Πρωταγόρας· οὗτος πρότερον ἦν φορτοβαστάκτης, ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἤρξατο λόγων. Idem v. κοτύλη· ... καὶ ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, ἣν πρῶτος ἐφεῦρε Πρωταγόρας· φορμοφόρος γὰρ ἦν (cf. Menag. ad Diog. Laert. IX, 53). Idem v. φορμοφόρος· φορμοφόρος ἦν Πρωταγόρας ὁ φιλόσοφος. Schol. ad Plat. De republ. lib. X pag. 600 C : οὗτος φορτοβαστάκτης ἦν, ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἐτελοσόφησεν. — (14) Plato Protag. p. 317 C : καίτοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ, quæ ipsa sunt Protagoræ verba; porro p. 320 C Socratem sic alloquitur : Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔρη. οὐ φθονήσω· ἀλλὰ πότερον ὑμῖν, ὡς πρεσβύτερος νεωτέροις, μῦθον λέγων ἐπιδείξω, ἢ λόγῳ διεξιὼν; cf. pag. 314 B. — (15) Aristoteles ap. Cic. in Bruto cap. 12. — (16) Apollodorus ap. Diog. Laert. lib. IX, 56. — (17) Vid. vol. I p. 330. — (18) Magnenus in Democrito revivisccnte p. 8. — (19) Ælianus Var. hist. lib. IV cap. 20 : ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν Λόγον. Schol. ad Plat. De rep. lib. X p. 600 C : Καὶ πρῶτος λόγους ἐριστικοὺς εὗρε, καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν, διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος. Suidas v. Πρωταγόρας· πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν, διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος. Suidas v. Πρωταγόρας· πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν, διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος. Male Diog. Laert. Lib. IX, 50 : διήκουσε δὲ Πρωταγόρας Δημοκρίτου, ἐκαλεῖτό τε Σοφία, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Sed Σοφίαν Democritum

nobilissimorum hominum judicia de se honorificentissima consecutus est. Quapropter Athenas quoque, liberalissimorum studiorum laudandarumque omnium artium domicilium, ea mente adiit, ut ibi sophisticam artem, id est, rhetoricam cum philosophia conjunctam, profiteretur. Contigit hoc circa Olympiadem octogesimam secundam vel annum ante Chr. 451. Primus autem Græcorum philosophus fuit qui venalem haberet doctrinam ac mercedem a discipulis exigeret. Poscebat igitur a singulis auditoribus pro docendi labore centenas minas, quæ ad nostræ pecuniæ rationes revocatæ duo fere millia numorum imperialium efficiunt, aut majus etiam disciplinæ pretium statuebat (20). Ad quem audiendum quum discendi cupidi adolescentes undique Athenas confluerent, ingens studiosorum hominum numerus ejus scholas frequentabat. Nihil enim antiquius Protagoræ de rerum natura disputationibus dicendique ac philosophiæ præceptis judicabant. Quid? quod etiam de linguæ legibus et arte grammatica tum subtiliter tum copiose disserebat. Quum vero his ingenii dotibus excelleret, brevi Periclis benevolentiam sibi conciliavit. Etenim Pericles tum rempublicam administrabat, belli pacisque artibus princeps idemque eruditorum hominum fautor. Familiarissime autem sophista eum usum esse intelligitur ex illa narratiuncula quam habet Plutarchus (21) in ejus vita. Ferunt enim civitatis rectorem, quum quinquertio quidam Epitimum Pharsalium jaculo invitus occidisset, cum Protagora totum diem disputando de mortis istius causa et auctore consumsisse. Quærebant videlicet jaculone, an quinquertioni, an certaminum arbitris causa mortis rectius attribueretur. Dedit præterea Pericles maximum quanti Protagoram faceret documentum quarto Olympiadis octogesimæ tertiæ anno vel ante Chr. 445. Quippe colonis eo tempore ex Atheniensium urbe Thurios proficiscentibus aut comes adjunctus est Protagoras aut dux præfectus, eo consilio ut Thurinis leges scriberet, vel potius ut veteres Charondæ (22) leges, prout præsens reipublicæ conditio postulare videretur, partim novaret partim abrogaret. Callimacho enim archonte primam, Praxitele alteram Atheniensium coloniam, cujus Lysias et Herodotus participes fuere, Thurios deductam esse veteres scriptores docent. Illa in annum ante Chr. n. 445 incidit, hæc biennio post in eundem locum missa est. Nequaquam vero Protagoras civitatis regendæ imperitus erat, ut qui non solum virtutis et eloquentiæ, verum etiam reipublicæ bene administrandæ magistrum se profiteretur. Testes sunt duo ejus libri, alter de republica, alter de antiquissima rerum publicarum ratione compositus, de quibus infra agemus. Quin etiam ita exercitatus in republica videbatur, ut Crito libellum Πρωταγόρας ἢ Πολιτικός inscriptum ederet (23). Adde quod Apollodorus (24) apud Diogenem, quemadmodum supra dixi, circa Olympiadem octogesimam quartam maxime floruisse Protagoram tradit, sine dubio tempus disciplinæ Thurinorum per illum legibus astrictæ significans. Apollodorum sequitur Eusebius in Chronicis secundo Olympiadis octogesimæ quartæ anno viguisse sophistam statuens, atque in eadem sententia Syncellus quoque est Chronogr. p. 248 A. Quum igitur in Italiam vir et studiis doctrinæ et regenda civitate princeps profectus esset, procurato quod ei Pericles dederat negotio, Siculorum rhetorum Coracis et Tisiæ gloria motus, ut mea fert opinio, Siciliam petiit. Quamvis enim antea jam dicere cœpisset adolescentes docere et prudentiam cum eloquentia conjungere : tamen nihil nisi rerum illustrium disputationes sive locos communes scripserat, quibus qui orationes haberent uterentur (25). A Corace ergo et Tisia, artis oratoriæ inventoribus, veram dicendi disciplinam Protagoram in Sicilia accepisse conjicio. Diu autem in illis regionibus fuit. Etenim vix ante secundum olympiadis octogesimæ sextæ annum vel ante Chr. 435 sophistam Italia et Sicilia relictis, ubi magnam laudem consecutus erat, repetiisse Græciam probabile est. Quæri-

---

cognominatum esse testantur Suidas v. Δημόκριτος et Clem. Alex. Strom. lib. VI p. 631 D. — (20) Plato Protag. p. 349 A : σύ γ' ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας, σοφιστὴν ἐπονομάσας, σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον, πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἄρνυσθαι. Diog. Laert. lib. IX, 52 : οὗτος πρῶτος μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατόν. — (21) Plutarchus vit. Pericl. cap. 36 : τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων εἰς γέλωτα τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ, καὶ τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. Πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντίῳ παταξάντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως, καὶ κτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου διαποροῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον, ἢ τὸν βαλόντα, ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι. — (22) Vide quæ supra diximus de Charonda. Adde L. Schilleri et Th. Mülleri de Thurinorum rebus disputationes Gottingæ 1838 promulgatas. Diogenes Laertius lib. IX, 50 : Πρωταγόρας ... Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ νόμων, ὃς καὶ Θουρίοις νόμους γράψαι φησὶν αὐτόν. — (23) Diogenes Laertius lib. II, 121. — (24) Diogenes Laertius lib. IX, 50 : Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ... ἀκμάζειν [αὐτὸν] κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα. — (25) Vide dissertationem de Sophistis.

tur enim, quo tempore dialogus qui Protagoras inscribitur a Platone habitus esse fingatur, quum paucis diebus ante (26) sophistam iterum Athenas venisse dialogi initio diserte dictum sit. Apparet tantum Periclem ejusque filios adhuc in vivis fuisse. Neque negligendum est Hippocratis adolescentis Atheniensis testimonium (27) negantis Protagoram unquam a se visum, propterea quod sibi puero, qua tempestate sophista prius Athenis scholas habuisset, ejus disputationibus interesse per ætatem non licuerit. Quod profecto intelligemus, si decem fere annorum spatium ab ejus pueritia usque ad adolescentiam transiisse sumamus. Itaque Protagoram anno 435 Athenas revertisse arbitramur. Aliter de hac re judicavit Athenæus (28), Platonem in exquirendis temporibus parum diligentem fuisse ratus. Sed si quis accurate ejus verba consideraverit, fateatur necesse est, nullum ab eo ad fidem faciendam probabile inventum esse argumentum. Ut autem Platonem errasse non demonstravit: ita nequaquam nos sua auctoritate de sententia deducit. Quocirca eum refutare supersedemus, præsertim quum alios in convincendis ejus erroribus longiores fuisse videamus. Quum igitur Athenas rediret Protagoras, in illo itinere nobilissima adiit oppida, magnam discipulorum multitudinem secum ducens, a quibus pergrandem pecuniam exigebat. Athenis ad Calliam devertisse eum Plato testificatur, quod non est mirum, quia homo locupletissimus in philosophis hospitaliter excipiendis ingentes opes prodigere consueverat (29). Quæ res postea Eupolidem induxit, ut in Assentatoribus non solum Calliæ cum sophistis vivendi rationem, sed ipsum etiam Protagoram irrideret (30). Nam satis diu Protagoram apud Calliam habitasse ex eo colligimus, quod Eupolis fabulam istam tertio Olympiadis octogesimæ nonæ anno vel ante Chr. 422 Alcæo prætore Athenis docuit (31). Neque enim vetera comici, sed recentia exagitare solebant. Verum cum aliis quoque viris ingenio doctrinaque præstantibus quotidiana consuetudine conjunctus erat Abderitanus dicendi artifex, siquidem librum suum de diis in Euripidis vel in Megaclidis domo recitasse perhibetur. Sunt tamen qui hoc in Lyceo factum esse putent. Alii denique non ipsum Protagoram, sed discipulum ejus Archagoram, Theodoti filium, recitasse librum narrant (32). Sed quamdiu vixit Pericles, familiarissime usus est Protagora. Vixit autem usque ad quartum Olympiadis octogesimæ septimæ annum sive ante Chr. 429, quo postquam gravis in urbem pestilentia incidit, cum filii ejus ætate florentes intra diem octavum exstincti sunt, tum ipse pater paulo post eodem morbo consumtus est. Exstat hac de re præclarus ipsius Protagoræ

— (26) Plato Protag. p. 309 D : ΕΤ. Ὡ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκεν; ΣΩ. Τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. Id. p. 314 E : ἐπειδὴ δὲ εἰσήλθομεν, κατελάβομεν Πρωταγόραν ἐν τῷ πρωτῴῳ περιπατοῦντα· ἑξῆς δὲ αὐτῷ συμπεριεπάτουν ἐκ μὲν τοῦ ἑτέρα Καλλίας ὁ Ἱππονίκου καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ ὁμομήτριος Πάραλος· ὁ Περικλέους καὶ Χαρμίδης ὁ Γλαύκωνος, ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρα ὁ ἕτερος τῶν Περικλέους Ξάνθιππος· et pag. 319 E : ἀλλ' ἰδίᾳ ἡμῖν οἱ σοφώτατοι καὶ ἄριστοι τῶν πολιτῶν ταύτην τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχουσιν οὐχ οἷοί τε ἄλλοις παραδιδόναι· ἐπεὶ Περικλῆς ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατὴρ τούτους, ἃ μὲν διδασκάλων εἶχετο, καλῶς τε καὶ εὖ ἐπαίδευσεν, ἃ δὲ αὐτὸς σοφός ἐστιν, οὔτε αὐτὸς παιδεύει οὔτε τῳ ἄλλῳ παραδίδωσιν. Cf. p. 329 A. — (27) Plato Protag. p. 310 E : Ἐγὼ γὰρ ἅμα μὲν καὶ νεώτερός εἰμι, ἅμα δὲ οὐδὲ ἑώρακα Πρωταγόραν πώποτε οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν· ἔτι γὰρ παῖς ἦν, ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησεν. — (28) Athenæus lib. V pag. 218 B, C : ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διάλογος, μετὰ τὴν Ἱππονίκου τελευτὴν γενόμενος, παρειληφότος ἤδη τὴν οὐσίαν Καλλίου, τοῦ Πρωταγόρου γέγραπται παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις. Ὁ δὲ Ἱππόνικος ἐπὶ μὲν Εὐθυδήμου ἄρχοντος στρατηγῶν παρατέταται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους καὶ τοὺς παραβοηθοῦντας Βοιωτῶν, καὶ τῇ μάχῃ νενίκηκε. Τέθνηκε δὲ πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ κατὰ τὸ εἰκός. Πρόσφατον γάρ τινα τοῦ Καλλίου τὴν παράληψιν τῆς οὐσίας ἐμφαίνει τὸ δρᾶμα. Ἐν οὖν τούτῳ τῷ δράματι Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει, Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κόννῳ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι, οὐ καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ τῶν φροντιστῶν χορῷ. Δῆλον οὖν ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν. Ὁ δὲ Πλάτων καὶ τὸν Ἠλεῖον Ἱππίαν συμπαρόντα ποιεῖ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ μετά τινων ἰδίων πολιτῶν· οὓς οὐκ εἰκὸς ἐν Ἀθήναις ἀσφαλῶς διατρίβειν πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίας ἐπὶ Ἰσάρχου Ἑλαφηβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς. Ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφιστάμενος γινόμενον περὶ τοὺς καιροὺς τούτους, καθ' οὓς αἱ σπονδαὶ προσφάτως ἐγεγόνεσαν· λέγει γοῦν· « Εἰ γὰρ εἶεν ἄνθρωποι· ἄγριοι, οἷους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. » ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος, ἀφ' οὗ ἐστιν ἀρχῶν Ἀστύφιλος, πέμπτος ὢν ἀπὸ Ἰσάρχου, καθ' ὃν αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο. Ἰσάρχου γάρ, εἶτ' Ἀμεινίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος, εἶτ' Ἀριστίων, εἶτ' Ἀστύφιλος. Ἡρὰ τὴν ἱστορίαν οὖν ὁ Πλάτων ἐν τῷ διαλόγῳ εἰς τὰς Ἀθήνας παράγει πολεμίους ὄντας τοὺς περὶ τὸν Ἱππίαν, μὴ τῆς ἐπιχειρίας αὐτῆς μενούσης. Cf. Macrob. Saturn. lib. I, 1. Athenæus lib. XI p. 505 F : ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοί, τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ, Πρωταγόρᾳ διαλέγεσθαι ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις, οἱ πέμπτῳ ἔτει πρότερον τελευτήσαντες. — (29) Plat. Protag. p. 314 D. 315 D. Apol. Socr. p. 20. Cratyl. p. 391 C. Lysias de bon. Arist. p. 649; Themist. orat. 23 p. 294 et orat. 29 p. 317; Athen. XI p. 537. — (30) Cf. Meinek. Fragm. Com. Gr. vol. I p. 131 seqq. — (31) Didascalia Aristoph. Pacis : ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξιν, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσιν. Cf. Bergk. De reliq. com. Attic. p. 102. — (32) Diog. Laert. lib. IX, 54 : πρῶτον δὲ τῶν λόγων ἑαυτοῦ ἀνέγνω τὸν περὶ θεῶν οὗ τὴν ἀρχὴν ἄνω παρεθέμεθα. Ἀνέγνω δὲ Ἀθήνησιν ἐν τῇ Εὐριπίδου οἰκίᾳ, ἤ (ὡς τινες) ἐν τῇ Μεγακλείδου· ἄλλοι, ἐν Λυκείῳ, μαθητοῦ τὴν ᾠδὴν αὐτῷ χρήσαντος Ἀρχαγόρου τοῦ Θεοδότου.

apud Plutarchum (33) locus. Nuntiata videlicet filiorum morte Periclem refert casum illum sine luctu sustinuisse. « Erat enim, inquit, animi tranquillitate præditus, quæ ei quotidie multum prodesset ad felicitatem, doloris vacuitatem et consequendam apud imperitum vulgus gloriam. Nimirum quicunque videbat eum suos casus obfirmato animo ferre, magnanimum eum fortemque judicabat ac multo quam ipse esset præstantiorem, probe sibi conscius suæ in tali re imbecillitatis. » Venio nunc ad litem quam Protagoras adversus Euathlum discipulum egisse fertur. Est autem talis, ut ficta potius ad perstringendam sophistarum artem quam vera videatur. De ea re integram A. Gellii narrationem hoc loco proponam. Is Noct. Att. lib. V cap. 10 ita scripsit : « Inter vitia argumentorum longe maximum esse vitium videtur eorum quæ ἀντιστρέφοντα Græci dicunt. Ea quidam ex nostris non hercle nimis absurde reciproca appellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo : quum argumentum propositum referri contra convertique in eum potest, a quo dictum est, et utrimque pariter valet. Quale est pervulgatum illud quo Protagoram (34), sophistarum acerrimum, usum esse ferunt adversus Euathlum, discipulum suum. Lis namque inter eos et controversia super pacta mercede hæc fuit. Euathlus, adolescens dives, eloquentiæ discendæ causasque orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit, daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat; dimidiumque ejus dedit jam tunc statim, priusquam disceret, pepigitque ut reliquum dimidium daret, quo primum die causam apud judices orasset et vicisset. Postea quum diutule auditor assectatorque Protagoræ fuisset et in studio quidem facundiæ abunde promovisset, causas tamen non reciperet tempusque jam longum transcurreret et facere id videretur, ne reliquum mercedis daret; capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. Petere instituit ex pacto mercedem; litem cum Euathlo contestatur. Et quum ad judices conjiciendæ consistendæque causæ gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est : *Disce*, inquit, *stultissime adolescens, utroque id modo fore ut reddas quod peto, sive contra te pronuntiatum erit, sive pro te. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero : sin vero secundum te judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris.* Ad ea respondit Euathlus : *Potui*, inquit, *huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non ipse facerem atque alio patrono uterer. Sed majus mihi in ista victoria prolubium est, quum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque modo fore uti non reddam quod petis, sive contra me pronuntiatum erit, sive pro me. Nam si judices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero. Sin contra me pronuntiaverint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero.* Tum judices dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem injudicatam reliquerunt causamque in diem longissimam distulerunt. Sic ab adolescente discipulo magister eloquentiæ inclytus suo sibi argumento confutatus est et captionis versute excogitatæ frustratus fuit. » Sed quod Gellius cum aliis scriptoribus de Protagora atque Euathlo, idem Sextus Empiricus de Corace ejusque discipulo nescio quo narrat. Apud Sextum enim adv. Math. lib. II, 96 hæc leguntur : Ξενίας γὰρ πόθῳ ῥητορικῆς κατασχεθεὶς προσῆλθον αὐτῷ τὸν ὁρισθησόμενον ὑπ' αὐτοῦ μισθὸν δώσειν ἐπαγγελλόμενος, ἂν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην. Συμφωνίας δὲ γενομένης καὶ τοῦ μειρακίου ἱκανὴν ἔξιν ἐμφαίνοντος ἤδη, ὁ μὲν Κόραξ ἀπήτει τὸν μισθόν, ὁ δ' ἀντέλεγεν. Ἀμφότεροι δὲ

(33) Plutarch. Consolat. ad Apoll. cap. 33 vol. VII p. 360 seq. ed. Hutten. Vid. fragm. 3. — (34) Diogenes Laertius lib. IX, 56 : λέγεται δὲ ποτε αὐτὸν ἀπαιτοῦντα τὸν μισθὸν Εὔαθλον τὸν μαθητήν, ἐκείνου εἰπόντος· « Ἀλλ' οὐδέπω νενίκηκα » εἰπεῖν· « Ἀλλ' ἐγὼ μέν γε νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα λαβεῖν με δεῖ· ἐὰν δὲ σύ, ὅτι σύ. » Apulejus Florid. lib. IV, 18 : Eum Protagoram ajunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberem conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum demum id argenti daret, si primo tirocinio agendi penes judices vicisset. Igitur Euathlus postquam cuncta illa exorabula judicantium et decipula adversantium et artificia dicentium, versutus alioquin et ingeniatus ad astutiam, facile perdidicit; contentus scire quod concupierat, cœpit nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris frustrari magistrum, diutuleque nec asserere velle nec reddere, usque dum Protagoras eum ad judices provocatum expositaque conditione qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. Nam sive ego vicero, inquit, solvere mercedem debebis, ut condemnatus : seu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus, quippe qui hanc primam causam penes judices viceris. Ita si vincis, in conditionem incidisti; si vinceris, in damnationem. Quid quæris? ratio conclusa judicibus æriter et invincibiliter videbatur. Enimvero Euathlus, utpote tanti veteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam si ita est, inquit, neutro modo quod petis debeo. Aut enim vinco et judicio dimittor, aut vincor et pacto absolvor, ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes judices victus. Ita me omni modo liberat, si vincor, conditio, si vinco, sententia. Cf. Jo. Sarisb. Polier. V, 12.

παρελθόντες εἰς τὸ δικαστήριον ἐκρίνοντο· ὅτε καὶ πρῶτόν φασι τὸν Κόρακα τοιαύτῃ τινὶ χρῆσθαι ἐπιχειρήσει λέγοντα, ὡς ἐάν τε νικήσῃ ἐάν τε μή, λαβεῖν ὀφείλει τὸν μισθόν· νικήσας μέν, ὅτι ἐνίκησεν· ἡττηθεὶς δέ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον. Ὡμολόγησε γὰρ αὐτῷ ὁ ἀντίδικος ἀποδώσειν τὸν μισθόν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην, ἣν αὐτόθεν νικήσας ὀφείλει τὴν ὑπόσχεσιν χρεολυτεῖν. Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν ὡς δίκαια λέγοντος αὐτοῦ, παραλαβὼν τοὺς λόγους ὁ νεανίας τῷ αὐτῷ ἐπιχειρήματι μηδὲν μεταθεὶς ἐχρῆτο. « Ἐάν τε γὰρ νικήσω, » φησίν, « ἐάν τε νικηθῶ, οὐκ ὀφείλω τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι Κόρακι· νικήσας μέν, ὅτι ἐνίκησα· ἡττηθείς δέ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον. Ὑπεσχόμην γὰρ ἀποδώσειν τὸν μισθόν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσω δίκην· ἡττηθεὶς δὲ οὐκ ἀποδώσω. » Εἰς ἐποχὴν δὲ καὶ ἀπορίαν ἐλθόντες οἱ δικασταὶ διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν ῥητορικῶν λόγων ἀμφοτέρους ἐξέβαλον τοῦ δικαστηρίου ἐπιφωνήσαντες τὸ « ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. » Cum Sexto consentit Joannes Siceliota Doxopater Proleg. apud Walz. tom. VI pag. 13 seq. nisi quod Tisias adolescens a Corace dicitur impetrasse, duplicis mercedis spe ostentata, ut se eloquentiam doceret. Qui quum multum jam profecisset, ἠγνωμόνησε, καί φησιν· λέξον μοι, Κόραξ, τὸν τῆς ῥητορικῆς ὅρον. Ὁ δέ φησιν· « Ῥητορική ἐστι πειθοῦς δημιουργός. » Ὁ δὲ Τισίας· « Δικάσομαί σοι νῦν, » φησί, « περὶ τῶν μισθῶν, καὶ εἰ μὲν πείσω, οὐ δώσω τοὺς μισθούς· εἰ δὲ μὴ πείσω, ὡσαύτως οὐ δώσω, οἷα μὴ μαθὼν παρὰ σοῦ τὸ πείθειν. « Ὁ δὲ Κόραξ ἀνέστρεφε καί φησι· « Δικάσομαι κἀγώ· καὶ εἰ μὲν πείσω, ὡς πείσας λήψομαι· εἰ δὲ μὴ πείσω, καὶ ὅμως λήψομαι, ἐπειδὴ τηλικοῦτον ἐξέθρεψα μαθητήν, ὡς καὶ τῶν διδασκάλων κρατεῖν. » Ὅθεν οἱ παρεστηκότες ἐβοήθησαν « κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. » Vide etiam Proleg. ad Hermogenis Rhetor. ed. Walz. tom. IV pag. 13 seq. Zenob. Cent. IV, 82 locosque a Schneidewino collectos Paræmiogr. Græc. tom. I p. 107. Utcunque est, litem illam fictam putamus ad contorta et aculeata sophismata deridenda.

Restat ut breviter de Protagoræ morte exponam. Quum vir et doctissimus et ditissimus in principio libri quem de diis confecerat ac paulo ante recitaverat, sic posuisset, *De divis neque ut sint neque ut non sint, habeo dicere* : hæc dubitatio in varias reprehensiones incurrit. Itaque Euathlus nomen ejus de impietate detulit reumque postulavit apud Pythodorum Polyzeli filium qui erat in quadringentis (35). Ea delatio summæ voluptati fuit quadringentis infinita pecuniæ cupiditate flagrantibus. Neque enim dubitabant quacunque de causa homines capite condemnare (36). Quapropter Protagoras impietatis crimine accusatus simulatque saluti suæ desperavit, fuga vitam servare decrevit nactusque naviculam Siciliam versus vela direxit. At in ipso itinere submerso navigio aquis haustus est. Utrum in exsilium ejectus an morti addictus sit ab Atheniensibus, non laboro. Nam ea de re dissentiunt veteres. Libros certe ejus undique conquisitos in concione combustos esse inter auctores convenit (37). Ita Protagoram, pæne septuagenarium, mortalitas consecuta est secundo Olympiadis nonagesimæ secundæ anno sive ante Chr. 411, postquam quadraginta per annos philosophiam et eloquentiam professus totam Græciam non modo gloria et splendore nominis sui, verum etiam admiratione complevit (38).

Licet autem Athenienses in clarissimi viri scripta sævirent, adeo ut plerique ejus libri flamma absumerentur : tamen quædam eorum

(35) Diogenes Laertius lib. IX, 54 : κατηγόρησε δὲ αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου, εἷς τῶν τετρακοσίων· Ἀριστοτέλης δ' Εὐαθλῶν φησιν. — (36) Cf. Thucyd. lib. VIII. 70. — (37) Diogenes Laertius lib. IX, 55 : φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ εἰς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι· ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι αὐτόν, βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα. Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἑβδομήκοντα· σοφιστεῦσαι δὲ τεσσαράκοντα ἔτη, καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Ἔστι καὶ εἰς τοῦτον ἡμῶν οὕτως ἔχον· Καί σεῦ, Πρωταγόρη, φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρ' Ἀθηνῶν ἐκ πεστ' ἰὼν καθ' ὁδὸν πρήσσοις ἐὼν ἔθανες· εἶλετο γάρ σε φυγεῖν Κέκροπος πόλις· ἀλλὰ σὺ μέν που Ἑλλάδος ἄστυ φύγες, Πλουτέα δ' οὐκ ἔφυγες. Philostratus pag. 15 ed. Kayser.: διὰ μὲν τοῦτο (τὸ ἀπορεῖν φάσκειν, εἴτε εἰσὶ θεοὶ εἴτε οὐκ εἰσί), πάσης γῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἠλάθη, ὡς μέν τινες, κρίσεις, ὡς δὲ ἔνιοι δοκεῖ, ψήφου ἐπενεχθείσης μὴ κριθῆναι. Νήσους δὲ ἐξ ἠπείρων ἀμείβων καὶ τὰς Ἀθηναίων τριήρεις φυλαττόμενος πάσαις ἐνεσπαρμένας κατέδυ πλέων ἐν ἀκατίῳ μικρῷ. Eusebius Præp. Ev. lib. XIV, 19 : τὸν δὲ Πρωταγόραν ... Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημιώσαντες τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ κατέκαυσαν. Sextus Empiricus adv. Math. lib. IX, 56 : παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας ἀπέθανε. Eusebius Chron. Ol. 84 : τούτου Ἀθηναῖοι τὰς βίβλους ἐψηφίσαντο καῦσαι. Cramer. Anecd. Paris. tom. I p. 171 : εἶτα Πρωταγόραν, Εὐάθλου τινὸς τῶν μαθητῶν συκοφαντήσαντος αὐτόν. Vid. adn. ad fragm. 2. — (38) Plato Menon. p. 91 : οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας ἢ Φειδίαν γε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Καίτοι τέρας λέγεις, εἰ οἱ μὲν τὰ ὑποζήματα ἐργαζόμενοι τὰ παλαιὰ, καὶ τὰ ἱμάτια ἐξακοῦμενοι οὐκ ἂν δύναντο λαθεῖν τριάκοντ' ἡμέρας μογγηρότερα ἀποδιδόντες ἢ παρέλαβον τὰ ἱμάτιά τε καὶ ὑποζήματα· ἀλλ' εἰ τοιαῦτα ποιοίεν ταχὺ ἂν τῷ λιμῷ ἀποβάνοιεν· Πρωταγόρας δὲ ὧρα ὅλην τὴν Ἑλλάδα ἐλάνθανε διαφθείρων τοὺς συγγιγνομένους, καὶ μογθηροτέρους ἀποπεμπων ἢ παρελάμβανε, πλέον ἢ τετταράκοντα ἔτη. Οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα. Καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τούτῳ ἐτι εἷς τὴν ἡμέραν ταυτηνὶ εὐδοκιμῶν οὐδὲν πέπαυται.

exempla intacta permansisse atque ad tertium post Chr. n. sæculum propagata esse exploratum habemus. Nempe Platoni, Plutarcho, Diogeni Laertio libros Protagoreos lectione cognitos fuisse ex multis indiciis patet. Diogenes (39) hæc ejus volumina superesse ait : Τέχνη ἐριστικῶν. Περὶ πάλης. Περὶ τῶν μαθημάτων. Περὶ πολιτείας. Περὶ φιλοτιμίας. Περὶ ἀρετῶν. Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως. Περὶ τῶν ἐν Ἅιδου. Περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς ἀνθρώποις πρασσομένων. Προστακτικός. Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ. Ἀντιλογιῶν δύο. Adde libellum περὶ τοῦ ὄντος memoratum Porphyrio (40) apud Euseb. Præp. Evang. lib. X cap. 3, quem non diversum fuisse suspicor ab eo qui erat Ἀλήθια inscriptus. Vid. Plat. Theæt. p. 161 C et ibi Græcum interpretem. At liber *de diis* cum cæteris ejus ingenii monumentis intercidit. Fama est Platonem (41) in conscribendo egregio de republica volumine prope omnia e cognomini Protagoræ commentatione hausisse, quod nobis incredibile videtur. De Protagoræ placitis quæ ob fragmentorum paucitatem uberius explicare nolo consulendi præter Platonem in Theæteto et Protagora tum Aristoteles tum Sextus Empiricus. Ejusdem in eloquentiam merita in superiori de Sophistis disputatione adumbravi. Dicta ejus et fragmenta quæ exstant diligenter recensita infra interpretabor.

Nec tamen pigebit iis quæ hactenus dixi pauca quædam adjicere. In tradendis disciplinis Protagoras disserendi subtilitatem sententiarum verborumque luminibus et carminum dulcedine suavissime temperabat. Solebat enim cum aliorum poetarum, tum Simonidis carmina in scholis enarrare (42). Qua in re fabulis quoque et opinionum commentis viam sibi ad philosophiæ præcepta muniebat. Hinc venusta illa fabula de humani generis ortu primisque civitatibus, quam ex quodam sophistæ libro profert Plato in Protagora (43). Quum alii in aliis studiis versentur, communis tamen omnium hominum judice Protagora justitia esse debet in qua colenda civitatum salutem positam esse arbitrabatur (44). Atque ut hanc virtutum omnium fundamentum habebat : ita animi tranquillitatem exaggerabat quæ multum et ad felicitatem et ad doloris vacuitatem prodesset (45). Idem doctrinam ingenio et exercitatione indigere ait, sed ita discere jubet mortales, ut jam ab adolescentia studiorum initium faciant (46). Neque enim quidquam esse artem sine exercitatione, neque exercitationem sine arte (47).

In rerum contemplatione profectus ab Heraclitea (48) philosophiæ initiis visa perpetuo motu fluminis instar labi statuit. Hoc posito illud consequens erat, ut de omni materia in utramque partem disputari posse contenderet, quod eandem rem nunc laudandam nunc reprehendendam esse appareret (49). Quocirca etiam adhibitis rationibus causam inferiorem efficere superiorem consueverat. Quod quo facilius obtineret, sæpe argumentis minus firmis utebatur, quæ haud raro ex nominibus verbisque potius quam ex rebus ducta speciosiora quam veriora existimarentur (50). Scilicet necessarium hoc erat, ubi causa inferior esset mala. Porro quæstiones a propriis personis et temporibus ad universum quoque genus traduxit. Cujusmodi positiones græce θέσεις appellantur. In his Protagoras adolescentes non magis ad philosophorum

(39) Diogenes Laertius his verbis testatur lib. IX, 55 : ἔστι δὲ τὰ σωζόμενα αὐτοῦ βιβλία τάδε· τέχνη ἐριστικῶν κτλ. — (40) Porphyrius apud Eusebium Præp. Evang. lib. X cap. 3 : Πρωταγόρου γὰρ τὸν περὶ τοῦ ὄντος ἀναγινώσκων λόγον πρὸς τοὺς ἓν τὸ ὂν εἰσάγοντας τοιαύτας αὐτὸν εὑρίσκω χρώμενον ἀπαντήσεσιν. Plato Theæt. p. 161 C : τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς ἡ κυνοκέφαλος κτλ. ad quem locum Græcus interpres : τὸ τοῦ Πρωταγόρου σύγγραμμα, ἐν ᾧ ταῦτα δοξάζει, Ἀλήθεια ἐκαλεῖτο ὑπὸ Πρωταγόρου. Cf. ejusdem dialogi p. 162 A; 166 C; 170 E. — (41) Diogenes Laertius lib. III, 37 : ἣν Πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι Ἀντιλογικοῖς· et ejusd. lib. § 57 : τῆς μὲν Πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, ἣν καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς Ἀντιλογικοῖς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας δευτέρῳ. — (42) Themistius orat. XXIII p. 289 : ἔπει καὶ Πρόδικος καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ μὲν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους, ὁ δὲ τὰ Σιμωνίδου τε καὶ ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος σοφιστὰι ὅμως καὶ ἦστην καὶ ἐλεγέσθην. — (43) Plato Protag. p. 320 C. Vid. fragm. 4. — (44) Vid. fragm. 4 fin. — (45) Vid. fragm. 3. — (46) Vid. fragm. 8. — (47) Vid. fragm. 7. — (48) Plato Theæt. p. 152 D : ἐγὼ ἐρῶ καὶ μάλ' οὐ φαῦλον λόγον· ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ', ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται, καὶ ἐὰν βαρύ, κοῦφον, ξύμπαντά τε οὕτως, ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνός, μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν· ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα, ἃ δὴ φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. Καὶ περὶ τούτου πάντες ἐξῆς οἱ σοφοί, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, ὃς εἰπών, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν, πάντα εἴρηκεν ἐκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως· ἢ οὐ δοκεῖ τοῦτο λέγειν; — (49) Diogenes Laertius lib. IX, 51 : πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις, οἷς καὶ συνηρώτα, πρῶτος τοῦτο πράξας. — (50) Diogenes Laertius lib. IX, 52 : καὶ λόγων ἀγῶνας ἐποιήσατο, καὶ σόφισμα τοῖς πραγματολογοῦσι προσήγαγε· καὶ τὴν διάνοιαν ἀρξὶς πρὸς τοὔνομα διελέχθη, καὶ τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν· ἵνα καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ· Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος ἐριζέ-

morem tenuiter disserendi, quam ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici posset, exercuit. Præterea locos quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. Primus etiam de temporis natura subtiliter disseruit (51).

Verum in illa, de qua diximus, rerum modo nascentium modo pereuntium fragilitate nihil vere est, sed omnia fiunt. Quæ quum ita sint, homo cunctorum mensura vocatur (52). Nam qualia singula ipsi videntur, talia sunt; qualia non videntur, talia non sunt (53). Neque tamen hæc prioribus repugnant. Etsi enim nihil vere est, tamen quatenus vulgo aliquid esse dicitur, eatenus est. Quoniam vero nobis, qua ratione alius qualicunque re afficiatur, ignorantibus de aliorum sententiis judicare non licet, omnesque sententiæ æque veræ sunt, quamvis aliæ aliis meliores, aliæ deteriores sint: propositis aliorum sententiis contradici non potest. Neque vero quidquam obstat quominus nostro more disputemus et contrariam sententiam teneamus. Cæteroquin animum nihil nisi sensus esse patet (54).

Deorum natura ignota est. Itaque primum nescimus, utrum sint dii an non sint; deinde si sunt,

---

μεναι εὖ εἰδώς. Aristoteles Metaph. lib. III, 4, p. 1007 B ed. Bekker.: ἔτι εἰ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφάσεις ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ πᾶσαι, δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἕν. Ἔσται γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τοῖχος καὶ ἄνθρωπος, εἰ κατά παντός τι ἢ καταφῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται, καθάπερ ἀνάγκη τοῖς τὸν Πρωταγόραν λέγουσι λόγον. Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖ μὴ εἶναι τριήρης ἢ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι τριήρης· ὥστε καὶ ἔστιν εἴπερ ἡ ἀντίφασις ἀληθής. Id. Metaph. lib. VIII, 3 p. 1047 A ed. Bekker. : οὔτε γὰρ ψυχρὸν οὔτε θερμὸν οὔτε γλυκὺ οὔτε ὅλως αἰσθητὸν οὐθὲν ἔσται μὴ αἰσθανόμενον (leg. αἰσθανομένων cum ed. Ald.)· ὥστε τὸν Πρωταγόρου λόγον συμβήσεται λέγειν αὐτοῖς. —(51) Diogenes Laertius lib. IX, 52 : καὶ πρῶτος μέρη χρόνου διώρισε, καὶ καιροῦ δύναμιν ἐξέθετο. Spectant hæc ad artem grammaticam ut alia a veteribus de Protagora prodita. Diog. Laert. lib. IX, 53 : διεῖλέ τε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα· εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν· οἱ δὲ εἰς ἑπτά· διήγησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν, ἀπαγγελίαν, εὐχωλήν, κλῆσιν· οὓς καὶ πυθμένας εἶπε λόγων. Ἀλκιδάμας δὲ τέτταρας λόγους φησί· φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσαγόρευσιν. Suidas v. Πρωταγόρας· Διεῖλέ τε πάντα λόγον πρῶτος οὗτος εἰς τέτταρα· εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν· μετὰ δὲ τοῦτον ἕτεροι εἰς ἑπτὰ διεῖλον κτλ. Quintilianus lib. III cap. IV, 10 : Protagoram transeo qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod εὐχωλήν dixit, partes solas putat. Aristoteles Poet. cap. XIX pag. 1456 ed. Bekker. : τί γὰρ ἂν τις ὑπολάβοι ἡμαρτῆσθαι ἃ Πρωταγόρας ἐπιτιμᾷ, ὅτι εὔχεσθαι οἰόμενος ἐπιτάττει εἰπὼν Μῆνιν ἄειδε θεά; τὸ γὰρ κελεῦσαι, φησί, ποιεῖν τι ἢ μὴ ἐπίταξίς ἐστιν. — (52) Vid. fragm. 1 locosque ibi citatos. Sextus Empiricus Pyrrh. hypot. I, 219 : γίνεται τοίνυν κατ' αὐτὸν τῶν ὄντων κριτήριον ὁ ἄνθρωπος. Πάντα γὰρ τὰ φαινόμενα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἔστιν· τὰ δὲ μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων φαινόμενα οὐδὲ ἔστιν. — (53) Plato Theæt. p. 152 A : οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτά μέν ἐστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα δὲ αὖ σοί· ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ; ΘΕΑΙ. Λέγει γὰρ οὖν οὕτως. ΣΩ. Εἰκὸς μέντοι σοφὸν ἄνδρα μὴ ληρεῖν. Ἑπακολουθήσωμεν οὖν αὐτῷ. Ἆρ' οὐκ ἐνίοτε, πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ, καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; ΘΕΑΙ. Καὶ μάλ'. ΣΩ. Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὔ ψυχρὸν φήσομεν ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρόν, τῷ δὲ μή, οὔ; ΘΕΑΙ. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ φαίνεται οὕτως ἑκατέρῳ; ΘΕΑΙ. Ναί. ΣΩ. Τὸ δέ γε φαίνεται αἰσθάνεσθαί ἐστιν. ΘΕΑΙ. Ἔστι γάρ. ΣΩ. Φαντασία ἄρα καὶ αἴσθησις ταυτὸν ἐν τε θερμοῖς καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Οἷα γὰρ αἰσθάνεται ἕκαστος, τοιαῦτα ἑκάστῳ καὶ κινδυνεύει εἶναι. ΘΕΑΙ. Ἔοικεν. ΣΩ. Αἴσθησις ἄρα τοῦ ὄντος ἀεί ἐστι καὶ ἀψευδές, ὡς ἐπιστήμη οὖσα. — (54) Diogenes Laertius lib. IX, 51 : ἔλεγέ τε μηδὲν εἶναι ψυχὴν παρὰ τὰς αἰσθήσεις, καθὰ καὶ Πλάτων φησὶν ἐν Θαιτήτῳ, καὶ πάντα εἶναι ἀληθῆ. Aristoteles lib. II cap. 2 p. 997 B : οὔτε γὰρ οἱ αἰσθηταὶ γραμμαὶ τοιαῦταί εἰσιν οἵας λέγει ὁ γεωμέτρης· οὐθὲν γὰρ εὐθὺ τῶν αἰσθητῶν οὕτως οὐδὲ στρογγύλον· ἅπτεται γὰρ τοῦ κανόνος οὐ κατὰ στιγμὴν ὁ κύκλος, ἀλλ' ὥσπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν ἐλέγχων τοὺς γεωμέτρας, οὐδ' αἱ κινήσεις καὶ εἵλικες τοῦ οὐρανοῦ ὅμοιαι, περὶ ὧν ἡ ἀστρολογία ποιεῖται τοὺς λόγους, οὔτε τὰ σημεῖα τοῖς ἄστροις τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν. Id. Metaph. lib. III cap. 5 pag. 1009 A ed. Bekker. : ἔστι δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καὶ ὁ Πρωταγόρου λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως ἅμαω αὐτοὺς ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. Εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἔστιν ἀληθῆ καὶ τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ καὶ ψευδῆ εἶναι. Πολλοὶ γὰρ τἀναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ ταὐτὰ δοξάζοντας ἑαυτοῖς διεψεῦσθαι νομίζουσιν· ὥστ' ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. Καὶ εἰ τοῦτ' ἔστιν, ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι πάντ' ἀληθῆ· τὰ ἀντικείμενα γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοις οἱ διεψευσμένοι καὶ ἀληθεύοντες. Εἰ οὖν ἔχει τὰ ὄντα οὕτως, ἀληθεύουσι πάντες. Ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ τῆς αὐτῆς εἶσι διανοίας ἀμφότεροι οἱ λόγοι, δῆλον. Protagoras apud Plat. Theæt. p. 166 : ἐγὼ γάρ φημι μὲν τὴν ἀλήθειαν ἔχειν ὡς γέγραφα· μέτρον γὰρ ἕκαστον ἡμῶν εἶναι τῶν τε ὄντων καὶ μή· μυρίον μέντοι διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου αὐτῷ τούτῳ, ὅτι τῷ μὲν ἄλλα ἔστι τε καὶ φαίνεται, τῷ δὲ ἄλλα. Καὶ σοφίαν καὶ σοφὸν ἄνδρα πολλοῦ δέω τὸ μὴ φάναι εἶναι· ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον καὶ λέγω σοφόν, ὃς ἄν τινι ἡμῶν, ᾧ φαίνεται καὶ ἔστι κακά, μεταβάλλων ποιήσῃ ἀγαθὰ φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι. Τὸν δὲ λόγον αὖ μὴ τῷ ῥήματί μου δίωκε, ἀλλ' ὧδε ἔτι σαφέστερον μάθε, τί λέγω. Οἷον γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο. ἀναμνήσθητι, ὅτι τῷ μὲν ἀσθενοῦντι πικρὰ φαίνεται, ἃ ἐσθίει. καὶ ἔστι, τῷ δὲ ὑγιαίνοντι τἀναντία ἔστι καὶ φαίνεται. Σοφώτερον μὲν οὖν τούτων οὐδέτερον δεῖ ποιῆσαι· οὐδὲ γὰρ δυνατόν· οὐδὲ κατηγορητέον, ὡς ὁ μὲν κάμνων ἀμαθής, ὅτι τοιαῦτα δοξάζει, ὁ δὲ ὑγιαίνων σοφός, ὅτι ἄλλοῖα· μεταβλητέον δ' ἐπὶ θάτερα· ἀμείνων γὰρ ἡ ἑτέρα ἕξις. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ παιδείᾳ ἀπὸ ἑτέρας ἕξεως ἐπὶ τὴν ἀμείνω μεταβλητέον· ἀλλ' ὁ μὲν ἰατρὸς φαρμάκοις μεταβάλλει, ὁ δὲ σοφιστὴς λόγοις. Ἐπεὶ οὔτι γε ψευδῆ δοξάζοντά τίς τινα ὕστερον ἀληθῆ ἐποίησε δοξάζειν· οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι, οὔτε ἄλλα παρ' ἃ ἂν πάσχῃ ταῦτα δὲ ἀεὶ ἀληθῆ· ἀλλ', οἶμαι, πονηρᾷ ψυχῇ ἕξει δοξάζοντα συγγενῆ αὐτῇ χρησθῆ ἐποίησε δοξάσαι ἕτερα τοιαῦτα, ἃ δή τινες τὰ φαντάσματα ὑπὸ ἀπειρίας ἀληθῆ καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ βελτίω μὲν τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἀληθέστερα δὲ οὐδέν. Diogenes Laertius lib. IX, 53 : οὗτος καὶ τὸ Σωκρατικὸν εἶδος τῶν λόγων πρῶτος ἐκίνησε καὶ τὸν Ἀντισθένους λόγον, τὸν πειρώμενον ἀποδεικνύειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, οὗτος

quales sint, incompertum habemus (55). Etenim cum multa alia, tum rerum divinarum obscuritas et vitæ nostræ brevitas talia nos scire prohibent.

ρῶτος διείλεκται, καθά φησι Πλάτων ἐν Εὐθυδήμῳ. Καὶ πρῶτος κατέδειξε τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις, ὡς φησιν Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικὸς ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον. — (55) Vid. fragm. 2.

DE PRODICO CEO[1].

Prodicus (2) Ceus (3), Democriti æqualis idemque et physicus et sophista, multo post Simonidem, cujus civis erat, natus, circa Olympiadem octogesimam sextam gloria ac discipulorum nobilitate floruit. Sed dubium videtur, utrum plus auctoritatis magistri disciplinæ, an suo ingenio, an denique clarissimorum virorum, quibuscum versatus est, consuetudini debuerit. Fuit enim non modo Protagoræ auditor, verum etiam æmulus Gorgiæ et Euripidis (4), Socratis (5), Theramenis, Isocratis (6), Xenophontis præceptor. Quanta vero in eo fuerit eloquentia ex hoc intelligitur, quod Xenophon (7), quum custodia teneretur vadem dare quam Prodici disputationibus non interesse maluit. Ut autem inter Sophistas moralem philosophiam (8) unus omnium maxime profitebatur : ita multum utilitatis Socratem et Xenophontem ex ejus scholis percepisse inter omnes constat. Ajunt (9) quidem veteres, eum gracilem, mollem, voluptarium et ob valetudinis infirmitatem frequenter lecto affixum fuisse, adeo ut non satis idoneus rerum civitatis administrator haberetur : sed iidem hominem ingeniosum Protagoræ exemplo in variis Græcorum civitatibus eloquentiæ præcepta tradidisse affirmant (10). Placuisse eum plurimis adolescentibus, discipulorum qui ei operam dederunt multitudo declarat. Quæ res eo mirabilior debet videri, quod non gratis bene dicendi ac bene vivendi vias commonstrare, sed certam mercedem a familiaribus exigere consueverat (11). Plerumque enim suos libros

(1) Cf. L. Spengelii de Prodico Ceo commentatio in Συναγωγῇ τεχνῶν p. 46 seqq., F. G. Welckeri de eodem disputatio elegantissima (*Prodicus, der vorgænger des Socrates*) in Mus. Rhen. I, 1, 4; E. Cougny de Prodico Ceo, Socratis magistro, dissertatio. Parisiis 1858. — (2) Suidas v. Πρόδικος hæc habet : Πρόδικος Κεῖος, ἀπὸ Κέω τῆς νήσου, πόλεως δὲ Ἰουλίδος, φιλόσοφος φυσικὸς καὶ σοφιστής, σύγχρονος Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου καὶ Γοργίου, μαθητὴς Πρωταγόρου τοῦ Ἀβδηρίτου κτλ. — (3) Male librariorum culpa nonnunquam pro Ceo Chius vel Cous vocatur. Vid. Davis. ad Cicer. De nat. deor. I, 42 et ad Minuc. Fel. cap. 21 p. 121; Olearius ad Philostr. vit. Soph. I, 12 p. 496; Fischer ad Plat. Apol. Socr. p. 19 ed. Steph. — (4) Gellius Noct. Attic. lib. XV, 20 : Mox a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus (Euripides) auditor fuit Physici Anaxagoræ et rhetoris Prodici. — (5) Plato Charm. p. 163 : καὶ γὰρ Πρόδικου μυρία τινὰ ἀκήκοα περὶ ὀνομάτων διαιροῦντος, quæ Socratis verba sunt. Cf. Protag. p. 341. — (6) Plutarchus vit. X orat. 4, vol. XII p. 236 ed. Hutten. : παῖς μὲν ὢν (ὁ Ἰσοκράτης) ἐπαιδεύετο οὐδενὸς ἧττον Ἀθηναίων ἀκροώμενος Προδίκου τε τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου κτλ. Dionysius Halicarnassensis de Isocrate jud. vol. V p. 535 ed. Reisk. : γενόμενος δ' ἀκουστὴς Προδίκου τοῦ Κείου. — (7) Philostratus vit. Sophist. I p. 503. — (8) Hujus rei multa vestigia in dialogis Platonicis exstant. Namque ut uno utar exemplo, sophistæ sermoni in Platonis Protagora interest Pausanias (p. 315 C : ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἔτι κατέκειτο, ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι, καὶ μάλα πολλοῖς, ὡς ἐφαίνετο· παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Παυσανίου κτλ.) qui in Convivio p. 180 C seqq. non aliena a Prodici disciplina et institutis disputat. Nempe ibi orationem, qua Venerem cœlestem laudibus ornat, vulgivagam exagitat, in hunc modum orditur : Οὐ καλῶς μοι δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ λόγος, τὸ ἁπλῶς οὕτως παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα. Εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δέ, οὐ γάρ ἐστιν εἷς. Μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς ὀρθότερόν ἐστι πρότερον προρρηθῆναι ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν. Ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἔρωτα φράσαι ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ. Πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. Μιᾶς μὲν οὖν οὔσης, εἷς ἂν ἦν Ἔρως· ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστόν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. Πῶς δ' οὐ δύο τὼ θεά; ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ νεωτέρα Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν. Ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον κτλ. — (9) Plutarchus libro quo quærit num seni sit gerenda republ. cap. 15, vol. XII p. 121 ed. Hutten. : ὥσπερ οὖν ὁ Πρόδικον, τὸν σοφιστήν, ἢ Φιλήταν, τὸν ποιητήν, ἀξιῶν πολιτεύεσθαι, νέους μέν, ἰσχνοὺς δὲ καὶ νοσώδεις, καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς ὑπ' ἀρρωστίαν ὄντας, ἀδόλτερός ἐστιν κτλ. Cf. Philostratus vit. Sophist. I p. 482 seq. 496 et 500; item Schol. ad Aristoph. Nub. v. 360. — (10) Plato Hipp. maj. p. 282 C : εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τὰ τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω λέγων τ' ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ τοῖς νέοις συνὼν χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. Τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις τῆς ἑαυτοῦ σοφίας· οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. Τούτων δ' ἑκάτερος πλέον ἀργυρίου ἀπὸ σοφίας εἰργάσται, ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἑστινοσ τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων Πρωταγόρας. Cf. Quintilian., lib. III cap. 1, 10. — (11) Diog. Laert. IX, 50 : οὗτος καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος λόγους ἀναγινώσκοντες ἠρανίζοντο. Suidas v. Πρόδικος· πρῶτος δὲ οὗτος τὴν πεντηκοντάδραχμον

sive majores sive minores recitabat, ea conditione, ut a singulis auditoribus vel singulæ drachmæ vel binæ vel quaternæ, nonnunquam etiam quinquagenæ penderentur. At quamvis ejus ingenii monumenta verborum sententiarumque luminibus distincta essent, tamen vox ejus gravis audientibus injucunda erat, atque interdum etiam obscura (12). Itaque hoc vitium et in dicendi magistro et in oratore, quotiescunque legationes obibat, deprehensum est. Nimirum sæpe Prodicum honoribus et reipublicæ muneribus perfunctum esse testatur Plato in Hippia majore (13). Qualis autem fuerit philosophus, e rerum varietate quam in acroasibus tractabat colligi oportet. Nam de grammatica (14) ita subtiliter disputabat, ut vocabu-

ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Plato Theag. p. 127 seq. : ἔπειτα εἰ ἄρα τῆς μὲν τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν συνουσίας Θεάγης ὧδε καταφρονεῖ, ἄλλους δέ τινας ζητεῖ οἳ παιδεύειν ἐπαγγέλλονται οἵοί τε εἶναι νέους ἀνθρώπους, ἔστιν ἐνταῦθα καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ ἄλλοι πολλοί, οἳ οὕτω σοφοί εἰσιν, ὥστε εἰς τὰς πόλεις ἰόντες πείθουσι τῶν νέων τοὺς γενναιοτάτους τε καὶ πλουσιωτάτους, οἷς ἔξεστι τῶν πολιτῶν ᾧ ἂν βούλωνται προῖκα συνεῖναι, τούτους πείθουσιν ἀπολείποντας τὰς ἐκείνων συνουσίας αὐτοῖς συνεῖναι, προσκαταθέντας ἀργύριον πάνυ πολὺ μισθόν, καὶ χάριν πρὸς τούτοις εἰδέναι. Id. Apol. Socr. p. 19 : ἐπεὶ καὶ τοῦτό γ' ἐμοὶ δοκεῖ καλὸν εἶναι, εἴ τις οἷός τ' εἴη παιδεύειν ἀνθρώπους ὥσπερ Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος. Τούτων γὰρ ἕκαστος, ὦ ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους, οἷς ἔξεστι τῶν ἑαυτῶν πολιτῶν προῖκα ξυνεῖναι ᾧ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι τὰς ἐκείνων ξυνουσίας ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας καὶ χάριν προσειδέναι. Pseudoplato Axioch. p. 366 : καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα, τὰ μὲν διμοίρου ἰωνημένα, τὰ δὲ δυεῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου. Προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει, διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον, ἃ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, καὶ λάβε τι. Plato Cratyl. p. 384 : εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκονταδράχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὡς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα πῇ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων. Aristoteles Rhet. III, 14, p. 1415 b ed. Bekker. : τοῦτο δ' ἐστίν, ὥσπερ ἔφη Πρόδικος, ὅτε νυστάζουσιν οἱ ἀκροαταί, παρεμβάλλειν τῆς πεντηκονταδράχμου αὐτοῖς. Philostratus vit. Sophist. Proœm. pag. 482 ed. Olear. : καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσι, τοῦ λόγου διὰ πλειόνων ξυντεθέντος ἐμμισθον ἐπίδειξιν ἐποιεῖτο Πρόδικος. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 360 : Σοφιστὴς δὲ ἦν ὁ Πρόδικος Χῖος (leg. Κεῖος) τὸ γένος· ἤκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Σωκράτους. Πρῶτος δὲ οὗτος τὴν πεντηκονταδράχμων ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν. — (12) Diogenes Laertius IX, 50 : καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ φησί, βαρύφωνον εἶναι τὸν Πρόδικον. Plato Protag. p. 315 : περὶ δὲ ὧν διελέγοντο οὐκ ἐδυνάμην ἔγωγε μαθεῖν ἔξωθεν, καίπερ λιπαρῶς ἐχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου· πάνσοφος γάρ μοι δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος· ἀλλὰ διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς βόμβος τις ἐν τῷ οἰκήματι γιγνόμενος ἀσαφῆ ἐποίει τὰ λεγόμενα. Philostratus vit. Sophist. p. 496 : πρισβεύων δὲ παρὰ Ἀθηναίοις, παρελθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον ἱκανώτατος ἔδοξεν ἀνθρώπων, καίτοι δυσήκοον καὶ βαρὺ φθεγγόμενος. — (13) Vid. annot. 10. — (14) Plato Euthyd. p. 277 E : πρῶτον γάρ, ὡς φησι Πρόδικος, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος μαθεῖν δεῖ. Id. Lach. p. 197 D : μηδέ γε εἴπῃς, ὦ Λάχης, καὶ γάρ μοι δοκεῖς οὐδὲ μὴ ἠσθῆσθαι ὅτι ὀλίγου ταύτην τὴν σοφίαν παρὰ Δάμωνος τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου παρέλιπεν, ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει, ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα διαιρεῖν. Id. Protag. p. 340 E seq. : κινδυνεύει γάρ τοι, ὦ Πρωταγόρα, ἡ Προδίκου σοφία θεία τις εἶναι πάλαι, ἤτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρξαμένη, ἢ καὶ ἔτι παλαιοτέρα. Σὺ δὲ ἄλλων πολλῶν ἔμπειρος ὢν ταύτης ἄπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουί. Καὶ νῦν μοι δοκεῖς οὐ μανθάνειν ὅτι καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο ἴσως οὐχ οὕτω Σιμωνίδης ὑπελάβετ' ὥσπερ σὺ ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με οὑτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, ἐρωτᾷ εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τἀγαθὰ δεινὰ καλῶν. Τὸ γὰρ δεινόν, φησί, κακόν ἐστιν· οὐδεὶς γοῦν λέγει ἑκάστοτε δεινοῦ πλούτου οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου καὶ δεινοῦ πολέμου καὶ δεινῆς πενίας, ὡς τοῦ δεινοῦ κακοῦ ὄντος. Ἴσως οὖν καὶ τὸ χαλεπὸν αὖ οἱ Κεῖοι καὶ ὁ Σιμωνίδης ἢ κακὸν ὑπολαμβάνουσιν ἢ ἄλλο τι ὃ σὺ οὐ μανθάνεις. Ἐρώμεθα οὖν Πρόδικον· δίκαιον γὰρ τὴν Σιμωνίδου φωνὴν τοῦτον ἐρωτᾶν. Τί ἔλεγεν, ὦ Πρόδικε, τὸ χαλεπὸν Σιμωνίδης; Κακόν, ἔφη. Διὰ ταῦτ' ἄρα καὶ μέμψεται, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Πρόδικε, τὸν Πιττακὸν λέγοντα χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἤκουεν αὐτοῦ λέγοντος ὅτι ἐστὶ κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Ἀλλὰ τί οἴει, ἔφη, λέγειν, ὦ Σώκρατες, Σιμωνίδην ἄλλο ἢ τοῦτο, καὶ ὀνειδίζειν τῷ Πιττακῷ ὅτι τὰ ὀνόματα οὐκ ἠπίστατο ὀρθῶς διαιρεῖν ἅτε Λέσβιος ὢν καὶ ἐν φωνῇ βαρβάρῳ τεθραμμένος; Ἀκούεις δή, ἔφην ἐγώ, ὦ Πρωταγόρα, Προδίκου τοῦδε. Ἔχεις τι πρὸς ταῦτα λέγειν; Καὶ ὁ Πρωταγόρας, Πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, οὕτως ἔχειν, ὦ Πρόδικε· ἀλλ' ἐγὼ εὖ οἶδ' ὅτι καὶ Σιμωνίδης τὸ χαλεπὸν ἔλεγεν ὅπερ ἡμεῖς οἱ ἄλλοι, οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὃ ἂν μὴ ῥᾴδιον ᾖ ἀλλὰ διὰ πολλῶν πραγμάτων γίγνηται. Ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι, ἔφην, ὦ Πρωταγόρα, τοῦτο λέγειν Σιμωνίδην, καὶ Πρόδικόν γε τόνδε εἰδέναι, ἀλλὰ παίζειν καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειράσθαι, εἰ οἷός τ' ἔσει τῷ σαυτοῦ λόγῳ βοηθεῖν, ἐπεὶ ὅτι γε Σιμωνίδης οὐ λέγει τὸ χαλεπὸν κακόν, μέγα τεκμήριόν ἐστιν εὐθὺς τὸ μετὰ τοῦτο ῥῆμα· λέγει γὰρ ὅτι θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι γέρας. Οὐ δήπου τοῦτό γε λέγων, κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, εἶτα τὸν θεὸν φησι μόνον τοῦτ' ἂν ἔχειν καὶ τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπένειμε μόνῳ· ἀκόλαστον γὰρ ἂν τινα λέγει Σιμωνίδην ὁ Πρόδικος καὶ οὐδαμῶς Κεῖον. Ἀλλ' ἃ μοι δοκεῖ διανοεῖσθαι Σιμωνίδης ἐν τούτῳ τῷ ᾄσματι, ἐθέλω σοι εἰπεῖν, εἰ βούλει λαβεῖν μου πεῖραν ὅπως ἔχω, ὃ σὺ λέγεις τοῦτο, περὶ ἐπῶν· ἐὰν δὲ βούλῃ, σοῦ ἀκούσομαι κτλ. Cf. Protag. p. 337 A, Cratyl. pag. 384 B, Meno p. 75 E. Ut autem Prodicus putidus verborum interpres ac syllabarum auceps erat : ita etiam Agatho, ejus discipulus, in Platonis Convivio. Ex ejus enim oratione duos hic locos afferemus molesta in singulis verbis diligentia et oppositorum multitudine insignes. Alter est p. 196 B : τὸ μέν μέγιστον, ὅτι Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται οὔθ' ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεόν, οὔθ' ὑπ' ἀνθρώπου οὔτε ἄνθρωπον. Οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· βία γὰρ Ἔρωτος οὐχ ἅπτεται· οὔτε ποιῶν ποιεῖ κτλ. Alter p. 197 D : οὗτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν κενοῖ, οἰκειότητος δὲ πληροῖ, τάς τοιάσδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων πάσας τιθεὶς ξυνιέναι, ἐν ἑορταῖς, ἐν χοροῖς, ἐν θυσίαις γιγνόμενος ἡγεμών· πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων· φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος

lorum similium vel idem significantium vim ac naturam exponeret. Præterea cum alias disciplinas, velut physiologiam (15) et civitatis constituendæ sapientiam (16), tum præcipue moralem philosophiam adolescentes docuit. Attigit etiam res divinas (17). Quippe solem, lunam, fluvios, fontes omninoque ea quæ prodessent hominum vitæ ab antiquis deorum in numero habita esse dixit. Fuerunt qui eum hujusmodi dicto omnem religionem sustulisse crederent. Qua de re incorruptius judicare nobis liceret, si scripta ejus exstarent. Nunc tale quid ut incompertum in medio relinquemus. Derisum (18) esse Prodicum ab Æschine Socratico in dialogo Callia refert Athenæus lib. V, p. 220. Denique dubium est quod solus Suidas (19) memoriæ prodidit, tantum virum ut juventutis corruptorem cicutam bibere ab Atheniensibus jussum decessisse. Fuisse Prodici libros aut omnes aut plerosque philosophicos, e veterum testimoniis efficitur. Quamobrem jure videtur Aristophanis interpres græcus ad Av. vers. 694 Callimachum reprehendere, quod illum rhetoribus potius quam philosophis annumeraverit. Grammaticæ artis fundamenta jecit confecto commentario περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος (20), i. e. de recta nominum ratione vel de vocabulorum veritate, ratus recte et vere nomina rebus esse imposita. Ex hoc opere sumta esse opinor quæ de similium vocum differentia disseruisse Prodicum Plato in pluribus dialogis docet. At ista omnia hic commemorare non vacat, præsertim quum sæpe difficile sit Prodici verba a Platonis facetiis quibus illa perstringit distinguere. Sed nihil celebrius est ipsius libro Horarum (21) nomine inscripto, in quo Herculis prope bivium sedentis cum Virtute et Ignavia sive Voluptate congressum elegantissime finxit. Hanc fabulam

δυσμενείας· ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ζηλωτὸς ἀμοίροις, κτητὸς εὐμοίροις· τρυφῆς, ἀδρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ἱμέρου, πόθου πατήρ· ἐπιμελὴς ἀγαθῶν, ἀμελὴς κακῶν· ἐν πόνῳ, ἐν ῥόδῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος, ξυμπάντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κόσμος, ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐρυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ὡδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα. Huc pertinent etiam Aristotelis verba Topic. II, 6 : ἔτι καὶ εἰ αὐτὸ αὑτῷ συμβέβηκὸς ἔθηκεν ὡς ἕτερον διὰ τὸ ἕτερον εἶναι ὄνομα, καθάπερ Πρόδικος διῃρεῖτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ τῆς ἡδονῆς ὀνόματά ἐστιν. Εἰ οὖν τις τὸ χαίρειν τῷ εὐφραίνεσθαι φήσει συμβεβηκέναι, αὐτὸ ἂν αὑτῷ φαίη συμβεβηκέναι. Cf. Plato Protag. p. 358 : τὴν δὲ Προδίκου τουῦδε διαίρεσιν τῶν ὀνομάτων παραιτοῦμαι· εἴτε γὰρ ἡδὺ εἴτε τερπνὸν λέγεις εἴτε χαρτόν κτλ. — (15) Cicero De oratore III, 32 : Quid de Prodico Ceo? quid de Thrasymacho Chalcedonio, de Protagora Abderita loquar? quorum unusquisque plurimum temporibus illis etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. — (16) Plato de Republ. X p. 600 : Ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παριστάναι, ἰδίᾳ ξυγγιγνόμενοι, ὡς οὔτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὑτῶν διοικεῖν οἷοί τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι. — (17) Cicero De nat. deor. lib. I, 42 : Quid? Prodicus Ceus? qui ea, quæ prodessent hominum vitæ, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? Minucius Felix cap. 21 : Prodicus assumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuere. Sextus Empiricus adv. Math. IX, 18, p. 552 ed. Fabr. : Πρόδικος δὲ ὁ Κεῖος « ἥλιον, φησί, καὶ σελήνην, καὶ ποταμούς, καὶ κρήνας, καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν, οἱ παλαιοὶ θεοὺς ἐνόμισαν, διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφελειαν, καθάπερ Αἰγύπτιοι τὸν Νεῖλον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν μὲν ἄρτον Δήμητραν νομισθῆναι, τὸν δὲ οἶνον Διόνυσον, τὸ δὲ ὕδωρ Ποσειδῶνα, τὸ δὲ πῦρ Ἥφαιστον καὶ ἤδη τῶν εὐχρηστούντων ἕκαστον. » Id. adv. Math. IX, 52, p. 561 ed. Fabr. : Πρόδικος δὲ τὸ ὠφελοῦν τὸν βίον ὑπειλῆφθαι θεόν, ὡς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ποταμοὺς καὶ λειμῶνας καὶ καρποὺς καὶ πᾶν τὸ τοιουτῶδες. — (18) Athenæus lib. V p. 220 : ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν. Λέγει γὰρ ὡς ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἀπετέλεσεν, ὁ δ' ἕτερος Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος καὶ Ἀριστάρχην τὸν ἀδελφὸν Ἀριγνώτου τοῦ κιθαρῳδοῦ, θέλων ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα ἀγχινοίας ἐμφανίσαι

τὴν τῶν παιδευσάντων διδασκαλίαν. — (19) Suidas v. Πρόδικος· ἐν Ἀθήναις κώνειον πιὼν ἀπέθανεν, ὡς διαφθείρων τοὺς νέους. — (20) Vid. annot. 14. — (21) Suidas v. Πρόδικος el Ὧραι· Φέρεται καὶ βιβλίον Προδίκου ἐπιγραφόμενον Ὧραι, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸν Ἡρακλέα τῇ Ἀρετῇ καὶ τῇ Κακίᾳ συντυγχάνοντα. Plato Conviv. p. 177 B : εἰ δὲ βούλει καὶ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, [εὑρήσεις] Ἡρακλείους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους κατελογάδην συγγράψαντα, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος. Xenophon Memorab. lib. II cap. 1, 21 : καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται κτλ. Athen. lib. XI p. 510 : ἐγὼ δέ φημι καὶ τὴν τοῦ Πάριδος κρίσιν ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων πεποιῆσθαι ἡδονῆς πρὸς ἀρετὴν οὖσαν σύγκρισιν. Προκριθείσης γοῦν τῆς Ἀφροδίτης, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἡδονή, πάντα συνεταράχθη. Καὶ μοι δοκεῖ καὶ ὁ καλὸς ἡμῶν Ξενοφῶν τὸν περὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὴν ἀρετὴν μῦθον ἐντεῦθεν πεπλακέναι. Cicero De offic. lib. I cap. 32 : Nam quod Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primum pubesceret (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset : hoc Herculi, Jovis satu edito, potuit fortasse contingere, nobis non item. Id. Epist. ad fam. V, 12 : Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiæ negligas : gratiamque illam, de qua suavissime quodam in proœmio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate, eam, si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare. Philostratus lib. I vit. sophist. p. 487 : Προδίκῳ τῷ Κείῳ συνεγέγραπτό τις οὐκ ἀηδὴς λόγος κτλ. Conf. Quintilian. lib. IX, 2, 36. Justin.

e Prodici chartis petitam secundo Memorabilium Socratis dictorum volumini inseruit Xenophon. Qui etsi Ceum philosophum ita honestavit, ut rebus ab eo inventis suæ orationis lenocinia adderet : tamen totum caput inter Prodici fragmenta (22) edere non gravatus sum. Enimvero fabula de Hercule ita placuit antiquis scriptoribus, ut haud raro eam vel commemorarent vel imitarentur. Inter imitatores sunt Maximus Tyrius Dissert. 20; item Themistius Orat. 22, ubi amicus et adulator inter se committuntur. Porro Aristophanes qui in Pluto deum divitiarum præsidem Paupertatemque altercantes inducit. Præterea apud Silium Italicum (23) Punicor. lib. XV, 18 seqq. sic adeunt Scipionem Virtus et Voluptas; apud Dionem Chrysostomum vero Orat. 1 de regno p. 14 Herculem dea Regina et Tyrannis. Quid? quod Lucianus in Somnio sic loquentes facit Artem statuariam et Eruditionem, atque in Dearum Judicio Junonem, Minervam, Venerem. Adde certantes inter se personas Sanctimoniæ et Temperantiæ apud Gregorium Nazianzenum Carm. de Somniis suis, Voluptatis et Virtutis apud Philonem libro De mercede meretricis, Philosophiæ cum Opinionibus apud Philostratum Vit. Apollon. lib. 6, Pluti et Virtutis apud Stobæum Floril. XCI, 33 ex Telete. Similiter Cebes in Tabula comparat veram et commenticiam doctrinam. Denique Clemens Alexandrinus Strom. V, p. 561 ed. Col. eandem fabulam ad duplicem illam quæ a poetis celebratur Somni portam accommodat. Quin etiam artifices (24) vel pictis tabulis vel statuis Herculem Prodicium referentibus eximii philosophi commentum sempiternæ hominum memoriæ tradere voluerunt. Huc accedit quod fabulam insculptam cernimus in aureo nummo (25) Hadriani Augusti. In hoc enim Herculem nudum in templo nescio quo stantem mulier altera astans dextrorsum, altera sinistrorsum ad se allicere videntur. Locum de miseriis in quibus mortales vivunt ac de morte, malorum omnium termino, ex quodam Prodici opere depromtum servavit Pseudoplato in Axiocho (26). Superest etiam copiosa de divitiarum usu disputatio in personati Platonis Eryxia (27). Has reliquias, tanquam Prodicii ingenii monumenta, diligenter recensui et interpretatus sum.

Mart. Apol. I p. 49 ed. Col. — (22) Vid. fragm. 1. — (23) Silius Italicus Punicor. lib. XV, 18 seqq. « Has lauri residens juvenis viridante sub umbra, Ædibus extremis volvebat pectore curas : Cum subito assistunt, dextra lævaque per auras Allapsæ, haud paullum mortali major Imago, Hinc Virtus, illinc virtuti inimica Voluptas. Altera Achæmenium spirabat vertice odorem, Ambrosias diffusa comas, et veste refulgens, Ostrum qua fulvo Tyrium sufunderat auro : Fronte decor quæsitus acu lascivaque crebras Ancipiti motu jaciebant lumina flammas. Alterius dispar habitus, frons hirta nec unquam Composita mutata coma : stans vultus et ore Incessuque viro propior, lætique pudoris, Celsa humeros niveæ fulgebat stamine pallæ. Occupat inde prior, promissis fisa, Voluptas » etc. — (24) Vid. Steph. Vin. Pighium in præf. Herculis Prodicii, tum Welckerum l. c. — (25) Conf. Eckhel. Doctr. Num. tom. 6 p. 506. — (26) Vid. fragm. 2 et 3. — (27) Vid. fragm. 4.

DE GORGIA LEONTINO.

Gorgias (1), philosophus et rhetor, patriam habuit Leontinos, claram Siciliæ civitatem, unde Leontinus cognominatus est(2).Falluntur enim qui eum a Luciano insulanum (3) vocatum esse putant. De natali ejus anno ac de tempore, quo supremum obierit diem, veteres scriptores silent. Sed natus est vir qui longissimæ ætatis beneficio cum multis simul floruit, ut mea fert opinio, Olympiadis LXXI anno primo sive ante Chr. 496. Itaque Porphyrius apud Suidam eum ad Olympiadem LXXX rettulit, auctoritate et gratia sophistam tum apud Græcos viguisse sine dubio arbitratus (4). Neque errasse videtur Eusebius qui in Canon. chron. II p. 213 Gorgiam cum Democrito Abderita, Empedocle, Hippocrate medico, Hippia, Prodico, Zenone et Parmenide Olympiade LXXXVI innotuisse testificatur.

Pater clarissimi viri a Pausania (5) Carmantidas, a Suida Charmantidas nominatur. Frater Gorgiæ Herodicus medicus fuit, teste Platone (6) in Gorgia p. 448 B, diversus a Selymbriano ejusdem nominis rhetore et gymnasticæ artis magistro (7). Sororem ejus, cujus nomen reticetur, Deicrati cuidam nupsisse, Pausanias (8) narrat. Sed quis fuerit iste Deicrates, ignoramus. Nihil præterea de Gorgiæ familia monumenta nobis litteræque prodiderunt, quamquam facile adducor, ut virum illustrissimum honesto inter suos loco ortum esse credam. At Leontini nummo in ejus honorem cuso, quem ab Haimio in Thesaur. Brit. tom. II p. 59 editum esse Abr. Gronovius ad Ælian. Var. hist. p. 42 refert, quam carus sophista ipsis fuerit, ostenderunt. Continet autem nummus ille in adversa parte Apollinis caput, in aversa cygnum cum hac inscriptione ΓΟΡΓΙΑΣΑΕΟ.

A quibus disciplinæ initiis profectus sit Gorgias, incertum est. Verum, si fides Satyro apud Diogenem Laertium (9) lib. VIII, 58 atque aliis scriptoribus, Empedoclem et intelligendi et dicendi magistrum habuit. Quin etiam Socrates apud Platonem auctor est Gorgiam in definiendo colore Empedoclem esse secutum. Vult enim colorem figurarum esse effluvium, visui congruens atque sensibile (10). Nolo tamen hinc concludere, cum in rerum contemplatione multa ab Agrigentino philosopho mutuatum esse. Nec quantum in bene dicendi scientia illi debuerit, satis constat. Qua de re Quintilianus lib. III, 1, 8 : *Nam primus*, inquit, *post eos, quos poetæ tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles* (11) *dicitur. Artium autem scriptores*

(1) Conf. H. Ed. Fossii de Gorgia Leontino commentatio. Halæ 1828; Leonardi Spengelii de Gorgia rhetore dissertatio inserta Συναγωγῇ τεχνῶν. Stutgardiæ 1828; Francisci Susemihlii de necessitudine qua Gorgias Empedocli junctus fuerit disputatio in Jahnii Annalibus Philol. 1856 p. 40-42. — (2) Dionysius Halicarnassensis de Lysia jud. vol. V p. 458 ed. Reisk. : δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος κτλ. Pausan. lib. VI, 17, 7 : καὶ τὸν Λεοντῖνον Γοργίαν ἰδεῖν ἐστιν κτλ. Cf. Cic. De orat. lib. III, 32. — (3) Nam quum olim apud Lucianum Rhet. præcept. c. 9 legeretur ἕωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴστα μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστίν, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα καὶ Νησιώτην, primus Græv[i]us Νησιώτην Gorgiam dici ratus sua auctoritate alios in errorem induxit. At ibi Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κριτίαν [τὸν] Νησιώτην reponendum esse Solanus postea animadvertit. — (4) At Suidas non intellecto Porphyrii testimonio Gorgiam multo prius in lucem editum et susceptum esse contendit Porphyriumque injuria vituperat. — (5) Pausanias lib. VI, 17, 8 : οὗτος ὁ Γοργίας πατρὸς μὲν ἦν Καρμαντείδου. — (6) Plato Gorg. p. 448 B : ΧΑΙ. Ἐρωτῶ δή, εἰ ἐτύγχανε Γοργίας ἐπιστήμων ὢν τῆς τέχνης, ἥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἡρόδικος, τίνα ἂν αὐτὸν ὀνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; ΠΩΛ. Πάνυ γε. ΧΑΙ. Ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι καλῶς ἂν λέγομεν. — (7) Schol. ad Plat. Gorg. l. c. : οὗτος οὐχ ὁ Σηλυμβριανός ἐστιν Ἡρόδικος, ἀλλ' ὁ Λεοντῖνος, Γοργίου ἀδελφός. Vide Heindorf. ad Plat. Phædr. p. 227 D. — (8) Pausanias lib. VI, 17, 4 : Δηϊκράτους συνοικήσαντος ἀδελφῇ τῇ Γοργίου. — (9) Diogenes Laertius lib. VIII, 58 : φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι [ὁ Ἐμπεδοκλῆς] καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητήν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνην ἀπολοιπότα. Schol. ad Platon. Gorg. p. 465 D : τοῦτο εἶπεν ἢ διὰ τὸ ἐκ τῆς Ἀναξαγόρου δόξης εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν (ἤρξει δὲ τοῦτο ἐκ Γοργίου, ὁ δὲ ἐξ Ἐμπεδοκλέους τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ· οὗτος δὲ φιλόσοφος ὢν τὰς τῶν φιλοσόφων δόξας καὶ ἡᾳδιστα καὶ ἐδίδασκεν), ἢ διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων παρίσωσιν, ὦ φίλε Πῶλε. Alter autem interpres hæc annotavit : Ἀναξαγόρειος γὰρ ἦν τῇ προαιρέσει ὁ Πῶλος, καθάπερ ὁ Γοργίας Ἐμπεδόκλειος. — (10) Plato Men. p. 76 D : ΣΩ. Βούλει οὖν σοι κατὰ Γοργίαν ἀποκρίνωμαι, ἢ ἂν σὺ μάλιστα ἀκολουθήσαις; MEN. Βούλομαι. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Οὐκοῦν λέγετε ἀπορροάς τινας τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα; MEN. Σφόδρα γε. ΣΩ. Καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀπορροαὶ πορεύονται; MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ τῶν ἀπορροῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ ἐλάττους ἢ μείζους; MEN. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὄψιν καλεῖς τι; MEN. Ἔγωγε. ΣΩ. Ἐκ τούτων δὴ ξύνες ὃ τοι λέγω, ἐφη Πίνδαρος. Ἔστι γὰρ χρόα ἀπορροὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός. Plutarchus De plac. phil. lib. I, 15 : Ἐμπεδοκλῆς [χροιὰν ἐκάλει] τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον. — (11) Sextus Empir.

antiquissimi, Corax et Tisias Siculi : quos insecutus est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut traditur) *discipulus.* Ad hanc vero Empedoclis disciplinam videtur etiam illud pertinere, quod se Agrigentino homini magicam artem tractanti interfuisse Gorgias asseveravit (12). Quid? quod Plutarchus in Isocratei sepulcri descriptione (13) docet, columnam superposita Sirene, eloquentiæ signo, notabilem e monumento eminuisse, eique adhæsisse mensam poetarum et Isocratis præceptorum imaginibus exornatam, atque inter eas comparuisse Gorgiæ in globum cœlestem intuentis imaginem. Quæ si vera est narratio, licebit fortasse Gorgiam cum aliarum rerum scientia, tum astrorum cognitione ab Empedocle repletum esse statuere. At hoc pro certo non affirmamus. Sunt qui hominem Leontinum ad Tisiam audiendum Syracusas petivisse eoque audito in patriam rediisse scribant (14). Alii ejus cum Tisia familiaritati temporum rationem obstare arbitrantur. Illud duntaxat exploratum habemus, Isocratem natum Olympiadis LXXXVI anno primo sive ante Chr. 436, mortuum tertio Olympiadis CX anno sive ante Chr. 338, utriusque Siculi rhetoris institutione usum esse (15). Postquam Gorgias ab idoneis magistris institutus satis in optimis studiis profecit, non dubitamus, quin in Sicilia, tum liberalium artium ac doctrinarum domicilio, et philosophiam professus sit et dicendi præcepta tradiderit. Certe quo tempore Gorgias Athenis erat, Polus Agrigentinus Socrati interroganti, num omnia sophistæ præcepta didicisset, sese illa percepta habere respondit (16). Est autem verisimile, eum in Sicilia potius quam Athenis Leontino rhetori operam dedisse. Transeo ad legationem a Gorgia susceptam, quæ res in ejus vita non minus memorabilis est, quam cæteri qui ei contigerunt honores. Quum igitur secundo Olympiadis LXXXVIII anno Euclide archonte Leontini a Syracusanis bello ita premerentur, ut resistere iis amplius non possent : auxilium petere ab Atheniensibus decreverunt. Existimabant enim sese a potentissima civitate auxilio non orbatum iri, quia Chalcidensium coloni ideoque Atheniensium cognati essent. Quocirca legatos Athenas miserunt. Princeps legationis fuit Gorgias, qui eloquentia cæteros præstabat ac reipublicæ gerendæ scientissimus judicabatur (17). Fuisse inter legatos a Leontinis missos etiam Tisiam Syracusanum Pausaniæ (18) referenti nemo credet, quamvis nihil obstet quominus eodem tempore, quo Gorgias Athenas venit, Tisiam ibi moratum esse statuamus. Nam

adv. Math. VII, 6 : Ἐμπεδοκλέα μὲν γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι. Diogenes Laertius VIII, 57 : Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν. Cf. Schol. ad Dionys. Thrac. in Bekker. Anecd. p. 733 sq. — (12) Diog. Laert. VIII, 59 : τοῦτόν φησιν ὁ Σάτυρος λέγειν, ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. — (13) Plutarchus Vit. X oratt, vol. XII p. 241 ed. Hutten. : αὐτῷ δ' Ἰσοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν κίων τριάκοντα πηχῶν, ἐφ' οὗ Σειρὴν πηχῶν ἑπτὰ συμβολικώς, ὃς νῦν οὐ σώζεται. Ἦν δὲ καὶ αὐτοῦ τράπεζα πλησίον, ἔχουσα ποιητάς τε καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ, ἐν οἷς καὶ Γοργίαν εἰς σφαῖραν ἀστρολογικὴν βλέποντα, αὐτόν τε τὸν Ἰσοκράτην παρεστῶτα. — (14) Schol. Hermog. in Reiskii Oratt. Gr. tom. VIII p. 197. — (15) Dionys. Halic. de Isocrat. judic. vol. V p. 535 ed. Reisk. : γενόμενος δ' (ὁ Ἰσοκράτης) ἀκουστὴς Πρωδίκου τε τοῦ Κτίου, καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου, τῶν τότε μέγιστον ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ κτλ. Plutarchus Vit. X oratt. vol. XII pag. 235 ed. Hutten. : γενόμενος δὲ κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα ἐπὶ Λυσιμάχου Μυρρινουσίου, Λυσίου μὲν νεώτερος δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτά, παῖς μὲν ὢν ἐπαιδεύετο οὐδενὸς ἧττον Ἀθηναίων, ἀκροώμενος Πρωδίκου τε τοῦ Κτίου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου, καὶ Θηραμένους τοῦ

ῥήτορος. — (16) Plato Gorg. p. 462 A : ΣΩ. Φῂς γὰρ δῆπου καὶ σὺ ἐπίστασθαι, ἅπερ Γοργίας, ἢ οὔ; ΠΩΛ. Ἔγωγε. — (17) Diodorus Siculus lib. XII cap. 53 : ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐκλείδου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλιάρχους τρεῖς, Μάρκον Μάλλιον, Κόϊντον Σολπίκιον Πραιτεξτᾶτον καὶ Σερούϊον Κορνήλιον Κόσσον. Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ τὴν Σικελίαν Λεοντῖνοι, Χαλκιδέων μὲν ὄντες ἄποικοι, συγγενεῖς δὲ Ἀθηναίων, ἔτυχον ὑπὸ Συρακουσίων πολεμούμενοι· πιεζόμενοι δὲ τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῶν Συρακουσίων κινδυνεύοντες ἁλῶναι κατὰ κράτος, ἐξέπεμψαν πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας, ἀξιοῦντες τὸν δῆμον βοηθῆσαι τὴν ταχίστην καὶ τὴν πόλιν ἑαυτῶν ἐκ τῶν κινδύνων ῥύσασθαι. Ἦν δὲ τῶν ἀπεσταλμένων ἀρχιπρεσβευτὴς Γοργίας ὁ ῥήτωρ, δεινότητι λόγου πολὺ προέχων πάντων τῶν καθ' ἑαυτόν. Οὗτος καὶ τέχνας ῥητορικὰς πρῶτος ἐξεῦρε, καὶ κατὰ τὴν σοφιστείαν τοσοῦτον τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν ὥστε μισθὸν λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν μνᾶς ἑκατόν. Οὗτος οὖν καταντήσας εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ παραχθεὶς εἰς τὸν δῆμον διελέχθη τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τῆς συμμαχίας, καὶ τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους ὄντας εὐφυεῖς καὶ φιλολόγους. Πρῶτος γὰρ ἐχρήσατο τοῖς τῆς λέξεως σχηματισμοῖς περιττοτέροις καὶ τῇ φιλοτεχνίᾳ διαφέρουσιν, ἀντιθέτοις καὶ ἰσοκώλοις καὶ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καὶ τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἃ τότε μὲν διὰ τὸ ξένον τῆς κατασκευῆς ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο, νῦν δὲ περιεργίαν ἔχειν δοκεῖ καὶ φαίνεται καταγέλαστα πλεονάκις καὶ κατακόρως πεπειραμένα. Τέλος πείσας τοὺς Ἀθηναίους συμμαχῆσαι τοῖς Λεοντίνοις οὗτος μὲν θαυμασθεὶς ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐπὶ τέχνῃ ῥητορικῇ, τὴν εἰς Λεοντίνους ἐπάνοδον ἐποιήσατο.— (18) Pausanias lib. VI, 17, 8 : οὗτος ὁ Γοργίας πατρὸς μὲν ἦν Καρμαντίδου, λέγεται δὲ ἀνασώσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἡμελημένην τε ἐς ἅπαν καὶ ἐς λήθην ὀλίγου δεῖν ἥκουσαν ἀνθρώποις. Εὐδοκιμῆσαι δὲ Γοργίαν λόγων ἕνεκα ἐν τε πανηγύρει τῇ Ὀλυμπικῇ φασι καὶ ἀξιούμενον κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ Τισίᾳ παρ' Ἀθηναίους. Καίτοι ἄλλα τε Τισίας ἐς λόγους ἐσηνέγκατο, καὶ πιθανώτατα τῶν καθ' αὑτὸν γυναικὶ Συρακουσίᾳ χρημάτων ἔγραψεν ἀμφισβήτησιν· ἀλλά γε ἐκείνου τε ἐς πλέον τιμῆς ἀρίκετο ὁ Γοργίας παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας Πολυκράτους οὐ τὰ ἔσχατα ἐνεγκαμένου διδασκαλείου τοῦ Ἀθήνῃσι, τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐπίπρο-

vixisse aliquamdiu Tisiam in Atheniensium urbe, non licet dubitare, quippe qui Socrati æque notus fuerit ac Gorgias (19). Accedit quod Isocrates, quem nunquam in Siciliam navigasse constat, non potuit nisi in Græcia Tisiæ præceptis imbui. Gorgias novo et inaudito dicendi genere Atheniensium animos bene a natura informatos litterarumque cupidos ita permulcebat, ut ab omnibus libenter tam in concionibus quam in scholis vel, ubi liberior sermo est, in circulis audiretur. Ornate autem in omni sermone loquens clarissimis verborum luminibus utebatur. Nempe in concinnitatis consectatione principem eum fuisse accepimus, siquidem paria paribus adjuncta itemque contrariis relata contraria primus invenit, sed iis usus est intemperantius (20). Quum igitur multi adolescentes ejus disputationibus interessent, exacta ab auditoribus satis magna mercede (centenas enim minas a singulis accipiebat) amplissimas divitias sibi paravit. At vix credibile videtur, diu tum Athenis mansisse sophistam. Nam postquam Atheniensibus persuasit ut Leontinos auxilio juvarent copiasque in Siciliam mitterent, reversum in patriam esse Gorgiam Diodorus testificatur (21). Hæc igitur legatio certa est nec quidquam habet dubitationis. Ponimus vero philosophum Leontinum illo tempore prope septuagenarium fuisse. Reliquam ejus vitam exceptis quibusdam eventis, quorum tempora a veteribus notata non sunt, nobis ignotam esse dolemus. Illud tantum e variis antiquorum scriptorum narrationibus efficitur, Gorgiam postea modo Græciam peragrasse modo in Sicilia versatum esse. Quoties autem Athenis fuerit, incertum est. Ajunt eum primum Thebis Lysidem Pythagoreum convenisse idque narrasse Arceso, quum e Græcia in Siciliam renavigaret (22). Hanc autem rem multo post legationem illam accidisse atque ad aliud iter, privatim non publice factum, pertinere, signo sunt haud pauca quæ hic commemorare non attinet. Deinde satis longum temporis spatium in Thessalia transegit, adeo ut Thessali qui prius sola equitandi peritia et opulentia cæteris præstiterant, ejus et humanitate et doctrina capti non modo ad philosophiam se conferrent, sed etiam dicendi arti operam darent (23). In Thessalia senem jam Gorgiam ab adolescente Isocrate auditum esse locuples auctor Cicero (24) memoriæ prodit. Sed cum alia Thessaliæ oppida adiit rhetor Leontinus, tum Larissam, ubi Aristippum ex Aleuadarum familia ortum erudivit. Præterea ad irridendos Larissæos accommodatum est Gorgiæ dictum quod exstat apud Aristotelem (25) Politic. III, 2. Tum orationem Olympiæ habuit, ex qua exiguum superest fragmentum (26). Aliam

σθεν αὐτὸν ὁ Ἰάσων ἐποιήσατο. — (19) Cf. Plat. Phædr. p. 267. — (20) Plato Hipp. maj. p. 282 » Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο δημοσίᾳ εἰκόνων πρεσβεύων, ὡς ἱκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ ἐν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἐλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως. Dionysius Halicarnass. Judic. de Lys. c. 3, vol. V p. 458 ed. Reisk.: ὅηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευήν, καὶ οὐ πόρρω διθυράμβων ἐνια φθεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Ἀκύμιόν τε καὶ Πῶλον. Ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἀρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ ὁημηγορίᾳ κτλ. Conf. fragm. 5 et Cicero Orat. cap. 52.— (21) Non audiendus igitur est interpres Hermogenis apud Matthiæum ad Dionys. Jud. Lys. p. 458 scribens, Athenienses quum exercitum Leontinis auxilio misissent, Gorgiam Athenis retinuisse. Sunt autem hæc illius verba : Γοργίας δέ τις Λεοντῖνος (Λεοντῖνη δέ ἐστι πόλις τῆς Σικελίας) μαθητεύει τῷ Τισίᾳ, καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἴκαδε. Εἴπωμεν δὲ καὶ πῶς ἐν Ἀθήναις ἤκμασεν ἡ ῥητορική. Γενομένου πολέμου μεταξὺ Λεοντίνων καὶ ἄλλων ἐπιχωρίων, ἐδεήθησαν οἱ Λεοντῖνοι συμμαχίας ἐκ τῶν Ἀθηναίων. Καὶ δὴ βουλεύονται, τίνα ὥριστον στεῖλαι ἱκανὸν πρὸς αὐτούς, καὶ πέμπουσι τὸν Γοργίαν πρὸς Ἀθηναίους, ὡς εἶδότα τὸ πείθειν. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Γοργίου εἰς Ἀθήνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον, καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥστε ἡνίκα ἐπεδείξατο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἄπρακτον ἐποίουν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπάδας τοὺς λόγους αὐτοῦ ὠνόμασαν. Κατέσχον δὲ αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, τὴν συμμαχίαν πείσαντες ἐν τῇ Λεοντίνῃ. Κατ' ἐκεῖνον δὲ καιρὸν πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαπρεψάντων ἐάσαντες αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν, τὴν ῥητορικὴν ἐπαιδεύοντο. Διόπερ φασὶ καὶ Πλάτωνα διαβρονοῦντα

ἐπὶ τούτῳ ποιῆσαι Γοργίαν τὸν διάλογον, ἐν ᾧ πολλὰ κατατρέχει τῆς ῥητορικῆς. — (22) Plutarchus de Socratis genio cap. 13, vol. X pag. 321 ed. Hutt.: ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρίαι τῶν Πυθαγορικῶν στάσει κρατηθέντων, τοῖς δ' ἔτι συνεστῶσιν ἐν Μεταποντίῳ συνεδρεύουσιν ἐν οἰκίᾳ πῦρ οἱ Κυλώνειοι περιέπνησαν καὶ διέφθειραν ἐν τούτῳ πάντας, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι ῥώμῃ, καὶ κουφότητι διωσαμένων τὸ πῦρ, Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγών, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους ἦδη πάλιν ἀθροιζομένους καὶ κρατοῦντας τῶν Κυλωνείων. Λύσις δὲ ὅπου γέγονεν, ἠγνοεῖτο πολὺν χρόνον· πλήν γε δὴ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀναπλέων εἰς Σικελίαν, ἀπήγγειλε τοῖς περὶ Ἀρχέσιον βεβαίως, Λύσιδι συγγεγονέναι διατρίβοντι περὶ Θήβας. — (23) Plato Menon. init. : ΣΩΚΡ. Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀνιστίππου πολῖται Λαρισσαῖοι. Τούτου δὲ ἡμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας· Ἀσκληπιάδης γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐρασθεὶς ἐπὶ σοφίᾳ εἵλκυσεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστὴς ἐστιν Ἀριστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. Cf. Philostr. epist. ad Jul. Aug. p. 919. — (24) Cicero Orat. cap. 52. — (25) Aristoteles Polit. III, 2 (fragm. 15) : Γοργίας μὲν οὖν ὁ Λεοντῖνος, τὰ μὲν ἴσως ἀπορῶν τα δ' εἰρωνευόμενος, ἔφη, καθάπερ ὅλμους εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ὁλμοποιῶν πεποιημένους, οὕτω καὶ Λαρισσαίους τοὺς ὑπὸ τῶν δημιουργῶν πεποιημένους· [illegible] — (26) Vid. fragm. 1. —

denique oratiunculam Delphis recitavit (27), postquam (*) auream sibi statuam in templo posuit, quo tempore jam et divitiis affluebat et auctoritate reliquos sophistas superabat. Contigisse hoc auctor est Plinius (28) septuagesima circiter Olympiade, in quo virum doctissimum memoria fefellit. Nam *ultra Socratem usque durasse* Leontinum philosophum tradit Quintilianus lib. III, 1, 9. Quod si verum est, Plinium in exquirendis temporibus parum diligentem fuisse apparet. Accedit quod aliter rem de qua naturalis historiæ conditor agit, Cicero commemorat De orat. III, 32, tantum honorem a Græcia sophistæ habitum esse dicens, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. Verum tot tantique honores Gorgiæ tributi jure numerantur in causis, cur quidam laudum ejus obtrectatores exstiterint. Etenim si fides Hermippo apud Athenæum (29), Plato eum sæpius asperioribus facetiis perstrinxit scriptoque dialogo cum aliis sophistis exagitavit (30). Porro Aristophanes aliquoties in rhetorem Leontinum invectus est. Quid? quod Chærephon Atheniensis (31) Gorgiæ in conventu quæstionem poscenti seque ad omnia de quibus quisque audire vellet esse paratum denuntianti publice insultare non erubuit. Is enim : Cur Gorgia, inquit, fabæ ventrem inflant, ignem non inflant? Cui Gorgias, Hoc, ait, tibi considerandum relinquo. Ego vero jam dudum scio, in tales homines terram gignere ferulas. Cæterum ut in omni vita lautus ac sumtuosus erat homo Leontinus : ita purpurea veste indutus in publicum prodire consueverat (32).

E Gorgiæ disciplina præter Aristippum atque Isocratem, quorum supra mentionem fecimus, Menon Thessalus et Proxenus Bœotus profecti sunt, alter Platonis (33), alter Xenophontis (34) testimonio clarus. De Menone legenda est Gedikii dissertatio Platonis dialogo præposita. Proxenus autem qui antequam Cyri expeditioni adversus Artaxerxem fratrem susceptæ interesset, in Bœotia familiariter sophista usus videtur, Xenophonte teste, triginta fere annorum juvenis, postquam invicem hostilia cœptarunt, quarto Olympiadis XCIV anno mortuus est. Adde quod Socrates primo Olympiadis XCV anno decessit, post quem fato obiisse Gorgiam Quintilianus (35), cujus verba attuli, aperte dicit. Ut autem ad summam senectutem venisse rhetorem Leontinum omnes consentiunt (36) : ita, quam diu vixerit, inter scriptores controversia est (37).

(27) Vid. Philostrat. Vit. sophist. p. 493. — (*) Vel antequam statuam illam sibi poneret; res enim incerta est. — (28) Plinius Hist. nat. lib. XXXIII, 4 : Gorgias Leontinus hominum primus et auream statuam et solidam Delphis in templo sibi posuit, LXX circiter Olympiade; tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus. Aliter Pausan. X, 18 : ἐπίχρυσος δὲ εἰκών, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ ἐκ Λεοντίνων, αὐτὸς Γοργίας ἐστίν. — (29) Athenæus lib. XI pag. 505 (fragm. 14) : λέγεται δέ ὡς καὶ ὁ Γοργίας αὐτὸς ἀναγνοὺς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ διάλογον πρὸς τοὺς συνήθεις ἔφη, Ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν. Ἕρμιππος δὲ ἐν τῷ περὶ Γοργίου, Ὡς ἐπεδήμησε (φησὶ) ταῖς Ἀθήναις Γοργίας μετὰ τὸ ποιῆσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος, εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος ὅτε εἶδεν αὐτόν, Ἧκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας· Ἢ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐννοήσασιν. Ἄλλοι δέ φασιν ὡς ἀναγνοὺς ὁ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν ὅτι οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἤκουσε παρὰ Πλάτωνος. Dionysius Halicarnassensis Epist. ad Pomp. vol. VI p. 756 ed. Reisk.: ἐὰν γὰρ τὰς ἄλλας αὐτοῦ γραφὰς παραφέρειν, ἐν αἷς κωμῳδεῖ τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ, Παρμενίδην τε καὶ Ἱππίαν, καὶ Πρωταγόραν, καὶ Πρόδικον, καὶ Γοργίαν καὶ Ἡῶλον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Θρασύμαχον, καὶ ἄλλους συχνούς, οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου πάντα περὶ αὐτῶν γράψων, ἀλλ', εἰ βούλει, καὶ ἀπὸ φιλοτιμίας. Ἦν γὰρ ἐν μὲν τῇ Πλάτωνος φύσει πολλὰς ἀρετὰς ἔχούσῃ τὸ φιλότιμον. — (30) Aristoph. Av. 1694 seqq. : ἔστι δ' ἐν Φαναῖσι πρὸς τῇ Κλεψύδρᾳ πανοῦργον ἐγγλωττογαστόρων γένος, οἳ θηρίζουσίν τε καὶ σπείσουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε· βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος, Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι. Id. Vesp. 421 : οἳς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον ἐν δίκῃ τὸν Γοργίου. — (31) Philostr. Vit. soph. p. 483. — (32) Ælianus Var. hist. lib. XII, 32 : Ἱππίαν δὲ καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαρρεῖ λόγος. — (33) Cf. Plat. Menon. init. — (34) Xenophon Anab. lib. II cap. 6, 16 : Πρόξενος δὲ ὁ Βοιώτιος εὐθὺς μὲν μειράκιον ὤν, ἐπιθυμεῖ γενέσθαι ἀνὴρ τὰ μεγάλα πράττειν ἱκανός· καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἔδωκε Γοργίᾳ ἀργύριον τῷ Λεοντίνῳ. Ἐπεὶ δὲ συνεγένετο ἐκείνῳ, ἱκανὸς ἤδη νομίσας εἶναι καὶ ἄρχειν καὶ φίλος ὢν τοῖς πρώτοις μὴ ἡττᾶσθαι εὐεργετῶν, ἦλθεν εἰς ταύτας τὰς σὺν Κύρῳ πράξεις· καὶ ὥστο κτήσεσθαι ἐκ τούτων ὄνομα μέγα καὶ δύναμιν μεγάλην καὶ χρήματα πολλά. Τοσούτων δ' ἐπιθυμῶν σφόδρα ἐνδηλον αὖ καὶ τοῦτο εἶχεν ὅτι τούτων οὐδὲν ἂν δίκαιος ὢν ἐπράττετο μετὰ ἀδικίας, ἀλλὰ σὺν τῷ δικαίῳ καὶ καλῷ ὥστο δεῖν τούτων τυγχάνειν, ἄνευ δὲ τούτων μή. Ἄρχειν δὲ καλῶν μὲν καὶ ἀγαθῶν δυνατὸς ἦν· οὐ μέντοι οὔτ' αἰδῶ τοῖς στρατιώταις ἑαυτοῦ οὔτε φόβον ἱκανὸς ἐμποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ ᾐσχύνετο μᾶλλον τοὺς στρατιώτας ἢ οἱ ἀρχόμενοι ἐκεῖνον, καὶ φοβούμενος μᾶλλον ἦν φανερὸς τὸ ἀπεχθάνεσθαι τοῖς στρατιώταις ἢ οἱ στρατιῶται τὸ ἀπιστεῖν ἐκείνῳ. Ὥστο δὲ ἀρκεῖν πρὸς τὸ ἀρχικὸν εἶναι καὶ ἔχειν τὸν μὲν καλῶς ποιοῦντα ἐπαινεῖν, τὸν δὲ ἀδικοῦντα μὴ ἐπαινεῖν. Τοιγαροῦν αὐτῷ οἱ μὲν καλοὶ τε κἀγαθοὶ τῶν συνόντων εὖνοι ἦσαν, οἱ δὲ ἄδικοι ἐπεβούλευον ὡς εὐμεταχειρίστῳ ὄντι. Ὅτε δὲ ἀπέθνησκεν ἦν ἐτῶν ὡς τριάκοντα. — (35) Quintilianus lib. III, 1, 9. — (36) Plutarchus De oracul. defect. cap. 20, vol. IX p. 330 ed. Hutt. : οὕτω γὰρ Ἐπικούρῳ τε χείρων Γοργίου φανεῖται τοῦ σοφιστοῦ, καὶ Μητρόδωρος Ἀλεξίδος τοῦ κωμῳδοποιοῦ. Διπλάσιον γὰρ οὗτος ἔζησε τοῦ Μητροδώρου, Ἐπικούρου δ' ἐκεῖνος πλέον, ἢ ἐπίταιτον. Vixit enim Epicurus annos septuaginta duos (Diog. Laert. lib. X, 15), Gorgias centum et octo. Plato Phædr. p. 261 : Καί, νὴ μὰ Δία, ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἴ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις κτλ. ad quem locum vetus enarrator hanc scripsit annotationem : Γοργίας παράλληλος Νέστορι ὡς αἰδήμων καὶ πολυετής· ἑκατὸν γὰρ καὶ ἑκατὸν ἔζησεν ἔτη. — (37) Plinius Hist. nat. VII, 48 : Indubitatum est, Gorgiam Siculum centum et octo annos vixisse. Censorinus De die natali cap. 15 : Gorgiam octo supra centum

Nam alii eum centum et octo, alii centum et novem, alii centum et septem annos complevisse tradiderunt; solus Pausanias centum et quinque annos vixisse refert. Quodsi explosa Pausaniæ sententia medium numerum tenentes sophistam, quum moreretur, centum et octo annos habuisse ponamus : verisimile est hominem qui paullum ætate antecessit Antiphontem Rhamnusium (38) nobisque natus videtur primo Olympiadis LXXI anno, vita honestissime acta, primo Olympiadis XCVIII anno acquiesse. Crudam ei et viridem fuisse senectutem apud Græcos Latinosque scriptores legimus. Quapropter nunquam in studio suo atque opere cessabat (39), sed vel grandævus senex quærere auditores de quo quisque vellet jubebat (40). Excelluit vero Gorgias cum continentia in victu, tum temperantia in prætermittendis voluptatibus. Quæ quum ita essent, nihil fuit ejus senectute beatius. Quum igitur ex eo quæreretur, cur tam diu vellet esse in vita, Nihil habeo, inquit, quod senilem ætatem incusem (41). Sunt qui rhetorem Leontinum interrogatum, quo vivendi genere ad ipsos exactæ ætatis terminos venisset, respondisse ajant, pervenisse se eo *vita moderata, quod nunquam aliorum conviviis interfuisset* (42). Alii virum sapientissimum tam grande mortalis ævi spatium mirantibus ejusque rei causas quærentibus dixisse ajunt, se nihil unquam animi causa neque comedisse neque fecisse (43). Quamobrem a fide abhorret, eum inedia vitam finivisse. Hoc enim Lucianus in Longævis (44) nescio quem auctorem secutus narrat. Immo longe alium exitum Leontinus sapientiæ doctor habuit, quem Ælianus memoriæ prodit morti propinquum amico sciscitanti, quid ageret, respondisse : *Jam me somnus incipit fratri suo tradere* (45). Præclarum responsum et docto homine dignum, qui etiam moribundus et oratoris et poetæ personam sustinere voluerit. Sed hæc hactenus.

Gorgias quamquam Protagoræ multis in rebus similis, tamen consilium in exercenda arte longe diversum habuit. Nam quum Protagoras se discipulorum mores emendare gloriaretur, Gorgias ridens eam professionem sophistæque nomen eludens, ipse se dicendi præcepta tradere affirmavit, quod eloquentia quasi regnum quoddam in rebus humanis obtineret. Quocirca oratoriæ facultatis officium esse arbitratus est dicere apposite ad persuasionem, finem persuadere dictione. Inter officium enim et finem hoc interest, quod in officio, quid fieri debeat; in fine, quid officio conveniat, consideratur. Cæterum qua acie mentis Gorgias rerum omnium vim naturamque perspexerat, eadem artis suæ fines longius protulit. Etenim oratoris facultatem sui ingenii terminis descripsit, quum eum de omnibus rebus optime dicere posse existimaret (46). Itaque infinitam et immensam huic artificio materiam subjicere creditus est. Quod ne cui mirum videatur, omnino tenendum, fuisse veterum sophistarum omnia nosse ac de omni argumento disserere. Id vero optime Hippiæ Elei exemplum nos docet, apud Platonem contendentis tanta se esse memoria, ut possit quinquaginta nomina semel tantum audita recitare (47). Qui quum Olympiam venisset (48), maxima illa

annos habuisse constat. Lucian. Longæv. cap. 23 : ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὄντινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Cf. Philostratus p. 494. Diogenes Laertius lib. VIII, 58 : (Γοργίαν) ὅν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι. Quintilianus III, 1, 9 : (Gorgias) centum et novem vixit annos. Adde Suidam v. Γοργίας. Cicero De senectute cap. 5, 13 : Isocratis magister Leontinus Gorgias centum et septem complevit annos. Pausanias lib. VI, 17, 9 : βιῶναι δὲ ἔτη Γοργίαν πέντε φασὶν ἐπὶ τοῖς ἑκατόν. Conf. annot. ad fragm. 11. — (38) Plutarchus Vit. decem oratt. vol. XII pag. 222 ed. Hutten. : γέγονε δὲ [ὁ Ἀντιφῶν] κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστήν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. Antiphontem autem ortum esse primo vel secundo Olympiadis LXXV anno probavit Ruhnkenius. Vid. Opusc. vol. I pag. 140 seqq. ed. Friedemann. — (39) Cicero De senectute cap. 5, 13. — (40) Quintilianus lib. XII, 11, 21. — (41) Cicero l. c. et Valerius Maximus lib. VIII cap. 13, 2, cujus verba attuli ad fragm. 11. — (42) Lucianus Longæv. cap. 23 : (Γοργίαν) ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. — (43) Stobæus Flor. CI, 21 (fragm. 12). — (44) Lucianus in Longævis cap. 23 : τροφῆς δὲ ἀποτυχόμενος ἐτελεύτησεν. —

(45) Ælianus Var. hist. lib. II cap. 35. cf. Stobæus Florileg. CXVIII, 23 (fragm. 13). — (46) Plat. Gorg. p. 447 C : εἰπέ μοι, ὦ Γοργία, ἀληθῆ λέγει Καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγγέλλει ἀποκρίνεσθαι ὁ, τι ἄν τίς σε ἐρωτᾷ; ΓΟΡ. Ἀληθῆ, ὦ Χαιτεφῶν· καὶ γὰρ δὴ νῦν αὐτὰ ταῦτα ἐπηγγελλόμην, καὶ λέγω, ὅτι οὐδείς με πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἐτῶν. Cf. Cicero De orat. I, 22 et III, 32; item De fin. II, 1. Philostr. Vit. soph. proœm. p. 482. Quintilianus lib. II, 21, 21. Valer. Maximus VIII, 15, 14. Hieronymus epist. 16 ad Pammach. et Apolog. adv. Rufin. — (47) Plato Hipp. maj. p. 285 : ΙΠ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα ἀπομνημονεύσω. — (48) Plato Hipp. min. p. 368 : ΣΩ. Ἴθι δή, ὦ Ἱππία, ἀνέδην οὕτωσι ἐπίσκεψαι κατὰ πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, εἴ που ἔστιν ἄλλως ἔχον ἢ οὕτως. Πάντως δὲ πλείστας τέχνας πάντων σοφώτατος εἰ ἀνθρώπων, ὡς ἐγώ ποτέ σου ἤκουον μεγαλαυχουμένου, πολλὴν σοφίαν καὶ ζηλωτὴν σαυτοῦ διεξιόντος ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τραπέζαις. Ἔρχῃ δὲ ἀφικόμενος ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν, ἃ εἶχες περὶ τὸ σῶμα ἅπαντα σαυτοῦ ἔργα ἔχων. Πρῶτον μὲν δακτύλιον — ἐντεῦθεν γὰρ ἤρχου — ὃν εἶχες, σαυτοῦ ἔχειν ἔργον ὡς ἐπιστάμενος δακτυλίους γλύφειν, καὶ ἄλλην σφραγῖδα σὸν ἔργον, καὶ στλεγγίδα καὶ λήκυθον, ἃ αὐτὸς εἰργάσω. Ἔπειτα ὑποδήματα ἃ εἶχες, ἔφησθα σκυτοτομῆσαι, καὶ τὸ ἱμάτιον ὑφῆναι καὶ τὸν χιτωνίσκον· καὶ ὃ γε πᾶσιν ἔδοξεν ἀτοπώτατον καὶ σοφίας πλείστης ἐπίδειγμα, ἐπειδὴ τὴν ζώνην ἔφησθα τὴν

quinquennali celebritate ludorum, professus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret : neque solum has artes sibi esse familiares, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum, atque illa quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur : sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset se sua manu confecisse. Hinc ergo facilis est conjectura, quantum sibi doctissimi illi homines de præclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Sed ut ad Gorgiam redeam, ingens fuit rerum varietas de quibus disputare consueverat. Ac de virtutis quidem natura non in universum aliorum philosophorum more loqui, sed de singulis virtutibus dicere solebat (49). Quo in genere servata est a Plutarcho venusta ejus de mulieribus sententia, quarum non formam sed famam vult multis esse notam (50). Essentiam cum specie sic componit, ut ipsum quidem *esse*, si non videatur, obscuritate, ipsum autem *videri*, si non sit, imbecillitate laborare censeat (51). Quid generatim de amicitia præceperit, incompertum habemus. Reprehenditur vero a Plutarcho, quod amicum ab amico in rebus tantum justis opem petiturum, ipsi autem in multis et injustis rebus operam daturum esse putaverit (52). Porro poetarum lectione mirifice delectatum esse Gorgiam, colligas ex iis quæ de arte tragica ac de Æschylo judicavit. Nam tragœdiam esse dixit fraudem, qua et qui deciperet non decipiente justior, et qui deciperetur non decepto sapientior esset (53). Quum autem Æschylus bene potus suas scripsisse feratur tragœdias, Plutarcho potius astipulamur, qui omnia ejus dramata Bacchum redolere ait, quam Gorgiæ unam ex ejus fabulis, Septem adversus Thebas, Martis esse plenam statuenti (54).

De Gorgiæ charactere jam supra diximus, qui cum ex aliis ejus ingenii monumentis, tum maxime e quinto fragmento cognoscitur. Est autem operæ pretium eos qui Leontini rhetoris dictionem hic illic imitati sunt commemorare. Quorum in numero præter Platonem (55) Thucydides (56), Critias (57), Isocrates (58), Alcidamas Elaites (59), Polus Agrigentinus (60), Agathon (61) poeta tragicus, Æschines (62) denique Socraticus reponuntur. Verum quatenus

χιτωνίσκου ἣν εἶχες εἶναι μὲν οἶσι αἱ Περσικαὶ τῶν πολυτελῶν, ταύτην δὲ αὐτὸς πλέξαι. Πρὸς δὲ τούτοις ποιήματα ἔχων ἐλθεῖν, καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ διθυράμβους, καὶ καταλογάδην πολλοὺς λόγους καὶ παντοδαπούς συγκειμένους. Καὶ περὶ τῶν τεχνῶν ἐφ' ὧν ἄρτι ἐγὼ ἔλεγον ἐπιστήμων ἀφικέσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων, καὶ περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ὀρθότητος, καὶ ἄλλα ἔτι πρὸς τούτοις πάνυ πολλά, ὡς ἐγὼ δοκῶ μνημονεύειν. Καίτοι τό γε μνημονικὸν ἐπελαθόμην σου, ὡς ἔοικε, τέχνημα, ἐν ᾧ σὺ οἷσι λαμπρότατος εἶναι. Οἶμαι δὲ καὶ ἄλλα πάμπολλα ἐπιλελῆσθαι. Conf. Cicero De orat. III, 32. Philostratus Vit. sophist. lib. I p. 495; Quintilianus lib. XII, 11, 21; Apulejus Florid. 2; Dio Chrysostomus dissert. LXXI; Lucianus in dialogo qui Hippias inscribitur. Cæterum Hippiæ scriptorum reliquias edidit Car. Muller in Fragm. hist. Gr. vol. II. — (49) Aristoteles Polit. I, 13, p. 1260 ed. Bekker. : οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρός· οὐδ' ἀνδρία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης, ἀλλ' ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρία, ἡ δ' ὑπηρετική. Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας. Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ κατὰ μέρος μᾶλλον ἐπισκοποῦσιν· καθόλου γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτούς, ὅτι τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀρετή, ἢ τὸ εὐδαιμονεῖν ἢ τι τῶν τοιούτων. Πολὺ γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετάς, ὥσπερ Γοργίας, τῶν οὕτως ὁριζομένων. — (50) Vid. fragm. 17. et Plut. Men. p. 71 (§ 3). — (51) Vid. fragm. 16. — (52) Vid. fragm. 17. — (53) Vid. fragm. 19. — (54) Vid. fragm. 20. — (55) Dionysius Epist. ad Cn. Pomp. vol. VI p. 760 ed. Reisk. : σχήμασί τε ποιητικοῖς ἰσχάτην προσβάλλουσιν ἀηδίαν, καὶ μάλιστα τοῖς Γοργιείοις ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ὁ Πλάτων ἐναβρύνεται· καὶ πολυτέλειά τις ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις παρ' αὐτῷ, ὡς καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς εἴρηκέ που καὶ ἄλλοι συχνοὶ πρότερον· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος. Id. p. 762 de Platone : τῆς Γοργίου καὶ Θουκυδίδου κατασκευῆς ἐρασθείς. Conf. De adm. vi Dem. cap. 5 p. 967. — (56) Dionysius Halicarnassensis Epist. II ad Ammæum vol. VI p. 792 ed. Reisk. : εὕροι δ' ἄν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ [τῷ Θουκυδίδῃ]· τὰς παρισώσεις λέγω καὶ παρομοιώσεις, καὶ παρονομασίας, καὶ ἀντιθέσεις· ἐν αἷς ἐπλεόνασε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ οἱ περὶ Πῶλον τὸν Ἀκράγαντα, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν κατ' αὐτὸν ἀκμασάντων. Cf. Jud. de Thucyd. c. 24, p. 869. Marcellinus in Thuc. vit. 51 : πολυειδὴς δὲ ἐν ἐν τοῖς σχήμασι τὰ πολλὰ καὶ τῶν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου μιμούμενος. — (57) Philostratus vit. Gorg. p. 492 seq.; item epist. ad Jul. Aug. p. 919. Adde eundem vit. Crit. p. 502 seq. et Hermog. De form. orat. II c. 11 p. 499 seq. — (58) Dionysius Halic. De comp. verb. cap. 23; item De Isocrate jud. cap. 2, pag. 539 : αἵ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀντίθετα, καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων σχημάτων κόσμος πολύς ἐστι παρ' αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευήν, προσιστάμενος ταῖς ἀκοαῖς. — (59) Dionysius Halic Jud. de Isæo cap. 19, p. 625 : Γοργίαν μὲν τὸν Λεοντῖνον, ἐκπίπτοντα τοῦ μετρίου καὶ πανταχοῦ παιδαριώδη γιγνόμενον ὁρῶν, Ἀλκιδάμαντα δὲ τὸν ἀκουστὴν αὐτοῦ, παχυτέρων ὄντα τὴν λέξιν καὶ κοινοτέρων. — (60) Philostratus vit. Pol. p. 497. — (61) Ælian. Var. hist. lib. XIV cap. 13 : παλλαῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. Ἐπεὶ δέ τις, οἷον ἐπανορθούμενος αὐτόν, ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἶπεν· Ἀλλὰ σύ γε, γενναῖε, λέληθας σεαυτόν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Οὕτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ᾤετο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταῦτ' εἶναι. Schol. ad Plat. Conviv. p. 172 : ἐμιμεῖτο δὲ [ὁ Ἀγάθων] τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ ῥήτορος. Agathonis tragœdiarum reliquias recensuit F. G. Wagner inter Poetarum tragic. Fragm. p. 52-61 (Parisiis 1846). — (62) Diogenes Laertius lib. II, 63 : ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος [ὁ Αἰσχίνης], ὡς ὄθλον ἐκ τε τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς Δίωνος. Μάλιστα δὲ μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον. —

hi Gorgiæ imitatores fuerint, definire non audemus, siquidem veteres illius scripta cum horum libris contendentes multo facilius de sermonis genere ac de imitationis vestigiis quam nostræ ætatis homines judicare poterant. Quapropter etsi Dionysii Halicarnassensis aliorumque criticorum sententiam ex parte probamus, tamen in hac tanta antiquarum litterarum jactura eam neque confirmare argumentis neque refellere in animo est.

E Gorgiæ scriptis primo loco ponimus Olympicam orationem (63), citatam ab Aristotele Rhet. lib. III cap. 14. Hanc eo consilio Olympiæ in magno Græciæ consessu habuit sophista, ut Græcos missis intestinis bellis ac dissidiis ad concordiam excitaret atque ad arma Persis inferenda impelleret. Erat autem exordium longius repetitum, quoniam homo disertus initium ducebat ab eorum laude qui primi hujusmodi conventus instituissent (64). Quamquam vero talem orationem Græcorum plerisque tum placuisse suspicamur, tamen Plutarchus (65) auctor est, postquam Gorgias peroravit, Melanthium quendam dixisse : « Hic nobis concordiam suadet, qui ut ipse, conjux et ancilla, tres homines, privatim concordent efficere non potest. » Videbatur enim, inquit idem scriptor, ancillam amare Gorgias et ancillæ ea de causa obtrectare uxor. Præterea inclaruit rhetor Leontinus funebri oratione et Pythica. Prioris argumentum latius perscripsit Philostratus p. 493. Quippe mira prudentia dictam fuisse ait (66) de iis Atheniensibus qui, quum in bellis pro patria mortui essent, non solum de publico elati, sed etiam laudationibus cohonestati erant. In tropæorum autem, quæ de Medis erant posita, laudibus immoratus, demonstravit tropæa de barbaris constituta hymnos, de Græcis statuta luctus flagitare (67). At Pythica oratio cujus idem meminit Philostratus (68), in qua materia versata sit, declarare veteres omiserunt. Hoc tantum exploratum nobis est, illam e Delphici templi ara esse recitatam. Quarta Gorgiæ oratiuncula fuit Eleorum laudatio, reprehensa ab Aristotele (69), quod scriptor nullo eam instruxisset exordio. Adde quod tum Achillem tum fortitudinem laudibus ornavit. Utriusque enim orationis mentionem facit Aristoteles (70). Denique artem oratoriam edidit Gorgias. Nimirum hujusmodi librum ab eo compositum esse testantur Apollodorus apud Diogenem Laertium (71), Cicero in Bruto, Quintilianus, Suidas. In hoc autem doctissimum hominem de opportunitate disseruisse colligendum ex quodam Dionysii Halicarnassensis loco (72). Accedo ad dubia scripta de quibus perdifficilis est quæstio. Feruntur enim sub Gorgiæ nomine in codicibus manu exaratis duæ (73) orationes, Palamedis defensio et Helenæ laudatio, neutra spernenda, sed utraque satis venusta, quum earum auctor sermonis elegantiam cum disserendi subtilitate conjunxerit figurasque Leontino rhetori proprias frequentarit. At veterum de his orationibus silentium jam dudum effecit ut viri docti in diversas partes discederent. Alii enim eas genuinas existimarunt (74), alii posteriore tempore confictas et Gorgiæ suppo-

(63) Pausanias lib. VI, 17, 8 : εὐδοκιμῆσαι Γοργίαν λόγων ἕνεκα ἐν τε τῇ πανηγύρει τῇ Ὀλυμπικῇ φασι κατάρχιμένον κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ Τισίᾳ παρ' Ἀθηναίους. Philostratus epist. XIII, p. 919 : Γοργίου θαυμασταὶ ἦσαν πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορεύειν γοργιάζειν τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχεν· εἶτα τὸ ξύμπαν Ἑλληνικόν, ἐν οἷς Ὀλυμπίασι διελέχθη. — (64) Vid. fragm. 1. — (65) Plutarchus Conjug. præc. vol. VII p. 425 ed. Hutten. : Γοργίου, τοῦ ῥήτορος ἀναγνόντος ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγον περὶ ὁμονοίας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ Μελάνθιος· Οὗτος ἡμῖν (ἔφη) συμβουλεύει περὶ ὁμονοίας, ὃς αὑτὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν θεράπαιναν ἰδίᾳ τρεῖς ὄντας ὁμονοεῖν οὐ πέπεικεν. Ἦν γάρ ὡς ἔοικέ τις ἔρως τοῦ Γοργίου καὶ ζηλοτυπία τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ θεραπαινίδιον. — (66) Philostr. p. 493 : ὁ ἐπιτάφιος λόγος, ὃν ὅτι λέγεται Ἀθηναίοις, εἴρηται μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσοῦσιν, οὓς οἱ Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ξὺν ἐπαίνοις ἔθαψαν, σοφία δὲ ὑπερβαλλούσῃ ξύγκειται. Hermogenes (vid. fragm. 5) : ἐγκωμιάζει τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύσαντας Ἀθηναίων. — (67) Philostr. p. 491 : ἐνδιέτριψε τοῖς τῶν Μηδικῶν τροπαίων ἐπαίνοις, ἐνδεικνύμενος αὐτοῖς, ὅτι τὰ μὲν κατὰ τῶν βαρβάρων τροπαῖα ὕμνους ἀπαιτεῖ, τὰ δὲ κατὰ τῶν Ἑλλήνων θρήνους. — (68) Philostratus p. 493. — (69) Aristoteles Rhet. lib. III cap. 14, pag. 1415 b ed. Bekker. Vid. fragm. 6. — (70) Aristoteles Rhet. lib. III cap. 17, pag. 1418 a ed. Bekker. : καὶ ὃ ἔλεγε Γοργίας, ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, τοῦτό ἐστιν· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Ηηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακόν, εἶτα τὸν θεόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρίαν, ἢ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ· ὃ τοιόνδε ἐστίν. Fortasse illa Gorgiæ oratio Aristoteli obversabatur, quum hæc scriberet Rhet. lib. I cap. 3, pag. 1359 a ed. Bekker : οἷον Ἀχιλλέα ἐπαινοῦσιν ὅτι ἐβοήθησε τῷ ἑταίρῳ Πατρόκλῳ εἰδὼς ὅτι ὅεῖ αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἐξὸν ζῆν. Τούτῳ δὲ ὁ μὲν τοιοῦτος θάνατος κάλλιον, τὸ δὲ ζῆν συμφέρον. — (71) Diogenes Laertius VIII, 58 : Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ [τοῦ Ἐμπεδοκλέους] γενέσθαι μαθητήν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ, καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα. Cf. Cicero Brut. cap. 12, 47; Quintilian. lib. III, 1, 8, et Suidas v. Γοργίας. — (72) Dionysius Halicarn. De comp. verb. cap. 12, p. 68 ed. Reisk. : καιροῦ δ' οὔτε ῥήτωρ οὐδεὶς οὔτε φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν· οὐδ' ὅσπερ πρῶτος ἐπεχείρησε περὶ αὐτοῦ γράψειν, Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὐδέν τι λόγου ἄξιον ἔγραψεν. — (73) Fortasse olim plures fuerunt aut etiam nunc latent. Nam Const. Lascaris apud Maurolycum Florentiæ se tres legisse testatur. Vid. Fabric. Bibl. Gr. II p. 806 ed. Harl. — (74) Uptonus ad Dionys. De comp. verb. 26 p. 429 ed. Schaef.; Brodæus ad Philostr. p. 950 ed. Olear. Lipsius ad Tac. Annal. XI, 14. Hemsterhusius

sitas putaverunt (75), alii denique rem inexplicabilem esse arbitrati sunt (76). Neque diffitendum est in funebris orationis fragmine, indubitato tanti ingenii monumento, majorem esse verborum grandilatem altioremque mentem spirare videri quam in hisce oratiunculis. Taceo alia argumenta, quibus homines eruditi istarum scriptionum auctoritatem labefactare voluerunt. Quamobrem aliorum exemplum secuti in illa hujus quæstionis obscuritate nobis quoque liquere negamus. Agmen denique claudat liber *de rerum natura* sive *de non ente* (περὶ φύσεως ἢ περὶ τοῦ μὴ ὄντος) memoratus Isocrati in Helenæ laudatione (77), Galeno (78), Philostrato (79), Olympiodoro (80), aliis, compositusque Olympiade octogesima quarta. Ex hoc multa excerpsit Aristoteles in Disputationibus de Melisso, Xenophane et Gorgia, editis Phil. Græc. Fragm. vol. I pag. 271-309. Ejus autem summam proposuit Sextus Empiricus adv. Math. lib. VII, 65-87 p. 383-388 ed. Fabr (81). Uterque igitur scriptor consulendus est ei qui quæ Gorgias illo opusculo persecutus sit, latius perscribere velit. Qua in re eo breviori mihi esse licet, quod multa super hoc argumento jam in annotationibus ad Aristotelis libellum dicta sunt. Quamobrem breviter Gorgiæ præcepta exponam. Tres commentarii illius partes fuisse veteres memoriæ prodiderunt. Et primum quidem sophista *nihil esse* demonstravit; deinde, etiamsi esset, percipi non posse; denique, etiamsi esset et percipi posset, alteri tradi non posse. Primæ partis, Sexto auctore, tria fuerunt capita. Etenim Gorgias : « si quid est, inquit, aut *non ens* est, aut *ens*, aut *non ens* et *ens;* atqui primum non est *non ens*, deinde non est *ens*, denique non est *non ens* et *ens;* ergo nihil est. » Ea vero omnia allatis rationibus atque exemplis in hunc modum docebat. Primum nihil est; nam si quid esset, necessario aut ortum foret aut æternum. Atqui neque ex ente neque ex non ente oriri potuit. Neque vero æternum esse potest; quod enim æternum est, id infinitum sit necesse est. Infinitum autem nusquam est, quum neque suis finibus contineri, neque alienis terminis circumscribi queat. Quod vero nusquam est, id omnino non est. Deinde etiamsi quid esset, tamen cognosci non posset. Nam si res cognosci possent, quæcunque cogitantur, essent; quæ autem non sunt, ea ne cogitari quidem possent. Tum vero mendacio non foret locus, ne tum quidem, si quis diceret, in mari esse currurum certamen, quod absurdum est. Denique etiamsi quid esset et percipi posset, alteri tamen tradi non posset. Differunt enim verba a rebus designatis. Quomodo enim oratione aliquis colorem exprimat, quum non colores, sed soni auribus percipiantur? Et quomodo eadem notio in duobus hominibus esse potest qui tamen naturis inter se differunt? Cæterum admirabili casu accidit ut Protagora auctore omnis opinio vera, Gorgia auctore falsa sit. Quæ quum ita sint, nihil est verum, sed in sola oratione ad persuadendum accommodata ingenii magnitudo consistit. Pauca quæ exstant Gorgiæ dicta et fragmenta e variis scriptoribus collecta exposui atque interpretatus sum.

ad Lucian. Jud. vocal. c. 5 vol. I p. 88; Wesselingius ad Diod. Sic. IV, 33 vol. I p. 279, 25; Sturzius ad Emped. p. 48 et p. 120; Reiskius Oratt. Græc. vol. VIII præf. — (75) Fulvius Ursinus in Virgilio cum Græc. poet. comp. p. 386; Amersfoordtus in Scharf. Append. Demosth. I p. 793; Geelius in Hist. crit. soph. p. 23. — (76) Fossius De Gorgia Leontino pag. 79-106. — (77) Isocrates Helen. laud. p. 231 ed. Bekker. : πῶς γὰρ ἂν τις ὑπερβάλοιτο Γοργίαν τὸν τολμήσαντα λέγειν, ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστιν. — (78) Galenus tom. I p. 56, 26 ed. Gesner. — (79) Philostratus p. 480. — (80) Olympiodorus Comment. in Platon. Gorg. apud Leon. Allatium Dialog. de scriptis Socratis p. 116 : ἀμέλει καὶ γράφει ὁ Γοργίας περὶ φύσεως σύγγραμμα· οὐκ ἀκομψον τῇ πδ' Ὀλυμπιάδι, ὥστε εἴκοσιν ὀκτὼ ἔτεσιν ἢ ὀλίγῳ πλείοσιν εἶναι πρότερον τὸν Σωκράτην. — (81) Sextus Empiricus adv. Math. lib. VII, 65-87, p. 383-388 ed. Fabr. [p. 203 208 ed. Bekker.] : Γοργίας δὲ ὁ Λεοντῖνος ἐκ τοῦ αὐτοῦ μὲν τάγματος ὑπῆρχε τοῖς ἀνηρηκόσι τὸ κριτήριον, οὐ κατὰ τὴν ὁμοίαν δὲ ἐπιβολὴν τοῖς περὶ τὸν Πρωταγόραν. Ἐν γὰρ τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως τρία κατὰ τὸ ἑξῆς κεφάλαια κατασκευάζει, ἓν μὲν καὶ πρῶτον ὅτι οὐδὲν ἐστιν, δεύτερον ὅτι εἰ καὶ ἔστιν, ἀκατάληπτον ἀνθρώπῳ, τρίτον ὅτι εἰ καὶ καταληπτόν, ἀλλά τοί γε ἀνέξοιτον καὶ ἀνερμήνευτον τῷ πέλας. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐστιν, ἐπιλογίζεται τὸν τρόπον τοῦτον. Εἰ γάρ ἐστι τι, ἤτοι τὸ ὂν ἐστιν, ἢ τὸ μὴ ὄν, ἢ καὶ τὸ ὂν ἔστι καὶ τὸ μὴ ὄν. Οὔτε δὲ τὸ ὂν ἐστιν, ὡς παραστήσει, οὔτε τὸ μὴ ὄν, ὡς παραμυθήσεται, οὔτε τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν, ὡς καὶ τοῦτο διδάξει· οὐκ ἄρα ἔστι τι. Καὶ δὴ τὸ μὲν μὴ ὂν οὐκ ἐστιν. Εἰ γὰρ τὸ μὴ ὂν ἔστιν, ἔσται τι ἅμα καὶ οὐκ ἔσται· ᾗ μὲν γὰρ οὐκ ὂν νοεῖται, οὐκ ἔσται, ᾗ δὲ ἔστι μὴ ὄν, πάλιν ἔσται. Παντελῶς δὲ ἄτοπον, τὸ εἶναί τι ἅμα καὶ μὴ εἶναι· οὐκ ἄρα ἔστι τὸ μὴ ὄν. Καὶ ἄλλως, εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι, τὸ ὂν οὐκ ἔσται· κτλ.

PYTHAGOREORUM

IN GRÆCIA PHILOSOPHORUM

FRAGMENTA

Digitized by Google

ΦΙΛΟΛΑΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ πέρας καὶ τὸ ἄπειρον [στοιχεῖα ἀπεφήνατο]. Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XI, 12.

2. Φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων, καὶ ὅλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα.

(Initium libri de Natura ap. Diog. Laert. VIII, 85.)

3. Ἀνάγκα τὰ ἐόντα εἶμεν πάντα ἢ περαίνοντα ἢ ἄπειρα, ἢ περαίνοντά τε καὶ ἄπειρα, ἄπειρα δὲ μόνον οὐκ ἂν εἴη. Ἐπεὶ τοίνυν φαίνεται οὔτ' ἐκ περαινόντων πάντων ἐόντα, οὔτ' ἐξ ἀπείρων πάντων, δῆλόν τ' ἄρα ὅτι ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων ὅ τε κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συναρμόχθη. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ἔργοις. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ περαινόντων περαίνοντα, τὰ δ' ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων περαίνοντά τε καὶ οὐ περαίνοντα, τὰ δ' ἐξ ἀπείρων ἄπειρα φανέονται.

Καὶ πάντα γα μὰν τὰ γιγνωσκόμενα ἀριθμὸν ἔχοντι. Οὐ γὰρ ὅτιῶν οἷόν τε οὐθὲν οὔτε νοηθῆμεν οὔτε γνωσθῆμεν ἄνευ τούτω[a]. Ὁ γα μὰν ἀριθμὸς ἔχει δύο μὲν ἴδια εἴδεα[b], περισσὸν καὶ ἄρτιον, τρίτον δὲ ἀπ' ἀμφοτέρων μιχθέντων, ἀρτιοπέρισσον. Ἑκατέρω δὲ τῶ εἴδεος πολλαὶ μορφαί, ἄν ἑκάστα ὡσαύτως μερίζεται[c].

Περὶ δὲ φύσιος καὶ ἁρμονίας ὧδε ἔχει. Ἃ μὲν ἐστὶ τῶν πραγμάτων ἀΐδιος ἔσσα καὶ αὐτὰ μὲν ἁ φύσις θείαν τε καὶ οὐκ ἀνθρωπίναν ἐνδέχεται γνῶσιν. Δῆλον γὰρ[d] ὅτι οὐχ οἷόντ' ἦς οὐθὲν[e] τῶν ἐόντων καὶ γιγνωσκομένων ὑφ' ἁμῶν γνωσθῆμεν, μὴ ὑπαρχούσας αὐτᾶς ἐντὸς τῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ξυνέστα ὁ κόσμος, τῶν τε περαινόντων καὶ τῶν ἀπείρων. Ἐπεὶ δέ τε ἀρχαὶ ὑπᾶρχον οὐχ ὁμοῖαι οὐδ' ὁμόφυλοι ἔσσαι, ἦδη ἀδύνατον ἦς ἂν καὶ αὐταῖς κοσμηθῆμεν, εἰ μὴ ἁρμονία ἐπεγένετο, ὑτινιῶν[f] τρόπω ἐγένετο. Τὰ μὲν ὦν ὁμοῖα καὶ ὁμόφυλα ἁρμονίας οὐθὲν ἐπεδέοντο· τὰ δὲ ἀνομοῖα· μηδὲ ὁμόφυλα μηδὲ ἰσοτελῆ, ἀνάγκα τᾷ τοιαύτᾳ ἁρμονίᾳ[g] συγκεκλεῖσθαι, εἰ μέλλοντι ἐν κόσμῳ κατέχεσθαι.

Ἁρμονίας δὲ μέγεθός ἐστι συλλαβὰ καὶ δι' ὀξειᾶν· τὸ δὲ δι' ὀξειᾶν μεῖζον τᾶς συλλαβᾶς ἐπογδόῳ· ἔστι γὰρ ἀπὸ ὑπάτας ἐπὶ μέσαν συλλαβά, ἀπὸ δὲ μέσας ἐπὶ νεάταν δι' ὀξειᾶν, ἀπὸ δὲ νεάτας ἐς τρίταν συλλαβά, ἀπὸ δὲ τρίτας ἐς ὑπάταν δι' ὀξειᾶν· τὸ δ' ἐν μέσῳ[h] μέσας καὶ τρίτας ἐπόγδοον· ἁ δὲ συλλαβὰ ἐπίτριτον, τὸ δὲ δι' ὀξειᾶν ἡμιόλιον· τὸ διὰ πασᾶν δὲ διπλάσιον. Οὕτως ἁρμονία πέντε ἐπόγδοα καὶ δύο διέσιες, δι' ὀξειᾶν δὲ τρι' ἐπόγδοα καὶ δίεσις, συλλαβὰ δὲ δύ' ἐπόγδοα καὶ δίεσις.

(Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XXII, 7

PHILOLAI

FRAGMENTA.

1. Philolaus Pythagoreus finitum et infinitum [rerum elementa esse dixit].

2. In mundo natura conflata est ex infinitis ac finitis, mundusque totus et quæ insunt in eo omnia.

3. Necesse est omnia quæ sunt aut finita esse aut infinita, aut finita simul et infinita, non infinita duntaxat. Quoniam igitur neque finitis omnibus neque infinitis res constant, manifestum est, ex finitis et infinitis mundum esse cum suis partibus compositum; id quod etiam opera quæ in eo sunt demonstrant; si quidem horum alia e finitis finita, nonnulla e finitis et infinitis finita et infinita, quædam ex infinitis infinita orta esse apparebit.

Omnia quæ sub sensus cadunt numerum habent; nihil enim sine hoc neque cognosci neque percipi potest. Numerus autem duas habet species, parem et imparem, tertiam præterea ex utraque mixtam, quæ par impar vocatur. Utraque autem species multas habet formas, quarum unaquæque eodem modo dividitur.

De natura autem et harmonia sic statuendum est. Rerum essentia quum æterna sit ipsaque natura, sub divinam tantum, non vero humanam cognitionem cadit. Est enim manifestum fieri non potuisse, ut quidquam eorum quæ sunt et cognoscuntur a nobis cognosceretur, nisi inesset ea in rebus e quibus constat mundus, et finitis et infinitis. Quum autem ipsa principia non similia aut sibi cognata essent, hæc quoque in ordinem redigi non potuissent, nisi harmonia affuisset, quomodocunque id factum est. Quæ igitur similia sibique cognata sunt, harmonia non indigebant: quæ autem dissimilia ac neque cognata neque æqualia, necesse erat tali harmonia constringi, siquidem mundo contineri debebant.

Harmoniæ autem magnitudo est quaternarium intervallum et quinarium, quinarium vero quaternario majus est sesquioctavo: est enim a summa chorda ad mediam quaternarium intervallum, a media ad imam quinarium, ab imo ad tertiam quaternarium, a tertio ad summam quinarium intervallum: medium autem inter mediam chordam et tertiam sesquioctavum est: quaternarium præterea sesquitertium est, quinarium vero sesquialterum: diapason autem duplum. Sic igitur harmonia continet

pag. 454-468 ed. Heer. Conf. Bœckh. Philol. p. 47-66. Scripsi : [a] οὐ γὰρ ὁτιῶν οἷόν τε οὐθὲν οὔτε νοηθῆμεν οὔτε γνωσθῆμεν ἄνευ τούτω cum Bœckhio; codd. οὐ γὰρ ὁτιῶν τε οὐδὲν οὔτ' ἐνοήθημεν οὔτ' ἐγνώσθημεν ἄνευ τούτω. [b] εἶδεα; codd. εἶδη. [c] ἕν ἑκάστα ὡσαύτως μερίζεται; codd. ἃς ἕκαστον αὖ ταυτὸ δηλοῖνει. [d] δῆλον γὰρ ὅτι οὐχ οἷόνθ' ἧς; libri πλέον γα, ἢ ὅτι οὐχ οἷόν τ' ἧς. [e] οὐθὲν; codd. οὐθενὶ. [f] ὡτινῶν; libri ὥτινι ἂν. [g] τᾷ τοιαύτα ἁρμονίᾳ; libri τὰ τοιαῦτα ἁρμονίᾳ. [h] τὸ δ' ἐν μέσῳ cum Nicomacho Harm. I p. 17. cf. II pag. 27; Stobæi codd. τὸ δὲ μέσον. Prima verba inde ab ἀνάγκα usque ad φανέονται sæpius respiciunt veteres. Proclus theol. Plat. III, 7 pag. 132 : λέγει τοίνυν ὁ ἐν Φιλήβῳ Σωκράτης, ὡς ἄρα θεὸς πέρατός ἐστι καὶ ἀπειρίας ὑποστάτης, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα τὰ ὄντα μιγνὺς παρήγαγε, κατὰ τὸν Φιλόλαον ἐκ περαινόντων καὶ ἀπείρων τῆς τῶν ὄντων φύσεως συμπεπλεγμένης. Id. in Plat. Tim. I, p. 26 : δημιουργίαν ἄῤῥηκτον ἐξ ἐναντίων συνεστῶσαν, περαινόντων τε καὶ ἀπείρων, ὡς Φιλολάος φησι καὶ ὡς αὐτὸς ἐν Φιλήβῳ λέγων. Iamblichus ap. Villois. Anecd. Gr. II p. 196 et in Comment. ad Nicomach. Arithm. pag. 7 : ἀρχὰν γὰρ οὐδὲ τὸ γνωσούμενον ἐσσεῖται πάντων ἀπείρων ἐόντων, κατὰ τὸν Φιλόλαον, ubi τὸ γνωσούμενον cave cum A. Bœckhio passive accipias. Nam Philolaus τὸ γνωσούμενον eodem sensu dicit quo Plato Cratyl. p. 440 A : καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη. Nicomachus Arithm. II, p. 59 : καὶ καλῶς οἱ παλαιοὶ φυσιολογεῖν ἀρχόμενοι τὴν πρώτην διαίρεσιν τῆς κοσμοποιίας ταύτῃ ποιοῦνται. Πλάτων μὲν τῆς ταὐτοῦ φύσεως καὶ τῆς θατέρου ὀνομάζων καὶ πάλιν τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας τῆς τε αὖ μεριστῆς γινομένης. Φιλόλαος δὲ, « Ἀναγκαῖον τὰ ἐόντα εἶμεν ἤτοι ἄπειρα ἢ περαίνοντα ἢ περαίνοντα ἅμα καὶ ἄπειρα » ὅπερ μᾶλλον συγκατατίθεται εἶναι, ἐκ περαινόντων ἅμα καὶ ἀπείρων συνεστάναι τὸν κόσμον, κατ' εἰκόνα ὀρθονότι τοῦ ἀριθμοῦ· καὶ γὰρ οὗτος σύμπας ἐκ μονάδος καὶ δυάδος σύγκειται ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ, ἃ δὴ ἰσότητός τε καὶ ἀνισότητος ἐμφαντικά, ταυτότητός τε καὶ ἑτερότητος, περαίνοντός τε καὶ ἀπείρου, ὡρισμένου τε καὶ ἀορίστου. Cf. Boeth. Arithm. I, 32 et Proclus in Tim. I p. 54. Extrema ἁρμονίας δὲ μέγεθός ἐστι κτλ. conjungenda cum Nicomachi loco Arithm. II, p. 72 : τινὲς δὲ αὐτὴν ἁρμονικὴν καλεῖσθαι νομίζουσιν, ἀκολούθως Φιλολάῳ ἀπὸ τοῦ παρέπεσθαι πάσῃ γεωμετρικῇ ἁρμονίᾳ· γεωμετρικὴν δὲ ἁρμονίαν φασὶ τὸν κύβον ἀπὸ τοῦ κατὰ τρία διαστήματα ἡρμόσθαι ἰσάκις ἴσα ἰσάκις· ἐν γὰρ παντὶ κύβῳ ὁρᾶι ἡ μεσότης πάντως ἐνοπτρίζεται· πλευραὶ μὲν γὰρ παντὸς κύβου εἰσὶ ιβ', γωνίαι δὲ η', ἐπίπεδα δὲ ϛ'. Conf. Boeth. Arith. II, 49.)

4. Τὸ πρᾶτον ἁρμοσθέν, τὸ ἕν, ἐν τῷ μέσῳ τᾶς σφαίρας ἑστία καλεῖται.

(Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XXII, 8 pag. 468 ed. Heer.)

5. Ὁ κόσμος εἷς ἐστιν· ἤρξατο δὲ γίγνεσθαι ἄχρι τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου τὰ ἄνω [a]. Διὸ τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐστὶ τὰ ἄνω [b] τοῦ μέσου ὑπεναντίως κείμενα τοῖς κάτω. Τοῖς γὰρ κάτω τὰ κατωτάτω μέσα ἐστίν, ὥσπερ τὰ ἀνωτάτω, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως. Πρὸς γὰρ τὸ μέσον κατὰ ταὐτά ἐστιν ἑκάτερα, ὅσα μὴ μετενήνεκται [c].

(Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XVI, 7 p. 360 ed. Heer. Posui : [a] τὰ ἄνω cum Heerenio; codd. εἰς τὸ ἄνω. [b] διὸ τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐστὶ τὰ ἄνω; codd. διὰ τῶν αὐτῶν τοῖς κάτω ἔστι τὰ ἄνω. [c] ὅσα μὴ μετενήνεκται refero ad partes vel terræ motu vel inundatione sive ortas sive absorptas.)

6. Φιλόλαος πῦρ ἐν μέσῳ περὶ τὸ κέντρον, ὅπερ Ἑστίαν τοῦ παντὸς καλεῖ καὶ Διὸς οἶκον, καὶ μητέρα θεῶν βωμόν τε καὶ συνοχήν, καὶ μέτρον φύσεως· καὶ πάλιν πῦρ ἕτερον ἀνωτάτω τὸ περιέχον. Πρῶτον δ' εἶναι φύσει τὸ μέσον, περὶ δὲ τοῦτο δέκα σώματα θεῖα χορεύειν, οὐρανόν, πλανήτας, μεθ' οὓς ἥλιον, ὑφ' ᾧ σελήνην, ὑφ' ᾗ τὴν γῆν, ὑφ' ᾗ τὴν ἀντίχθονα, μεθ' ἃ σύμπαντα τὸ πῦρ, ἑστίας ἐπὶ τὰ κέντρα τάξιν ἐπέχον. Τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρίνειαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ, τὰ δὲ ὑπὸ τὴν τοῦ Ὀλύμπου φοράν, ἐν ᾧ τοὺς

---

quinque sesquioctava et duas dieses, quinarium intervallum tria sesquioctava ac diesin, quaternarium intervallum vero duo sesquioctava ac diesin.

4. Id quod primo compositum est, unum, in medio rerum naturæ corpore focus vocatur.

5. Mundus unus est; is autem usque ad medium coepit exsistere et a medio superiora exorta sunt. Quamobrem eodem modo quæ supra medium sunt inferioribus sunt opposita. Nam inferioribus infima sunt media, ut suprema, ac reliqua similiter; siquidem eodem pacto se ad medium habent utraque exceptis partibus in alium locum translatis.

6. Philolaus ignem in medio ad centrum ponit, quem universi focum appellat Jovisque domicilium ac deorum matrem aramque et copulam ac mensuram naturæ. Alium deinde supremum ignem facit aereum omnia cingentem. At natura primum esse ait medium, circa quod decem cœlestia versentur corpora, cœlum, planetæ, sol, et luna. Sub hac esse terram, sub eaque terram oppositam, ac postremo ignem in centro foci instar situm. Ac supremam quidem aeris nos ambientis partem, quæ pura complectatur elementa, Olympum vocat, sub Olympo celeriter moto autem loca, quæ planetæ quinque cum sole et luna teneant, mundum; sub his vero loca lunæ subjecta ac terrestria, in quibus

πέντε πλανήτας μεθ' ἡλίου καὶ σελήνης τετάχθαι, κόσμον· τὸ δ' ὑπὸ τούτοις ὑποσέληνόν τε καὶ περίγειον μέρος, ἐν ᾧ τὰ τῆς φιλομεταβόλου γενέσεως, οὐρανόν. Καὶ περὶ μὲν τὰ τεταγμένα τῶν μετεώρων γίγνεσθαι τὴν σοφίαν, περὶ δὲ τὰ γενόμενα τῆς ἀταξίας τὴν ἀρετήν, τελείαν μὲν ἐκείνην, ἀτελῆ δὲ ταύτην.

(Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XXIII, 1 pag. 488 ed. Heer.)

7. Τὸ δὲ ἡγεμονικὸν (Φιλόλαος ἔφησεν) ἐν τῷ μεσαιτάτῳ πυρί, ὅπερ τρόπιος εἶκην προὐπεβάλλετο τῆς τοῦ παντὸς [σφαίρας] ὁ δημιουργὸς θεός.

(Joann. Stob. Eclog. lib. I cap. XXII, 6 p. 452 ed. Heer.)

8. Φιλόλαος διττὴν εἶναι τὴν φθοράν, τοτὲ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τοτὲ δ' ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος· καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τοῦ κόσμου.

(Plutarchus de Plac. phil. lib. II cap. 5. Conf. Stob. Eclog. lib. I cap. 21, 2 pag. 418 ed. Heer.; item lib. I cap. 22, 6 pag. 452. Ad animalem mundi naturam spectant quæ Aristoteles Phys. IV, 6 pag. 213, 24, b ed. Bekker. Pythagoræis tribuit decreta his verbis : εἶναι δ' ἔφασαν καὶ οἱ Πυθαγόρειοι κενόν, καὶ ἐπεισιέναι αὐτὸ τῷ οὐρανῷ ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος ὡς ἀναπνέοντι καὶ τὸ κενόν, ὃ διορίζει τὰς φύσεις, ὡς ὄντος τοῦ κενοῦ χωρισμοῦ τινος τῶν ἐφεξῆς καὶ τῆς διορίσεως· καὶ τοῦτ' εἶναι πρῶτον ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· τὸ γὰρ κενὸν διορίζειν τὴν φύσιν αὐτῶν. Eadem habet Stobæus Eclog. lib. I, 19, 1 p. 380 hæc addens : ἐν δὲ τῷ περὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πρώτῳ γράφει τὸν οὐρανὸν εἶναι ἕνα, ἐπεισάγεσθαι δ' ἐκ τοῦ ἀπείρου χρόνον τε καὶ πνοὴν καὶ τὸ κενόν, ὃ διορίζει ἑκάστων τὰς χώρας ἀεί.)

9. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον· τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ παντὸς ἑστίαν· δευτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα· τρίτην δὲ ἣν οἰκοῦμεν γῆν ἐξ ἐναντίας κειμένην τε καὶ περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι· παρ' ὃ καὶ μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐν τῇδε τοὺς ἐν ἐκείνῃ.

(Plutarchus de Plac. phil. lib. III cap. 11. Cf. Euseb. Præp. Evang. XV, 57. Galen. XXI, 3. His consentanea aut non admodum diversa alii tradunt. Diogenes Laertius lib. VIII, 85 de Philolao : καὶ τὴν γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον πρῶτον εἰπεῖν· οἱ δὲ Ἱκέταν Συρακούσιόν φασιν. Plutarchus de Plac. phil. lib. III cap. 13 : οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν· Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος, κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ κύκλου λοξοῦ ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Cf. Galen. XXI, 5. Euseb. XV, 58. Aristoteles de Cœlo II, 13 p. 293, a ed. Bekker. : ἐναντίως οἱ περὶ Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι λέγουσιν· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ μέσου πῦρ εἶναί φασι, τὴν δὲ γῆν ἓν τῶν ἄστρων οὖσαν, κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ μέσον νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν· et aliquot versibus interjectis : ἀλλ' ὅσοι μὲν μηδὲ ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαί φασιν αὐτήν, κινεῖσθαι δὲ κύκλῳ περὶ τὸ μέσον· οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίχθονα, καθάπερ εἴπομεν πρότερον.)

10. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ὑαλοειδῆ τὸν ἥλιον, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τό τε φῶς καὶ τὴν αἰθέρα, ὥστε τρόπον τινὰ διττοὺς ἡλίους γίγνεσθαι, τό τε ἐν τῷ οὐρανῷ πυρῶδες καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ πυροειδὲς κατὰ τὸ ἐσοπτροειδές· εἰ μή τις καὶ τρίτον λέξει, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. XXVI, 3 p. 520 ed. Heer. Conf. Plutarchus de Plac. Phil. lib. II cap. 20. Galen. XIV, 1. Euseb. XV, 23. Michael Glyc. Annal. I, p. 20. Paulo aliter Achilles Tatius in Arat. Prolegg. 19 : Φιλόλαος δὲ (τὸν ἥλιόν φησι) τὸ πυρῶδες καὶ διαυγὲς λαμβάνοντα ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ αἰθερίου πυρὸς πρὸς ἡμᾶς πέμπειν τὴν αὐγὴν διά τινων ἀραιωμάτων, ὥστε κατ' αὐτὸν τρισσὸν εἶναι τὸν ἥλιον, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰθερίου πυρός, τὸ δὲ ἀπ' ἐκείνου πεμπόμενον ἐπὶ τὸν ὑελοειδῆ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον ἥλιον, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἡλίου πρὸς ἡμᾶς πεμπόμενον.)

11. Περὶ δὲ ἐμφάσεως αὐτῆς τῶν Πυθαγορείων τινὲς μέν, ὧν ἐστι Φιλόλαος, τὸ γαιοφανὲς αὐτῆς εἶναι, διὰ

---

mutabilis rerum ortus regnet, cœlum. Postremo in statis quidem rebus cœlestibus versari affirmat sapientiam, sed in rebus ordine carentibus virtutem, ut illam perfectam, ita hanc imperfectam.

7. Principatum autem (Philolaus esse dixit) in igne centrali quem tanquam carinam rerum procreator deus universi sphæræ præposuit.

8. Philolaus duplicem esse mundi interitum ait, unum igne cœlitus defluente, alterum lunari aqua per conversionem aeris effusa : atque horum exhalationes esse alimentum mundi.

9. Philolaus Pythagoreus igni medium assignat locum, quod sit quasi focus universi : secundum antichthoni : tertium ei in qua nos degimus terræ, sitæ ex adverso et contrario motu circumcurrenti; unde fiat ut qui in una sunt terra, ab iis, qui constituti in altera sunt, non cernantur.

10. Philolaus Pythagoreus vitreæ naturæ solem fecit, qui ut mundani ignis radios acciperet, ita lumen simul cum calore ad nos transfunderet : sic ut duo quodam pacto sint soles, nempe cœlestis ignis et qui inde tanquam in speculum transfunditur, nisi quis etiam tertium velit addere, radium a speculo ad nos retortum.

11. Faciem vero ejus Pythagoreorum alii, ut Philolaus, terræ formam esse dixerunt, quoniam luna, quemadmodum terra hæc, circumcirca habitetur majoribus ac pul-

τὸ περιοικεῖσθαι τὴν σελήνην, καθάπερ τὴν παρ' ἡμῖν γῆν, ζῴοις καὶ φυτοῖς μείζοσι καὶ καλλίοσιν· εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλάσια τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῷα τῇ δυνάμει, μηδὲν περιττωματικὸν ἀποκρίνοντα, καὶ τὴν ἡμέραν[a] τοσαύτην τῷ μήκει.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 27, 1 p. 562 ed. Heer. Conf. Plutarchus de plac. Phil. lib. II, 30. Galen. XV, 6. Euseb. XV, 52. Ex his Plutarchus initio habet : οἱ Πυθαγόρειοι γεώδη φαίνεσθαι τὴν σελήνην διὰ τὸ περιοικεῖσθαι, in cæteris fere cum Stobæo consentit. — [a]) τὴν ἡμέραν reposui e Plutarcho, Galeno et Eusebio; nam in Stobæi codicibus est τὴν ἡμετέραν.)

12. Φιλόλαος δέ φησιν ἀριθμὸν εἶναι τῆς τῶν κοσμικῶν αἰωνίας διαμονῆς τὴν κρατιστεύουσαν καὶ αὐτογενῆ συνοχήν.

(Iamblichus ad Nicom. Arithm. p. 11; item Syrian. ad Aristotelis Metaph. XII, p. 71 b. et 85 b. Quæsivisse Philolaum de numeris de eoque argumento in scriptis disputasse patet etiam ex iis quæ Theolog. Arithm. auctor p. 61 f. memoriæ prodit : ὅτι καὶ Σπεύσιππος ὁ Ποτώνης μὲν υἱὸς τῆς τοῦ Πλάτωνος ἀδελφῆς, διάδοχος δὲ Ἀκαδημίας πρὸ Ξενοκράτους, ἐκ τῶν ἐξαιρέτως σπουδασθεισῶν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τῶν Φιλολάου συγγραμμάτων βιβλίδιόν τι συντάξας γλαφυρόν, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν.)

13. Θεωρεῖν δεῖ τὰ ἔργα καὶ τὰν ἐσσίαν τῷ ἀριθμῷ καττὰν δύναμιν, ἅτις ἐστὶν ἐν τᾷ δεκάδι· μεγάλα γὰρ καὶ παντελὴς καὶ παντοεργὸς καὶ θείῳ καὶ οὐρανίῳ βίῳ καὶ ἀνθρωπίνῳ ἀρχὰ καὶ ἀγεμὼν καὶ κοσμήτειρα[a] ἁ δύναμις ἁ τᾶς δεκάδος· ἄνευ δὲ ταύτας πάντ' ἄπειρα καὶ ἄδηλα καὶ ἀφανῆ. Νομικὰ γὰρ ἁ φύσις ἁ τῷ ἀριθμῷ καὶ ἀγεμονικὰ καὶ διδασκαλικὰ τῶ ἀπορουμένῳ παντὸς καὶ ἀγνοουμένῳ παντί. Οὐ γὰρ ἦς δῆλον οὐθενὶ οὐθὲν τῶν πραγμάτων οὔτε αὐτῶν ποθ' αὑτὰ οὔτε ἄλλῳ ποτ' ἄλλο, εἰ μὴ ἦς ἀριθμὸς καὶ ἁ τούτῳ ἐσσία. Νῦν δὲ οὗτος ποττὰν[b] ψυχὰν ἁρμόζων αἰσθήσει πάντα γνωστὰ καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις κατὰ γνώμονος φύσιν ἀπεργάζεται, σωματῶν καὶ σχίζων τοὺς λόγους χωρὶς ἑκάστους τῶν πραγμάτων, τῶν τε ἀπείρων καὶ τῶν περαινόντων. Ἴδοις δὲ καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς δαιμονίοις καὶ θείοις πράγμασι τὰν τῶ ἀριθμῶ φύσιν καὶ τὰν δύναμιν ἰσχύουσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπικοῖς ἔργοις καὶ λόγοις πᾶσι παντᾷ, καὶ κατὰ τὰς δαμιουργίας τὰς τεχνικὰς πάσας καὶ κατὰ τὰν μουσικάν. Ψεῦδος δὲ οὐδὲν δέχεται ἁ τῶ ἀριθμῶ φύσις οὐδὲ ἁρμονία· οὐ γὰρ οἰκεῖον αὐτοῖς ἐστί. Τᾶς γὰρ ἀπείρω καὶ ἀνοήτω καὶ ἀλόγω φύσιος τὸ ψεῦδος καὶ ὁ φθόνος ἐστί. Ψεῦδος δὲ οὐδαμῶς ἐς ἀριθμὸν ἐμπιτνεῖ[c]· πολέμιον γὰρ καὶ ἐχθρὸν τᾷ φύσι αὐτῶ[d], ἁ δ' ἀλάθεια οἰκεῖον καὶ σύμφυτον τᾷ τῶ ἀριθμῶ γενεᾷ.

(Joann. Stobæus Eclog. lib. I, cap. 2, 3 pag. 8 seqq. ed. Heer. Posui : [a] καὶ κοσμήτειρα ἁ δύναμις ἁ τᾶς δεκάδος; codd. κοινωνοῦσα... δύναμις καὶ τᾶς δεκάδος. [b] ποττὰν ψυχάν; libri κατὰ ψυχήν. [c] ἐμπιτνεῖ cum Jacobsio; codices ἐπιπνεῖ. [d] τᾷ φύσι αὐτῶ cum Bœckhio; libri τᾷ φύσει τὸ ψεῦδος. Cum hoc fragmento operæ pretium est plures veterum locos contendere. Nos paucos tantum citabimus. Auctor Theolog. arithm. p. 61 : πίστις γε μὴν (ἡ δεκὰς) καλεῖται, ὅτι κατὰ τὸν Φιλόλαον δεκάδι καὶ τοῖς αὐτῆς μορίοις οὐ παρέργως καταλαμβανομένοις περὶ τῶν ὄντων πίστιν βεβαίαν ἔχομεν· διόπερ καὶ μνήμη λέγοιτ' ἂν ἐκ τῶν αὐτῶν, ἀφ' ὧν καὶ μονὰς μνημοσύνη ὠνομάσθη. Theon Smyrnæus Plat. Mathem. 49 : ἡ μέντοι δεκὰς πάντα περαίνει τὸν ἀριθμόν, ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὐτῆς ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ, κινουμένου τε καὶ ἀκινήτου, ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ· περὶ ἧς καὶ Ἀρχύτας ἐν τῷ περὶ τῆς δεκάδος καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ περὶ φύσεως πολλὰ διεξίασιν. Lucianus pro lapsu inter salutandum 5 vol. I, p. 731 ed. Reitz.: εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν τετρακτὺν τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν (τῶν Πυθαγορείων), ἣ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἥδη καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν· ὧν καὶ Φιλόλαός ἐστιν.)

---

chrioribus animalibus et plantis, quum et quindecies præstantiora ibi degant animalia, nihil excrementi reddentia, et diei tanta sit longitudo.

12. Philolaus numerum æternæ mundanorum permansionis præstantissimam ac sponte genitam copulam esse ait.

13. Spectandi sunt numerorum effectus et natura e vi quæ in decade reperitur : est enim denarii numeri vis ingens atque omnia perficiens et absolvens, divinæque ac cœlestis et humanæ vitæ simul origo simul dux et moderatrix. Sine ea autem omnia infinita, incerta atque obscura. Quippe numeri natura qua lex est qua dux et magistra rei cujuslibet dubiæ atque omnibus ignotæ. Neque enim cuiquam ulla res vel secum vel cum aliis comparata perspicua foret, nisi numerus ejusque natura esset. Nunc autem hic mensuræ instar cuncta animo accommodata sensui subjicit ac sibi invicem familiaria reddit, singula velut corpore vestiens rerumque tum infinitarum tum finitarum inter se comparationes a rebus ipsis sejungens. Animadvertere autem licet numerorum vim et naturam ubique non modo in rebus divinis ac cœlestibus, sed in omnibus quoque operibus mortalibus omnibusque rationibus et artibus, ut et in musica. Numerorum autem ut harmoniæ natura nihil falsi admittit, quippe quam attingere illud non possit. Falsum enim et invidia infinitæ tantum atque insipientis et dementis naturæ sunt. In numerum vero error non cadit, quoniam naturæ ejus repugnat; veritas vero propria est atque insita numerorum generi.

14. Ἓν ἀρχὰ πάντων.

(Iamblichus ad Nicomach. Arithm. p. 109 : ἐν δὲ τῇ τῶν ἑτερομηκῶν συστάσει, εἴτε γνωμονικῶς δέοι περιτιθέναι τινὶ τὴν ἐπισωρείαν τῶν ἀρτίων, ἡ δυὰς μόνη φανήσεται ἀναδεχομένη καὶ ὑπομένουσα τὴν περίθεσιν, ἄνευ δὲ αὐτῆς οὐ φύσονται ἑτερομήκεις, εἴτε κατὰ τὸν αὐτὸν δίαυλον οἱ ἑφεξῆς ἀριθμοὶ συσσωρεύοιντο, ἡ μὲν μονὰς ὡς ἂν ἀρχὴ οὖσα πάντων κατὰ τὸν Φιλόλαον (οὐ γάρ, Ἓν, φησίν, ἀρχὰ πάντων;) καὶ τοῖς ἑτερομήκεσιν εἰς γένεσιν ὕσπληγγα ὁμοίως ἑαυτὴν παρέξει, οὐκέτι δὲ καὶ νύσσα ἔσται τῆς καθ' ὑποστροφὴν παλινδρομίας καὶ ἐπανόδου, ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἡ δυὰς ἀντ' αὐτῆς ὑποστήσεται. Theon Plat. Math. 4 : Ἀρχύτας δὲ καὶ Φιλόλαος ἀδιαφόρως τὸ ἓν καὶ μονάδα καλοῦσι καὶ τὴν μονάδα ἕν.)

15. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Φιλόλαος ἐν τούτοις· Ἔστι γάρ, φησίν, ὁ ἁγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς εἷς ἀεὶ ἐών, μόνιμος, ἀκίνατος, αὐτὸς αὑτῷ ὁμοῖος, ἄτερος τῶν ἄλλων.

(Philo de mundi opificio p. 24, 10 Mang. Doricas vocum formas jam Bœckhius restituit; nam vulgo hic legitur ἡγεμών, ὤν, ἀκίνητος, ὅμοιος, ἕτερος.)

16. Καὶ Φιλόλαος δὲ ὥσπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει.

(Athenagoras Legat. p. Christ. 6 pag. 25 ed. Oxon.)

17. Καὶ γὰρ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εὑρήσομεν ἄλλας γωνίας ἄλλοις θεοῖς ἀνακειμένας, ὥσπερ καὶ ὁ Φιλόλαος πεποίηκε, τοῖς μὲν τὴν τριγωνικὴν γωνίαν, τοῖς δὲ τὴν τετραγωνικὴν ἀφιερώσας, καὶ ἄλλας ἄλλοις καὶ τὴν αὐτὴν πλείοσι θεοῖς.

(Proclus ad Euclid. Elem. I, p. 36. Illustrantur hæc verba aliis ejusdem scriptoris locis. Ait enim ibid. p. 46 : οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τὸ μὲν τρίγωνον ἁπλῶς ἀρχὴν γενέσεως εἶναί φασι καὶ τῆς τῶν γεννητῶν εἰδοποιίας· διὸ καὶ τοὺς λόγους τοῦ φυσικοῦ καὶ τῆς τῶν στοιχείων δημιουργίας τριγωνικοὺς εἶναί φησιν ὁ Τίμαιος. Καὶ γὰρ τριχῇ διίστανται καὶ συναγωγοὶ τῶν πάντη μεριστῶν εἰσι καὶ πολυμεταβόλων, τῆς τε ἀπειρίας ἀναπίμπλανται τῆς ὑλικῆς καὶ τοὺς συνδέσμους λυτοὺς προίστανται τῶν ἐνύλων σωμάτων· ὥσπερ δὴ καὶ τρίγωνα περιέχονται μὲν ὑπὸ εὐθειῶν, γωνίας δὲ ἔχει τὰς τὸ πλῆθος τῶν γραμμῶν συναγούσας καὶ γωνίαν ἐπίκτητον αὐταῖς καὶ συναπτὴν παρεχομένας. Εἰκότως ἄρα ὁ Φιλόλαος τὴν τοῦ τριγώνου γωνίαν τέτταρσιν ἀνέθηκε θεοῖς, Κρόνῳ καὶ Ἑστίᾳ καὶ Ἄρει καὶ Διονύσῳ, πᾶσαν τὴν τετραμερῆ τῶν στοιχείων διακόσμησιν τὴν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καθήκουσαν, εἴτε ἀπὸ τῶν τεττάρων τοῦ ζῳδιακοῦ τμημάτων, ἐν τούτοις περιλαβών. Ὁ μὲν γὰρ Κρόνος πᾶσαν ὑφίστησι τὴν ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν οὐσίαν, ὁ δὲ Ἄρης πᾶσαν τὴν ἔκπυρον φύσιν, καὶ ὁ μὲν Ἅιδης τὴν χθονίαν ὅλην συνέχει ζωήν, ὁ δὲ Διόνυσος τὴν ὑγρὰν καὶ θερμὴν ἐπιτροπεύει γένεσιν, ἧς καὶ ὁ οἶνος σύμβολος ὑγρὸς ὢν καὶ θερμός· πάντες δὲ οὗτοι μὲν τὰς εἰς τὰ δεύτερα ποιήσεις διεστήκασι, ἥνωνται δὲ ἀλλήλοις· διότι κατὰ μίαν αὐτῶν γωνίαν συνάγει τὴν ἕνωσιν ὁ Φιλόλαος. Porro pag. 48 : δοκεῖ δὲ καὶ τοῖς Πυθαγορείοις τοῦτο (τὸ τετράγωνον) διαφερόντως τῶν τετραπλεύρων εἰκόνα φέρειν θείας οὐσίας· τήν τε γὰρ ἄχραντον τάξιν διὰ τούτου μάλιστα σημαίνουσιν· ἥ τε γὰρ ὀρθότης τὸ ἄκλιτον καὶ ἡ ἰσότης τὴν μόνιμον δύναμιν ἀπομιμεῖται· κίνησις γὰρ ἀνισότητος ἔκγονος, στάσις δὲ ἰσότητος· οἱ (leg. ἡ) τοίνυν τῆς στερεᾶς ἱδρύσεως αἴτιοι (leg. αἰτία) τῆς (add. τε) ὅλης καὶ τῆς ἀχράντου καὶ ἀκλίτου δυνάμεως εἰκότως διὰ τοῦ τετραγώνου σχήματος ὡς ἀπ' εἰκόνος ἐμφαίνεται. Καὶ πρὸς τούτου (leg. τούτοις) ὁ Φιλόλαος κατὰ τὴν ἄλλην ἐπιβολὴν τὴν τοῦ τετραγώνου γωνίαν Ῥέας καὶ Δήμητρος καὶ Ἑστίας ἀποκαλεῖ. διότι γὰρ τὴν γῆν τὸ τετράγωνον ὑφίστησι καὶ στοιχείων ἐστιν αὐτῆς προσεχές, ὡς παρὰ τοῦ Τιμαίου μεμαθήκαμεν, ἀπὸ δὲ πασῶν τούτων τῶν θεῶν ἀπορρέας ἡ γῆ δέχεται καὶ γονίμους δυνάμεις, εἰκότως τὴν τοῦ τετραγώνου γωνίαν ἀνῆκε ταύταις ταῖς ζωογόνοις θεαῖς. Καὶ γὰρ Ἑστίαν καλοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν Δήμητράν τινες, καὶ τῆς ὅλης Ῥέας αὐτὴν μετέχειν φασί, καὶ πάντα ἐστὶν ἐν αὐτῇ τὰ γεννητὰ αἴτια. Χθονίως τοίνυν μίαν ἕνωσιν τῶν θείων τούτων γενῶν τὴν τετραγωνικήν φησι γωνίαν περιέχειν. Deinde paucis interjectis sic pergit : δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅπως τὴν μὲν τριγωνικὴν γωνίαν ὁ Φιλόλαος τέτταρσιν ἀνῆκε θεοῖς, τὴν δὲ τετραγωνικὴν τρισίν, ἐνδεικνύμενος αὐτῶν τὴν διάλληλον χώρησιν καὶ τὴν ἐν πᾶσι πάντων κοινωνίαν τῶν τε περισσῶν ἐν τοῖς ἀρτίοις καὶ τῶν ἀρτίων ἐν τοῖς περισσοῖς. Τριὰς οὖν καὶ τετραδικὴ τῶν τε γονίμων μετέχουσαι καὶ ποιοτικῶν (leg. ποιητικῶν) ἀγαθῶν τὴν ὅλην συνέχουσι τῶν γεννητῶν διακόσμησιν· ἀφ' ὧν ἡ δυωδεκὰς εἰς μίαν μονάδα τὴν τοῦ Διὸς ἀρχὴν ἀνατείνεται. Τὴν γὰρ τοῦ δυωδεκαγώνου γωνίαν Διὸς εἶναί φησιν ὁ Φιλόλαος, ὡς κατὰ μίαν

---

14. Unum omnium rerum principium est.

15. Quæ autem a me dicuntur testimonio suo comprobat Philolaus in hisce : Est enim, inquit, dux et moderator omnium deus qui unus semper est, stabilis, immotus, ipse sui similis, diversus a reliquis.

16. Quin etiam Philolaus rerum universitatem a deo tanquam custodia septam teneri dicens illum unum esse e materia superiorem ostendit.

17. Etenim apud Pythagoreos reperiemus alios angulos aliis diis consecratos, quemadmodum etiam Philolaus fecit, ut qui his quidem trianguli, illis vero quadrati angulum dicarit, et alios aliis eundemque pluribus diis.

ἕνωσιν τοῦ Διὸς ὅλου συνέχοντος τὸν τῆς δυωδεκάδος ἀριθμόν. Conf. Plutarch. de Iside et Osiride cap. 30 et 76.)

19. Φιλόλαος δὲ μετὰ τὸ μαθηματικὸν μέγεθος τριχῇ διαστὰν ἐν τετράδι, ποιότητα καὶ χρῶσιν ἐπιδειξαμένης τῆς φύσεως ἐν πενταδι, ψύχωσιν δὲ ἐν ἑξάδι, νοῦν δὲ καὶ ὑγείαν καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον φῶς ἐν ἑβδομάδι, μετὰ ταῦτά φησιν ἔρωτα καὶ φιλίαν καὶ μῆτιν καὶ ἐπίνοιαν ἐπ' ὀγδοάδι συμβῆναι τοῖς οὖσιν.

(Auctor Theolog. arithm. p. 56. Conf. Camerar. ad Nicomach. arithm. p. 54.)

19. Καὶ τέσσαρες ἀρχαὶ τοῦ ζώου τοῦ λογικοῦ, ὥσπερ καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ περὶ φύσεως λέγει, ἐγκέφαλος, καρδία, ὀμφαλός, αἰδοῖον· κεφαλὰ μὲν νόῳ, καρδία δὲ ψυχᾶς καὶ αἰσθήσιος, ὀμφαλὸς δὲ ῥιζώσιος καὶ ἀναφύσιος τῷ πρώτῳ, αἰδοῖον δὲ σπέρματος καταβολᾶς τε καὶ γεννάσιος· ἐγκέφαλος δὲ τὰν ἀνθρώπω ἀρχάν, καρδία δὲ τὰν ζῴω, ὀμφαλὸς δὲ τὰν φυτῷ, αἰδοῖον δὲ τὰν ξυναπάντων [ἐμφαίνει].

(Auctor Theolog. arithm. pag. 22. Patet verba κεφαλὰ μὲν κτλ. usque ad ξυναπάντων esse ipsius Philolai, in quibus pro νόου, ψυχῆς, τοῦ πρώτου, γεννήσιος, ἀνθρώπων, φυτοῦ cum Boeckhio posui νόῳ, ψυχᾶς, τῷ πρώτῳ, γεννάσιος, ἀνθρώπῳ, φυτῷ et καὶ ante καταβολᾶς delevi. Præterea in fine addidi verbum ἐμφαίνει. Sequentia autem πάντα γὰρ θάλλουσι καὶ βλαστάνουσι, quum non Philolao, sed Iamblicho sive Theolog. scriptori tribuenda viderentur, omittenda putavi.)

20. Καὶ τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ σώματα πέντε ἐντὶ [τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ] πῦρ, ὕδωρ καὶ γᾶ καὶ ἀήρ, καὶ ὁ τᾶς σφαίρας ὅλκὸς αἰθήρ, πέμπτον.

(Stob. Eclog. lib. I cap. 2, 3 pag. 10 ed Heer. Verba τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ librarii errore bis scripta Heerenio præeunte uncis inclusi. Extrema vulgo in codicibus sic scribuntur: καὶ ὁ (al. ἀ) τᾶς σφαίρας ὅλκας, πέμπτον, quæ quum quintum elementum sine dubio sit æther (cf. Theol. arithm. pag. 18) sic mutavi et supplevi, ut ὅλκὸς αἰθήρ, πέμπτον reponerem.)

21. Φιλόλαος ἄφθαρτον τὸν κόσμον. Λέγει γοῦν οὕτως ἐν τῷ περὶ ψυχῆς· Παρὸ καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀκαταπόνατος διαμένει τὸν ἅπειρον αἰῶνα· οὔτε γὰρ ἔντοσθεν ἄλλα τις αἰτία δυναμικωτέρα αὐτᾶς εὑρεθήσεται οὔτ' ἐκτοσθεν, φθεῖραι αὐτὸν δυναμένα, ἀλλ' ἧς[a] ὅδε ὁ κόσμος ἐξ αἰῶνος, καὶ ἐς αἰῶνα διαμένει, εἷς ὑπὸ ἑνὸς τῷ ξυγγενέος[b] καὶ κρατίστω καὶ ἀνυπερθέτω κυβερνώμενος. Ἔχει δὲ καὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς κινάσιός τε καὶ μεταβολᾶς ὁ κόσμος εἷς ἐὼν καὶ συνεχὴς καὶ φύσει[c] διαπνεόμενος καὶ περιαγόμενος ἐξ ἀρχαίω.[d] Καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον αὐτοῦ, τὸ δὲ μεταβάλλον ἐστί· καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελάνας μέχρι τᾶς γᾶς. Ἐπεὶ δέ γα καὶ τὸ κινέον ἐξ αἰῶνος ἐς αἰῶνα περιπολεῖ, τὸ δὲ κινεόμενον ὡς τὸ κινέον ἄγει, οὕτω διατίθεται[e] ἀνάγκα τὸ μὲν ἀεικίνατον, τὸ δὲ ἀειπαθὲς ἦμεν, καὶ τὸ μὲν νόῳ καὶ ψυχᾶς ἀνάκτορον[f] πᾶν, τὸ δὲ γενέσιος καὶ μεταβολᾶς· καὶ τὸ μὲν πρᾶτον τᾷ δυνάμι καὶ ὑπερέχον, τὸ δ' ὕστερον καὶ καθυπερεχόμενον· τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων τούτων, τῷ μὲν ἀεὶ θέοντος θείω, τῷ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννατῷ κόσμῳ. Διὸ καὶ καλῶς ἄν τις λέγοι[g] κόσμον ἦμεν ἐνέργειαν ἀΐδιον θεῶ τε καὶ γενέσιος κατὰ συναχολουθίαν τᾶς μεταβλατικᾶς φύσιος. Καὶ ὁ μὲν ἐς ἀεὶ διαμένει κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχων, τὰ δὲ καὶ

---

18. Philolaus post magnitudinem mathematicæ propriam eamque tripliciter in quaternario numero porrectam, qualitatem et coloratam speciem præ se ferente natura in quinario, animationem in senario, mentem et sanitatem et quod ab eo dicitur lumen in septenario, post hæc ait amorem et amicitiam et prudentiam et sollertiam in octonario numero rebus contingere.

19. Quatuor sunt animantis ratione præditi principia, quemadmodum et Philolaus in libro de rerum natura dicit, cerebrum, cor, umbilicus, veretrum; caput quidem mentis, cor autem animæ et sensus, umbilicus vero radicum actarum et generatæ primæ partis, veretrum denique seminis emissi et procreationis. De reliquo cerebrum hominis, cor animantis, umbilicus plantæ, veretrum omnium simul principium ostendit.

20. Quinque in sphæra corpora reperiuntur, ignis, aqua, terra et aer, quintum autem æther sphæram ambiens et quasi trahens.

21. Philolaus negat interire mundum. Sic enim ait in libro de anima: Quapropter etiam interitus expers nullo-

que labore confectus perpetuo durat, siquidem nec intra ipsum causa potentior quam illa [anima] reperietur, neque extra quidquam, quod eum perdere possit, sed fuit hic mundus ex æterno tempore atque in æternum permanet, unus ab uno cognato et præstantissimo et inexsuperabili gubernandus. Habet motus quoque ac mutationis principium unus et continuus mundus, naturæ beneficio perflatus et ex omni æternitate circumactus. Atque una quidem pars ejus immutabilis est, altera mutabilis, e quibus prior ab anima rerum universitatem cingente usque ad lunam pertinet, posterior a luna usque ad terram. Et quoniam res movens quidem ex æterno tempore in æternum ultro citroque commeat, res mota autem ita afficitur ut a movente auferatur: necesse est alteram semper mobilem, alteram semper patibilem esse, atque illam quidem totam mentis et animæ, hanc generationis et mutationis esse sedem, illamque vi priorem et superiorem, hanc posteriorem et inferiorem. Ex utraque vero portione, altera divina quæ semper currit, altera generata quæ semper mutatur, mundus compositus est. Quocirca

γινόμενα καὶ φθειρόμενα πολλά· καὶ τὰ μὲν φθαρέντα κατὰ φύσεις καὶ μορφὰς σώζεται, τᾷ γονᾷ πάλιν τὰν αὐτὰν μορφὰν ἀποκαθιστάντα τῷ γεννάσαντι πατέρι καὶ δαμιουργῷ.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. XXI, a pag. 418 seqq. ed Heer. Scripsi : [a] ἧς; codd. ἣν. [b] ξυγγενέος; libri συγγενέω. [c] φύσι; libri φύσει. [d] ἀρχιδίου; codd. ἀρχιδίου. [e] διατίθεται cum Heerenio; libri διατίθεσθαι. [f] ἀνάκτορον; libri ἀνάκωμα. [g] ἄν τις λέγοι; libri ἔχειν ἔλεγε. Corrupta hic quædam esse et interpolata a librariis recte viri docti dixerunt. Neque tamen propterea hoc fragmentum Philolao indignum ac suppositititum judicaverim. Cæterum Philolao cum Platone communia sunt vocabula ἀεικίνητος et δημιουργός, cum Ocello (cf. cap. I, 11, item cap. II, a et cap. I, 15) δυναμικός, ἀειπαθής, ἀμετάβλατος atque alia quæ commemorare non vacat, cum Aristotele ἐνέργεια.)

22. Κατὰ τί δὴ οὖν ποτε οὔ φασι θεμιτὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι, ὦ Σώκρατες; ἤδη γὰρ ἔγωγε, ὅπερ νῦν δὴ σὺ ἤρου, καὶ Φιλολάου ἤκουσα, ὅτε παρ' ἡμῖν διητᾶτο, ἤδη δὲ καὶ ἄλλων τινῶν, ὡς οὐ δέοι τοῦτο ποιεῖν· σαφὲς δὲ περὶ αὐτῶν οὐδενὸς πώποτε οὐδὲν ἀκήκοα.

(Plat. Phæd. p. 61 E. Ad quem locum Olympiodorus pag. 130 ed. Wyttenbach. hæc annotavit : ἔλεγε δὲ (Φιλόλαος) καὶ ἄλλως μὴ ἐξάγειν ἑαυτόν, διότι Πυθαγόρειον παράγγελμα μὴ ἀποτιθέναι ἀλλὰ συνεπιτιθέναι βάρη, τουτέστι συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν. Cicero de Senect. cap. 20 : Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est dei, de præsidio et statione vitæ decedere.)

23. Ἄξιον δὲ καὶ τῆς Φιλολάου λέξεως μνημονεῦσαι· λέγει δὲ ὁ Πυθαγόρειος ὧδε· « Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας ἃ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται. »

(Clemens Strom. III, p. 433 A ed. Sylb. et Theodoret. Græc. Aff. Cur. V, p. 821 ed. Schulz. Similiter Euxitheus Pythagoreus, cujus verba Clearchus Peripateticus apud Athen. IV, pag. 157 C servavit : Εὐξίθεος ὁ Πυθαγόρειος, ὦ Νίκιον, ὡς φησι Κλέαρχος ὁ Περιπατητικὸς ἐν δευτέρῳ Βίων, ἔλεγεν ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ τῇδε βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχὰς τιμωρίας χάριν· καὶ διειπασθαι τὸν θεόν, ὡς εἰ μὴ μενοῦσιν ἐπὶ τούτοις, ἕως ἂν ἐκὼν αὐτοὺς λύσῃ, πλέοσι καὶ μείζοσιν ἐμπεσοῦνται τότε λύμαις· διὸ πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάτασιν φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἑκόντας ἐκφῆναι, μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρᾳ θάνατον ἀσπασίως προσίεσθαι, πεπεισμένους τὴν ἀπόλυσιν τῆς ψυχῆς μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίγνεσθαι γνώμης. Conf. Plat. Gorg. pag. 493 A.)

21. Διὸ καὶ τοὺς ἐνθουσιῶντας καὶ προλέγοντας, καίπερ διανοίας ἔργον ποιοῦντας, ὅμως οὔ φαμεν ἐφ' αὑτοῖς εἶναι, οὔτ' εἰπεῖν ἃ εἶπον, οὔτε πρᾶξαι ἃ ἔπραξαν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ δι' ἐπιθυμίαν· ὥστε καὶ διάνοιαί τινες καὶ πάθη οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἰσιν, ἢ πράξεις αἱ κατὰ τὰς τοιαύτας διανοίας καὶ λογισμούς, ἀλλ' ὥσπερ Φιλόλαος ἔφη εἶναί τινας λόγους κρείττους ἡμῶν.

(Aristoteles Ethic. Eudem. II, 8 pag. 1225 A ed. Bekker. Philolai sententiam expressit etiam Plato Gorg. 492 E : οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων, Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· ὅπερ ἤδη του ἐγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω· καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους· τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανὸν ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας. Τοὐναντίον δὴ οὗτός σοι, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται, ὡς τῶν ἐν ᾅδου, τὸ ἀειδὲς δὴ λέγων, οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. Τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει,

---

recte dixerit aliquis mundum esse æternam dei et generationis efficaciam mutabili naturæ congruentem. Atque ille quidem eodem loco manens eodem semper pacto se habet, hæc autem rerum multitudo modo oritur modo occidit : sed quæ intereunt, eorum tamen naturæ formæque servantur, quando sobole relicta similem patri atque auctori formam restituunt.

22. Cur igitur, o Socrates, nefas esse ajunt, mortem sibi consciscere? jam enim, quod modo quærebas, ego simul e Philolao audivi, quando apud nos commorabatur, simul ex aliis nonnullis, non decere id facere, sed nihil certi unquam hac de re a quoquam accepi.

23. Est vero etiam Philolai oratio memoratu digna; sic autem dicit Pythagoreus : « Testantur et veteres theologi et vates, supplicii gratia animam cum corpore conjunctam, hoc tanquam sepulcro conditam esse. »

24. Quamobrem fanaticos et futura prædicentes, quamvis intellectus opus faciant, tamen negamus tantum valere, ut aut suo Marte dicant quæ dixerunt, aut faciant quæ fecerunt. Sed ne per cupiditatem quidem. Itaque cogitationes quædam et affectiones vel actiones talibus cogitationibus et rationibus consentaneæ non sunt in nostra potestate, sed ut Philolaus ait quædam rationes nobis sunt potentiores.

ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι, τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν, δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην.)

25. Φύσει καὶ οὐ νόμῳ, ὥς φησί που Φιλόλαος.

(Nicom. Arithm. I, pag. 25 : ἑτέρου γὰρ καιροῦ διερευνᾶν ἐπιπλέον, πῶς καὶ τετραγωνισθέντος ἀπὸ τῆς στοιχηδὸν ἐκθέσεως τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ἐλάττονα πιθανὰ ἐπισυμβαίνει φύσει κτλ. Apparet extrema tantum esse Philolai, non item præcedentia. Cæteroquin ut hic φύσει opponitur νόμῳ, ita Democritus ἐτεῇ et νόμῳ contraria esse vult. Vid. fragm. phys. 1.)

26. Ὥστε ὁ μὲν Ἀναξαγόρας κοινῶς τὸν λόγον ἔφη κριτήριον εἶναι· οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ τὸν λόγον μέν φασιν, οὐ κοινῶς δέ, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων περιγινόμενον, καθάπερ ἔλεγε καὶ Φιλόλαος· θεωρητικόν τε ὄντα τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἔχειν τινὰ συγγένειαν πρὸς ταύτην, ἐπείπερ ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον καταλαμβάνεσθαι πέφυκεν.

(Sextus Empiricus adv. Math. VII, 92 p. 388 ed. Fabric.)

---

25. Natura ac non hominum instituto, ut ait alicubi Philolaus.

26. Quamobrem Anaxagoras omnino rationem rerum arbitram esse ait; Pythagorici vero rationem arbitram quidem appellant, non omnino tamen, sed eam quæ litterarum disciplinis contingat, quemadmodum et Philolaus dicebat : eamque in contemplatione naturæ hujus universi defixam habere quandam cum ea cognationem, quoniam simili simile intelligi soleat.

ΗΘΙΚΑ

ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

MORALIA

PYTHAGOREORUM

FRAGMENTA.

ΙΠΠΟΔΑΜΟΥ ΘΟΥΡΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

α'. Τῶν ζώων τὰ μέν ἐντι δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας, τὰ δὲ ἄδεκτα. Καὶ δεκτικὰ μὲν ὅσα λόγον ἔχει· ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία οὐκ ἄτερθεν ἀρετᾶς, ἁ δὲ ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρᾶτον· ἄδεκτα δὲ [ὅσα λόγον οὐκ ἔχει· οὔτε γὰρ τὸ ὄψιος ἄμοιρον δέχεται τὸ τᾶς] ὄψιος ἔργον ἢ τὰν τᾶς ὄψιος ἀρετάν, οὔτε τὸ λόγω ἄμοιρον τὸ τῶ λόγον ἔχοντος ἔργον ἢ τὰν τῶ λόγον ἔχοντος ἀρετάν· ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος τὰ μὲν ὡς ἔργον τὰ δ' ὡς τέχνα τίς ἐντι. Τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων τὰ μέν ἐντι αὐτοτελέα, ὅσα δι' αὑτὰ [a] τέλητά ἐντι καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν οὔτε ποτὶ τὸ ἧμεν οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἧμεν· τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ θεός. οὐκ αὐτοτελέα δὲ ὅσα μὴ δι' αὑτὰ [b] τέλητά ἐντι, ποτιδέεται δὲ καὶ τᾶς ἔξωθεν αἰτίας· τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ ἄνθρωπος. Τῶν δὴ οὐκ αὐτοτελέων τὰ μέν ἐντι τέλητα τὰ δ' οὐ τέλητα. καὶ τέλητα μὲν ὅσα καὶ παρὰ τὰν αὑτῶν αἰτίαν καὶ παρὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. καὶ παρὰ μὲν τὰν αὑτῶν, τῷ καὶ φύσιν ἀγαθὰν καὶ προαίρεσιν ποτενέγκασθαι· παρὰ δὲ τὰς ἔξωθεν, τῷ εὐνομίαν καὶ ἐπιστάτας ἀγαθὼς λαβεῖν· [τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ καλοκαγαθὸς ἄνθρωπος]. οὐ τέλητα δὲ τὰ ἤτοι μηδετέρω τούτων κοινωνάσαντα, ἢ τινὸς αὐτῶν, ἢ τὰ καθόλω φαῦλα ὑπάρχοντα κατ-τόν γα τρόπον τᾶς ψυχᾶς· τοιοῦτος δέ κα εἴη θάτερος ἄνθρωπος. Τῶν δὲ τελήων ἀνθρώπων δοιαὶ διαφοραί· τοὶ μὲν γάρ ἐντιν αὐτῶν κατ-τὰν φύσιν τέλητοι τοὶ δὲ κατ-τὸν βίον· καὶ κατ-τὰν φύσιν μὲν μόνοι τοὶ ἀγαθοί· οὗτοι δέ κ' εἶεν τοὶ ἔχοντες τὰν ἀρετάν· ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάστω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελητότας ἐντί· ἁ μὲν τῶ ὀφθαλμῶ τᾶς τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος ἀκρότας καὶ τελητότας, ἁ δὲ τῶ ἀνθρώπω τᾶς τῶ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελητότας. κατ-τὸν βίον δὲ τέλητοι τοὶ μὴ μόνον ἀγαθοὶ ὄντες ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονες. ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία τελητότας ἐντὶ βίω ἀνθρωπίνω· ὁ δὲ βίος ὁ ἀνθρώπινος σύσταμα τᾶν πραξίων, ἁ δ' εὐδαιμονία ἁ συμπεραίνουσα τὰς πράξιας. συμπεραίνει δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα, ἁ μὲν [c] ἀρετὰ κατ-τὰν χρῆσιν, ἁ δ' [d] εὐτυχία κατ-τὰν κατόρθωσιν. ὁ μὲν ὦν θεὸς οὔτε μαθὼν παρά τινος τὰν ἀρετὰν ἀγαθὸς ἐγένετο οὔτε συναγωνιξαμένας [e] αὐτῷ τᾶς τύχας εὐδαίμων· φύσι γὰρ ἦν ἀγαθὸς καὶ φύσι εὐδαίμων, καὶ αἰεὶ ἦν καὶ ἐσεῖται καὶ οὐδέποκα ἐπιλείψει τοιοῦτος ἐών, ἄφθαρτος ἐὼν καὶ φύσι ἀγαθός. ὁ δὲ ἄνθρωπος οὔτε [τᾷ φύσι ἀγαθὸς οὔτε] τᾷ φύσι εὐδαίμων, ἀλλὰ μαθήσιος καὶ προνοίας ποτιδέεται, ποτὶ μὲν τὸ γενέσθαι ἀγαθὸς τᾶς ἀρετᾶς, ποτὶ δὲ τὸ γενέσθαι εὐδαίμων τᾶς εὐτυχίας. καὶ διὰ τοῦτο ἐκ δύο τούτων ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται, ἐπαίνω τε καὶ μακαρισμῶ· ἐπαίνω μὲν τῶ ἐξ ἀρετᾶς, μακαρισμῶ δὲ τῶ ἐξ εὐτυχίας. τὰν μὲν ὦν ἀρετὰν ἔχει διὰ τὰν θείαν μοῖραν, τὰν δὲ εὐτυχίαν διὰ τὰν θνατάν. ἐξήρτηται δὲ τὰ μὲν θνατὰ ἀπὸ τῶν θείων καὶ τὰ ἐπὶ γᾶς ἀπὸ τῶν ὡρανίων· τὰ δὲ χερήονα ἀπὸ τῶν βελ-

HIPPODAMI THURII E LIBRO DE FELICITATE.

I. Animalia beatitudinis alia capacia sunt, alia non sunt. Capacia sunt ea quæ ratione utuntur : quandoquidem beatitudo sine virtute consistere non potest, virtus autem præcipue in eo quod ratione præditum est cernitur. Capacia beatitudinis non sunt quæ ratione carent. Etenim nec quod visu caret, visûs aut operis aut virtutis est capax, nec quod rationis est expers, ratione præditi vel opus vel virtutem potest capere. At beatitudo et virtus ratione præditi partim operis instar, partim tanquam ars quædam est. Jam ratione præditorum quædam per se sunt perfecta, nec ulla re externa, vel ut sint, vel ut bene sint, indigent. Talis sane deus fuerit. Non sunt autem per se perfecta, verum opis externæ indigent, qualis quidem sit homo. Rursus ex numero eorum, quæ non per se perficiuntur, quædam perfecta sunt, quædam imperfecta. Perfecta, quæ et suis et externis causis nituntur : suis, quod et naturam bonam et consilium rectum attulerint ; externis, quod rectam legum constitutionem et bonos præfectos nacti sint : talis autem fuerit homo probus. Imperfecta sunt, quibus vel neutrum istorum vel alterutrum duntaxat contigit, vel quæ prorsus pravo sunt ingenio, quales etiam homines quidam reperiuntur. At perfectorum hominum duo discrimina exstant, siquidem eorum alii natura, alii vita perfecti sunt : natura, qui boni tantum sunt, id est virtute præditi : virtus enim uniuscujusque naturæ excellentia et perfectio est : oculi quidem virtus, oculi naturæ perfectio præstantiaque, hominis autem, humanæ naturæ perfectio est et excellentia. Vita perfecti sunt, qui non solum boni, verum etiam beati sunt. Quum enim beatitudo sit humanæ vitæ

τιόνων. καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἑπόμενος τοῖς θείοις [ἀγαθὸς] εὐδαιμονεῖ· ὁ δὲ ἑπόμενος τοῖς θνατοῖς κακοδαιμονεῖ. τῷ μὲν γὰρ τὰν φρόνασιν ἔχοντι ἀγαθὸν εὐτυχία καὶ χρήσιμον· καὶ ἀγαθὸν μὲν διὰ τὰν γνῶσιν τᾶς χρήσιος, ὠφέλιμον δὲ διὰ τὸ συνεργὲν ταῖς πράξεισι. καλὸν ὤν, ὅκαν εὐτυχία παρῇ τῷ νῷ, ὥσπερ οὐρίῳ ἀνέμῳ θέοντα, ποττὰν ἀρετὰν ἀποβλέποντα ποιέεσθαι τὰς πράξιας, ὥσπερ καὶ τὸν κυβερνάταν ποτὶ τὰς τῶν ἄστρων κινάσιας· οὕτω γὰρ οὐ μόνον ἀκολουθήσει τῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ συντάξει τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ποτὶ τὸ θεῖον. Καὶ μὰν καὶ τοῦτό γα φανερόν, ὅτι ἐκ διαθέσιος καὶ πράξιος βίος διαφέρων γίνεται· ἀνάγκα δὲ τὰν μὲν διάθεσιν ἢ σπουδαίαν ἢ φαύλαν ἦμεν, τὰν δὲ πρᾶξιν ἢ εὐδαίμονα ἢ κακοδαίμονα, καὶ σπουδαίαν μὲν τὰν ἀρετᾶς μετειληφυίαν, φαύλαν δὲ τὰν κακίας· τὰς δὲ πράξιας εὐδαίμονας μὲν ἐν τᾷ εὐτυχίᾳ (συμπεραίνονται γὰρ ποτὶ τὸν λόγον) κακοδαίμονας δ' ἐν τᾷ ἀτυχίᾳ· ἀποτευκτικὸν γὰρ τῶ συμπεράσματος. Διόπερ οὐ μόνον μαθεῖν δεῖ τὰν ἀρετάν, ἀλλὰ καὶ κτάσασθαι καὶ χρήσασθαι αὐτᾷ, ἤτοι ἐς ἀσφάλειαν, ἢ ἐς συναύξασιν, ἢ τὸ μέγιστον, ἐς ἐπανόρθωσιν οἴκων τε καὶ πολίων. οὐ γὰρ μόνον τὰν κτᾶσιν ἔχειν δεῖ τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ τὰν ὄνασιν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐσεῖται, αἶκα πόλιος εὐνομουμένας τύχῃ ὁ ἄνθρωπος. καὶ ταῦτα μὲν ἐγὼ φημι ἦμεν τὸ ὀνομαζόμενον Ἀμαλθείας κέρας· ἐν εὐνομίᾳ γὰρ τὰ πάντα ἐντί· καὶ ἄνευ ταύτας οὔτε γεννᾶται τὸ μέγιστον τᾶς ἀνθρωπίνας φύσιος ἀγαθόν, οὔτε γενναθὲν καὶ αὐξαθὲν δύναιτό κα διαμένεν. καὶ γὰρ τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν φορὰν ποττὰν ἀρετὰν αὐτὰ ἀμπέχει, τῷ καὶ φύσιας ἀγαθὰς γεννᾶσθαι κατ' αὐτάν, καὶ ἤθεα δὲ καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ νόμως ἦμεν τὼς ἀρίστως, ἔτι δὲ λόγως ὀρθογωνίους, καὶ εὐσέβειαν δὲ καὶ ὁσιότατα ποτὶ τὰ τιμιώτατα. ὥστε τὸν μέλλοντα εὐδαιμονάσειν καὶ ὀρθόπλοον ἕξειν τὸν αὑτῶ βίον, εὐνομίας ὑπαρχούσας καὶ διαπερᾶσαι δεῖ καὶ διελθεῖν αὐτὸν εὐνομίαν καταλιπόντα. Ἅμα δὲ καὶ ἀνάγκαν ἐπιμφέρει ὁ λόγος τοῖσιν ἔμπροσθεν εἰρημένοις. ὁ γὰρ ἄνθρωπος κοινωνίας μέρος ἐντί· καὶ σὺν τούτοις ὁλόκληρος γίνεται κατ᾽ τὸν αὐτὸν λόγον, σὺν τῷ μὴ μόνον κοινωνέν, ἀλλὰ καὶ καλῶς κοινωνέν. Ἃ μὲν γὰρ ἐν πλείοσιν, ἀλλ' οὐκ ἐνὶ πέφυκε γίγνεσθαι· ἃ δ' ἐν ἑνί μέν, οὐ μὰν ἔτι ἐν πλείοσιν· ἃ δὲ καὶ ἐν πλείοσι καὶ ἐν ἑνί, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἑνί, ὅτι καὶ ἐν πλείοσιν. ἁρμονία μὲν γὰρ καὶ συμφωνία καὶ ἀριθμὸς ἐν πλείοσιν ἐγγίγνεσθαι πέφυκεν· οὐδὲν γὰρ αὔταρκες, ὃ τούτων τῶν μορίων ποιεῖ τὸ ὅλον. ὀξυακοία δὲ καὶ ὀξυδορκία καὶ ποδῶν ὠκύτας ἐν ἑνὶ μόνον· εὐδαιμονία δὲ καὶ ἀρετὰ ψυχᾶς

---

perfectio, vita quidem est actionum copia : eas autem ad finem adducit beatitudo, quod fit virtute duce ac fortuna. Et virtus quidem consideratur in ipso usu, fortuna autem in successu. Ac deus quidem nec ab alio virtutem edoctus bonus evasit, neque fortunæ beneficio felix : etenim natura tum bonus tum beatus erat, semperque et fuit et erit, nec unquam talis esse desinet, quum interire non possit ac naturali bonitate præditus sit. Homo vero nec bonus natura nec beatus est, verum disciplinam et curam requirit : videlicet ut bonus fiat virtutis, ut beatus evadat fortunæ indigens. Quocirca ex hisce duabus rebus humana beatitudo constat, laude et felicitatis prædicatione : e quibus laus virtuti, altera felicitati tribuitur. Virtutem igitur homines divino munere, fortunæ vero prosperitatem humana ratione habent. Pendent enim mortalia e divinis, terrestria e cœlestibus et deteriora e melioribus. Quamobrem [vir bonus] qui divina sequitur beatus, qui mortalia, miser erit. Nam prudentia præditio bona est prospera fortuna et utilis, bona quidem, quoniam uti scit, utilis vero, quoniam actionibus confert. Pulchrum igitur est, quando cum felicitate prudentia conjungitur, veluti secundis ventis currentem gubernatoris exemplo ad virtutem tanquam ad siderum motus respicientem actiones perficere : sic enim non solum deum sequetur, verum etiam bonum humanum ad imitationem divini instituet. Hoc quoque manifestum est ex affectionibus et ipsa actione vitæ diversitatem gigni : cæterum affectio necessario aut bona aut prava fuerit, actio autem felix vel infelix : et honesta quidem affectio est, quæ virtutis, prava quæ malitiæ particeps est : actiones vero felices quidem in prosperis rebus consistunt (ut quæ ex animi sententia eveniant), infelices contra in rebus adversis ; destituuntur enim eventu. Quapropter virtus non modo discenda, sed etiam comparanda et ad familiarum ac rerum publicarum vel securitatem vel augmentum vel etiam, quod est maximum, emendationem est adhibenda. Rerum enim præclararum non solum possessionem, verum etiam usum habere decet. Quæ quidem omnia contingent, si quis rempublicam bene constitutam nanciscatur : id quod equidem Amaltheæ quod dicitur cornu esse ajo. Etenim in recta legum constitutione sunt omnia, neque maximum humanæ naturæ bonum vel gigni sine ea vel natum et auctum permanere possit. Nam et virtutem et ejus amorem hæc ipsa complectitur, quandoquidem ejus beneficio tum bona ingenia procreantur, tum mores, studia legesque fiunt optimæ, et rationes rectæ, pietas ac religio erga ea quæ honoratissima sunt vigent. Quamobrem qui beatus futurus vitamque suam prospere acturus est, eam in bene constituta republica transigat oportet, posteris civitatem optimis legibus temperatam relinquens. Quid? quod etiam necessario, quæ ante dicta sunt, ita se habent. Quum enim homo sit societatis pars, cum illis (quibuscum conjunctus est) eadem ratione perfectus evadit, si non tantum socium, sed et bonum socium se præbeat. Quædam enim in pluribus, non in uno, alia in uno, non in pluribus cernuntur, alia et in pluribus et in uno, ideoque in uno, quoniam et in pluribus. Nam harmonia, concentus, numerus in pluribus cernun-

καὶ ἐν ἑνὶ καὶ ἐν πλείοσι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ ἑνί, ὅτι καὶ ἐν πλείοσι· καὶ ἐν τοῖς πλείοσιν, ὅτι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί. ἅ τε γὰρ τᾶς ὅλας φύσιος διακόσμασις καὶ τὸ καθ' ἓν ἕκαστον διακεκόσμακεν, καὶ ἁ καθ' ἕκαστον δὲ διακόσμασις τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ἐκπεπλάρωκε. Τοῦτο δὲ ἀκολουθεῖ διὰ τὸ τᾷ φύσει πρότερον ἦμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ' οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. αἴτε γὰρ μὴ ἦν ὁ κόσμος, οὐδ' ἂν ὁ ἅλιος ἦν, οὐδ' ἁ σελάνα, οὐδ' οἱ πλάνατες ἀστέρες, οὐδ' οἱ ἀπλανέες· ὄντος δέ γα τῶ κόσμω, καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι. Ἴδοι δέ κα τοῦτό τις καὶ ἐπ' αὐτᾶς τᾶς τῶν ζώων φύσιος. αἶκα γὰρ μὴ ᾖ ζῶον, οὐδ' ὀφθαλμός, οὐδ' ἂν στόμα, οὐδ' ἂν ἀκοά, ὄντος δέ γα ζώω καὶ τούτων ἕκαστόν ἐντι. Ὡς δὲ ἔχει τὸ ὅλον ποττὸ [g] μέρος, οὕτω καὶ ἁ τῶ ὅλω ἀρετὰ ποτ[h]τὰν τῶ μέρεος. μὴ ὑπαρχοίσας γὰρ ἁρμονίας καὶ ἐπόψιος θείας περὶ τὸν κόσμον, οὐκ ἂν δύναιτο συνεῖμεν ἔτι καλῶς ἔχοντα τὰ ἐγκεκοσμαμένα· μὴ ὑπαρχοίσας δ' εὐνομίας περὶ τὰς πόλιας, οὐκ ἂν δύναιτό τις ἀγαθὸς ἢ εὐδαίμων πολίτας ἦμεν· μὴ ὑπαρχοίσας δ' ὑγιείας περὶ τὸ ζῶον, οὐκ ἂν δύναιτο ποὺς ἢ χεὶρ σθεναρά τε ἢ ὑγιεινὰ ἦμεν. ἔστι γὰρ ἁ μὲν ἁρμονία ἀρετὰ κόσμω, ἁ δ' εὐνομία ἀρετὰ πόλιος, ἁ δ' ὑγίεια καὶ ἰσχὺς ἀρετὰ σώματος. καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς μερέων συντέτακται ποτὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν· ὀφθαλμοί τε γὰρ ὁρῶντι ὑπὲρ τῶ παντὸς σώματος, καὶ τἄλλα δὲ μόριά τε καὶ μέρεα ὑπὲρ τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συντέτακται.

(Stobæus Flor. CIII, 26. Scripsi : [a] αὐτὰ; codd. αὖτὰ. [b] αὖτὰ; libri ἀὐτὰ. [c] ἁ μὲν ἀρετὰ; libri τὰ μὲν ἀρετὰ. [d] ἁ δ' εὐτυχία; libri τὰ δ' εὐτυχία. [e] συναγωνιξαμένας; codd. ἐπισυναρξαμένας. [f] τὸν μέλλοντα; codd. τῷ μέλλοντι. [g] ποττὸ; libri ποτὶ τὸ. [h] ποττὰν; codd. ποτὶ τὰν.)

β'. Φαμὶ δ' ἐγὼν ἐς μοίρας τρεῖς διεστάσθαι τὰν σύμπασαν πολιτείαν· καὶ μίαν μὲν εἶμεν μοῖραν τῶν διανοίᾳ [a] κυβερνώντων τὰ κοινά, δευτέραν δὲ τῶν δυνάμει, τρίταν δὲ τῶν ἐκπλαρώσει καὶ χορηγίᾳ τῶν ἀναγκαίων. ὀνομαίνοι δὲ τὸ μὲν πρᾶτον πλᾶθος βουλευτικόν, τὸ δὲ δεύτερον ἐπίκουρον, τὸ δὲ τρίτον βάναυσον. Καὶ τὰ μὲν αὖ τῶν ἐλευθέραν βιοτὰν ἐχόντων οἰκῆα φαμὶ εἶμεν, τὸ δὲ τρίτον τῶν βιοπόνων, καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν ἄριστον εἶμεν, τὸ δὲ βάναυσον χερῇον, τὸ δ' ἐπίκουρον μέσον. καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν ἄρχεν δεῖ, τὸ δὲ βάναυσον ἄρχεσθαι, τὸ δὲ ἐπίκουρον καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι. τὸ μὲν γὰρ καὶ τί δεῖ πράττεν προβουλεύει, τὸ δ' ἐπίκουρον, τῷ μὲν προπολεμέν, ἄρχει τῷ βαναύσω παντὸς, τῷ δὲ προβουλεύεσθαι ἄρχεται. Τουτᾶν δὲ τᾶν μοιρᾶν ἑκάστα πάλιν ἐς τρία τέτακται. τῶι τε γὰρ βουλευτικῶι μέρεος τὸ μέν ἐστι πρόεδρον, τὸ δὲ ἀρχοντικόν, τὸ δὲ κοινοβουλευτικόν· πρόεδρον μὲν τὸ προσυνεδρεῦον καὶ τὸ προβουλευόμενον περὶ τῶν πραγμάτων καὶ ὕστερον ἐπαναφέρον ἐπὶ τὰν βουλάν· ἀρχοντικὸν δὲ τὸ ἤτοι ἄρχον ἢ γεγενημένον ἀρχοντικόν· κοινοβουλευτικὸν δὲ τὸ ἄλλο πλᾶθος τὸ παραδεχόμενον τὰ προσυνεδρευμένα καὶ ἐπιψαφιζόμενον καὶ ἐπικυροῦν τὰ ἐπὶ κρίσει. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπέν, δεῖ τὸς μὲν προέδρως ἐπὶ τὸ κοινοβουλευ-

---

tur : quippe horum nulla pars est quæ totum efficere queat. Jam auditus et visus præstantia pedumque velocitas in uno duntaxat insunt : at beatitudo et animi virtus et in uno et in pluribus, atque in tota mundi compage et rerum universitate cernitur, ideoque in uno, quod etiam in pluribus, pariterque in pluribus, quia in tota mundi compage et rerum universitate. Namque totius naturæ constitutio singulas quoque partes ornavit, et singulorum constitutio totam mundi compagem et rerum universitatem absolvit. Hoc ita consequitur, quia totum natura prius est parte, non pars toto. Si enim mundus non esset, nec sol, nec luna, nec vel errantes vel inerrantes exstarent stellæ; mundo vero procreato, horum quoque singula cernuntur. Hoc etiam in ipsa animalium natura animadverti potest. Videlicet si non sit animal, non oculus, non os, nec aures erunt; at si sit animal, hæc quoque singula comparent. Sicut porro totum ad partem, ita etiam totius virtus ad partis virtutem se habet. Nam nisi harmonia et providentia divina mundus regeretur, non possent amplius, quæ constituta sunt, in statu suo permanere : sine recta legum in civitate constitutione nemo posset esse civis vel bonus vel beatus : sine animalis sanitate non posset nec pes nec manus roboris et bonæ valetudinis esse particeps. Est enim, ut mundi virtus harmonia, ita civitatis bona legum constitutio, et corporis sanitas ac robur. Singulæ autem in iis partes ad ipsum totum et universum referuntur. Nam et oculi pro toto corpore cernunt, et reliquæ partes totius atque universi causa constitutæ sunt.

II. Ego vero existimo universam rempublicam in tres ordines divisam esse : et unum quidem esse hominum ordinem publica negotia mentis vi gerentium, alterum virorum fortium, tertium eorum qui res necessarias explendo ac suppeditando civitati prosunt. Nomino autem primum quidem ordinem consiliarium, secundum auxiliarem, tertium operarium. Et priores duos proprios esse dicimus vitam liberam degentium, tertium vero victum labore quærentium; et consiliarium quidem optimum esse, operarium deteriorem, auxiliarem medium. Item consiliarium imperare oportet, operarium parêre, auxiliarem utrumque. Consiliarius enim quid agendum sit prius consulit : at auxiliaris, dum propugnat, totam operariam multitudinem regit; quatenus autem ei præscribuntur consilia regitur. Trium autem horum ordinum singuli rursus in tres partes dividuntur. Consiliarii enim pars quædam est præses, alia rectrix, alia senatoria vel in commune consulens : præses quidem quæ prior considit ac deliberat de

τικὸν ἀναφέρειν, τὸ δὲ κοινοβουλευτικὸν διὰ τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶ ἐπικούρω καὶ τῶ δυναμικῶ μέρεος τὸ μέν ἐστιν ἀρχοντικόν, τὸ δὲ προμαχατικόν, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ πλῆον μέρος ἀγελαῖον καὶ στρατιωτικόν. Ἀρχοντικὸν μὲν ὧν ἐστιν, ἐξ ὧν στρατοπεδάρχαι καὶ ταξιάρχαι καὶ λοχαγοὶ καὶ πρόμαχοι καθίστανται καὶ καθόλω πάντες οἱ ἀγεμονίαν ἔχοντες· προμαχατικὸν δὲ τὸ τῶν ἀνδρικωτάτων καὶ θυμικωτάτων καὶ τολματικωτάτων πᾶν γένος, ἀγελαῖον δὲ καὶ στρατιωτικὸν τὸ λοιπὸν πλᾶθος. τῶ δὲ βαναύσω καὶ βιοπονατικῶ τὸ μέν ἐστι γεωπόνον καὶ περὶ τὰν κατεργασίαν τᾶς χώρας κατασχολεύμενον, τὸ δὲ τεχνατικὸν ὄργανα καὶ ἐπιμαχανάματα τοῖς τῶ βίω πράγμασιν ἐκπορίζόμενον, τὸ δὲ μεταβατικὸν καὶ ἐμπορικόν, ὃ τὰ μὲν ἐν τᾷ πόλει περιουσιάζοντα ἐπὶ τὰν ξέναν διάγεται, τὰ δὲ ἀπὸ τᾶς ξένας ἐς τὰν πόλιν. Τὰ μὲν ὧν συστάματα τᾶς πολιτικᾶς κοινωνίας διὰ τοσούτων καὶ τοιῶνδε μερέων συντέταχται· ἔπειτα δὲ περὶ ἁρμογᾶς καὶ ἑνώσιος αὐτῶν ῥητέον. ἐπεὶ δὲ πᾶσα πολιτικὰ κοινωνία λύρᾳ παντελῶς ποτέοικε, τῷ ἐξαρτύσιός τε δέεσθαι καὶ συναρμογᾶς, καὶ τὸ τελευταῖον ἁπαρᾶς τινος καὶ προσῳράσιος μωσικᾶς· περὶ μὲν ὧν ἐξαρτύσιος πολιτείας, ἐκ ποίων καὶ πόσων συνέστακεν, εἴρηταί μοι καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· περὶ δὲ συναρμογᾶς καὶ ἑνώσιος αὐτῶν πειρασοῦμαι νῦν λέγειν. Φαμὶ δὲ ἔγωγε, τρισὶ τούτοις συναρμόζεσθαι τὰν πολιτικὰν κοινωνίαν, λόγοις, ἐπιταδεύμασιν ἐθῶν, νόμοις, καὶ διὰ τριῶν τούτων παιδεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ σπουδαιότερον γίγνεσθαι. τοὶ μὲν γὰρ λόγοι διδάσκοντι καὶ ἐπιθυμίας ἐμποιεῦντι, προτρεπόμενοι πρὸς ἀρετάν· τοὶ δὲ νόμοι, τὰ μὲν φόβοις κατέχοντες, ἀπερύκοντι, τὰ δὲ τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς δελεάζοντες, ἐκκαλέονται· τὰ δὲ ἔθεα καὶ ἐπιταδεύματα πλάσσει καὶ κηροχυτεῖ τὰν ψυχάν, φυσίωσιν ἐμποιεῦντα διὰ τᾶς συνεχέος ἐνεργείας. Δεῖ δὲ τὰ τρία ταῦτα συντετάχθαι ποτί τε τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἐν ἑκάστω αὐτῶν, εἰ μὲν δυνατόν, στοχάζεσθαι πάντων· εἰ δὲ μή γα, δυοῖν ἢ ἑνός, ὥστ' εἶμεν καὶ τὸν λόγον καλὸν καὶ δίκαιον καὶ συμφέροντα, καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸν νόμον· προτιμᾶσθαι δὲ πρᾶτον τὸ καλόν, δεύτερον δὲ τὸ δίκαιον, τρίτον δὲ τὸ συμφέρον. τὸ καθόλω δὲ πειρᾶσθαι διὰ τούτων ὡς ὅτι μάλιστα ποιεῖν τὰν πόλιν, ὅπως ὁμόλογος ᾖ [b] καὶ σύμφωνος τοῖς αὐτᾶς μέρεσι, ἀλλὰ μὴ στασιάζουσα καὶ διαμαχομένα. ἐσεῖται δὲ τοῦτο, αἴκα τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς παιδεύηται τῶν νέων καὶ ἐς τὸ μέτριον ἀγινῆται τοῖς ἀδέσι τε καὶ λυπαροῖς, καὶ αἴκα περὶ τᾶς οὐσίας μέτρια καὶ ἀπὸ γεωπονίας ἔχωντι τὰν πρόσοδον· καὶ αἴκα τὰς ἀρχὰς ἄρχωντι τᾶς μὲν ἀρετᾶς δεομένας τοὶ ἀγαθοί, τὰς δ' ἐμπειρίας τινὸς τοὶ ἔμπειροι, τὰς δὲ παροχᾶς τινος καὶ δαπάνας τοὶ εὔποροι, καὶ τούτοις πᾶσι κατὰ τρόπον ἄρξασι τὰς ἀρχὰς κατ' ἀξίαν [c] διανέμωντι τὰς τιμάς. Ἔτι δὲ τᾶς ἀρετᾶς αἰτίαι τυγχάνοντι τρεῖς, φόβος, ἐπιθυμία, αἰδώς. δυνασεῖται δὲ τὸν μὲν

---

rebus de quibus postea ad senatum refert; rectrix quæ vel regit vel certe ad reliquos regendos nata est; senatoria denique e reliqua multitudine constans quæ res a præside prius pensitatas excipit suoque judicio commissas suffragiis et auctoritate sua confirmat. Sed ut aperte et simpliciter dicam, præsides quidem oportet constituta ad senatum referre, hunc autem per prætores ad civium concionem. Similiter et auxiliaris ordinis sive robore virium præstantis una pars regit, altera propugnat, reliqua pars eaque major gregalis et militaris est. Imperatoria igitur est, ex qua castrorum præfecti, ordinum ductores, manipulorum duces et antesignani constituuntur et in universum omnes qui principatum aliquem obtinent: pars propugnans ex robustissimis, animosissimis et audacissimis quibusque constat, gregalis vero et militaris omnis reliqua multitudo est. Operarii autem ordinis et victum labore quærentis alia pars est agricolarum et ad excolendam regionem incumbentium; alia in artificiis occupatur, tum instrumenta, tum machinas ad vitæ negotia suppeditans: alia peregrinatur et mercaturam facit, quæ partim res in civitate abundantes in exteras regiones transfert, partim res adventitias in civitatem. Constitutiones igitur civilis societatis ex tot ac talibus partibus conficiuntur: sequitur ut de earum conjunctione atque unitate dicamus. Quum vero omnis communitas civilis omnino ad lyræ similitudinem accedat, propterea quod apparatu, concinnitate, denique tractatione aliqua usuque musico indiget: de apparatu quidem reipublicæ, id est, ex quibus et quot partibus constet, jam ante mihi expositum est; de ejus autem concinnitate et unitate nunc disserere conabor. Ac civilem quidem communionem ex his tribus concinnari affirmo, disciplinis, vitæ institutis, legibus eorumque trium beneficio erudiri hominem et meliorem fieri. Disciplinæ enim docent et cupiditates injiciunt, incitantes ad virtutem; leges autem partim metu detinentes cohibent, partim honoribus ac donis allicientes invitant; mores vero et instituta formant animum et quasi cereum fingunt, naturali habitu per continuam actionem imbuentia. Oportet autem tria hæc ad honestum et utile et justum composita esse, atque in eorum unoquoque, si fieri potest, omnia illa consectari, sin minus, duo saltem aut unum, ut tum disciplina, tum consuetudo, tum lex et honesta et justa et utilis sit, primoque loco honestum, altero justum, tertio utile habeatur. Sed in universum conari debemus civitatem per hæc quam maxime consonam et congruentem suis partibus efficere, ne seditionibus et contentionibus agitetur. Hoc autem eveniet, si juvenilium animorum affectus erudiantur, et in voluptatibus ac molestiis ad mediocritatem perducantur: porro si mediocres facultates habeant et reditum ex agricultura: item si magistratus gerant, eos quidem qui virtutem postulant boni, qui vero experientiam aliquam periti, qui autem largitionem et

φόβον ὁ νόμος ἐμπαρασκευάζειν, τὰν δὲ αἰδῶ τὰ ἔθεα· τοὶ γὰρ ἐθισθέντες καλῶς αἰδέονται τὰ αἰσχρὰ πράσσειν· ὁ δὲ λόγος τὰν ἐπιθυμίαν· ἀγωγὸν γὰρ τᾶς αἰτίας ἀπόδοσις ἅμα καὶ ἐφελκυστικὸν τᾶς ψυχᾶς, ἄλλως τε ὃ καὶ γινόμενον μετὰ προτροπᾶς. Διὸ καὶ φρατρίας καὶ συσσίτια καὶ συσκανίας καὶ συναγελισμούς, τὰ μὲν στρατιωτικῶς τὰ δὲ καὶ πολιτικώς, παρασκευάζειν [d] δεῖ ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς, συναρμόζειν δὲ καὶ τὸ τῶν πρεσβυτέρων γένος αὐτοῖς, ἐπειδήπερ τοὶ μὲν νέοι δέονται σωφρονισμῶ καὶ καταρτύσιος, τοὶ δὲ πρεσβύτεροι φιλοφροσύνας καὶ διαγωγᾶς ἀλύπω.

Ἐπεὶ ὦν διὰ τριῶν ἐλέγομες σπουδαῖον ἀποτελέεσθαι τὸν ἄνθρωπον, διά τε τῶν ἐθέων καὶ τῶν νόμων καὶ τῶ λόγω, σκοπιάζεσθαι δεῖ πῶς τε διαφθείρεσθαι πέφυκε τὰ ἔθεα καὶ πῶς διαμένει. Εὑρήσομες δὴ τὰ ἔθεα φθειρόμενα κατὰ δύο τρόπως, ἢ γὰρ δι' αὑτὼς ἢ διὰ τὼς ἐκτός. καὶ διὰ μὲν αὑτώς, ἤτοι διὰ τὸ φεύγειν τὰς λύπας ἢ διὰ τὸ αἱρέεσθαι τὰς ἁδονάς· διὰ μὲν γὰρ τὸ φεύγειν τὰς λύπας τὼς πόνως οὐχ ὑπομένοντι, διὰ δὲ τὸ διώκειν τὰς ἁδονὰς τὰ ἀγαθὰ ἀποβάλλοντι· ἐργατεύοντι δὲ τοὶ μὲν πόνοι τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις, ταὶ δὲ ἁδοναὶ τὰ κακά· ἀκρατέες ὦν καὶ μαλακοὶ γινόμενοι θηλύτεροι γίνονται ταῖς ψυχαῖς καὶ ποτὶ τὰς ἀναλώσιας πολυδαπανώτεροι. διὰ δὲ τὼς ἐκτός, αἴκα ξενικὸς ἐπίδαμος ὄχλος γένηται εὐαμερίαις ἐμπορικαῖς χαίρων, ἢ καὶ τοὶ ἀστυγείτονες φιλάδονοι καὶ τρύφακες ἐόντες μεταδιδῶντι τοῖς πλατιάζουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐθέων. Διὸ δεῖ τὼς νομοθέτας καὶ τὼς ἀγελάρχας ἐπιμελέως παρατηρέν, εἰ ἐπιμελέως ἀσκεῖται τὰ ἔθεα καὶ ὁμαλῶς πορεύεται διὰ πάντων· ἔτι δὲ εἰ τὸ γνάσιον καὶ τὸ αὐθιγενὲς πλᾶθος τᾶς πολιτείας διαμένει ἀκέραιον καὶ ἀπαράμικτον ὑπάρχον ἀπὸ τῶ ἄλλω γένευς· καὶ εἰ τὰ μεγέθεα τῶν βίων ἐν τοῖς αὐτοῖς διαμένει καὶ οὐ παρὰ πολὺ αὐξάνεται [e]· ἅμα γὰρ τῷ τὰ περισσὰ κτᾶσθαι καὶ τὰ περισσὰ μαστεύοντι. Καὶ τὰ μὲν ἔθεα οὕτως ἀσφαλίζεσθαι χρή· τὼς δὲ λόγως, τὸ τῶν σοφιστᾶν γένος ἐπικρίνοντας καὶ δοκιμάζοντας εἰ ποτὶ τὼς νόμως καὶ τὰ πολιτικὰ δόγματα καὶ τὰς ἰδίας οἰκονομίας τῶν βίων ὠφέλιμα λέγοντι. οὐ γὰρ τὰν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μείστην κακοδαιμοσύναν ἐντίκτοντι τοὶ τῶν σοφιστᾶν λόγοι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, αἴκα τολμῶντί τι κινῆν παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἢ τῶν θείων ἢ τῶν ἀνθρωπίνων· ὃ οὔτε [f] ποτ' ἀλάθειαν οὐδὲ ποτ' ἀσφάλειαν οὐδὲ ποτὶ δόξαν καλόν [g] ἐστι, ζόφωσιν δὲ καὶ σύγχυσιν ἐπιφέρει τῷ κοινῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. τοιοῦτοι δὲ λόγοι τυγχάνοντι οἱ φάντες [h], ἤτοι μὴ εἶμεν τὸ θεῖον ἢ καὶ ἐὸν μὴ ἔχεν οὕτως ποτὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὥστ' ἐπιβλέπειν αὐτὸ καὶ φροντίζειν, ἀλλ' ἐᾶν καὶ κατολιγωρέν. καὶ γὰρ ἃ τοιαύτα παραδοχὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀφροσύναν καὶ ἀδικίαν ἐντίκτει, ὅσαν οὐδ' εἰπὲν ὀλομένοις εὐμαρές ἐστι. πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἀναρχίας πλαρωθεὶς καὶ τὸν τῶ ὑπάτω [i] ἀπωσάμενος φόβον, σκιρτᾷ τε καὶ παρανομεῖ, παντοδαπὸς γινόμενος. Χρέεσθαι δεῖ ὦν

---

sumptus divites, et his omnibus in rerum administratione sese, ut decet, gerentibus debiti honores tribuantur. Præterea virtutis causæ tres sunt, metus, cupiditas, pudor. Metum incutere lex poterit, pudorem mores : bonis enim moribus assuetos turpe quid admittere pudet; doctrina vero desiderium parit : nam reddita rei causa animum allicit attrahitque cum alias, tum si adhortationi juncta sit. Quocirca curias, convivia publica, contubernia et conventus cum militares tum civiles comparari oportet adolescentium animis, sed seniores etiam his conciliari, quandoquidem ut adolescentes castigatione et institutione egent, ita senes benevolentia et vitæ jucunditate.

Quum ergo jam docuerimus, tribus rebus hominem honestum evadere, moribus, legibus, disciplinis : considerandum est, quomodo mores et corrumpi soleant et servari. Duobus ergo modis corruptos invenimus mores, aut nostra aut exterorum culpa. Et nostra quidem culpa vel quod molestias vitemus, vel quod voluptates consectemur : nam qui molestias declinant, non tolerant labores : voluptatum autem cupiditas eo valet ut bona amittantur, siquidem labore bona hominibus obveniunt, voluptatis studium mala comitantur : quare incontinentes et molles facti magis tum animis effeminantur tum in sumptibus faciendis prodigi evadunt. Exterorum vero culpa, quum peregrinus populus nobiscum habitat mercatoria felicitate affluens, aut urbis vicini voluptarii sunt et luxuriosi morumque suorum contagione propinquos afficiunt. Quapropter par est legum latores et multitudinis præfectos sedulo animadvertere, num observentur mores et æqualiter per omnes pertineant, præterea num germana indigenarum civiumque multitudo sincera maneat neque alia gente misceatur, denique num rei familiaris copiæ eodem statu permaneant neque modum excedant : nam supervacanea sibi comparantes supervacanea etiam desiderant. Et hoc quidem modo mores tueri convenit : disciplinas autem, statuendo explorandoque, num sophistarum genus ad leges, civilia instituta et privatam vitæ rationem utilia præcipiat. Neque enim parvam, sed quam maximam infelicitatem hominum animis inserunt sophistarum disputationes, si quid innovare ausint contra communes animi notiones in rebus vel divinis vel humanis : id quod neque ad veritatem neque ad securitatem neque ad gloriam prodest, sed caliginem et confusionem communi hominum vitæ infert. Tales sunt autem disputationes quibus statuitur aut non esse numen, aut etiamsi sit, non ita esse erga hominum genus affectum, ut illud respiciat ejusque curam gerat, sed negligat potius ac despiciat. Etenim hæc ita semel concepta opinio stultitiam et injustitiam in hominibus gignit, quantam vel volentibus non facile sit explicare. Quivis enim homo licentiæ plenus omisso supremi numinis timore exsultat legesque migrat, quum varius sit et inconstans. Utendum est ergo civili ora-

τῷ λόγῳ πολιτικῷ καὶ σεμνῷ καὶ οἰκήῳ τᾶς διαθέσιος τῶ λέγοντος, ἀλλὰ μὴ προσποιητῷ· οὕτω γὰρ ἁ λέξις ἐσεῖται τὸ τῶ λέγοντος ἦθος ἐμφαίνουσα. Ἐκ δὲ τῶν νόμων δεῖ τὰν ἀσφάλειαν οὕτως ἐπιφέρεν, αἴκα [k] σύνθετος ἁ πολιτεία ᾖ [l] καὶ συντεταγμένα ἐκ πασᾶν τᾶν ἀλλᾶν· λέγω δὲ οὐ τᾶν παρὰ φύσιν, ἀλλὰ τᾶν κατὰ φύσιν. τυραννίδος γὰρ οὐδεμία χρήα ταῖς πόλισιν, εἰ μή ποκα [m] τᾶς ὀλιγαρχίας ἐπὶ βραχύ. Δεῖ τοίνυν βασιλείαν πρᾶτον [n] ἐντετάχθαι καὶ δεύτερον ἀριστοκρατίαν. βασιλεία μὲν γὰρ θεομίμητον πρᾶγμα καὶ δυσφύλακτον ὑπὸ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς· ταχέως γὰρ ὑπὸ τρυφᾶς καὶ ὕβριος ἀλλάσσεται· διόπερ οὐ δεῖ κατὰ πᾶν αὐτᾷ χρέεσθαι, μέχρι δὲ τῶ δυνατῶ καὶ ποτὶ τὰν πολιτείαν χρησίμω· τὰν δ' ἀριστοκρατίαν ἐπιπλέον ἐμπλέκεν, τῷ πλήονας εἶμεν τὼς ἄρχοντας καὶ φιλοζάλως διατίθεσθαι ποῦ αὐτώς [o], καὶ πολλάκις ἀντιμεταλαμβάνεσθαι τὰς ἀρχάς. Δαμοκρατίαν δὲ ἀναγκαῖον μὲν εἶμεν πάντως· δεῖ γὰρ τὸν πολίταν μέρος ὑπάρχοντα τᾶς συμπάσας πολιτείας φέρεσθαί τι ἀπ' αὐτᾶς γέρας· ἐπέχεσθαι δ' ἱκανῶς αὐτὰν δεῖ· θρασὺ γὰρ καὶ προπετὲς τὸ πολὺ πλᾶθος.

(Stobæus Flor. XLIII, 92, 93, 94 ἐκ τοῦ περὶ πολιτείας. Posui : [a] διανοίᾳ; codd. ἀγαθῶν. [b] ὁμόλογος ᾖ cum Spondano; codd. ὁμολογήσῃ. [c] τὰς ἀρχὰς κατ' ἀξίαν; libri τᾶς κατ' ἀξίας ἀρχᾶς. [d] παρασκευάζειν; libri ἐγκατασκευάζειν. [e] οὐ παρὰ πολὺ αὐξάνεται; codd. οὐ παρὰ πολὺ; alii οὐ παραπόλλυται. [f] ὃ οὔτε; libri οὐδὲ. [g] καλόν; libri κύριον. [h] φάντες cum Meinekio; codd. πάντες. [i] τὸν τῶ ὑπάτω cum Orellio; libri τὸν ὕποπτον. [k] αἴκα; codd. εἰ καὶ. [l] ᾖ; codd. ᾗ. [m] μή ποκα; codd. μὴ πω καὶ. [n] πρᾶτον; libri πράταν. [o] ποθ' αὐτώς cum Meinekio, libri ποτ' αὐτούς.)

γ'. Πάντα μὲν ὧν τὰ θνατὰ δι' ἀνάγκαν φύσιος ἐν μεταβολαῖς καλινδεῖται, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν χερῆόνων ἐπὶ τὰ βελτίονα μετατροπὰν λαμβάνοντα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χερῆονα. γενόμενα γὰρ αἴξεται τὰ πράγματα καὶ αἰξηθέντα ἀκμάζει καὶ ἀκμάσαντα γηράσκει καὶ τέλος ὕστατα φθείρεται· τὰ μὲν ὑπὸ φύσιος γινόμενα δι' αὐτᾶς τᾶς φύσιος ἐς τὸ ἄδηλον αὐτᾶς τερματιζόμενα καὶ πάλιν ἐκ τῶ ἀδήλω ἐς τὸ θνατὸν ἐπισυνερχόμενα ἀμοιβᾷ γενέσιος καὶ ἀνταποδόσι φθορᾶς κύκλον αὐταύτας ἀναποδιζοίσας, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ ἀρροσύνας ἀνθρωπίνας ὕβρι καὶ κόρῳ ζεσάσας. Οἶκοί τε καὶ πόλιες [a] ὑπὸ μεγάλων εὐτυχημάτων ἀερθεῖσαι, καὶ βίον βαθὺν πλουτεῦσαι ἅμα τοῖς μακαριζομένοις ἀγαθοῖς ἐς τὸν ὄλεθρον ἔβασαν. οὕτω δὴ καὶ συμβαίνει πᾶσαν ἀγεμονίαν τρισὶ χρόνοις ὁρίζεσθαι, ἑνὶ μὲν καὶ πράτῳ [b] τῷ περιέχοντι τὰν κτᾶσιν, δευτέρῳ δὲ τῷ τὰν ἀπόλαυσιν, τελευταίῳ δὲ τῷ τὰν ἀπόλεσιν. τὸ μὲν γὰρ πρᾶτον [c] ἀτυχέες ἐόντες ἐκτήσαντο, τὸ δὲ δεύτερον [d] εὐτυχέες γενόμενοι διέφθειραν. Τὰ μὲν ὧν ὑπὸ θεῶν διοικούμενα [e] ἄφθαρτα ἐόντα ὑπὸ ἀφθάρτων τὸν ἀεὶ χρόνον πέφυκε σώζεσθαι, τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων θνατὰ ἐόντα ὑπὸ θνατῶν ἐπιδέχεται ποικίλαν ἀεὶ μεταβολάν. κόρω μὲν γὰρ καὶ ὕβριος πέρας ὄλεθρος, ἀπορίας δὲ καὶ στενοχωρίας πέρας ἀνδραγαθία βίω ἀνθρωπίνω. δεῖ γὰρ [f] καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν περαίνεσθαι.

(Stobæus Flor. XCVIII, 71. Posui : [a] πόλιες;

---

tione et gravi, quæ proprie cum dicentis animo congruat, non autem simulata : ita enim oratio dicentis mores et ingenium patefaciet. Ex legibus autem securitas sic inferetur, si reipublicæ forma composita et concinnata e cæteris omnibus fuerit, non ex iis, ut mea fert opinio, quæ præter naturam, sed quæ secundum naturam constitutæ sunt. Tyrannidis enim nullius est usus civitatibus, ut fere nec paucorum dominatus nisi in tempus brevissimum. Primo igitur loco regnum, secundo optimatum principatum constitui oportet. Est enim regnum res quædam ad divinam imitationem comparata, sed vix humano ingenio conservanda, ut quæ cito per luxum et contumeliam immutetur : quare non prorsus eo utendum est, sed quantum fieri potest et reipublicæ conducit : optimatum vero principatus illi eo magis inserendus est, quod plures sunt qui regnent et se invicem æmulentur et sæpe magistratus inter se permutent. Populi quoque imperium omnino esse necesse est : civem enim, qui totius reipublicæ pars sit, nonnihil ex ea præmii et honoris accipere convenit : sed intra certos fines illud contineri decet, quia vulgus audax in agendo et præceps apparet.

III. Omnia sane mortalia propter necessitatem naturæ mutationibus agitantur, quorum alia e deteriore statu in meliorem transeunt, alia e meliore in deteriorem. Res enim natæ augescunt et auctæ vigent; postquam autem viguerunt, senescunt ac tandem corrumpuntur : accidit autem rebus a natura productis corruptio dum per ipsam naturam ad ignotum ejus finem adducuntur et vicissim ab ignoto illo termino ad mortalem statum revocantur per mutuas generationis et corruptionis vices, quæ ambitu reciproco talem circulum constituunt; quædam vero per humanam insipientiam, superbia et satietate ferventem, intereunt. Quin etiam familiæ ac civitates magna felicitate elatæ amplisque opibus abundantes una cum laudatissimis suis bonis pessum eunt. Cæterum usu venit, ut omnis principatus tribus temporibus circumscribatur, uno et primo, quod capessendi spatium continet, altero quod usuram, postremo autem quod amissionem complectitur. Primum enim quum infelices essent, divitias sibi pararunt, deinde felices facti, eas consumserunt. Quæcumque igitur a diis regantur, quum incorrupta sint, ab incorruptis in æternum servari solent; quæ vero ab hominibus administrantur mortalia, a mortalibus varie semper convertuntur. Satietatis enim et petulantiæ finis interitus est, inopiæ autem et penuriæ finis humanæ vitæ probitas. Nam et aliis rebus eam consummari oportet.

codd. πόλεις. [b] πράτῳ; libri πρώτῳ. [c] τὸ μὲν γὰρ πρᾶτον; codd. τοὶ μὲν γὰρ πρᾶτοι. [d] τὸ δὲ δεύτερον; membranæ τοὶ δὲ δεύτεροι. [e] διοικούμενα; codd. δίοικημένα. [f] δεῖ γὰρ καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν (i. e. rebus externis vitam) περαίνεσθαι cum Orellio; codd. τὸ καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν περαίνεσθαι.)

2.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΡΥΦΑΜΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ.

Βίος ἀνθρώπω τέληος [a] θεῶ μὲν λείπεται τῷ μὴ αὐτοτελὴς ἦμεν, ἀλόγων δὲ ζώων καθυπερέχει τῷ ἀρετᾶς καὶ εὐδαιμοσύνας ἐπίμοιρος ἦμεν. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς τᾶς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεής ἐντι, φύσι γὰρ ἀγαθὸς ἐὼν καὶ φύσι εὐδαίμων ἐξ αὐταύτω τέλεός ἐντι· οὔτε τῶν ἀλόγων ζώων οὐδὲν ἀρετᾶς καὶ εὐδαιμοσύνας ἐπίμοιρόν ἐντι, [b] λόγω γὰρ ἄμοιρα ὄντα καὶ τᾶς ἐς τὰς πράξιας ἐπιστάμας ἄμοιρά ἐντι. Ἀνθρώπω δὲ φύσις τὰ μὲν τᾶς [c] ἐκ τᾶς ἰδίας προαιρέσιος τὰ δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶ θήω γινομένας ἐπικουρήσιος ποτιδεής ἐντι. τὸ [d] μὲν γὰρ λόγω τυπωτικὸς ἦμεν καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν νοατικός, καὶ τὸ ὀρθῶς ἀπὸ γᾶς ἀνακεκλίσθαι καὶ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέπεν καὶ θεῶν τῶν ἀνωτάτω [e] νοατικὸς ἦμεν, ταῦτα δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσιος τέτευχε· τὸ [f] δὲ βούλησιν ἔχεν καὶ προαίρεσιν καὶ ἀρχὰν ἐν αὐταύτω τοιαύταν, καθ' ἃν κύριος οὗτός ἐντι καὶ ἀρετὰν ἐπιταδεῦσαι καὶ κακίαν ζαλῶσαι καὶ θεοῖς ὀπαδῆσαι καὶ ἀπὸ θεῶν ἀποτραπῆμεν, ταῦτα δὲ καὶ καθ' αὐτὸν κινέεσθαι δυνατός ἐντι. διὸ καὶ ψόγων καὶ ἐπαίνων καὶ τιμᾶς καὶ ἀτιμίας τὰ μὲν ἐκ τᾶς τῶν θεῶν τὰ δὲ καὶ ἐκ τᾶς τῶν ἀνθρώπων τυγχάνοντι προαιρέσιος [g] ἤτοι ἀρετὰν ἢ κακίαν ζαλώσαντες. Ἔχει γὰρ οὕτως ὁ σύμπας λόγος. τὸ θῆον ἄνθρωπον, πολυφρονέστατον ζῷον, ἐς τὸν κόσμον ἐσώκισεν, ἀντίμιμον [h] μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. διὸ καὶ ὀνύματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, χαρακτῆρι [i] αὐτῶν ἑπόμενος [k], ἀνεύρετο δὲ καὶ γράμματα, θησαυροὺς τᾷ μνάμᾳ παρασκευασάμενος, ἐμιμάσατο δὲ καὶ τὰν τῶ παντὸς διακόσμασιν, δίκαις τε καὶ νόμοις κοινωνίαν πολίων συναρμοξάμενος. οὐθὲν γὰρ οὕτω κοσμοπρεπὲς καὶ θεῶν ἄξιον ἔργον ἀνθρώποις πέπρακται, ὡς πόλιος εὐνομουμένας συναρμογὰ καὶ νόμων καὶ πολιτείας διακόσμασις [l]· εἷς γὰρ ἕκαστος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὑτὸν οὐδεὶς ἐὼν μετὰ τῶ ζῆν ἐν ὁμοφροσύνᾳ ξυνᾷ καὶ ξυναρμογᾷ πολιτείας καὶ αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἱκανὸς γέγονε καὶ ποττὸ ὅλον καὶ τὸ τέλεον σύσταμα τᾶς κοινωνίας εὐάρμοστος. Ἀνθρώπω γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξακριβωμένας καὶ κατὰ πᾶν ἐπιτελέος ἐάσας εἰκών ἐντι. λύρα τε γὰρ πᾶσα χρῄζει τριῶν τούτων τυχέν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαρᾶς τινος μωσικᾶς. ἐξάρτυσις μὲν ὧν ἐντι ἁ τῶν οἰκήων μερέων τῶ σώματος παρασκευὰ πάντων, λέγω δὲ τᾶν

2.

EX EURYPHAMI PYTHAGOREI LIBRO DE VITA.

Perfecta hominis vita quemadmodum deo cedit, quod non per se sit consummata, ita brutis animalibus praestat, quia virtutis et beatitatis particeps est. Nam neque deus ulla indiget causa externa, quando ob naturalem suam et bonitatem et felicitatem per se perfectus est: neque ullum animal brutum in virtutis et felicitatis partem venit, ut quae propter rationis defectum actionum quoque scientia careant. At hominis natura auxilio eget, quod partim ex propria voluntate, partim a numine ei accedit. Quatenus enim cogitationem informare, honesta ac turpia intelligere, surgere decenter e terra coelumque suspicere summosque deos animo comprehendere potest, divina ope fruitur: quatenus autem voluntatem et consilium atque ejusmodi principium intra se habet, quo possit et virtutem exercere et vitium amplecti deosque tum colere tum aversari, proprio motu utitur. Quamobrem cum vituperantur et laudantur, tum honorem et ignominiam partim divino partim humano consilio sive virtutum sive vitiorum studiosi assequuntur. Sic enim tota se res habet. Deus hominem, prudentissimum animal, suae naturae aemulum, sed ordinatae rerum compositionis quasi oculum futurum in mundo collocavit. Quocirca hic et nomina rebus earum formae convenienter imposuit et litteras invenit, comparato memoriae thesauro, et universi constitutionem imitatus est, civitatum communione jure ac legibus temperata. Nullum enim ita congruens mundo diisque dignum opus ab hominibus factum est, ut civitatis bonis legibus fundatae compages legumque ac reipublicae descriptio. Quum enim unusquisque homo per se nullus sit, tamen vita in communi concordia reique publicae compage acta ipse per se aptus evadit et ad integram perfectamque societatis concinnitatem accommodatus. Quippe vita humana lyrae perfectae et omnibus numeris absolutae similis est. Nam lyra quavis tribus his opus habet, apparatu, compositione et pulsu quodam musico. Apparatus est propriarum partium omnium copia, ut chordarum instrumentorumque qua ad soni suavitatem qua ad pulsum pertinentium, compositio autem mutua sonorum proportio, pulsus denique concinnus eorum motus. Sic igitur et vita humana tribus his indiget. Apparatus quidem est vitae partium justus numerus, sunt autem vitae partes corporis bona, opes, gloria, amici. Compositio est istarum partium secundum virtutem et leges facta ordinatio, pulsus denique musicus est earum bona ac legitima temperatio, quum rerum successu fruitur virtus neque foris allatum quidquam adversi habet. Etenim felicitas non constat, si ab instituto operis sponte susrepti arceatur,

χορδᾶν καὶ τῶν ὀργάνων τῶν ποτ' εὐφωνίαν καὶ πλαγὰν ἐπισυνεργούντων· συναρμογὰ δὲ ἁ ποτ' ἀλλάλως σύγχρασις τῶν φθόγγων· ἐπαφὰ δὲ μωσικὰ ἁ κατὰ συναρμογὰν κίνασις ἤδη τούτων. Οὕτως ὧν καὶ βίος ἀνθρώπων χρῄζει τριῶν τούτων τυχέν. ἐξάρτυσις μὲν ἁ τῶν τῶ βίω μερέων ἐντὶ συμπλάρωσις, βίω δὲ μέρεα τά τε σώματος ἀγαθὰ καὶ τὰ τῶν χρημάτων καὶ τὰ τᾶς δόξας καὶ τὰ τῶν φίλων· συναρμογὰ δὲ ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύνταξις, ἐπαφὰ δὲ μωσικὰ ἁ κατ' ἀρετὰν καὶ νόμως τούτων σύγχρασις, ὀρθοπλουμένας τᾶς ἀρετᾶς καὶ μηθὲν ἔξωθεν ἀντιπῖπτον ἐχούσας αὐτᾷ. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀπερύκεσθαι τᾶς προθέσιος τῶν ἑκουσίων σκοπῶν πέπτωκε τὸ εὐδαιμονέν, ἀλλ' ἐν τῷ κατατυγχάνεν [m]· οὐδ' ἐν τῷ ἀδορυφόρατον ἦμεν καὶ ἀνυπηρέτατον τὰν ἀρετάν, ἀλλ' ἐν τῷ συμπλαροῦσθαι ταῖς οἰκήαις δυνάμισι [n] ποτὶ τὰς πράξιας. Οὐ γὰρ αὐτοτελὴς ἐντὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀτελής· τέληος δὲ γινόμενος ἁ μὲν παρ' αὐτὸν ἁ δὲ καὶ παρὰ τὰν ἔξωθεν αἰτίαν· καὶ τέληος ἦτοι κατὰν φύσιν ἢ κατὸν βίον· καὶ κατὰ μὲν τὰν φύσιν, αἶκα ἀγαθὸς γένηται· ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρετὰ ἀκρότας καὶ τεληότας ἐντὶ τᾶς ἑκάστω φύσιος· οἷον ἁ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ἀρετὰ [o] ἀκρότας καὶ τεληότας τᾶς τῶν ὀφθαλμῶν φύσιος [p], ἁ δὲ τῶν οὐάτων τᾶς τῶν οὐάτων· οὕτω δὲ τῶ ἀνθρώπω ἁ ἀρετὰ ἀκρότας ἐντὶ καὶ τεληότας τᾶς ἀνθρώπω φύσιος. Τέληος δὲ κατὸν βίον, αἶκα εὐδαίμων γένηται· ἁ γὰρ εὐδαιμονία τεληότας καὶ συμπλάρωσίς ἐντι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν. Διὸ πάλιν ἀρετὰ καὶ εὐτυχία μέρεα γίγνονται τῶ ὑπ' αὐτᾷ [q] βίω, τᾶς μὲν ἀρετᾶς ὡς ψυχᾶς ὑποκειμένας, τᾶς δ' εὐτυχίας ὡς σώματος, τῶν δὲ συναμφοτέρων ὡς ζώω. τᾷ [r] μὲν γὰρ χρέεσθαι καλῶς αὐτοῖς [s] ἐστι τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς, τᾷ [t] δὲ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρέχειν· καὶ χρέεσθαι μὲν ἀρετᾷ, χρᾶσιν δ' ἐμπαρέχειν εὐτυχία· καὶ ἁ μὲν τὰν προαίρεσιν καὶ τὸν λόγον ὀρθὸν παρέχεσθαι, ἁ δὲ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς πράξιας. τὸ μὲν γὰρ βουληθῆμεν τὰ καλὰ καὶ ὑποστᾶμεν τὰ δεινὰ τᾶς ἀρετᾶς οἰκῆόν ἐντι, τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι τὰς προαιρέσιας καὶ ἐπὶ τέλος ἐλθεῖν τὰς πράξιας τᾶς εὐτυχίας. ἐνίκασε γὰρ ὁ στραταγὸς καὶ σὺν τᾷ ἀρετᾷ καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ, καὶ εὐπλόησεν ὁ κυβερνάτας καὶ σὺν τᾷ τέχνᾳ καὶ σὺν τοῖς οὐρίοις πνεύμασιν, καὶ εἶδεν ὁ ὀφθαλμὸς καλῶς καὶ σὺν τᾷ ὀξυδορκίᾳ καὶ σὺν τῷ φάει. καὶ ἄριστος ὁ βίος ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο καὶ διὰ τὰν ἀρετὰν αὐτὰν καὶ διὰ τὰν εὐτυχίαν.

(Stobæus Flor. CIII, 27. Reposui : [a] τέληος; codd. τελήϊος. [b] ἀρετᾶς καὶ εὐδαιμοσύνας ἐπίμοιρόν ἐντι; desunt hæc in codd. [c] μὲν τᾶς cum Halmio; μὲν libri. [d] τὸ μὲν cum Meinekio; membranæ τῷ μὲν. [e] ἀνωτάτω; libri ἀνωτάτων. [f] τὸ δὲ; codd. τῷ δὲ. [g] τυγχάνοντι προαιρέσιος; codd. τυγχάνοντί τοι. [h] ἀντίμιμον cum Valckenario ad Callimach. fragm. p. 270; libri ἀντίτιμον. [i] χαρακτῆρι cum Jacobsio in Animadv. ad Eurip. et Stob. p. 296; codd. χαρακτὴρ. [k] ἑπόμενος cum eodem; libri γενόμενος. [l] μετὰ τῶ ζῆν. ἐν cum Gesnero; codd. οὔτε ποττὸ ζῆν. [m] κατατυγχάνεν; libri κατατυγχάνεσθαι. [n] δυνάμισι; libri δυνάμεσι. [o] ἀρετὰ cum Orellio; libri φύσις. [p] φύσιος; deest in codd. [q] αὐτᾷ i. e. εὐδαιμονίᾳ; membranæ αὐτῷ. [r] τᾷ; codd. τὸ. [s] αὐτοῖς; codd. αὐτόν. [t] τᾷ; libri τὸ.

3.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΘΥΜΙΑΣ.

Ὡς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι, βραχύτατον ἔχοντες τοὶ ἄνθρωποι τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, κάλλιστον ἐν τῷ βίῳ οἱονεί τινα παρεπιδαμίαν [a] ποιησοῦνται ἐπ' εὐθυμίᾳ καταβιώσαντες. Ταύταν δὲ ἔξοντι μά-

sed si quod petit consequatur, neque si virtus satellitibus et ministris careat, sed potius si facultatibus suis ad res agendas satis instructa sit. Neque enim per se perfectus est homo, sed imperfectus; fit autem perfectus partim suis viribus, partim externa causa; idque vel natura vel vita: et natura quidem, si bonus evadat: nam sua cujusque virtus ejus naturæ excellentia et perfectio est: velut oculorum virtus oculorum naturæ excellentia et perfectio est, aurium virtus naturam aurium perficit: sic etiam hominis virtus humanæ naturæ præstantia et perfectio est. Vita perfectus fit, si beatus evadat: beatitudo enim humanorum bonorum summa est et perfectio. Quapropter rursus virtus et prosperitas tanquam partes sunt vitæ beatæ, virtute velut animi, bona fortuna quasi corporis vicem obtinente, utraque autem simul animalis instar habente. Illi enim licet ipsis naturæ bonis recte uti, huic usum præbere; nimirum virtutis est uti, prosperitatis usum præstare: illius est consilium et rationem rectam suppeditare, hujus autem actiones et opera promovere. Nam ut honesta velle et ferre gravia virtutis est proprium, ita consiliorum optatus eventus et factorum finis in prosperitate situs est. Quemadmodum enim vincit imperator virtute et prosperitate, feliciter gubernator navigat arte et vento secundo, recte cernit oculus et videndi facultate et lumine: sic humana vita evadit optima virtute pariter et prosperitate.

3.

EX HIPPARCHI PYTHAGOREI LIBRO DE ANIMI TRANQUILLITATE.

Cum brevissimum sit humanæ vitæ tempus cum æternitate collatum, optimam homines vitæ tanquam peregrinationem transigent, si in tranquillitate vixerint. Hanc autem omnium maxime consequentur, si se ipsos diligenter cognoverint sciantque, mortales se esse, e carne constare,

λιστα πάντων ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι καὶ ἐπεγνωκότες ἑαυτούς, ὅτι ἐντὶ θνατοὶ καὶ σάρκινοι, εὐαδίκητον καὶ φθαρτὸν κεκταμένοι σῶμα καὶ πάντων χαλεπωτάτων αὐτοῖς ἐπικρεμαμένων μέχρις ἐσχάτας ἀναπνοᾶς. καὶ πρᾶτόν γ' ἐπένθωμεν [b] ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα· περὶ τὸ σῶμα· πλευρίτιδες, περιπλευμονίαι, φρενίτιδες, ποδάγραι, στραγγουρίαι, δυσεντερίαι, ληθαργίαι, ἐπιλήψιαι, σηπεδόνες, ἄλλα μυρία. περὶ δὲ τὰν ψυχὰν πολλῷ μείζονα καὶ χαλεπώτερα. πάντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν βίον ἄθεσμα, κακά, παράνομα καὶ ἀσεβήματα ἐκ τῶν κατὰ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐντί. διὰ γὰρ τὰς παρὰ φύσιν ἀμέτρως ἐπιθυμίας πολλοὶ ἐς ἀκατασχέτως ὁρμὰς ἐξώκειλαν, καὶ οὔτε τᾶς ἐκ τῶν θυγατέρων οὔτε τᾶς ἐκ τῶν ματέρων ἀνοσιωτάτας ἀδονᾶς ἀπέσχοντο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πατροκτονίᾳ παρεγένοντο, καὶ πολλοὶ τὰ ἴδια τέκνα κατέσφαξαν. Τί λέγω τὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἐπηρτημένων κακά, τὰς ἐπομβρίας καὶ αὐχμώς, ὑπερβολὰς καυμάτων, ὑπερβολὰς ψύξιος, ὥστε πολλάκις ἐκ τᾶς κατὰ τὸν ἀέρα ἀνωμαλίας λοιμόν τε καὶ λιμὸν γίνεσθαι, καὶ ποικιλίαν παντοδαπῶν συμπτωμάτων καὶ ὅλας πόλεις ἐρημοῦσθαι; Πολλῶν ὧν τοιούτων ἐπικρεμαμένων, μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵτινες ὀλίγω πυρετῷ ἐπιγενομένῳ ἀνθέων [c] τρόπῳ συντόμως μαραίνονται, μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἳ καὶ αὐταὶ [d] πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γίνεσθαι πεφύκαντι. πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια Εὐρίπου τρόπον [e] ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μένον, οὐδὲ ἀκίνατον οὐδὲ βέβαιον οὐδὲ ἀδιαίρετον. Διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες, μέγα δὲ κέρδος ἕξειν νομίζοντες [f], εἰ τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα καὶ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύναιτο, ἐν εὐθυμίᾳ διάξομεν γενναίως φέροντες τὰ προσπίπτοντα. νῦν δὲ πολλοὶ πάντα τὰ ὑπὸ φύσιος καὶ τύχας παρεόντα καὶ δεδομένα αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες, καὶ οὐχ οἷά ἐστι λογισάμενοι, ἀλλ' οἷα ἐπ' ἄκρον ἐπιτυγχάνοντα [g] δύναται γενέσθαι, ἄφνω στερόμενοι, πολλοῖς καὶ μεγάλοισι καὶ ἀθέσμοις καὶ ἀνηκέστοις [h] κακοῖς καταφορτίζοντι τὰν ψυχάν· καὶ οὕτω συμβαίνει αὐτοῖς πικρότατον ἔχειν τὸν βίον καὶ χαλεπώτατον. Ταῦτα δὲ γίνεται ἐπί τε ἀποβολαῖς χρημάτων ἢ φίλων θανόντων ἢ τέκνων ἤ τινων ἄλλων τῶν νομιζομένων τιμιωτάτων ἦμεν. εἶτα κλαίοντες καὶ ὀδυρόμενοι λέγοντι αὐτὼς μόνως ἀτυχεστάτως καὶ κακοδαίμονας, οὐ μεμναμένοι ὅτι κακὰ ταυτὰ [i] καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένετο καὶ νῦν γίνεται, οὐδὲ δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον καὶ τὸν τῶν προεξεστακότων [k] ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἐντι πολλοὶ καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο. Ἐπιλογισάμενοι ὧν ὅτι πολλοὶ ἀποβαλόντες χρήματα ὕστερον διὰ τὰν τῶν χρημάτων γενομέναν ἀπώλειαν αὐτοὶ περιεσώθησαν, ἢ λῃσταῖς διὰ τοῦτο μέλλοντες περιπεσεῖν ἢ τυράννῳ· πολλοὶ δὲ φιλήσαντές τινας καὶ καθ' ὑπερβολὰν εὐνοήσαντες ἐν τῷ μετέπειτα χρόνῳ μεγάλως ἐμίσησαν· ἃ δὴ πάντα ἀναλογισάμενοι ἐκ τᾶς παραδεδομένας ἁμῖν ἱστορίας, καὶ μαθόντες ὅτι καὶ ὑπὸ τέκνων καὶ φίλων μάλιστα φιληθέντων πολλοὶ ἀπώλοντο, καὶ ἀντιπαραβάλλοντες τὸν

injuriæ et interitui obnoxio præditos corpore, gravissimis etiam rebus ad ultimum usque vitæ spiritum imminentibus. Ac primum quidem ea recenseamus, quæ corpori accidunt: hæc sunt pleuritides, pulmonis inflammationes, mentis deliria, podagræ, urinæ stillicidia, intestinorum tormina, veterni, morbi comitiales, ulcera putrescentia, alia infinita. At animo multo majora et graviora contingunt. Quidquid enim sceleris, vitii, peccati, impietatis in vita humana cernitur, ex animi perturbationibus ortum ducit. Nam propter immoderatas contra naturam cupiditates multi in effrenatos impetus inciderunt, nec vel a filiabus vel a matribus turpissimam potuerunt cohibere libidinem: quid quod parricidio se obstrinxerunt multique eorum suos liberos jugularunt? Jam quid illa recenseam quæ foris impendent nobis mala, imbres, siccitates, æstus immodicos et nimia frigora, ita ut frequenter ex aeris intemperie pestilentia, fames aliique casus innumeri oriantur ac totæ vastentur urbes? Quum igitur hujusmodi multa nobis immineant, neque corporis bonis confisi, quæ vel exigua febricula florum instar brevi marcescunt, nec externa, quæ existimatur, felicitate gloriosius efferamur, quippe quæ et ipsa sæpe citius perire quam exsistere soleat. Hæc enim omnia Euripi in morem incerta et instabilia multis et variis mutationibus agitari exploratum habemus eorumque nihil aut permanere aut immobile, firmum, inseparabile esse. Quapropter hæc animo reputantes, id autem potissimum in lucro ponentes, si præsentia et concessa nobis vel exiguum temporis spatium durare possint, bono animo vivemus, fortiter ferentes quæcunque acciderint. Nunc vero multi omnia quæ naturæ fortunæque beneficio ipsis contigerunt atque concessa sunt quam optima fore suspicantes, neque qualia revera sint considerantes, sed qualia in præstantissimo suo statu fieri possint, subito illis privati multis et magnis et nefariis et insanabilibus malis animum deprimunt, quo fit ut vitam agant acerbissimam ac durissimam. Id autem vel in opum jactura, vel in amicorum aut liberorum morte vel in aliarum rerum, quæ carissimæ habentur, amissione conspicitur. Tum vero flentes atque ejulantes infelicissimos ac miserrimos se solos esse dicunt, quia non meminerunt eadem mala et aliis multis accidisse et nunc accidere, neque ita intelligere possunt tum præsentis tum superioris temporis hominum vitam, ut sciant, quantis in calamitatibus miseriarumque fluctibus multi partim nunc jactentur partim olim jactati sint. Reputantes igitur multos amissis opibus postea ob eam jacturam ipsos salvos evasisse, quum futurum esset ut propter divitiarum famam vel in latrones vel in tyrannum inciderent: multos item quum amore maxi-

ἑαυτῶν βίον προς τὸν τῶν πρασσόντων [l] φαυλότερον, καὶ τὰ προσπίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζοντες, καὶ μὴ μόνοις συμβαίνοντα εὐθυμότερον διάξομεν. οὐδὲ γὰρ θέμις, ἄνθρωπον ὄντα μόνον [m] τὰ τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζειν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδεα, ἰδόντα [n] ὅτι πολλαὶ κᾶρες κατὰ πάντα τὸν βίον περύκαντι. οἱ δὲ κλαίοντες καὶ κατοδυρόμενοι, πρὸς τῷ μηδ' ἀντινῶν ὠφέλειαν τῷ ἀπολομένῳ ἢ τῷ ἀποιχομένῳ περαίνεσθαι, ἐς μέζονα παθήματα τὰν ψυχὰν ἐλαύνοντι, μεστὰν [o] πολλῶν καὶ φαύλων φυσιωμάτων οὖσαν. Προσήκει ὧν ἐκνίπτοντας καὶ ἀναλαθαίροντας ἀπορρύπτεσθαι πάσαις μηχαναῖς τὰς ἐγκατεσκιῤῥωμένας κηλῖδας τῷ κατὰ φιλοσοφίαν λόγῳ. Ποιήσομεν δὲ τοῦτο, ἀντεχόμενοι φρονάσιος καὶ σωφροσύνας καὶ εὐαρεστούμενοι [p] τοῖς παρεοῦσι καὶ μὴ πολλῶν ὀρεγόμενοι. οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι, ὡς οὐκ ἔστι χρῆσθαι [q] μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, οὐ νομίζουσι. Τοιγαρῶν [r] χρησώμεθα τᾷ [s] παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν, ἐκ δὲ τᾶς φιλοσοφίας καὶ λαβρότερον ἀπλησταυσώμεθα· [t] ἀπλησταυόμενοι γὰρ τῶν ἐκ φιλοσοφίας καλῶν καὶ σεμνῶν καὶ τᾶς [u] τῶν φαύλων ἀπολυθησόμεθα ἀπλησταίας.

(Stobæus Flor. CVIII, 81. Scripsi : [a] παρεπιδαμίαν; codd. παρεπιδημίαν, quod refertur ad κάλλιστον i. e. καλλίσταν. Cf. Thuc. lib. 3, 101 et lib. 5, 110. [b] πρᾶτόν γε ἐπένθωμεν cum Valckenario ad Greg. Cor. p. 198 ed. Schæfer.; codd. πρῶτόν γε πενθῶμεν. [c] ἀνθέων cum Heringa Obs. cap. XVIII p. 152; libri σὺν θεῶν. [d] αἳ καὶ αὐταὶ; libri καὶ αὗται. [e] Εὐρίπου τρόπον cum Hemsterhusio ad Luc. tom. III, p. 400 ed. Bip.; libri εὖρε τὸν τρόπον. [f] ἐνθυμηθέντες, μέγα δὲ κέρδος ἕξειν νομίζοντες; libri ἐνθυμηθέντες νομίζοντες. [g] ἐπιτυγχάνοντα; libri ἐπιτυγχανόμενα. [h] ἀνηκέστοις; codd. ἀνοήτοις. καὶ ταῦτα cum Halmio; codd. κατταυτά. [k] προεξεσταχότων cum Gesnero; codd. παρεξεσταχότων vel παρεξηταχότων. [l] πρασσόντων; codd. πρασσομένων. [m] ἄνθρωπον ὄντα μόνον; libri ἄνθρωπον μὲν ὄντα. [n] ἰδόντα cum Valckenario ad Theocrit. Adoniazus. p. 21 ed. Heindorf.; codd. ἰδόντας. [o] μεστὰν cum Meibomio; libri μέταν. [p] εὐαρεστούμενοι; codd. μεταποιούμενοι. [q] χρῆσθαι; membranæ ζῆν. [r] οὐ νομίζουσι. Τοιγαρῶν; libri ἔξεστι γενέσθαι. [s] τᾷ παρουσίᾳ; codd. παρουσίᾳ. [t] ἀπλησταυσώμεθα cum Meinekio; libri ἀπλησταυώμεθα. [u] τᾶς τῶν; libri τᾶς ἐκ τῶν.)

4.

ΕΚ ΤΩΝ ΘΕΑΓΟΥΣ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ.

α'. Ἀρχαὶ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς τρεῖς, γνῶσις καὶ δύναμις καὶ προαίρεσις. καὶ ἔντιν ἁ μὲν γνῶσις οἷον ὄψις, ᾇ θεωρέομες καὶ κρίνομες τὰ πράγματα· ἁ δὲ δύναμις οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος, ᾇ ὑφιστάμεθα καὶ ἐμμένομες τοῖς πράγμασιν· ἁ δὲ προαίρεσις οἷον χεῖρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμες καὶ ἀντιλαζύμεθα τῶν πραγμάτων. Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως· τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐντι λογισμός, τὸ δὲ θυμός, τὸ δ' ἐπιθυμία· λογισμὸς μὲν ὢν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατοῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀεῖως. Ὅκκαν ὧν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὅκκαν δὲ στασιάζοντα καὶ ἀπ' ἀλλάλων ἀπόσπαστα ᾖ [a], τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ· καὶ

---

maque benevolentia quosdam essent prosecuti, postea illos maximo odio habuisse : quæ omnia, inquam, postquam ex historia nobis tralita cognoverimus ac simul intellexerimus, multos a liberis suis et amicis carissimis esse interfectos, si denique nostram vitam contulerimus cum aliorum infeliciori, casusque omnes humanos esse neque nobis solis accidere statuerimus, tranquillius sane vivemus. Non enim æquum est hominem aliena tantum mala levia putare, sed propria etiam leviter ferenda sunt totam vitam multis ærumnis refertam esse videnti. At qui flent et ejulant, præterquam quod rem pereuntem ac discedentem nihil plane juvant, in majores perturbationes animum impellunt, multis et pravis affectibus abundantem. Quamobrem debemus omnibus modis inveteratas maculas abluentes et purgantes philosophica doctrina abstergere. Hoc autem faciemus, quum prudentiæ ac temperantiæ operam dabimus et præsentem fortunam boni consulemus plura non appetentes. Etenim homines plurima coacervantes, non reputant, eorum nullum sibi post hanc vitam usum fore. Quare bonis præsentibus utamur, philosophiæ vero eo majori desiderio teneamur : namque honestatis gravitatisque quæ e philosophiæ studio oritur appetentes insatiabili etiam pravorum cupiditate liberabimur.

4.

EX THEAGIS PYTHAGOREI LIBRO DE VIRTUTE.

I. Virtutis omnis tres sunt fontes, cognitio, facultas, consilium. Cognitio est quasi oculus quidam, cujus ope res contemplamur ac judicamus; facultas quasi robur corporis, quo in rebus judicatis perstamus ac subsistimus; consilium manuum instar est animi, quibus aggredimur et apprehendimus res. Animi quoque constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas; e quibus ratio cognitionis, iracundia roboris, cupiditas appetitus imperium tuto obtinet. Ubi tria hæc juncta inter se convenienti copula fuerint, tum exoritur virtus et consensus in animo; sin dissideant atque a se mutuo divulsa fuerint, tum vitium in animo ac discordia nascitur :

ὅκκαν μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατὴς τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια, καρτερία μὲν ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν πόνων, ἐγκράτεια δὲ ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν ἀδέων. ὅκκαν δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατὴς τῷ λογισμῷ, τόκα δὲ γίνεται μαλακία καὶ ἀκρασία· μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγεν τὼς πόνως, ἀκρασία δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀδέων. ὅκκαν δὲ τὸ μὲν κρέσσον ἄρχῃ μέρος τᾶς ψυχᾶς τὸ δὲ χέρηον ἄρχηται, καὶ τὸ μὲν ἀγῆται τὸ δ' ἔπηται, ἀμφότερα δὲ συνευδοκῇ τε [b] καὶ συνομολογῆται ἀλλάλοις, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ παναγθία περὶ ὅλαν τὰν ψυχάν. καὶ ὅκκαν μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν ἔπηται μέρος τᾶς ψυχᾶς τῷ λογιστικῷ, γίνεται σωφροσύνα· ὅκκαν δὲ τὸ θυμοειδές, ἀνδρειότας· ὅκκαν δὲ τὰ μέρεα πάντα, δικαιότας. αὕτα γάρ ἐντιν ἁ διείργουσα τάς τε κακίας πάσας τᾶς ψυχᾶς καὶ τὰς ἀρετὰς ἀπ' ἀλλάλων. Καὶ ἔντιν ἁ δικαιότας οἷον σύσταμά τι τᾶς ἁρμογᾶς τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς καὶ ἀρετὰ τελεία καὶ πανυπερτάτα· πάντα γὰρ ἐν ταύτᾳ, τὰ δ' ἄλλ' ἀγαθὰ τᾶς ψυχᾶς οὐκ ἄτερθε ταύτας. διόπερ καὶ ἐν θεοῖς μέγα κράτος ἔχει ἁ δικαιότας καὶ ἐν ἀνθρώποις· τῷ γὰρ ὅλῳ καὶ τῷ παντὸς ἅδ' ἀρετὰ συνέχει τὰν κοινωνίαν καὶ τὰν ἐν θεοῖς καὶ τὰν ἐν ἀνθρώποις. Θέμις γε ὧν φατίζεται παρὰ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς, δίκα δὲ παρὰ τοῖς χθονίοις, νόμος δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. ταῦτα δ' ἐντὶ σαμεῖα καὶ σύμβολα τῷ τὰν δικαιότατα πανυπερτάταν ἀρετὰν ὑπάρχεν. Καὶ ἄλλως δὲ πιστοῦται ὁ λόγος ἐξ ὀνυμάτων· ὅκκα μὲν γὰρ ὁ νόος τᾶς ψυχᾶς ἀμβλακίσκῃ, ὀνομάζεται ἁ τοιάδε διάθεσις ἀφροσύνα· ὅκκα δὲ ὁ θυμός, θρασύτας ἢ δειλία· ὅκκα δὲ ἐπιθυμία, ἀκρασία· καὶ ὅκκα μὲν ἐπὶ τὸ μᾶον ἀμβλακίσκῃ ὁ νόος, ἀφροσύνα, ὅκκα δ' ἐπὶ τὸ μέζον, πανουργία· καὶ ὅκκα μὲν ἐπὶ τὸ μᾶον ἀμβλακίσκῃ ὁ θυμός, δειλία, ὅκκα δ' ἐπὶ τὸ μέζον, θράσος· καὶ ὅκκα μὲν ἐπὶ τὸ μᾶον ἀμβλακίσκῃ ἁ ἐπιθυμία, φιλαδονία· ὅκκα δ' ἐπὶ τὸ μέζον, ἀκολασία· ὅλως δὲ ἁ μὲν οὐ κατ' ὀρθὸν λόγον συναρμογά, κακία· αὕτα δέ, ἂν μηδενὸς ἕκατι γένηται, καλέεται ἀβελτηρία· ὅκκα δὲ φόβω, δειλία, ὅκκα δὲ ἀδονᾶς, ἀκολασία, ὅκκα δὲ χέρδεος, ἀδικία. Ἁ δὲ κατ' ὀρθὸν λόγον αὐτᾶς σύνταξις, ὅκκα μὲν ἐν τῷ θεωρεῖν καὶ κρίνειν γέννηται, καλέεται φρόνασις, ὅκκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ δεινά, ἀνδρεία, ὅκκα δὲ ἐν τῷ μετρίως φέρειν τὰ ἁδέα, σαοφροσύνα [c]· ὅκκα δὲ ἐν τῷ χέρδεος ἀποσχέσθαι καὶ βλάβας τᾶς ἐς τὸν πλατίον, δικαιότας. Ἁ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτᾶς σύνταξις καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον παράβασις τῷ δέοντός ἐντι στοχασμὸς καὶ τῷ μὴ δέοντος ἐπίπτωσις. ἐντι δὲ τὸ μὲν δέον ὃ δεῖ ἦμεν· τοῦτο δὲ οὔτ' ἀφαιρέσιος οὔτε προσθέσιος δέεται· αὐτὸ γάρ ἐντιν ὃ δεῖ ἦμεν. τῷ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο, τὸ μὲν ὑπερβολά, τὸ δὲ ἔλλειψις· καὶ ἁ μὲν ὑπερβολὰ τὸ πλέον τῷ δέοντός ἐντι, ἁ δ' ἔλλειψις τὸ ἔλαττον. Ἁ δ' ἀρετὰ ἕξις τίς ἐντι τῷ δέοντος· διόπερ καὶ ἀκρότας καὶ μεσότας εὐθέως ἐντί· ἀκρότας μέν, διότι τῷ δέοντος ἔχεται, μεσότας δέ, ὅτι μεταξὺ τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιός ἐντιν. οὕτω γὰρ καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες ταὶ ἀρεταί [d]· με-

---

jam quum ratio partes animi ratione carentes superavit, tolerantia gignitur et continentia, tolerantia quidem sustinendis laboribus, continentia vero voluptatis fruendæ modum tenens. Rursus quando ratione carentes partes animi rationem vicerint, mollities et incontinentia nascitur, dum labores illa fugit, hæc a voluptatibus vincitur. Quum autem melior animi pars imperat, deterior paret atque illa quidem præest, hæc sequitur, ambæ vero inter se congruunt et consentiunt: tum virtus et bonitas consummata per totum animum exsistit. Et cupiditas quidem quæ secretam animi partem tenet quum sequitur rationem, fit temperantia: quum iracundia, fortitudo: quum partes omnes, justitia. Hæc enim et vitia cuncta et virtutes animi inter se discernit. Quippe justitia est quædam congruentiæ partium animi copulatio virtusque perfecta et suprema: ut enim in hac omnia sunt, ita sine hac reliqua non exstant animi bona. Quare tam inter deos plurimum pollet justitia quam inter homines: hæc enim virtus ipsam totius rerum compagis et universitatis societatem tum inter cœlestes tum inter mortales continet. Themis certe apud superos, justitia autem apud inferos, fex vero apud homines nominatur: quæ sane argumento atque indicio sunt, justitiam supremam esse virtutem. Alioquin autem ratio hoc ipsis rerum nominibus probat: quando enim mens insanit, talis animi affectio amentia vocatur; quando iracundia peccat, audacia vel timiditas; quando vero cupiditas, incontinentia: porro quum in minoribus delinquit mens, amentia nominatur, quum in majoribus, vafritia: item quum in minoribus labitur iracundia, timiditas appellatur, quum in majoribus, audacia: præterea ubi in minoribus cupiditas erraverit, voluptatis studium nuncupatur, ubi in majoribus, intemperantia: omnino autem recto consilio non consentaneus animi status pravitas est: quæ si nullam ob causam acciderit, stultitia dicitur, si propter metum, timiditas, si delectationis causa, intemperantia, si lucri causa, injustitia. At vero tenor ejus rectæ rationi congruens, dum in contemplando et judicando versatur, vocatur prudentia; quum in periculis subeundis, fortitudo; quum in suavibus moderate ferendis, temperantia; quum in fugiendo lucro malo ac detrimento quod aliis importatur, justitia. Est vero tenor ejus rectæ rationi consentaneus itemque rectæ rationis neglectio partim decori consectatio partim indecori appetitio. Cæterum decorum est quod esse decet: id quod nec addi quidquam nec demi postulat, quandoquidem ipsum, quod esse decet, est. Indecori vero species duæ sunt, altera quidem abundantia, altera autem defectus: et abundantia quidem plus est quam decet, defectus vero minus. Virtus autem decori est habitus; quocirca statim supremum quoque et medium est, supremum quia cum decoro cohæret,

σότατες μέν, ὅτι ἐντὸς τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι· ἀκρότατες δέ, ὅτι οὔτε προσθέσιος οὔτ' ἀφαιρέσιος δέονται· αὐτὰ γὰρ ἐντι ταῦτα, ἃ δεῖ αὐτὰ ἦμεν.

Ἐπεὶ δὲ ἁ τῶ ἤθεος ἀρετὰ περὶ πάθεα, τῶν δὲ παθέων ἀδονὰ καὶ λύπα ὑπέρτατα, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, ἀδονάν καὶ λύπαν, ἁ ἀρετὰ πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόζεσθαι. οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, εὐκρασία τις ἔασα τῶν τῶ σώματος δυναμίων [e], ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν, πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκερασθῆμεν· ἔντι γὰρ οἷον συμμετρία τις τούτων· οὐδ' ἐν τᾷ μωσιχᾷ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ τὸ σύμφωνον πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόξασθαι. συναρμοσμένων γὰρ [f] τῶ ὀξέος καὶ τῶ βαρέος τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρούεται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θερμῶ καὶ τῶ ψυχρῶ καὶ τῶ ὑγρῶ καὶ τῶ ξηρῶ ἁ μὲν ὑγίεια γίνεται, ἁ δὲ νόσος ἀπόλλυται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θυμῶ καὶ τᾶς ἐπιθυμίας ταὶ μὲν κακίαι καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται. Ἰδιαίτατον δὲ τᾶς τῶ ἤθεος ἀρετᾶς ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς. λόγῳ γὰρ καὶ δυνάμι [g] συγχρέσθαι δυνατὸν καὶ ἄνευ ἀρετᾶς, προαιρέσι [h] δὲ οὐ δυνατόν· τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις σαμαίνει. Διὸ καὶ μετὰ βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῶ καὶ ἐπιθυμίας ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν ἐμποιεῖ, μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβιασθεὶς αὐτὸς ὑπὸ τῶ ἀλόγω ἀκρασίαν καὶ μαλακίαν. Ταὶ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς ἡμιτελέες μὲν ἀρεταί, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ὑγιαίνει, τὰ δὲ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς νοσεῖ. καὶ καθὸ μὲν ἄρχεται καὶ ἄγεται ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ὑπὸ τῶ λόγον ἔχοντος μέρεος τᾶς ψυχᾶς, ἁ ἐγκράτεια καὶ ἁ καρτερία ἀρεταὶ τυγχάνοντι, καθὸ δὲ μετὰ βίας ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως τοῦτο πράσσοντι, κακίαι τυγχάνοντι· δεῖ γὰρ τὰν ἀρετὰν μὴ μετὰ λύπας, ἀλλὰ μετὰ ἀδονᾶς τὰ δέοντα πράσσεν. πάλιν δὲ καθὸ μὲν ἐπικρατεῖ ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία τῶ λογισμῶ, μαλακίαν καὶ ἀκρασίαν ἐπιφέροντα, κακίαι τινὲς τυγχάνοντι· καθὸ δὲ μετὰ λύπας χαρίζονται τοῖς πάθεσιν, εἰδότα [i] ὅτι ἀμβλακίσκοντι τῷ ὑγιὲς ἦμεν τὸ ὅμμα τᾶς ψυχᾶς, ταῦτα δὲ οὐ κακίαι. Πάλιν ὦν αὐτό γε τοῦτο φανερόν, ὅτι ἑκουσίως δεῖ τὰν ἀρετὰν τὰ δέοντα πράσσεν. τὸ μὲν ἀκούσιον οὐκ ἄνευ λύπας καὶ φόβω, τὸ δὲ ἑκούσιον οὐκ ἄνευ ἀδονᾶς καὶ φιλοφροσύνας. Αἶκα δὲ καὶ ὁ λόγος τᾶς διαιρέσιος ἐμπέσῃ, δῆλον ὅτι [k] ταὐθ' οὕτως ἔχει. [l] ἁ μὲν γὰρ γνῶσις καὶ ἁ ὅρασις τῶν πραγμάτων τῶ λόγον ἔχοντος μέρεός ἐντι τᾶς ψυχᾶς, ἁ δὲ δύναμις τῶ ἀλόγω· τὸ γὰρ ἀντέχεν μὴ δύνασθαι τοῖς πόνοις, ὑπακούειν [m] δὲ τᾶν ἀδονᾶν, οἰκεῖόν ἐντι τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ προαίρεσις ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῶ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ ἀλόγῳ. σύγκειται γὰρ ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος, ὧν ἁ μὲν διάνοια τῶ λόγον ἔχοντός ἐντι, ἁ δ' ὄρεξις τῶ ἀλόγω. Διὸ καὶ ἀρετὰ πᾶσα ἐν συναρμογᾷ γίνεται τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς,

---

medium quia inter abundantiam et defectum interjecta est. Sic enim virtutes omnes et media sunt et suprema: media, quoniam inter abundantiam et defectum locum habent; suprema, quod nec addi quidquam nec demi postulant, quandoquidem quod esse decet, ipsæ sunt.

Quum morum virtus circa affectus versetur, affectuum autem supremi habeantur voluptas et dolor: patet, virtutem non esse positam in evellendis ex animo penitus affectibus, voluptate et dolore, sed in iis ad cætera accommodandis. Etenim nec sanitas, quæ corporis virium quædam est bona temperies, in sublato frigore, calore, humore, siccitate ponitur, verum in hisce apte permixtis, quum sit illorum quædam proportio conveniens: nec in musica, si acutum et grave tollantur, concentus oritur, sed si apte conjungantur. Etenim acuto et gravi apte conjunctis concentus exsistit tolliturque sonorum discrepantia: similiter autem calore, frigore, humore, siccitate permixtis et prospera valetudo oritur et morbus exterminatur: neque aliter iracundia et cupiditate recte compositis tum vitia cum animi perturbationibus eximuntur, tum virtutes moresque ingenerantur. Est autem morum virtutis maxime propria voluntas honestis rebus intenta. Namque ratione ac potentia etiam sine virtute uti possumus, voluntate non possumus: siquidem morum dignitatem voluntas indicat. Quapropter simul per vim superans iracundiam et cupiditatem ratio animo continentiam ac tolerantiam indit: simul per vim rursus ipsa exacta ab irrationalibus animi partibus incontinentiam ac mollitiem parit. Cæterum tales animi affectiones et imperfectæ virtutes et imperfecta vitia sunt. Ratio enim in illis sana est, irrationales autem animi partes languent. Et quatenus quidem a rationis compote animi parte ira et cupiditas reguntur ipsæque obediunt, virtutes habentur continentia et tolerantia: quatenus autem coactæ hoc, non sponte faciunt, vitia sunt: debet enim virtus non cum dolore, sed cum voluptate officio suo fungi. Quatenus rursus imperantes rationi ira et cupiditas mollitiem atque incontinentiam procreant, vitia hæc sunt; quatenus vero cum dolore animi perturbationibus gratificantur, quum sciant se delinquere, quia sanus est animi oculus, eatenus non sunt vitia. Est autem manifestum, sponte virtutem debere officium suum facere. Jam quod vi cogitur, dolore et metu non caret; quidquid vero voluntarium est, voluptate et hilaritate non caret. Quid? quod simul atque divisio facta fuerit, hæc ita se habere patebit. Etenim cognitio inspectioque rerum rationalis est animi partis, vis agendi autem ratione carentis, siquidem laboribus frangi vincique voluptate proprium est irrationalis animi partis, voluntas vero in utraque cernitur et rationis compote et irrationali animi parte. Quum enim ex intelligentia et appetitu constet, illa ad rationis com-

καὶ τὸ ἑκούσιον δὲ καὶ τὸ προαιρετὸν πάντως ἐν τῇ ἀρετῇ.

(Stobæus Flor. I, 67–68. Scripsi : [a] ἀπόσπαστα ᾖ; codd. ἀπέσπασται. [b] συνευδοκῇ τε cum Meinekio; codd. συνευδοκῆται. [c] ὑφίστασθαι τὰ δεινά, ἀνδρεία, ὄκκα δὲ ἐν τῷ μετρίως φέρειν τὰ ἀδέα, σαοφροσύνα; codd. ὑφίστασθαι τὰ ἀδέα, σαοφροσύνα. [d] ταὶ ἀρεταί cum Schowio; deest in membranis. [e] δυναμίων; libri δυνάμεων. [f] γὰρ cum Meinekio; deest in codd. [g] δυνάμι; codd. δυνάμει. [h] προαιρέσι; libri προαιρέσει. [i] εἰδότα; codd. εἰδότες. [k] ἐμπέσῃ, ὄῆλον ὅτι; libri ἐμπέσοι, καὶ παρείτω. [l] ἔχει; libri ἔχεν. [m] ὑπακούεν; libri ἐπικρατέειν.)

β'. Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐντι λογισμός, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δ' ἐπιθυμία· λογισμὸς μὲν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατεῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδέως. Ὄκκαν ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογάν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὄκκαν δὲ στασιάζοντα καὶ ἀπ' ἀλλάλων ἀπόσπαστα ᾖ [a], τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. Ἀνάγκα δ' ἀρετὰν τρία ταῦτα ἔχεν, λόγον, δύναμιν καὶ προαίρεσιν· τῶ μὲν ὦν λογικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἀρετὰ ἁ φρόνασις, κριτικὰ γάρ ἐντι καὶ θεωρατικὰ ἕξις· τῶ δὲ θυμοειδέος ἀνδρεία, ἕξις γάρ ἐντι ἀντερειστικὰ καὶ ὑποστατικὰ τῶν δεινῶν· τῶ δ' ἐπιθυματικῶ ἁ σαοφροσύνα [b], μετριότας γάρ ἐντι καὶ κατοχά τις ἀδονᾶν τᾶν διὰ σώματος· ὅλας δὲ τᾶς ψυχᾶς ἁ δικαιοσύνα. Φαῦλοι μὲν γὰρ τοὶ ἄνθρωποι γίνονται ἢ διὰ κακίαν, ἢ δι' ἀκρασίαν, ἢ διὰ θαριότατα, ἀδικέοντι δ' ἀλλάλως ἢ διὰ κέρδος, ἢ διὰ ἀδονάν, ἢ διὰ φιλοτιμίαν. Ἁ μὲν ὦν κακία τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἐντι οἰκειοτέρα, ποτέοικε γὰρ ἁ μὲν φρόνασις τᾷ τέχνᾳ, ἁ δὲ κακία τᾷ κακοτεχνίᾳ ἔοικε, μαχανάσιας γὰρ φιλεῖ εὑρίσκειν ποτὶ τὸ ἄδικον [c]· ἁ δ' ἀκρασία μᾶλλον τῶ ἐπιθυματικῶ, ἐν γὰρ τῶ κρατεῖν [d] ἀδονᾶς ἁ ἐγκράτεια, καὶ ἐν τῶ μὴ κρατεῖν ἁ ἀκρασία· ἁ δὲ θαριότας τῶ θυμοειδέος, ὄκα γὰρ τᾷ ἐπιθυμίᾳ τῶ κακῶς ποιῆσαι χαρίζηταί τις, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θαρίον, τὸ τοιόνδε ὀνομάζεται θαριῶδες. Ἀκόλουθα δὲ καὶ τὰ ἀποτελέσματα τῶν διαθεσίων τούτων, ὥνπερ ἕνεκα πράσσοντι· ἁ μὲν γὰρ πλεονεξία ἀπὸ κακίας, ἁ δὲ κακία ἀπὸ τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς· καὶ ἁ μὲν φιλοτιμία ἀπὸ τῶ θυμοειδέος, αὐτὰ δ' ἐν ὑπερβολᾷ γενομένα γεννῇ τὰν θαριότατα· πάλιν δὲ ἁ μὲν ἀδονὰ ἐν τῷ ἐπιθυματικῷ, σφοδρότερον δὲ μαστευομένα γεννῇ τὰν ἀκρασίαν. Ὥστ', ἐπεὶ τὸ ἀδικεῖν γίνεται δι' αἰτίας τοσαύτας, φανερὸν ὅτι τὸ δικαιοπραγεῖν γίνεται διὰ τὰς ἴσας· φύσει [e] γὰρ ἁ μὲν ἀρετὰ ἀγαθοποιὸς καὶ ὠφελατικά, ἁ δὲ κακία κακοποιὸς καὶ βλαπτικά. Ἐπεὶ δὲ τῶν τᾶς ψυχᾶς μερέων τὸ μέν ἐντι ἀγεμόνεον, τὸ δὲ ἑπόμενον, αἱ δ' ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις, φανερὸν ὅτι καὶ τᾶν ἀρετᾶν ταὶ μέν ἐντι ἀγεμονικαί, ταὶ δ' ἑπετικαί, ταὶ δὲ σύνθετοι ἐκ τούτων· ἀγεμονικαὶ μέν, οἷον ἁ φρόνασις, ἑπετικαὶ δέ, οἷον ἁ ἀνδρεία καὶ σαοφροσύνα,

---

potem, hic ad irrationalem refertur. Quamobrem virtus omnis in animi partium concinnitate posita est, voluntas autem atque consilium omnino in virtute cernuntur.

II. Animi quoque constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas, e quibus ratio cognitionis, iracundia roboris, cupiditas appetitus imperium tuto obtinet. Ubi tria hæc juncta inter se convenienti copula fuerint, tum exoritur virtus et consensus in animo : sin dissideant atque a se mutuo divulsa fuerint, tum vitium in animo ac discordia nascitur. Sunt autem virtuti hæc tria necessaria, ratio, facultas, voluntas. Jam ratione præditæ animi partis virtus est prudentia, quoniam judicii et contemplationis particeps est habitus : iracundiæ autem fortitudo, habitus enim est obnitentis tolerantisque res graves et pericula : cupiditatis vero temperantia, est enim moderatio quædam et coercitio voluptatum quæ corpore percipiuntur : totius denique animi justitia. Improbi vero redduntur homines vel per vitium vel per incontinentiam vel per feritatem; injuste autem agunt vel lucri vel voluptatis vel gloriæ causa. Ac vitium quidem rationali animi parti verius et magis proprie tribuitur : similis enim est prudentia quidem arti, vitium vero corruptelæ ac depravationi artis, quoniam ad injurias dolos excogitare solet; incontinentia vero magis parti concupiscenti convenit, nam in refrenanda voluptate sita est continentia, in excitanda autem incontinentia : feritas denique ad irritabilem animi partem refertur, nimirum quando quis cupiditati aliis nocendi non ut homo, sed ut fera indulget, ea indoles feritatis nomen invenit. Sed harum quoque affectionum effectus sunt convenientes, quorum causa agunt : avaritia enim e malitia, malitia autem e rationali animi parte manat; similiter ut ad iracundiam pertinet ambitio, sic ipsa modum excedens feritatem gignit : denique voluptas, ut cupiditatis est, ita nimium quæsita gignit incontinentiam. Quum ergo contingat, ut propter tot causas injuste agamus, patet evenire ut totidem de causis etiam juste agamus : quippe natura virtus bene merendi ac juvandi studiosa est, malitia contra malefaciendi lædendique cupida. Et quoniam ex animi partibus alia imperat, alia paret, virtutes autem in his et vitia cernuntur, virtutes quoque partim imperantes, partim parentes, partim esse mixtas efficitur. Imperat quidem prudentia, parent autem fortitudo ac temperantia, mixta denique est justitia. Affectus porro sunt virtutis materia, quandoquidem circa hos atque in his virtutes versantur. Affectuum vero hic quidem voluntarius, ille autem non voluntarius : voluntarius quidem voluptas, non voluntarius autem dolor. Atque hæc et intendunt et remittunt homines civiles, dum reliquas animi partes ad rationis participem accommodant. Hujus autem copulæ finis est is, ne

σύνθετοι δ' ἐκ τούτων, οἷον ἁ δικαιοσύνα. Τὰ δὲ πάθεα τᾶς ἀρετᾶς ὕλα, περὶ ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τούτοις αἱ ἀρεταί. τῶν δὲ παθέων τὸ μὲν ἑκούσιον τὸ δ' ἀκούσιον. καὶ ἑκούσιον μὲν ἁδονά, ἀκούσιον δὲ λύπα· ταῦτα δὲ καὶ ἐπιτείνοντι καὶ ἀνίεντι τοὶ πολιτικοί, συναρμόζοντες τὰ ἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. Τᾶς δὲ συναρμογᾶς ὅρος τὸ μήτε διὰ τὰν ἔνδειαν, μήτε διὰ τὰν ὑπερβολὰν ἀπείργεσθαι τὸν νόον τὸ ἴδιον ἔργον ἐπιτελέν. συντέταχται γὰρ τὸ μέρος ἕνεκα τῶ βελτίονος· ὡς μὲν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω, ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων τὸ θᾶλυ ἕνεκα τῶ ἄρρενος, τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὸ ἔμψυχον ἐ γεννῶν, τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γεννωμένῳ, ἐν δέ γε τᾷ ψυχᾷ τὸ ἄλογον τῶ λογικῶ. Συντέταχται γὰρ καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ποτὶ τὸ πρᾶτον μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ μὲν ὥσπερ δορυφόρος τις καὶ σωματοφύλαξ, τὸ δὲ ὡς οἰκονόμος καὶ οἰκουρὸς τῶν ἀναγκαίων. Ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τᾶς κορυφᾶς τῶ σώματος ἱδρυμένος, καὶ ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν, καὶ τοῦτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν, τὸ μαστευσάμενον καὶ κτασάμενον ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτῷ καὶ τιμιωτάτοις· ἀρχὰ γὰρ καὶ αἰτία καὶ κανών ἐντι τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας ἁ τῶν θείων καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.

Καθόλω μὲν ὦν ἀρετὰ συναρμογά τίς ἐντι τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. γίνεται δὲ αὐτὰ τῷ τὸν κατὰ τὰν ἁδονὰν καὶ τὰν λύπαν ὅρον ἐπιδέξασθαι τὸν τῶ δέοντος. οὐδὲν γὰρ ἄτερον ἀλαθινὰ ἀρετὰ εἰ μὴ ἕξις τῶ δέοντος· αὐτὸ δὲ τὸ δέον ἐντὶ ὅπερ δεῖ ἦμεν, τὸ δὲ μὴ δέον ὅπερ οὐ δεῖ ἦμεν. τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο, τὸ μὲν ὑπερβολὰ τὸ δ' ἔλλειψις. καὶ ὑπερβολὰ μέν ἐντι τὸ πλέον τῶ δέοντος, ἔλλειψις δὲ τὸ ἔλαττον τῶ δέοντος. Τὸ δὲ δέον αὐτὸ ἐὸν ὅπερ δεῖ ἦμεν καὶ ἄκρον ἂν ὑπάρχοι καὶ μέσον· ἄκρον μὲν ὅτι οὔτ' ἀφαιρέσιος οὔτε προσθέσιος δέεται, μέσον δὲ ὅτι μεταξύ ἐντι τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος. Ἔχει δὲ τὸ δέον καὶ τὸ μὴ δέον ποτ' ἄλλαλα οὕτως ὥσπερ τὸ ἴσον καὶ τὸ ἄνισον, καὶ τὸ τεταγμένον καὶ τὸ ἄτακτον, ταῦτα δ' ἐντὶν ἀμφότερα τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ διὰ τοῦτο τῶ ἀνίσω τὰ μέρεα λέγεται ποτὶ τὸ μέσον, ἀλλ' οὐ ποτ' ἄλλαλα. ἀμβλεῖά τε γὰρ ὀνομάζεται γωνία ἁ μέζων ὀρθᾶς, ὀξεῖα δὲ ἁ μείων ὀρθᾶς, καὶ μέζων μὲν εὐθεῖα ἁ ὑπερέχουσα τὰν ἐκ τῶ κέντρω· καὶ μακροτέρα μὲν ἁμέρα ἰσαμερινᾶς. Καὶ ταὶ νόσοι δὲ γίνονται τῶ σώματος διὰ τὸ θερμότερον ἢ κρυμωδέστερον γίνεσθαι τὸ σῶμα· τὸ μὲν γὰρ θερμότερόν ἐντι τὸ πλέον τῶ μετρίω, τὸ δὲ κρυμωδέστερον ἔλασσον τούτω. Ἔχει δέ γε καὶ ἁ ψυχὰ καὶ ἁ περὶ αὐτὰν διάθεσις τὰν ἀναλογίαν ταύταν. ἁ μὲν γὰρ θρασύτας ἐντὶ ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὑποστάσι δεινῶν, ἁ δὲ δειλότας ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ἀσωτία ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνᾳ χρημάτων, ἁ δ' ἀνελευθερία ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ὀργά ἐντι ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὁρμᾷ θυμῶ, ἁ δ' ἀναλγησία ἔλλειψις τούτω. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τᾶν ἀλλᾶν διαθεσίων τᾶν ἀντικειμένων. Δεῖ δ' ἕξιν τῶ δέοντος ὑπάρχοισαν τὰν ἀρετὰν καὶ μεσότατα τῶν παθέων μήτ' ἀπαθέα

---

propter defectum neve propter abundantiam prohibeatur mens opus suum efficere. Quod enim deterius est præstantioris causa comparatum est: ut in mundo tota pars semper patibilis propter semper mobilem, in animalium autem conjugio femina propter marem (hic enim seminat animal gignendo, illa duntaxat materiam ei quod generatur suppeditat), in ipso porro animo ratione carens pars propter rationis compotem. Nam et iracundia et cupiditas ad primam animi partem pertinent, illa tanquam pedissequa et satelles, hæc tanquam dispensatrix et rei domesticæ custos. At vero mens in summo corporis vertice collocata, illustri et pellucida inspectione pollens, rerum scientiam consequitur atque hoc ei natura insitum est, ut post factam investigationem comparatamque rerum cognitionem sequatur ea quæ ipsi visa sunt optima atque excellentissima. Etenim rerum divinarum et præstantissimarum cognitio beatitudinis humanæ principium, causa et regula est.

In universum igitur virtus est convenientia quædam irrationalium animi partium cum parte rationis compote. Ea fit, si decorum voluptatis et doloris finem accipiat. Nihil enim est aliud vera virtus quam decori habitus: decorum autem est quod esse decet, indecorum quod non decet esse. Indecori vero species duæ sunt, abundantia ac defectus. Et abundantia quidem plus quam decet, defectus minus habet quam decet. Decorum porro quum sit quod esse decet, et supremum sit oportet et medium, supremum quia nec addi quidquam nec demi postulat, medium quia inter abundantiam ac defectum interjectum est. Præterea decorum atque indecorum sic inter se habent, ut æquale et inæquale, ordinatum et confusum, quæ quidem utraque in idem recidunt, finitum et infinitum, ideoque inæqualis partes ad medium, non ad se invicem referuntur. Nam et obtusus dicitur angulus qui recto major est, et acutus qui minor recto est, et major linea recta quæ ductam e centro superat, et longior dies æquinoctiali. Morbi quoque corporis gignuntur, quoniam vel calidius vel frigidius redditum est corpus: siquidem quod calidius est ultra temperiem calet, quod frigidius est temperiem non assequitur. Sed animus quoque ejusque affectio consimilem habet proportionem. Etenim audacia est exsuperantia decori in subeundis periculis, timiditas ejusdem defectus. Porro ut effusio in erogandis pecuniis modum excedit, ita illiberalitas in eadem re defectu peccat. Denique quemadmodum ira decori violatio est in concitatione animi: sic indolentia ejus defectus. Eadem quoque aliarum earumque oppositarum affectionum ratio est. Debet autem virtus, quum decori

μήτ' ἐμπαθέα ἦμεν. ἁ μὲν γὰρ ἀπάθεια ἀπαρόρματον καὶ ἀνενθουσίαστον παρέχεται τὰν ψυχὰν ποτὶ τὸ καλόν, ἁ δ' ἐμπάθεια συντεταραγμένον καὶ ἀνεπιλόγιστον. Δεῖ ὦν τὸ πάθος οὕτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν λάμψιν[a] ἐπὶ τᾶς γραφᾶς· τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἁπαλὸν καὶ τὸ μεμιμαμένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χραστότατι τῶν χρωμάτων μάλιστα γίνεται διὰ τούτων. Ἔμψυχα δὲ ἐκ παρορμάσιος καὶ ἐνθουσιασμῶ ἀρετᾶς τᾶς κατὰ φύσιν τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς. γίνεται γὰρ ἐκ τῶν παθέων ἁ ἀρετά, καὶ γενᾶεῖσα πάλιν συναύξεται τούτοις, ὥσπερ καὶ τὸ καλῶς ἁρμοσμένον ἐκ τῶ ὀξέος καὶ βαρέος, καὶ τὸ εὔκρατον ἐκ τῶ θερμῶ καὶ ψυχρῶ, καὶ τὸ ἰσόρροπον ἐκ τῶ βαρέος καὶ κούφω. Οὐκ ἀφελὲν ὦν δεῖ τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, οὐδὲ γὰρ ὠφέλιμον, ἀλλὰ συναρμόσασθαι ποτὶ τὸ λόγον ἔχον διὰ[b] τῶ δέοντος καὶ τῶ μετρίω.

(Stobæus Flor. I, 64. 69. Posui : [a] ἀπόσπαστα ἢ; codd. ἀπέσπασται. [b] σαοφροσύνα; libri σωφροσ. [c] μαχανάσιας γὰρ φιλεῖ εὑρίσκειν ποτὶ τὸ ἄδικον; libri μαχανάσιος γάρ ποθεν εὑρίσκειν τὸ ἄδικον. [d] κρατεῖν; codd. κρατεῖν. [e] φύσι; membranæ φύσει. [f] τὸ ἔμψυχον cum Orellio; libri τὰν ψυχὰν. [g] λάμψιν; codices γραμμὰν. [h] διὰ cum Cantero; deest in membranis.)

5.

ΕΚ ΤΩΝ ΜΕΤΩΠΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ.

Ἀρετά ἐντι ἀνθρώπω τελειότας φύσιος ἀνθρώπω. ἕκαστον γὰρ τῶν ἐόντων τέλειον καὶ ἄκρον γίνεται κατὰν οἰκείαν τᾶς φύσιος ἀρετάν. ἵππω τε γὰρ ἀρετά ἐντι ἁ ἐς τὸ ἄκρον ἄγοισα τὰν τῶ ἵππω φύσιν, καὶ ἐπὶ τῶν μερέων δὲ τῶν καθ' ἕκαστον ὁ αὐτὸς λόγος. ὀπτίλων τε γὰρ ἀρετὰ ὀξυδορκία· αὕτα[a] δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ὀφθαλμῶν φύσιος. καὶ οὐάτων ἀρετὰ ὀξυακοία· αὕτα[b] δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς οὐάτων φύσιος. καὶ ποδῶν ἀρετὰ ποδώκεια· αὕτα[c] δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ποδῶν φύσιος. Ἀνάγκα δ' ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ' ἔχεν, λόγον καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν· λόγον μέν, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ· δύναμιν δέ, ᾇ ἀντέχει καὶ κρατεῖ· προαίρεσιν δέ, ᾇ στέργει καὶ ἀγαπᾷ. Τὸ μὲν ὦν κρίνειν καὶ θεωρεῖν ἐντι τῶ διανοατικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δ' ἀντέχειν καὶ κρατεῖν ἴδιον τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δὲ στέργειν καὶ ἀγαπᾶν κοινὸν τᾶς τῶ διανοατικῶ καὶ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς. συνέσταχε γὰρ προαίρεσις ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος· ἁ μὲν ὦν διάνοια ἀπὸ τῶ λογικῶ μέρεός ἐντι τᾶς ψυχᾶς[d], ἁ δὲ ὄρεξις ἀπὸ τῶ ἀλόγω. Τὸ δὲ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἁπασᾶν ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοιτό κά τις, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰν γένεσιν καὶ τὰν σύστασιν τᾶς ἀρετᾶς. ἐπὶ γὰρ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς δύο τὰ πρᾶτα,[e] τὸ μὲν λογιστικὸν τὸ δ' ἄλογον· καὶ λογιστικὸν μέν, ᾧ κρίνομες καὶ θεωρέομες· ἄλογον δέ, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. ταῦτα δὲ ἀλλάλοις ἢ συμφωνοῦντι ἢ διαφωνοῦντι, ἁ δὲ μάχα καὶ διαφωνία γίνεται αὐτοῖς δι' ὑπερβολὰν καὶ ἔλλειψιν. φανερὸν ὦν ὅτι, ὅκκα μὲν τὸ λογιστικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατῇ[f] τῶ ἀλόγω, γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια· ὅκκα δὲ τὸ ἄλογον μέρος τᾶς ψυχᾶς τῶ λογιστικῶ, ἀκρασία καὶ μαλακία· ὅκκα δὲ τὸ μὲν ἀγῇται τὸ δ' ἕπηται, καὶ ἀμφότερα συμφωνῇ ἀλλάλοις, τὸ τανικαῦτα ἀρετά. Ἁ μὲν ὦν καρτερία καὶ ἐγκράτεια γίνεται μετὰ λύπας· ἀλλ' ἁ μὲν καρτερία ἐν τῶ ἀντέχειν πόνω, ἁ δ' ἐγκράτεια ἐν τῶ ἀντέχειν ἀδονᾷ, ἁ δ' ἀκρασία καὶ μαλακία ἐν τῶ μὴ ἀντέχειν μηδὲ κρατέν. καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει φεύγειν τἀγαθὰ τὸς ἀνθρώπως διὰ λύπαν, ἀποβαλὲν δ' αὐτὰ διὰ ἀδονάν. Καὶ τοὶ ἔπαινοι δὲ καὶ ψόγοι καὶ

---

sit habitus et perturbationum mediocritas, affectibus neque vacua esse neque nimis obnoxia. Namque ut affectuum vacuitas immotum et languidum ad honesta quævis animum reddit, ita conturbatum et inconsideratum immodica concitatio. Oportet igitur affectum non aliter ostendi in virtute quasi latentem, quam umbram aut lumen in pictura : quod enim vivum ac tenerum veritatemque exprimens pingitur, id colorum bonitate adjutum per hæc maxime efficitur. Sic et animi perturbationes naturalis virtutis impetu et instinctu animantur. Ut enim ex istis perturbationibus oritur virtus, ita rursum orta cum illis crescit, quemadmodum ex gravi et acuto concentus, ex calido et frigido temperies, ex gravi et levi æquilibrium. Non sunt igitur ex animo tollendæ perturbationes, quandoquidem id non conducit, sed cum rationis compote animi parte per decorum et mediocritatem apte conjungendæ.

5.

E METOPI PYTHAGOREI LIBRO DE VIRTUTE.

Hominis virtus est humanæ naturæ perfectio. Etenim propria naturæ suæ virtute perfectum quidque ac supremum redditur. Namque equi virtus est ea quæ naturam equi ad summum perducit singularumque partium eadem ratio est. Quippe oculorum virtus eorum acies est, in qua oculorum naturæ excellentia consistit. Item aurium virtus acer auditus est, qua in re aurium naturæ præstantia cernitur. Præterea pedum virtus velocitas est, in qua pedum naturæ perfectio versatur. Necesse est autem omnem virtutem tria hæc habere, rationem, facultatem, consilium : rationem quidem, qua judicat et contemplatur; facultatem vero qua resistit et vincit; consilium de-

τὰ καλὰ πάντα καὶ κακὰ [e] τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον γίνεται ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι τᾶς ψυχᾶς. Καὶ καθόλω μὲν ἁ τᾶς ἀρετᾶς σύστασις γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον· τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς καὶ τὰ μέρεα οὕτως κά τις ἀθρήσαι. ἐπεὶ γὰρ τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν τὸ δὲ ἄλογον, καὶ τὸ μὲν λογιστικὸν ἔντι ᾧ κρίνομες καὶ θεωροῦμες, τὸ δ' ἄλογον ᾧ ὀρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα, τῶ δὲ ἀλόγω τὸ μὲν θυμοειδὲς τὸ δ' ἐπιθυμητικόν, καὶ τούτω τὸ μὲν οἷον ἀμυντικὸν καὶ ὑπερμαχητικὸν ποττὼς πλασίον θυμοειδὲς ὀνυμάζεται, τὸ δ' οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθητικὸν τᾶς οἰκείας τῶ σώματος συστάσιος ἐπιθυμητικόν· φανερὸν ὡς κατὰ λόγον τοῖς μέρεσι τούτοις τᾶς ψυχᾶς καὶ τὸ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἀκολούθαχεν καὶ ταὶ διαφοραὶ καὶ ἰδιότατες αὐτᾶν.

(Stobæus Flor. I, 64. Reposui : [a] αὖτα; codd. αὐτὰ. [b] αὖτα; libri αὐτὰ. [c] αὖτα; libri καὶ αὐτὰ. [d] τᾶς ψυχᾶς cum Hirschigio; membranæ τᾷ ψυχᾷ. [e] πρᾶτα; codd. πρῶτα. [f] ἐπικρατῇ cum Hirschigio; libri ἐγκρατῇ. [g] καὶ κατὰ cum Meinekio; deest in membranis.)

6.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΙΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΟΣΙΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ.

Πᾶσα μὲν ὧν ἀρετὰ τελεοῦται, καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισται, ἐκ λόγω καὶ προαιρέσιος καὶ δυνάμιος. Τούτων δὲ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον οὐκ ἀρετᾶς μέρος ἐντί, ἀλλ' αἴτιον ἀρετᾶς. Ὅσοι μὲν ὧν ἔχοντι τὸ νοατικὸν καὶ γνωστικὸν μέρος αὐτᾶς, δεινοί τε καὶ συνετοὶ ὀνυμαίνονται· ὅσοι δὲ τὸ ἀθικόν τε καὶ προαιρετικόν, χρήσιμοί τε καὶ ἐπιεικέες.

Πάσας [a] δεῖ τὰς αἰτίας ἀναιρέν, δι' ἃς ἀδικεῖν πέφυκεν ἄνθρωπος. Λῦται δὲ τρεῖς τυγχάνοντι· φιλαδονία μὲν ἐν ταῖς ἀπολαύσεσι ταῖς διὰ σώματος, πλεονεξία δὲ ἐν τῷ κερδαίνειν, φιλοδοξία δὲ ἐν τῷ καθυπερέχειν τῶν ἴσων τε καὶ ὁμοίων. Δεῖ τοιγαρῶν γνωρίζειν, ὅτι τούτοις ἀντιθέμεν οἷόν τέ ἐντι, ἃ μὲν φόβον ἐμπαρασκευάζοντι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ δὲ αἰσχύναν, ἃ δὲ καὶ ἐπιθυμίαν· φόβον μὲν δὴ τῶν νόμων, αἰσχύναν δὲ τῶν θεῶν, ἐπιθυμίαν δὲ τῶν λόγων. Διδάσκειν ὧν δεῖ τὸς νέως ἐξ ἀρχᾶς τάν τε τῶν θεῶν τιμὰν καὶ τὰν τῶν νόμων· ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον καὶ βίος ὃς [b] ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει, καὶ ὁρθοπλοεῖ.

(Stobæus Flor. I, 65-66. Scripsi : [a] πάσας; codd. ὁπόταν vel ὁπόσας. [b] βίος ὃς ὁσιότατος cum Halmio; libri βίος ὁσιότατος.)

2. Ἐμοὶ μὲν τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Κλεινίου λίαν ἀρέσκει. Λέγεται γὰρ ἐρωτηθείς, ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι· ὅταν, φάναι, μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος.

(Plutarchus Sympos. lib. III, 6, 3 vol. XI pag. 135 ed. Hutten.)

---

nique quo amat ac diligit. Jam judicare et contemplari intelligentis animi partis est proprium, resistere et vincere ratione carentis animi partis, amare ac diligere commune utriusque, tam quæ ratione pollet, quam quæ ea caret. Quum enim ex intelligentia et appetitu consilium constet : illa ad rationis compotem animi partem, hic ad expertem refertur. Cæterum virtutum omnium numerum ex animi partibus licet cognoscere, itidemque virtutis ortum et constitutionem. Etenim animi partes duæ sunt præcipuæ, altera compos rationis, expers altera : et rationalis quidem, qua judicamus et contemplamur; irrationalis vero, qua cupimus et appetimus. Hæ porro vel consentiunt inter se vel dissentiunt, quæ quidem pugna et discordia oritur inter eas propter abundantiam vel defectum. Est igitur manifestum, quando animi pars rationis compos expertem regat, tolerantiam gigni et continentiam; quando autem pars irrationalis rationalem regat, incontinentiam et mollitiem effici; quando vero altera imperet, pareat altera et inter se ambæ consentiant, tunc virtutem nasci. Ac tolerantia quidem et continentia cum dolore gignuntur : sed tolerantia quidem in perferendo labore versatur, continentia voluptati resistit, incontinentia vero ac mollities nec resistit nec vincit. Quo fit ut bona homines propter dolorem fugiant, propter voluptatem amittant. Quin et laudes quoque et vituperationes et quæcunque in homine vel bona vel mala sunt in his animi partibus cernuntur. Et hoc quidem pacto virtus in universum constituitur : species autem ejus et partes sic sunt considerandæ. Quum enim duæ sint animi partes, altera rationalis, altera rationis expers, et rationalis quidem sit qua judicamus et contemplamur, ratione carens vero qua cupimus et appetimus, irrationalis autem partis iracundia et cupiditas sit, hujusque ea vis qua nos quasi ulciscimur et contra alios defendimus, iracundia vocetur, illa vero qua propriam corporis constitutionem quasi appetimus ac desideramus, cupiditas : liquet proportione his animi partibus virtutum etiam numerum earumque discrimina et proprietates convenire.

6.

E CLINIÆ PYTHAGOREI LIBRO DE SANCTITATE ET PIETATE.

Quævis virtus perficitur, ut initio definitum est, ratione, voluntate, facultate. Horum autem singula non virtutis partes, sed causæ sunt. Itaque qui intelligente et cognoscente ejus parte valent, ii periti et prudentes recte dicuntur; qui vero moribus probatis et voluntate pollent, commodi et æqui.

Tollendæ sunt causæ omnes, propter quas injuste agere homines solent. Sunt autem tres, intemperantia corporis voluptatum, lucri cupiditas, ambitio denique in antecel-

7.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΡΙΤΩΝΟΣ Η ΔΑΜΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΙΑΣ.

α'. Φρονασις καὶ εὐτυχία ὧδε ἔχοντι ποτ' ἄλλαλα. φρόνασις μὲν τὸ ῥητὸν καὶ λόγον ἔχον· τεταγμένον γάρ τι καὶ ὡρισμένον ἐντί· εὐτυχία δὲ τὸ ἄῤῥητον καὶ τὸ ἄλογον· ἄτακτον γάρ τι καὶ ἀόριστόν ἐντι. καὶ τὸ μὲν ἀρχᾷ καὶ δυνάμι πρᾶτον, τὸ δὲ ἀρχᾷ καὶ δυνάμι δεύτερον· τὸ μὲν γὰρ κυβερνᾶν καὶ ὁρίζεν πέφυκε, τὸ δὲ κυβερνᾶσθαι καὶ ὁρίζεσθαι. Λαμβάνοντι μάν τοί γε συναρμογὰν ἀμφότερα, φρονάσιος καὶ εὐτυχίας εἰς ταυτὸ συνδραμοίσας. αἰεὶ γὰρ δεῖ τὰν μὲν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχοισαν φύσιν ἔχεν ὁ περανεῖ τε καὶ συντάξει, τὰν δὲ ἄῤῥητον καὶ ἄλογον ἔχεν ὑφ' ᾧ περανθήσεταί τε καὶ συνταχθήσεται. Ἔχει γὰρ οὕτως ὁ λόγος κατὰ πάντων, ὅ τε τᾶς ἀπείρου φύσιος καὶ τᾶς περαινοίσας. τὰ μὲν γὰρ ἄπειρα φύσιν ἔχει περαίνεσθαί τε καὶ συντετάχθαι ὑπὸ τῶν λόγον ἐχόντων αἰεὶ [a] καὶ φρόνασιν· ὕλας γὰρ καὶ οὐσίας ἔχοντι τάξιν· τὰ δὲ περαίνοντα ἐξ αὐτῶν [b] συντετάχθαι τε καὶ ὡρίσθαι· τέχνας γὰρ καὶ αἰτίας ἐνεργετικᾶς ἐπέχοντι τάξιν.

(Stobæus Flor. III, 74. Scripsi : [a] αἰεὶ; codd. ἀεὶ. [b] αὐτῶν; membranæ αὐτέων.)

β'. Ἁ δὲ συναρμογὰ ταυτᾶν τᾶν φυσίων κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα γινομένα μεγάλαν καὶ ποικίλαν πεποίηκε τὰν διαφορὰν τῶν συναρμοσμένων. ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ ἀμφοτέρων τᾶν φυσίων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος καὶ τᾶς ἀειπαθέος, κόσμος ἐντί· ἄλλως γὰρ οὐ κα ἐνεδίχετο σώζεσθαι τό τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γεννατῶ ποτὶ τὸ θεῖον καὶ τῶ ἀειπαθέος ποτὶ τὸ ἀεικίνατον. ἔν τε τῷ ἀνθρώπω ἁ συναρμογὰ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον, ἀρετά. οὔτε γὰρ ἐν τούτοις ἐνδέχεται, στάσιος ἐοίσας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ἀποτελεσθῆμεν ἀρετάν. καὶ ἐν πόλι δὲ τῶν [b] ἀρχομένων ποτὶ τὼς ἄρχοντας συναρμογὰ ἀποτελεῖ κράτος καὶ ὁμόνοιαν· τὸ μὲν γὰρ ἄρχεν ἴδιον τῶ κρείσσονος, τὸ δ' ἄρχεσθαι ἔργον τῶ χείρονος, τὸ δὲ κρατεῖν καὶ ὁμονοεῖν κοινὸν ἀμφοτέρων. ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐπὶ τῶ ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῶ οἴκω συναρμογᾶς· συντίθεταί τε καὶ συντάσσεται, σπωδᾶς [c] καὶ παιδιᾶς ποτὶ λόγον ἐς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας, καὶ λύπας δὲ καὶ ἀδονᾶς καὶ εὐτυχίας καὶ ἀτυχίας. Χρῄζει γὰρ ὁ βίος τυγχάνεν καὶ ἀνέσιος καὶ ἐπιτάσιος, καὶ σκυθρωπότατος καὶ διαχύσιος, καὶ εὐτυχίας καὶ ἀτυχίας. ἃ μὲν γὰρ συνέχεν καὶ συνάγεν δύναται τὸν νόον ἐς τὰν εὐμαχανίαν καὶ ἐς τὰν φρόνασιν, ἃ δ' ἄμπαυσιν καὶ διάχυσιν παρεχόμενα καινότερον καὶ εὔψυχον αὐτὸν αὖ παρασκευάζοντι ποτὶ τὰς πράξιας. εἰ δὲ τὸ ἓν τούτων ἐνδυναστεύοι κατὰ τὸν βίον, ἑτερομερής τε καὶ ἑτεροκλινὴς γίνεται ὁ βίος, ὅκα

---

lendis paribus atque æqualibus. Sciendum igitur est, his opponi posse quæ metum hominibus incutiant, et quæ verecundiam, et quæ desiderium : metum quidem legum, verecundiam autem deorum, desiderium denique ingenuarum artium. Quocirca jam ab ineunte ætate pueri sunt deorum cultu et legum observantia imbuendi : ex his enim appareat, omnem actionem humanam vitamque sancte et per virtutem actam etiam felicem fore.

2. Mihi quidem Cliniæ Pythagorici dictum admodum probatur, qui interrogatus, quando res cum uxore esset habenda, respondit : Cum maxime lædi voles.

7.

E CRITONIS VEL DAMIPPI PYTHAGOREI LIBRO DE PRUDENTIA ET FELICITATE.

I. Prudentia et bona fortuna sic se habent altera ad alteram, ut prudentia res dicenda et rationis particeps sit, quandoquidem ordinatum quiddam ac definitum est; bona autem fortuna res tacenda et rationis expers sit, quia inordinatum atque indefinitum quiddam est. Illa prior est dignitate et potentia, hæc utroque nomine posterior : nam ut illa gubernare ac determinare, ita gubernari hæc ac determinari solet. Junguntur tamen etiam, utraque et prudentia et fortuna in unum cocunte. Semper enim natura dicenda et ratione prædita habere debet, quod terminet atque componat, tacenda et rationis expers, a quo terminetur et componatur debet habere. Sic enim et infinitæ et finientis naturæ ratio per omnia se habet, ut quæ quidem infinita sint ab iis quæ ratione et prudentia semper valeant finiantur et componantur, propterea quod materiæ et substantiæ locum tenent : quæ autem finiunt per sese composita et finita sint, quia artis et efficientis causæ locum obtinent.

II. Harum porro naturarum in variis rebus facta compositio magnam et variam peperit compositorum differentiam. Namque in universo utriusque tam semper mobilis quam semper patibilis naturæ compositio mundus est : neque enim aliter rerum compages et universitas salva posset manere, nisi genitum cum divino et semper patibilis portio cum semper mobili essent copulata. In homine vero partis animi ratione carentis cum rationis compote concordia fit virtus. Nam hic quoque, partibus utrimque dissidentibus, virtus exsistere non potest. Similiter in civitate principum cum civibus conjunctio potentiam et concordiam efficit : quippe ut imperium potioris proprium est, ita obtemperatio deterioris, potentia autem et concordia ad utrosque pertinet. Jam idem in universo et in familia concinnitatis modus est, quæ componitur et constituitur, seriis et jocis, tristibus et lætis, prosperis et adversis rationi convenienter in unum cocuntibus. Requirit enim vita tum remissionem et intentionem, tum mœsti-

μὲν ἐπὶ τὸ σκυθρωπόν τε καὶ χαλεπὸν καταφερόμενος, ὄκα δὲ ἐπὶ τὸ ἀνειμένον καὶ κοῦφον. Ἁ δὲ συναρμογὰ τούτων ἁπάντων ὀφείλει γίνεσθαι ποτὶ τὰν φρόνασιν· αὕτα [d] γὰρ ἁ διενεργοῖσά ἐντι τό τε ἄπειρον καὶ τὸ περαῖνον ἐν ταῖς πράξισι, διόπερ καὶ τᾶν ἀλλᾶν ἀρετᾶν αὕτα καὶ [e] ἀγεμών ἐντι καὶ μάτηρ. πᾶσαι γὰρ ποτὶ τὸν λόγον καὶ νόμον τὸν ταύτας συναρμοσμέναι τε καὶ συντεταγμέναι τυγχάνοντι. Περαίνεται δὴ ὁ λόγος ἤδη μοι κατ' εὐθεῖαν. τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἐνι, καὶ τὸ μὲν ὁρίζει καὶ περαίνει, τὸ δὲ ὁρίζεται καὶ περαίνεται, τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκείμενον ἅ τε τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συναρμογά ἐντι.

(Stobæus Flor. III, 75. Posui : [a] οὔ κα ἐνδέχετο; codd. οὐκ ἐνδέχετο· [b] τῶν ἀρχομένων; libri τῶν μὲν ἀρχομένων. [c] σπωδὰς καὶ παιδιᾶς cum Hirschigio; membranæ ἐπῳδὰς καὶ παιδείας. [d] αὕτα; libri αὐτὰ. [e] αὕτα καὶ; libri αὖτ' ἀν.)

γ'. Ὁ γὰρ θεὸς οὕτως ἐτεγνάσατο τὸν ἄνθρωπον, δηλόμενος [a] αὐτὸν μήτ' ἀδυνάτως ἔχεν ποττὰν τῶν καλῶν ὁρμάν, μήτε μὰν πάλιν ἀπροαιρέτως. ἀρχὰν γὰρ αὐτῶ ἐνεφύτευσε τοιαύταν, ἅτις καὶ τὸ δυνατὸν ἅμα περιέχει καὶ τὸ προαιρετόν, ἵνα τᾶς μὲν δυνάμιος καὶ κατοχᾶς τῶν ἀγαθῶν αὐτὸς αἴτιος ᾖ, τᾶς δ' ἐπὶ ταῦτα παρορμάσιος καὶ κατ' ὀρθὸν λόγον ὁπαδήσιος, ὁ θεός. Καὶ διὰ τοῦτο ἀναθροῦντα [b] αὐτὸν ἐποίησεν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ πάντων [c] νοατικόν, καὶ ὄψιν αὐτῶ ἐνέφυσε τοιαύταν, τὸν προσαγορευόμενον νόον, ᾧ τὸν θεὸν ὄψεται. οὔτε γὰρ ἄνευ θεῶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ κάλλιστον ἦν εὑρεῖν, οὔτ' ἄνευ νόω ἰδεῖν τὸν θεὸν αὐτόν, ἐπειδὴ πᾶν τὸ θνατὸν φύσιν ἔχει μετ' ἀῤῥοσύνας συγγενέος ῥιζοῦσθαι· καὶ ταύταν οὐχ ὁ θεός ἐντι ὁ δωρούμενος, ἀλλ' ἁ τᾶς γενέσιος ὠσία καὶ τᾶς αὐτῶν ψυχᾶς ἁ προαίρεσις.

(Stobæus Eclog. lib. II. cap. 8, p. 350 ed. Heeren; vol. II, pag. 651 ed. Gaisford. Reposui : [a] δηλόμενος; codd. δηλούμενος. [b] ἀναθροῦντα; libri ἀναθρώσκοντα. [c] καὶ πάντων; membranæ καὶ αὐτὸν.)

8.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΩΛΟΥ ΛΕΥΚΑΝΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

Δοκεῖ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε καὶ τιθάναν τᾶν ἀλλᾶν ἀρετᾶν προσειπέν· ἄτερ γὰρ ταύτας οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀνδρῆον, οὔτε φρόνιμον οἷόν τε ἦμεν. Ἁρμονία γάρ ἐντι καὶ εἰράνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυθμίας. Δηλοφανέστερον δέ κα γένοιτο τὸ ταύτας κράτος ἐτάζουσιν ἁμῖν τὰς ἄλλας ἕξιας. μερικὰν γὰρ ἔχοντι αὗται [a] τὰν ὠφέλειαν καὶ ποθ' ἕν [b], ἁ δὲ ποθ' ὅλα τὰ συστάματα καὶ ἐν πλάθει. Ἐν κόσμω μὲν ὦν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῖσα πρόνοιά τε καὶ ἁρμονία καὶ δίκα καὶ νόος [c] τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιξαμένω· ἐν πόλι [d] δὲ εἰράνα τε καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται· ἐν οἴκω δ' ἐντὶ ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναικὸ

---

tiam et hilaritatem, tum prosperam fortunam et adversam. Nam res adversæ contrahere animum ingeniique vim ad industriam ac prudentiam convertere possunt, prosperæ quietem et voluptatem animo afferentes recentiorem promptioremque ad actiones eum reddunt. Quodsi alterutrum solum in vita superet, nimium in alteram partem verget atque inclinabit, aut ad tristitiam et molestiam proclivior, aut ad negligentiam et levitatem. Cæterum concinna horum omnium conjunctio ad prudentiæ normam dirigi debet : hæc enim actionum et infinitam et finitam naturam efficit, ideoque etiam reliquarum virtutum dux et mater est : quia omnes virtutes ad hujus præscriptum et regulam compositæ constitutæque sunt. De reliquo mea oratio hic recte finitur. Nam res irrationalis itemque res dicenda omnibus ita continentur, ut altera determinet ac finiat, altera determinetur ac finiatur. Quamobrem quod ex utraque constat rerum compagis atque universitatis concinnitas est.

III. Etenim deus sic hominem fabricatus est, quia volebat, cum nec potestate nec voluntate ab honestarum rerum studio abhorrere. Namque tale principium illi ingenuit, quod et potestatem simul et voluntatem contineret, ut potestatis quidem et possessionis bonorum ipse auctor sit, appetitus autem et justi desiderii deus. Quocirca in cœlum eum erectum finxit omniumque rerum intelligentem, visumque talem indidit, qui mentis nomine appellatur, cujus ope deum conspiceret. Nam neque sine deo optimum et honestissimum consequi licebat, neque sine mente deum ipsum videre, quandoquidem omne mortale ingeneratæ imprudentiæ adhærescere solet, non tam dei munere, quam ortus proprietate et animi impetu.

8.

E POLI LUCANI PYTHAGOREI LIBRO DE JUSTITIA.

Justitia inter homines videtur mihi reliquarum virtutum mater et nutrix appellanda, siquidem sine ea neque temperantem, neque fortem, neque prudentem cuiquam esse licet. Est enim animi totius cum concinnitate pax atque harmonia. Fiet autem ejus vis manifestior, si cæteros habitus consideraverimus. Ut enim hi ex parte atque ad unum aliquid prosunt : ita illa ad integros cœtus constituendos atque in hominum multitudine valet. In mundo igitur ipsa omnem principatum obtinens providentia et harmonia et jus et mens dei cujusdam, a quo cuncta ita descripta sunt, vocatur : in civitate autem pax et æquitas merito nominatur : in domo vero mutua mariti et uxoris

ποτ' ἀλλάλως ὁμοφροσύνα, οἰκιτᾶν δὲ ποτὶ δεσπότας εὔνοια, δεσποτᾶν δὲ ποτὶ θεράποντας καδεμονία· ἐν σώματι δὲ πρᾶτα μὲν καὶ ἅπασιν ἀγαπατότατα ζώοις ἅ τε ὑγίεια καὶ ἀρτιότας· ἐν δὲ ψυχᾷ σοφία ἁ ἐκ τᾶς ἐπιστάμας τε καὶ δικαιοσύνας γενομένα παρ' ἀνθρώποις. Αἱ δ' αὔτα[c] τὸ ὅλον καὶ τὰ μέρεα οὕτω παιδαγωγεῖ τε καὶ σώζει ὁμόφρονα καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις ἀπεργαζομένα, πῶς οὐ μάτηρ καὶ τιθάνα πασᾶν τε καὶ πάντων παμψαφεί κα λέγοιτο;

(Stobæus Flor. IX, 54. Posui :[a] αὖται; codd. αὐταὶ. [c] ἓν cum Orellio; libri ἕνα. [e] νόος: libri νοῦς. [d] πόλι; codd. πόλει. [e] αἱ δ' αὔτα, libri ἥ δ' αὐτὰ.)

9.

ΔΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΝΗΣ.

Τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως[a] εὐδαίμων ζωά; καὶ τίνας ποκὰ χρὴ κρίνεν εὐδαίμονας; ἢ νὴ Δία τὼς σκάνεος καλλονὰν ἔχοντας, δῶραμα φύσιος; τούτως γὰρ ὡς ἔνι μασσότατα[b] οἱ πλεῖνες ὡς θεὼς ἢ θεῶν ἱδρύματα ὑποτρέχοντι[c] καὶ θεραπεύοντι, θρησκεύοντες οὐ καλὰν θρησκείαν. Καὶ ὄντως ἔμοιγε κατοπτίλλεται ἔχεν τι σεμνὸν καὶ θαυμασμῶ ἄξιον. τὼς μὲν γὰρ ἀτέρως τῶν ἀνθρώπων χάριν ἀπαιτεῦντι οἱ εὖ ἔρξαντες, τοῖς δ' εὐμόρφοις τοὐναντίον οἱ εὐεργετήσαντες χάριν ἔχοντι, ὅτι καὶ ὑπέμειναν εὖ παθὲν[d] ὑπ' αὐτῶν. Τούτως ὧν εὐδαίμονες[e] οἶδα ὅτι ἔμμεν δοκεῦντι τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν βολλομένοις[f] ὀπωρίξασθαι· ποθ' ὡς ὑπὸ νομοθέτα τοιόσδε ἀπαντασείται λόγος οὐκ ἀσυφάλως μυθεύμενος τάδε· Ἐγών, ὦ κράτιστοι ἀνδρῶν, ποτιβλέπων ἅπαντα τὰ νέα φυλακᾶς τε καὶ ἐπιμελείας δεόμενα, καθάπερ τὰ ζωΰφια[g] περὶ τὸν πρᾶτον καιρὸν τᾶς αὐξήσιος, τῷ ἀκροσφαλέως ἔχεν ποτὶ σωτηρίαν, ὑπέλαβον μὴ παρέργως δεῖν αὐτῶν με φυλάσσειν τὰν ἀσθένειαν. ὑμεῖς δέ γα, οἳ ὀριγνᾶσθε[h] σωματικᾶς ἀδονᾶς, τέλος ποιεύμενοι, καθάπερ κνώδαλα, τὸν κόρον τῶ πλατιασμῶ, οὐχ ὅτι χάριτος καὶ τιμᾶς, ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσι[i] δικαίως ἐστὶ ἄξιοι τυγχάνεν, διὰ τᾶς αὐταυτῶν ἀκολασίας ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐς ζωὰν[k] ἐλευθέρων παίδων.

(Ἐν ταυτῷ.) Ἃ δέ γα εὐμορφία τοῖς ποτοκέλλουσιν[l] ἀδονὰς παρέχει, ποθερπύζοισα καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραφὰ ἢ ἄτερον χειρόκματον ἐπίτευγμα. Διὸ κἂν θέλοιμι ἔγωγα ἄτερον ἔχεν τὸ κάλλος ἢ αὐτὸς ἦμεν εὔμορφος· ὥσπερ καὶ οἶνον πιὲν ἀδὺν καὶ πολύωρον, ἢ αὐτὸς ἦμεν οἶνος,[m] καὶ χιλὸν ποτιφέρεσθαι ἀδὺν καὶ ἀμπέχεσθαι ἀμπεχόναν καλάν, ἢ ἦμεν αὐτὸς χιλὸς ἢ ἀμπεχόνα. Ἀλλ' ὑποδραμών τις σχεδὸν φάσει· ἀλλ' ἐγὼ χαίρων ἐπὶ τᾷ ἐμαυτῶ εὐμορφία ταύτα καὶ ἀτρεκέως ἀγάλλομαι.[n] Ποθ' ὃν ὑποβλήδαν φατίξω[o] πάλιν· Ἀγάλλευ, μειράκιον, εὐδαίμονα μὲν γὰρ οὐκ ἔχω ὅπως τυ φατίξω[p] ναμερτέως μυθεύμενος.

(Stobæus Flor. LXV, 16-17. Scripsi :[a] τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων ζωά; cum Valc-

---

concordia, famulorum erga heros benevolentia, dominorum de famulis cura : præterea in corpore, quæ prima sunt et omnibus animalibus carissima, sanitas ac membrorum integritas : in animo denique sapientia quæ inter homines e scientia et justitia constat. Quum igitur hæc virtus totum simul ac singulas partes ita moderetur et conservet, ut mutuam earum concordiam et concentum efficiat, quomodo non mater et nutrix qua virtutum qua rerum omnium cunctorum suffragiis dicatur?

9.

DII PYTHAGOREI E LIBRO DE PULCHRITUDINE.

Quænam vitæ agendæ ratio dicenda est vita vere beata? et qui mortalium beati prædicandi? illine per Jovem, qui corporis pulchritudine præditi sunt naturæ dono? Hos enim plurimi tanquam deos aut deorum delubra quam maxime colunt et venerantur, obsequia iis præstantes haud sane laudanda. Et revera mihi videtur pulchritudo nescio quid reverendum et admiratione dignum continere. A cæteris enim hominibus qui eis benefecerunt gratiam reposcunt, formosis vero contra ipsi beneficiorum auctores gratiam habent, quod ea accipere ab ipsis sustinuerint. Hos igitur scio beatos esse videri illis qui istorum pulchritudine frui volunt : quibus talis a legumlatore profecta oratio non male in hunc modum respondebit : « Quum videam, viri optimi, omnes puerulos custodia ac diligentia indigere, haud secus atque bestiolas primo incrementi tempore, propterea quod de salute sua periclitentur, existimavi non levem infirmitatis eorum mihi curam agendam esse. Vos autem qui corpoream voluptatem desideratis, finem belluarum instar libidinis satietatem vobis proponentes, non solum nulla gratia et honore digni estis, sed præter pœnam etiam in reprehensionem merito incurratis, quoniam vestra intemperantia ingenuorum puerorum in vitam sordes introducitis. »

(*In eodem libro.*) Quippe pulchritudo aspicientibus voluptatem affert, tanquam statua aut pictura aut aliud opus affabre factum occurrens. Quamobrem malim equidem alium pulchritudine excellere, quam ipse formosus esse, et vinum suave ac vetustum bibere, quam ipse vinum esse, et suavem sumere cibum et veste indui pulchra, quam ipse vel cibus vel vestis esse. Sed blandis verbis aliquis fere objiciet : At ego mea pulchritudine lætus vere ea etiam superbio. Cui equidem interrupto sermone responderim : Superbi tu quidem, adolescens, non possum tamen te beatum prædicare, si verum dicendum est.

kenario epist. ad Rœver. Opp. tom. I, p. 381; libri τίς ἀγὼν ἢ βιοτᾶς ὄντως ναμερτᾶς εὐδαίμων ζωά; [b] μασσότατα; codd. μασσότερον. cf. Maittaire de Dial. p. 188. [c] ὑποτρέχοντι καὶ θεραπεύοντι cum Gesnero; membranæ ὑπερέχουσι καὶ θεραπεύουσιν· [d] παθὲν; libri παθεῖν. [e] τούτως ὧν εὐδαίμονες οἶδα ὅτι ἔμμεν; libri τουτέως οὖν εὐδαίμονας οἶδα τᾷ ἔμμεν. [f] αὐτῶν βολλομένοις cum Toupio apud Schæfer. ad Greg. Corinth. p. 192; codd. αὐτοῖς βαλλομένοις. [g] ζωῦφια cum Meinekio; libri ζωόφυτα. [h] ὑμεῖς δέ γα, οἳ ὀριγνᾶσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς cum Sopingio ad Hesych. v. Ἀρόχεται et Kœn. ad Greg. Corinth. p. 247; libri ὑμεῖς δέ γ' ἃ ὀριγνᾶσθ' ἀρωματικᾶς ἀδονᾶς vel ὀρίγνεσθαι ἀρωματικᾶς. [i] κολάσι; libri κολάσει. [k] ἐς ζωὰν ἐλευθέρων cum Salmasio, nisi quòd ille poetas partemque Dorum secutus ἐν ζωᾷ posuit (cf. Ahrens. de dial. Dor. p. 359); codices ἐν ζωᾷ ἀνελευθέρων. [l] ποτοχέλλουσιν i. e. προσορῶσιν ab inusitato ὄχελλος quod pro ὀφθαλμός in Magna Græcia videtur invaluisse. Confer Annotationes ad Ocellum. [m] οἶνος cum Meinekio; codd. βουνός. [n] χαίρων ἐπὶ τᾷ ἐμαυτῶ εὐμορφίᾳ ταύτᾳ καὶ ἀτρεκέως ἀγάλλομαι; libri χαίρω ἐπὶ τᾷ ἐμαυτῶ εὐμορφίᾳ τῷ καὶ ἀτρεκῶς ἀγάλλεσθαι. [o] φατίξω; libri φατίζω. [p] φατίζω; libri φατίζω.)

10.

ΒΡΥΣΩΝΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Οὕτως ἔχει ποτ' ἄλλαλα τἀνθρώπινα πράγματα, καθάπερ καὶ τᾶς ἁλύσιος τοὶ κρίκοι. τᾶνοί τε γὰρ ἐξ ἀλλάλων ἄρτηνται, ἀλλάλοις τ' ἀκολουθίοντι, καὶ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἑλκυσθέντος ὁποίου δή ποκα τό τε ὅλον καὶ τὰ ἐξ ἀρχᾶς ἀκολουθεῖ· καὶ τῶν τῶ βίω δὲ πραγμάτων ὁποῖα ἂν βούλῃ ἑλέσθαι, εὑρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκας κατὰ τὸ ἑξῆς ἀλλάλοις ἑπόμενα. Αὐτίκα γάρ, εἰ τὰ κατὰ γεωργίαν τις ἐπιτηδεύοι, ἆρ' οὐ πρᾶτον ἦμεν δεῖ τεκτονικάν; εἰ τεκτονικάν, δεῖ δὴ χαλκευτικάν· εἰ χαλκευτικάν, δεῖ δὴ μεταλλευτικάν. ἀλλ' ἵνα ἀγραυλεῖν δυνατοὶ ὦντι, δεῖ σκέπαν ἦμεν τὰν περὶ τὸ σῶμα· τοιγαρῶν [a] ὑφαντικᾶς καὶ οἰκοδομικᾶς ἔντι χρεία. Καὶ τἄλλα δὲ πάντα μαστευόμενος καὶ ἀνερευνῶν οὕτως εὑρήσεις ἔχοντα ποτ' ἄλλαλα.

Δοῦλος δὴ πᾶς ὀνυμαίνεται [b] τριχῶς· ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίνεται [c], ὁ δὲ κατὰ φύσιν [d], ὁ δὲ καττὸν τρόπον τᾶς ψυχᾶς, ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τᾶς ψυχᾶς. ὁ δὲ τοιοῦτος οὐχ ἁπλῶς δοῦλος οὐδὲ τᾷ φύσι [e] δοῦλος, ἀλλὰ τῶν παθῶν δοῦλος καὶ ἐν καταχρήσι [f] δοῦλος, καὶ μᾶλλον μοχθηρὸς ἄνθρωπος ἢ δοῦλος κατὰ φύσιν. κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος ὁ δυνάμενος αὐτάρκως τὰς διὰ τῶ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις καὶ ἐν τῷ ὁδοὺς πορευθῆναι καὶ φορτία βαστάξαι καὶ κακοπαθείας καὶ διακονίας ὑπομένειν, μήτε δὲ ἀρετὰν μήτε κακίαν ἐπιδεχόμενος ψυχικάν.

(Stobæus Flor. LXXXV, 15. Reposui: [a] τοιγαρῶν; codd. τοιγαροῦν. [b] δοῦλος δὴ πᾶς ὀνυμαίνεται cum Gaisfordo; libri οὕτως δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἄγρα vel ὑμῖν ἔγρετε. [c] γίνεται; codd. γίγνεται. [d] ὁ δὲ κατὰ φύσιν cum Orellio; deest in membranis. [e] οὐδὲ τᾷ φύσι; libri οὐδὲ ὁ τᾷ φύσει. [f] καταχρήσι; codd. καταχρήσει.)

11.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΑ ΛΑΚΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΟΙΚΩΝ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

α'. Τὸν μὲν ὦν οἶκον [a] ὑπολαπτέον ἦμεν σύσταμα

10.

BRYSONIS FRAGMENTUM EX ŒCONOMICO.

Eo modo res humanæ invicem se habent, quo catenæ annuli, qui mutuo complexu hærent seque invicem sequuntur: quod si unum ex iis, quemcunque tandem, attrahas, tota catena cum suo principio consequetur. Ita etiam quæcunque vitæ negotia tibi sumas, reliqua necessario deinceps sequi videbis. Verbi gratia, si quis agriculturæ studeat, nonne prius haberi oportet artem fabrorum lignariorum, et ante illam ærariorum? quam rursus metallicorum ars præcedat necesse est. Sed ut rusticari possint agricolæ, corporum tegumentis indigent: ad quem finem textores ac domuum structores adesse convenit. Sic et cætera omnia, si quæras et scruteris, inter se connexa reperies.

Servus igitur omnis tripliciter nominatur: alius enim ex præscripto legum servus fit, alius natura, alius propter animi habitum, quoniam propriis animi affectibus vincitur. Est autem talis neque simpliciter servus neque natura servus, sed affectuum servus et per abusum vocabuli servus, et homo magis improbus quam servus natura. Cæterum natura servus est qui corporis functiones dominis præstare prolixe potest, itineribus faciendis, oneribus portandis, laboribus et ministeriis tolerandis, interim neque virtutem animi neque vitiositatem accipiens.

11.

CALLICRATIDÆ LACONIS PYTHAGOREI EX LIBRO DE FAMILIARUM FELICITATE.

I. Familiam igitur existimandum est esse communem

2. Τινὲς τῶν ἀριθμῶν ἀρχὴν ἀπεφήναντο τὴν μονάδα, τῶν δὲ ἀριθμητῶν τὸ ἕν, τοῦτο δὲ σῶμα τεμνόμενον εἰς ἄπειρον· ὥστε τὰ ἀριθμητὰ τῶν ἀριθμῶν ταύτῃ διαλλάττειν ἢ διαφέρει τὰ σώματα τῶν ἀσωμάτων. Εἰδέναι δὲ καὶ τοῦτο χρή, ὅτι τῶν ἀριθμῶν εἰσηγήσαντο τὰς ἀρχὰς οἱ μὲν νεώτεροι τήν τε μονάδα καὶ τὴν δυάδα, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πάσας παρὰ τὸ ἑξῆς τὰς τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν ἄρτιοί τε καὶ περιττοὶ νοοῦνται.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 2, 9 pag. 20 ed. Heer. Locum hunc atque item sequentem qui in Stobæi codicibus Moderati fragmento subjiciuntur eidem philosopho tribui, etsi eos ex illius libris depromtos esse non constat. Interesse aliquid inter unum et unitatem sive τὸ ἓν et τὴν μονάδα sæpius annotarunt Pythagorei. Id vero Anonymus de vita Pythag. p. 44 ed. Holsten. sic explicat: ὅτι διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἕν· μονὰς μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα, ἓν δὲ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς (leg. ἀριθμητοῖς i. e. αἰσθητοῖς), ὁμοίως καὶ δύο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς. Est igitur unitas intelligibile, unum sensibile principium, ideoque monas notio universalis, unum rei singularis notio habetur. Ultima verba in quibus Πυθαγόρειοι e codice Monacensi cum Gaisfordo posui paulo obscuriora sunt. Sensum esse arbitramur, Pythagoreis non monadem et dyadem, sed omnino parem atque imparem numerorum rationem principia esse visa. Sunt enim αἱ τῶν ὅρων ἐκθέσεις, δι' ὧν οἱ ἄρτιοι καὶ περιττοὶ νοοῦνται Pythagoreorum dogmata quibus paris et imparis numeri natura aperitur. Cæterum Pythagoreos intelligit antiquos Samii philosophi assectatores, quibus opponuntur recentiores, hoc est Plato hominesque ex ejus

---

9. Consolatio maximum est remedium tristitiæ, luctum tollens iramque atque omnia mala in oblivionem adducens. Sed hæc quoque scite dicta sunt: « Mœrenti quidem benevolus amici sermo remedium est, nimis stulte vero se gerenti reprehensio. »

10. Delphini, quoad undæ suppeditant, comitantur natantes, in littus vero nunquam egrediuntur. Sic adulatores in rebus secundis manent, sicut qui amicos peregrinationem suscipientes, dum via plana est, deducunt, quum asperior esse incipit, recedunt.

MODERATI PYTHAGOREI FRAGMENTA.

1. Est autem numerus, ut verbo dicam, monadum congeries, vel progressus multitudinis a monade incipiens, simulque regressus in eam desinens: monadem porro definit quantitas, quæ decrescente multitudine deminutioni convenienter omni numero privata quietem ac statum accipit. Siquidem ultra quantitatem regredi monas non valet. Quocirca monas vel quod stet atque immota æquabiliter eodem statu maneat, vel quod a multitudine sit separata atque omnino distincta, recte sic vocatur.

2. Nonnulli numerorum principium dixerunt monadem, eorum vero quæ numerantur, unum: corpus autem id esse quod in infinitum secari potest, ut adeo quæ numerantur a numeris hoc pacto differant, quo a corporibus incorporea. Hoc quoque sciendum est, numerorum initium recentiores quidem statuisse monadem ac binarium numerum, Pythagoreos autem omnes deinceps disciplinæ formulas, quarum ope numeri et pares et impares cogitatione comprehenduntur.

disciplina profecti. Quippe hunc monadem ac dyadem rerum principia esse voluisse testatur Aristoteles Phys. lib. I cap. 6.)

3. Πυθαγόρας πλείστῃ σπουδῇ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐχρήσατο, τάς τε τῶν ζῴων γενέσεις ἀνῆγεν εἰς ἀριθμοὺς καὶ τῶν ἀστέρων τὰς περιόδους. Ἔτι δὲ τοῖς θεοῖς ἀπεικάζων ἐπωνόμαζεν, ὡς Ἀπόλλωνα μὲν τὴν μονάδα οὖσαν, Ἄρτεμιν δὲ τὴν δυάδα, τὴν ἑξάδα Γάμον καὶ Ἀφροδίτην, τὴν δὲ ἑβδομάδα Καιρὸν καὶ Ἀθηνᾶν, Ἀσφάλειον δὲ Ποσειδῶνα τὴν ὀγδοάδα, καὶ τὴν δεκάδα Παντέλειαν. Αὐτοῦ δὲ πάλιν τοῦ ἀριθμοῦ τὸν μὲν ἄρτιον ἀτελῆ, πλήρη δὲ καὶ τέλειον ἀπεφήνατο τὸν περιττόν, ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον ἀεὶ ποιεῖ [a] περικρατεῖν τὸν ἐξ ἀμφοῖν περισσόν, αὐτῷ τε πάλιν συντιθέμενος γεννᾷ τὸν ἄρτιον, ὁ δ' ἄρτιος οὐδέποτε τὸν περισσόν, ὡς οὐ γόνιμος ὢν οὐδὲ ἔχων δύναμιν ἀρχῆς. Ὥστε ἐν τῷ διαιρεῖσθαι δίχα πολλοὶ τῶν ἀρτίων εἰς περισσοὺς τὴν ἀνάλυσιν λαμβάνουσιν, ὡς ὁ τεσσαρεσκαίδεκα [b], τῶν δὲ περισσῶν εἰς ἀρτίους οὐδείς. Ἀδιαίρετον γὰρ ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ στοιχεῖον εἰς ἕτερα· τοῖς δὲ ἄλλοις εἰς τὰ αὐτὰ πάλιν αἱ διαλύσεις. Ἔτι δὲ τῇ μονάδι τῶν ἐφεξῆς περισσῶν γνωμόνων περιτιθεμένων, ὁ γινόμενος ἀεὶ τετράγωνός ἐστι τῶν δὲ ἀρτίων ὁμοίως περιτιθεμένων, ἑτερομήκεις· καὶ ἄνισοι πάντες ἀποβαίνουσιν· ἴσον δὲ ἰσάκις οὐδείς. Καὶ μὴν εἰς δύο διαιρουμένων ἴσα, τοῦ μὲν περισσοῦ μονὰς ἐν μέσῳ περίεστι, τοῦ δὲ ἀρτίου κενὴ λείπεται χώρα καὶ ἀδέσποτος καὶ ἀνάριθμος, ὡς δὴ [c] ἐνδεοῦς καὶ ἀτελοῦς ὄντος. Περὶ δὲ τοῦ κοινοῦ λόγου τῶν ἀριθμῶν τοῦτον διέξεισι τὸν τρόπον.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 2, 10 pag. 20 seqq. ed. Heer. Quisquis fuit hujus de numeris disputatiunculæ auctor, certum est eum pæne ad verbum exscripsisse quæ de eodem argumento leguntur apud Plutarchum de vita et poesi Homeri cap. 145 vol. XIV pag. 547 ed. Hutten. Sic enim ibi personatus ille Plutarchus : ὁ γὰρ Πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίστην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄστρων τὰς περιόδους, καὶ τῶν ζῴων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὡρισμένην, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριστον, δυάδα καλῶν· τὴν μὲν ἀγαθῶν, τὴν δὲ κακῶν οὖσαν ἀρχήν. Ἡ μὲν γὰρ τῆς μονάδος φύσις ἐγγενομένη, τῷ μὲν περιέχοντι εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετήν, σώματι δὲ ὑγίειαν, πόλεσι δὲ καὶ οἴκοις εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέσχε· πᾶν γὰρ ἀγαθὸν συμφωνίας οἰκεῖόν ἐστιν. Ἡ δὲ τῆς δυάδος, πᾶν τοὐναντίον, ἀέρι χειμῶνα, ψυχαῖς κακίαν, σώμασι νόσους, πόλεσι δὲ καὶ οἰκίαις στάσεις καὶ ἔχθρας ἐγέννησε· πᾶν γὰρ κακὸν ἐκ διαστάσεως καὶ διαφορᾶς γίνεται. Ὅθεν καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ· τὸν δὲ περισσόν, πλήρη τε καὶ τέλειον ἀπέφηνεν (leg. ἀπεφήνατο), ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον, ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν διασώζει, τοῦ περισσοῦ καὶ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦντος· ἑαυτῷ τε συντιθέμενος γεννᾷ τὸν ἄρτιον· γόνιμος γάρ ἐστι, καὶ ἔχει δύναμιν ἀρχῆς, καὶ διαίρεσιν οὐκ ἐπιδέχεται, ἀεὶ τῆς μονάδος ἐν αὐτῷ περιούσης. Ὁ δὲ ἄρτιος οὔτε γεννᾷ ποτε τὸν περισσόν, συντιθέμενος ἑαυτῷ, οὔτε ἐστὶν ἀδιαίρετος. Quæ autem apud Moderatum insuper dicuntur de deorum nominibus, ex aliis fontibus hausta videntur. Cf. Plutarch. de Isid. et Osir. cap. 76, vol. IX pag. 206 ed. Hutten. Nicomach. apud Phot. cod. 187 et Theol. Arithm. Neptuni cognomen explicat Plutarchus Thes. cap. 36 : καὶ γὰρ Ποσειδῶνα ταῖς ὀγδόαις τιμῶσιν· ἡ γὰρ ὀγδοάς, κύβος ἀπ' ἀρτίου πρῶτος οὖσα, καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, ὃν Ἀσφάλιον (al. Ἀσφάλειον) καὶ Γαιήοχον προσονομάζομεν. Aliter Cornutus de natura deor. p. 125 ed. Osann.: Κατ' ἄλλον δὲ τρόπον γαιήοχος λέγεται ὁ Ποσειδῶν καὶ θεμελιοῦχος ὑπό τινων· καὶ δύουσιν αὐτῷ ἀσφαλείῳ πολλαχοῦ, ὡσανεὶ ἐπ' αὐτῷ κειμένου τοῦ ἀσφαλῶς ἑστάναι τὰ οἰκήματα ἐπὶ τῆς γῆς καὶ αὐτοῦ δέοντος (leg. αὐτοῦ δὴ ὑπόντος). Hinc corrigendus Anatolius in Theol. Arithm. p. 56, qui ἡ ὀγδοάς, inquit, ἀσφάλεια καλεῖται, ubi flagitatur Ἀσφάλειος. Vid. et Henr. Stephanum in Thesauro. Extrema ἔτι δὲ τῇ μονάδι τῶν ἐφεξῆς κτλ. illustrantur Joannis

3. Pythagoras summo studio circa numeros versatus est, quippe qui animalium quoque ortus et siderum circuitus ad numeros rettulerit. Diis etiam illos comparans nomina iis indidit, ut Apolliuem monadem vocavit, Dianam dyadem, senarium numerum Connubium et Venerem, septenarium Occasionem et Minervam, Neptunum Tutorem octonarium, decadem autem Perfectionem. Ex ipsis porro numeris parem imperfectum, imparem vero plenum ac perfectum appellavit, quoniam si hic additur pari semper ex utroque ut impar victor prodeat facit; cum vero sibi ipse jungitur, producit parem; par contra numerus nunquam imparem, quod neque fecundus est neque vim principii habet. Quamobrem in bipartita divisione multi parium in impares solvuntur, verbi causa quattuordecim, nullus autem imparium in parem. Ipsum enim principium atque elementum in alia dividi nequit; reliqui autem omnes in eadem elementa dissolvi possunt. Porro si monadi unus e sequentibus numeris imparibus additur, prodit semper numerus quadratus; addito vero pari, prodeunt tantum impares et inæquales; nunquam vero numerus quadratus. Quin etiam numeris æqualiter in binas partes divisis, in imparibus in medio semper superest monas, in paribus vero vacuus relinquitur locus a nemine occupatus numeroque carens, quia par numerus indigus scilicet atque imperfectus est. De communi igitur numerorum ratione sic disseruit.

Philoponi testimonio ad Aristot. Phys. lib. III p. 131, qui omnes numeros impares γνώμονας vocatos esse scribit : Καὶ οἱ ἀριθμητικοὶ δὲ γνώμονας καλοῦσι πάντας τοὺς περιττοὺς ἀριθμούς. Ad quem locum Simplicius : γνώμονας δὲ ἐκάλουν τοὺς περιττοὺς οἱ Πυθαγόρειοι, διότι προστιθέμενοι τοῖς τετραγώνοις, τὸ αὐτὸ σχῆμα φυλάττουσι, ὥσπερ καὶ οἱ ἐν γεωμετρίᾳ γνώμονες. Cf. Tiedemann. *Geist der speculat. Philos.* p. 107 seq. Denique quod ad verborum scripturam attinet, tribus locis membranarum lectiones emendavi. Namque [a] ποιεῖ posui, quia ποιεῖται περιχρατεῖν græcitas respuit. Possis etiam pro περιχρατεῖν e libro Plutarcheo hic reponere ἐπιχρατεῖν. [b] ὡς ὁ ἑξαίδεκα mutavi in ὡς ὁ τεσσαρεσκαίδεκα. Scriptor enim probaturus numeros pares dividendo resolvi in impares, minime apto utitur exemplo ὡς ὁ ἑξαίδεκα, cujus dimidium est octo, ut uterque numerus par sit. Quare τεσσαρεσκαίδεκα exaravi, cujus dimidium septem numerum imparem efficit. [c] ὡς ἂν in ὡς ὃ converti.)

ΕΚ ΤΩΝ ΒΟΥΘΗΡΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΘΜΩΝ.

Ἀριθμὸς ἐκ μονάδων σύγκειται, ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῶν ὄντων καὶ μέτρον καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀγέννητον καὶ ἄϊδιον καὶ μόνον καὶ εἰλικρινές· ὃ χωρὶς τῶν ἄλλων ἐστί, καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτό, καὶ ἀρχὴ καὶ πρώτη φύσις. Καὶ ὅτι μαθεῖν αὐτὸ ἔξεστι μηδ' ἄλλο διορισαμένῳ, ὃ μόνον ἐστὶν εἰλικρινὲς καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτό, ὂν ἄλλον [a].

Ὁ περισσὸς τοῦ ἀρτίου τελειότερός ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσον ἔχει, ὁ δὲ τοῦ μέσου ἐστέρηται [b]. Καὶ ὁ μέν, ὁπότ' ἂν γένηται [c] ἀνὰ λόγον καὶ πρὸς μονάδα, ταῖς αὑτοῦ χώραις καταλαμβάνει τὰ ταῖς γραμμαῖς περιεχόμενα σχήματα [d]· ὁ δ' ἐν οἰκείᾳ μὲν γιγνόμενος [e] οὐδέποτε περαίνεται, ὅταν δ' ἐν περισσῇ γένηται, αὐτός τε πέρατος τυγχάνει καὶ τὴν πλευρὰν λόγον ἔχουσαν ἴσχει.

Τὸ ἓν οὐσία καὶ φύσις καὶ νοῦς καὶ πλήρωμα· ἀρχὴν γὰρ καὶ μέσον καὶ πέρας ἔχον ἐστί. Καὶ τὰ ἄλλα [f] τούτου μετείληφεν ἃ ἔστι, καὶ νοεῖται τῇ τούτου φύσει ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἄλλων εἰλικρινούμενον, καὶ εἰκών τε καὶ εἴδωλα τοῦ ἑνὸς γιγνόμενα.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 2, 5, pag. 12 seqq. ed. Heeren. Scripsi : [a] καὶ ὅτι μαθεῖν αὐτὸ ἔξεστι μηδ' ἄλλο διορισαμένῳ, ὃ μόνον ἐστὶν εἰλικρινὲς καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτό, ὂν ἄλλον; codd. καὶ μαθεῖν αὐτὸ μηδ' ἄλλο διορισάμενος [ὃ] μόνον ἐστὶν εἰλικρινὲς αὐτὸ δηλοῦν. [b] ἐστέρηται; codd. στερεῖται. [c] ὁπότ' ἂν γένηται ἀνὰ λόγον καὶ πρὸς μονάδα; codd. ὁπότ' ἂν γεννῶνται ἀνὰ λόγον καὶ πρὸς μονάδας. [d] καταλαμβάνει τὰ ταῖς γραμμαῖς περιεχόμενα σχήματα; codd. καταλαμβάνει τοὺς ταῖς γραμμαῖς περιεχομένους. [e] γιγνόμενος; codd. γινόμενος. [f] τὰ ἄλλα τούτου μετείληφεν; codd. τὰ ἄλλα διὰ τούτου μετείληφεν. De variis nominibus quibus Pythagorei monadem ornare solebant vide Theol. Arithm. p. 5-9. Conf. Meurs. de Denar. Pythag. cap. 3. De unitate Theol. Arithm. p. 19 : ἔστι γὰρ ποσόν τι ἡ μονάς, καὶ μονώτατον περαῖνον—σὺν γὰρ ἑτέρῳ μόνον οὐκ ἄν ποτε εἴη. Quæ sequuntur inde ab ὁ περισσὸς usque ad λόγον ἔχουσαν ἴσχει quum non cohæreant cum superiori de unitate disputatione, sed ad quæstionem de paribus et imparibus numeris spectent, recte in codice Vaticano a præcedentibus separantur. De re ipsa legendus Meursius l. c. cap. 2. Distinguebant autem Pythagorei numeros pares et impares, e quibus illos imperfectos et infinitos, hos perfectos et finitos vocabant. Id vero geometriæ ope demonstrare conabantur. Nimirum duabus lineis nullam figuram terminari, tribus terminari inter omnes constat. Quocirca hoc quoque loco dicitur numerus impar comprehendere spatiis suis figuras lineis circumscriptas, contra par, dum seorsum ab aliis suum tenet locum (ἐν οἰκείᾳ [χώρᾳ] γιγνόμενος), semper esse infinitus, sed quatenus in impari lateat, velut binarius numerus in ternario, finitus esse ac suum pro portione latus habere. Ultima τὸ ἓν οὐσία κτλ. rursus ex capite de unitate sumta esse apparet. Quapropter merito in membranis a prægresso de paribus et imparibus numeris loco sejunguntur, licet eidem auctori vin-

---

E BUTHERI LIBRO DE NUMERIS.

Numerus ex monadibus constat. Est vero monas principium rerum et mensura, res simplex, nunquam orta, sempiterna, sola, pura, a reliquis semota ac per se subsistens, initium et prima natura. Cæterum licere nulla aliarum rerum notione explicata eam rem animo perspicere, quæ sola est pura ac per se subsistit, apertum est.

Impar numerus pari præstat. Ille enim principium, finem et medium habet; hic vero medio caret. Et ille quidem, quando eadem etiam ejus ratio est quæ monadis, suis spatiis comprehendit figuras lineis circumscriptas : hic autem dum seorsum ab aliis suum tenet locum, nunquam finitur; cum vero in impari latet, ipse finitus est habetque pro portione latus.

Unum est substantia et natura et mens et summa; principium enim et medium et finem continet. Reliqua quæ exstant ejus consortia sunt, ac singula ejus vi a cæteris separata animo obversantur, quia unius exempla et imagines sunt.

dicentur. Postremo vel me tacente intelligitur πλήρωμα bene restitutum esse ab Heerenio pro codicum scriptura μήνωμα. Etenim πλήρεις Pythagoreis cum alii sunt numeri impares, tum vero ipsa unitas, cæterorum principium et fons. Vide Plutarch. de vita et poesi Homeri cap. 145, vol. XIV pag. 547 ed. Hutten.)

ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΕΣΑ ΛΕΥΚΑΝΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΘΡΩΠΩ ΦΥΣΙΟΣ.

Φύσις ἀνθρώπω κανών μοι δοκεῖ νόμω τε καὶ δίκας ἦμεν καὶ οἴκω τε καὶ πόλιος. Ἴχνια γὰρ ἐν αὐτῷ στιβαζόμενος εὕροιτό κά τις καὶ μαστευόμενος. Νόμος γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ δίκα, ἃ τᾶς ψυχᾶς ἐστι διακόσμασις. Τριχθαδία γὰρ ὑπάρχοισα ἐπὶ τριχθαδίοις ἔργοις συνέστακε. Γνώμαν καὶ φρόνασιν ἐργαζόμενος ὁ νόος, καὶ ἀλκὰν καὶ δύναμιν ἁ θύμωσις, καὶ ἔρωτα καὶ φιλοφροσύναν ἁ ἐπιθυμία. Καὶ οὕτω συντέτακται ταῦτα ποτ' ἄλλαλα πάντα, ὥστε αὐτᾶς τὸ μὲν κράτιστον ἀγέεσθαι, τὸ δὲ χεῖρον ἄρχεσθαι, τὸ δὲ μέσον μέσαν ἐπέχεν τάξιν καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι. Ταῦτα δ' οὕτως ἐμάσατο κατὰ λόγον ὁ θεὸς ἐν τᾷ ἐκτυπώσι [e] καὶ ἐξεργασίᾳ τῶ ἀνθρωπίνω σκάνεος, ὅτι μόνον ἄνθρωπον ἐνοάσατο νόμω τε καὶ δίκας ἐπιδέκτορα γενέσθαι, καὶ οὐδὲν ἄλλο τῶν θνατῶν ζώων. Οὔτε γὰρ ἐξ ἑνὸς σύσταμα κοινωνίας γένοιτό κα, οὔτε μὰν ἐκ πλειόνων, ὁμοίων δὲ τούτων· ἀνάγκα γάρ, ἐπεὶ τὰ πράγματα διαφέροντά ἐντι, καὶ τὰς ἐν ἁμῖν μοίρας τᾶς ψυχᾶς διαφόρως ἦμεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶ σώματος δράσιος καὶ ἄψιος [b] καὶ ἀκοᾶς καὶ γεύσιος καὶ ὀσφράσιος, οὐ γὰρ πάντα ποτὶ πάντα τὰν αὐτὰν ἔχει συναρμογάν· οὔτε μὰν ἐκ πλειόνων μὲν καὶ ἀνομοίων, τῶν τυχόντων μάντοιγε, ἀλλὰ τῶν ποττὰν τῶ ὅλω συστάματος ἐκπλάρωσιν καὶ σύνταξιν καὶ συναρμογὰν τυχόντων. Οὐ μόνον δὲ ἐκ πλειόνων καὶ ἀνομοίων καὶ τῶν ἐς τὸ ὅλον καὶ τὸ τέλεον τυχόντων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων οὐκ εἰκαίων καὶ ὡς ἔτυχε συνταχθέντων, ἀλλὰ μετά τινος νόμω καὶ ἔμφρονος ἐπιστασίας. Αἵ τε γὰρ τὰν ἴσαν ἐφέρετο μοῖραν καὶ δυνάμιος καὶ τιμᾶς ἀνόμοια ἐόντα, καὶ τὰ μὲν χερείονα τὰ δὲ κάρρονα, τὰ δὲ μέσα, οὐ κα ἐδύνατο [c] ἁ κατὰ ψυχὰν τῶν μερέων κοινωνία συναρμοσθῆμεν [d]· αἵ τε τὰν ἀνίσαν, μὴ τὰ κάρρονα [c] δὲ τὰν μείζονα μοῖραν ἐφέρετο, ἀλλὰ τὰ χερείονα, πολλά κα [f] ἀφροσύνα καὶ ἀταξία περὶ τὰν ψυχὰν ὑπᾶρχεν· αἵ τε τὰ κάρρονα μὲν τὰν μείζονα [g], τὰ χερείονα δὲ τὰν μείονα, μὴ ποτὶ λόγον δὲ ἕκαστον τούτων, οὐ κα ἐδύνατο [h] ὁμόνοια καὶ φιλία καὶ δικαιότας ἦμεν περὶ τὰν ψυχάν, ἐπεὶ ὧν ἕκαστον ἔν ποτὶ λόγον συντέτακται τὸν ἁρμόζοντα, τὸ τοιοῦτόν φαμι ἐγὼ δικαιότατα ἦμεν. Καὶ μὰν ὁμόνοιά τις καὶ ὁμοφροσύνα ὀπαδεῖ τᾷ τοιαύτᾳ. Τὸ δὲ τοιοῦτον δίκαιος κα λέγοιτο εὐνομία ἦμεν τᾶς ψυχᾶς, ἅτις ἐκ τῶ ἄρχεν μὲν τὸ κάρρον, ἄρχεσθαι δὲ τὸ χέρειον κράτος ἐπιφέροιτο τὰς ἀρετάς. Καὶ φιλία δὲ καὶ ἔρως καὶ φιλοφροσύνα σύμφυλος καὶ συγγενὴς ἐκ τούτων ἐξεβλάστασε τῶν μερέων. Συμπείθει μὲν γὰρ ὁ νόος ὁραυγούμενος, ἔραται δὲ ἁ ἐπιθυμία, ἁ δὲ θύμωσις ἐμπιπλαμένα μένεος, ἔχθρα ζέοισα [i] φίλα γίνεται τᾷ ἐπιθυμίᾳ. Ἁρμόζας γὰρ ὁ νόος τὸ ἀδὺ τῷ λυπηρῷ συγκαταικερώμενος, καὶ τὸ σύντονον καὶ αφοδρὸν τῷ

EX ARESÆ LUCANI PHILOSOPHI PYTHAGOREI LIBRO DE HOMINIS NATURA.

Hominis natura mihi norma tam legis quam juris pariterque domus ac civitatis videtur esse. Nam si quis eorum vestigia quærat ac scrutetur, in se ipso inveniat; siquidem lex in ipso jusque cernitur, quæ est animi conformatio. Triplex enim quum sit, triplicibus operibus intentus est. Intellectum enim et prudentiam efficit mens, vim et robur iracundia, amorem ac benevolentiam cupiditas. Atque hæc omnia inter se ea necessitudine junguntur, ut ejus optima quidem pars imperet, pessima autem pareat, media vero mediam sortem nacta partim imperet, partim pareat. Hæc autem cuncta sic sapienter deus in fingendo faciendoque corpore humano machinatus est, quod hominem solum voluit legis ac juris capacem fieri, posthabitis cæteris mortalibus animalibus. Nam neque ex uno constare posset communitas et conjunctio, neque ex pluribus similibus, (ut enim varia sunt negotia, ita partes quoque animi varias in nobis esse oportet, quemadmodum et in corpore visus, tactus, auditus, gustus, olfactus reperiuntur, quandoquidem non omnibus omnia pari modo conveniunt,) neque ex pluribus dissimilibus et quibusvis, verum ex iis quæ ad perfectam suis numeris et absolutam totius corporis compagem pertineant. Non autem ex pluribus solum et dissimilibus, quamvis ad totius consummationem spectent, neque temere et fortuito sint, sed lege quadam et prudentia concinnata. Etenim sive parem sortirentur potestatem atque honorem inter se dissimilia, quæ partim deteriora, partim potiora, partim medii generis forent, non posset animi partium proba constitui communio: sive imparem ac majorem partem non potiora, sed deteriora consequerentur, magna in animo insipientia et confusio existeret: sive potiora quidem majorem, deteriora vero minorem, non tamen singulorum, ut par est, habita ratione, haud posset in animo concordia, amicitia ac justitia gigni. Quare quando singula rationi convenienter disposita sunt, hoc equidem justitiam esse ajo. Hanc enim constitutionem concordia quædam et consensio sequitur. Hic igitur recte bonus animi status dicetur, qui tum potioris imperio, tum deterioris obsequio virtutes producat. Quin etiam amicitia et amor atque illis finitima et cognata benevolentia ex hisce partibus exsistit. Mens enim considerans persuadet, cupiditas appetit, ira spiritus plena et odio fervens cupiditati conciliatur. Etenim mens jucunda cum tristi rigida-

κούφῳ μέρει τᾶς ψυχᾶς καὶ διαχυτικῷ, ἕκαστόν τε ἑκάστῳ πράγματος τὰν σύμφυλον καὶ συγγενέα προμάθειαν διαμεμέρισται, ὁ μὲν νόος ὁραυγούμενος καὶ στιβαζόμενος τὰ πράγματα, ἁ δὲ θύμωσις ὁρμὰν καὶ ἀλκὰν ποτιφερομένα τοῖς ὁραυγαθεῖσιν· ἁ δὲ ἐπιθυμία φιλοστοργία συγγενὴς ἐᾶσα ἐφαρμόζει τῷ νόῳ ἴδιον περιποιουμένα τὸ ἁδύ, καὶ τὸ σύννοον ἀποδιδοῦσα τῷ συννόῳ [k] μέρει τᾶς ψυχᾶς. Ὥνπερ ἕκατι δοκέει μοι καὶ ὁ βίος ὁ κατ' ἀνθρώπων ἄριστος ἦμεν, ὅκκα τὸ ἁδὺ τῷ σπουδαίῳ συγκαταχραθῇ καὶ ἁ ἀδονὰ τᾷ ἀρετᾷ. Ποθαρμόξασθαι δ' αὐτὰ ὁ νόος δύναται, παιδεύσιος καὶ ἀρετᾶς [l] ἐπήρατος γενόμενος.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 52 p. 846-857 ed. Heeren. Auctor in optimis Stobæi membranis Aresas nominatur, in aliis Isaras vel Æsaras. Fragmentum admodum depravatum partim Salmasius Commentar. ad Epictet. pag. 169 seq. partim Stobæi editores corrigere tentarunt. Sed ne commemorem menda ab aliis jam pridem sublata, ipse pauca notabo quæ hoc capite emendavi. Posui igitur : [a] ἐκτυπώσι; codd. ἐκτυπώσει. [b] ἄψιος cum Salmasio; deest in codd. [c] οὔ κα ἐδύνατο; codd. οὐκ ἂν δύναιτο. [d] συναρμοσθῆμεν· αἴτε τὰν ἀνίσαν cum Valckenario ad Theocrit. II, 46; codd. εὐνομασθῆναι μὲν αἵ τε τὰν ἴσαν. [e] μὴ τὰ κάρρονα δὲ τὰν μείζονα μοῖραν ἐφέρετο, ἀλλὰ τὰ χερείονα; codd. μὴ τὰν κάρρονα δὲ τὰ μείζονα μοῖραν ἐφέρετο, ἀλλὰ τὰν χερείονα. [f] πολλά κα—ὑπᾶρχεν; codd. πολλὰ—ὑπάρχεν. [g] αἵ τε τὰ κάρρονα μὲν τὰν μείζονα, τὰ χερείονα δὲ τὰν μείονα; codd. αἵ τε τὰν κάρρονα μὲν τὰ μείζονα, τὰν χερείονα δὲ τὰ μείονα. [h] οὔ κα ἐδύνατο; codd. οὐκ ἂν δύναιτο. [i] ζέοισα; codd. ζέουσα. [k] συννόῳ; membranæ συνόλῳ. [l] de hoc genitivo vide quæ dixi ad Timonis vs. 26 et ad Emped. vs. 179.)

ΑΡΙΣΤΑΙΩΝΟΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Ἀρισταίων ἔφησεν ἄφθαρτον εἶναι τὸν κόσμον· λέγει γοῦν ἐν τῷ περὶ ἁρμονίας οὕτως·

Ἐπεὶ δὲ ἀρχά, ἅτε δὴ ἐᾶσα ἀρχά, πρὸ παντός τέ ἐστι καὶ ἀγέννατος καὶ αὐτοτελής, (οὔτε γὰρ αἱ [a] μεθ' ἄτερόν τι ἦς, ὑπάρχοι κα ἔτι πρὸ παντός, οὔτε γενομένα ποκὰ ἔκ τινος ἀγέννατός κα εἴη ἔτι, οὐδὲ μὰν ἀρχά τε καὶ αἰτία τῶν γενομένων, οὔτε γὰρ αὐτοτελής, ἄτερω γάρ τινος ποτιδεηθήσεται τῶ σώσοντος αὐτὰν καὶ κινάσοντος,) δῆλον δὴ ὡς αὐτὰ καθ' αὑτὰν ἁ ἀρχὰ ἀγέννατός τέ ἐστι καὶ ἀΐδιος καὶ αἰτία γενέσιός τε καὶ κινάσιος. Κινέουσα δὲ πάντα αὐτὰ ἐξ αὑτᾶς φύσις ἐστί, καὶ αὐτοτελέα παρεχομένη τἆλλα αὐτὰ ἐξ αὑτᾶς αὐτοτελής ἐστι. Εἰκόνες δὲ καὶ ὁμοιώσιες τᾶς ἀρχᾶς ταύτας καὶ ἐν τοῖς φύσι γινομένοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχναν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀθάνατον τὸ ἀκάματον, [τὸ δὲ ἀκάματον τὸ μὴ κάμνον], ὁ δὲ θεὸς τοιοῦτος, κινέων τε τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν, φανερὸν ὡς ἀΐδιός κα εἴη ὁ κόσμος. Αἰ γὰρ ἀρχὰν λήψεται διακοσμάσιος, ἔκαμέ ποκα τὸ κινέον αὐτὸ καὶ ἀνεπαύσατο [b] διακοσμάσιος. Αἰ δέ γε κάμνοι καὶ ἀμπαύοιτο τὸ κινέον, φθαρτὸν καὶ γεννατὸν ὑπάρχον, καὶ αὐτὸ πέρας ἴξει [c] κινάσιος, καὶ τὸ ὅλον δὲ καὶ τὸ πᾶν διακοσμάσιος. [d] Ὥστ' ἀνάγκα ἤτοι γένεσιν ἀναιρέν, ἢ γεννᾶν ἐκ τῶ μὴ ὄντος, ἢ τόνδε τὸν κόσμον ὑπολείπεται [d] ἀθάνατον καὶ ἀγήρατον εἶμεν. Λέγοιτο δέ κα ἁρμονία φύσις, ὅτι πάντα κατὰ λόγον φύεται τὸν ταύτας ποτ' ἄλλαλα [e], καὶ ὡς ὁ τεχνίτας ποτὶ τὰν τέχναν, οὕτως θεὸς πού'

---

que et vehementia cum levi et ad hilaritatem propensa animi parte certa quadam mixtura temperat, propriamque ac peculiarem singulorum curam singula sortita sunt, quia mens res considerat ac scrutatur, excandescentia autem appetitum ac vires contemplationi affert, cupiditas denique amoris paterni et conjugalis socia decenter suam menti dulcedinem affigit, ac prudentiam isti animi parti, in qua versatur, conciliat. Quapropter etiam ea mihi videtur hominis vita præstantissima esse, qua jucundum honesto et voluptas virtuti misceatur. Sed hæc copulare non potest nisi mens disciplinæ ac virtutis vi amabilis reddita.

ARISTÆONIS FRAGMENTUM.

Aristæon negavit interire mundum; sic enim ait libro de harmonia :

Quoniam autem principium, ut principium, ante omnia est et ortu carens ac perfectum, (nam nec si post aliud sequeretur, ante omnia foret, neque unquam ab aliquo generatum ortu careret, neque vero initium et causa eorum quæ nascuntur foret, non enim perfectum esset, siquidem alio et salutis et motionis suæ auctore egeret,) manifestum est principium per se ortu carere atque æternum esse simulque generationis causam et motionis. Quatenus autem omnia ex se ipso movet, natura vocatur, et quatenus cætera perficit, per se perfectum est. Hujus porro principii imagines ac similitudines in naturæ artisque operibus cernuntur. Quoniam autem quidquid immortale est indefessum sit oportet, [indefessum vero quod nunquam fatigatur], talis autem deus est, qui totam mundi compagem et rerum universitatem movet, patet æternum esse mundum. Etenim si positis initiis hæc mundi moles paulatim efficeretur, motor aliquando fatigatus ab ejus compositione cessaret. Quodsi auctor motûs defessus requiesceret, et ipse ut mortalis genitusque finem haberet motûs et tota mundi compages utque universitas rerum oriri desineret. Quocirca necesse est vel ortum rerum tollere, vel e nihilo cuncta procreare, vel ut immortalis atque æternus sit mundus relinquitur. Harmonia quoque naturæ esse dicetur, quia omnia ei congruenter necessitudine quadam inter se juncta generantur, utque artifex ad artem, sic deus ad harmoniam se habet. Namque ars

ἁρμονίαν. Ἅ τε γὰρ τέχνα ἐστὶ λόγος καὶ ἰδέα τῶν γινομένων καὶ φύσις. Τὸ μὲν ὧν ἔργον ἁμαρτάνεται ἐν τοῖς τεχνίταις, ὅκκα παραλλάξῃ τὸν τᾶς τέχνας λόγον· τὰ δὲ γινόμενα φύσι [f] φθείρεται πηρὰ καὶ ἄναρθρα γινόμενα, ὅκκα παραλλάξῃ τὸν τᾶς ἁρμονίας λόγον.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 21, pag. 428 seqq. ed. Heeren. Scripsi : [a] αἱ μεθ' ἄτερόν τι ἧς, ὑπάρχοι κα; codd. εἰ μεθ' ἑτέρω τινὸς ὑπάρχοι ἄν. [b] ἀνεπαύσατο; codd. ἐμπαυσιν. [c] ἑξεῖ; libri ἕξει. [d] ὑπολείπεται; membranæ κατάλιπε vel καταλείπεται. [e] ἄλλαλα; codd. ἀλλήλως vel ἀλλήλων. [f] φύσι· codd. φύσει.)

ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ.

Ὡς φησι Καικίλιος ὁ Πυθαγόρειος ἐν ῥήμασι τούτοις· ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχήν, μεσότητα καὶ τελευτήν.

(Excerpta e Joanne Laurentio Lydo in cod. Paris. 3367 fol. 77, ubi male scriptum est Κεκίλιος.)

ΕΚ ΤΗΣ ΔΙΔΥΜΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΕΠΙΤΟΜΗΣ Η ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ.

1. Τὴν δ' εὐδαιμονίαν ἐκ τῶν καλῶν γίνεσθαι καὶ προηγουμένων πράξεων. Διὸ καὶ δι' ὅλων εἶναι καλήν, καθάπερ καὶ τὴν ἐν τοῖς αὐλοῖς [a] ἐνέργειαν δι' ὅλων ἔντεχνον. Οὐ γὰρ ἐκβιβάζειν τὴν παράληψιν τῶν ὑλικῶν ἀρχῶν τῆς εἰλικρινείας τοῦ καλοῦ τὴν εὐδαιμονίαν, ὡς οὐδὲ τὴν τῆς ἰατρικῆς ἔντεχνον δι' ὅλων ἐνέργειαν τὴν τῶν ὀργάνων χρῆσιν· πᾶσαν μὲν γὰρ πρᾶξιν ἐνέργειαν εἶναί τινα ψυχῆς. Ἐπεὶ δ' ὁ πράττων συγχρῆταί τισι πρὸς τὴν τελειότητα τῆς προθέσεως, μέρη ταῦτα οὐ [c] χρὴ νομίζειν τῆς ἐνεργείας· καίτοι γε ἐπιζητούσης ἑκατέρας τῶν εἰρημένων τὸ τοιοῦτον [d], οὐ μὴν ὡς μέρος, ὡς δὲ ποιητικὸν τῆς τέχνης. Τὰ γὰρ ὧν ἄνευ πράττειν ὁτιοῦν ἀδύνατον, μέρη τῆς ἐνεργείας λέγειν, οὐκ ὀρθόν. Τὸ μὲν γὰρ μέρος ἐπινοεῖσθαι κατὰ τὸ συμπληρωτικὸν τοῦ ὅλου τὰ δ' ὧν οὐκ ἄνευ κατὰ τὸ ποιητικόν, τῷ φέρειν καὶ συνεργεῖν εἰς τὸ τέλος.

(Stobæus Floril. CIII, 28. Posui : [a] αὐλοῖς ex Eclog. lib. II cap. 7 p. 274 ed. Heer.; codd. ἄλλοις. [b] ὑλικῶν ex Eclog. l. c.; codd. ὁλικῶν. [c] οὐ ex Eclog. l. c.; deest in membranis. [d] τὸ τοιοῦτον; libri ἑκάτερον.)

2. Ξενοφάνους πρώτου [a] λόγος ἦλθεν εἰς τοὺς [c]Ἕλληνας, ἄξιος γραφῆς, ἅμα παιδιᾷ τάς γε τῶν ἄλλων τόλμας ἐπιπλήττοντος, καὶ τὴν αὐτοῦ παριστάντος εὐλάβειαν, ὡς ἄρα θεὸς μὲν οἶδε τὴν ἀλήθειαν, « δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται. » Ἡ μὲν γὰρ φιλοσοφία θήρα τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ ὄρεξις καὶ τῶν συγχορευτριῶν [b] καὶ τῆς πρὸς αὐτὰς [c] συμφωνίας, φησίν. Εἰ δὲ ναύτην ἢ στρατιώτην θεωρεῖς [d], πότερον ὁ ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτῷ πεποιῆσθαί σοι δοκεῖ [c], ἢ πρὸς κοινωνίαν; πρὸς κοινωνίαν. Ὑπὸ τίνος; Ὑπὸ τῆς φύσεως. Τίνος οὔσης καὶ πῶς; Διοικούσης τὰ ὅλα. Καὶ πότερον οὔσης ἢ μή; Ταῦτα οὐκ ἔτι ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν.

(Stobæus Eclog. lib. II cap. 1, pag. 14 ed. Heeren. Prima verba inde a Ξενοφάνους usque ad τέτυκται, quæ in membranis apposito lemmate Ξενοφάνους Colophonio philosopho vindicantur, non posse esse Xenophanis carminibus vaticinati, recte intellexit Heerenius. Qui quoniam

---

tum ratione constat cogitataque rerum fingendarum specie, tum natura. Sicut igitur artificis opus, artis ratione destitutum, corrumpitur : ita naturæ opera, membris capta ac debilitata, quando ab harmoniæ ratione dissident, interire necesse est.

CÆCILII.

Ut ait Cæcilius Pythagoreus his verbis : ternio primus constituit initium, medium et finem.

E DIDYMI PYTHAGOREI EPITOME SIVE LIBRO DE PHILOSOPHORUM SECTIS.

1. Felicitatem e bonis honestisque actionibus oriri. Quocirca eam omnino esse pulchram, quemadmodum et tibicinis industria prorsus artificiosa sit. Neque enim assumtis materiæ viribus segregari felicitatem ab honestatis sinceritate, ut neque medendi actionis omnino artificiosæ gloriam instrumentorum usus minuit : quippe omnem actionem quandam esse animi industriam. Quum vero agens quibusdam utatur ad incepta exsequenda, non statim ea partes operis existimari convenit : quamvis utraque earum, quarum mentio facta est, artium tale quid requirat, non tamen ut partem, sed ut causam efficientem artis. Namque ea sine quibus agi quidpiam non potest, partes operis non recte nominantur. Pars enim consideratur, quatenus ad totum complendum facit : ea vero sine quibus aliquid fieri nequit, pro causa efficiente habentur, ut quæ ad finem ferant ac prosint.

2. Xenophanis primum ad Græcos permanavit sermo, relatu dignus, ut aliorum salse increpantis audaciam, ita suam aperientis prudentiam, Deum quidem veritatem scire, « *sed opinionem solam omnibus in rebus valere.* » Nam philosophia, inquit, veritatis est tum indagatio tum cupiditas ejusque sociarum atque earum inter se concordiæ. Si vero nautam vel militem contemplaris, utrum homo ipse sibi tantum factus esse videtur, an ad vitæ communitatem? Ad communitatem. A quo? A natura. Qualis autem ea est et quomodo? Regit universum. Utrum vero est illa necne? Hæc non amplius perquiri necesse est.

hic ita de Xenophane agitur, ut disseruisse de illo alium sapientiæ professorem probabile est, locum hunc cum sequentibus junxit, quæ re argumentoque cum præcedentibus cohærent atque in vetustis exemplaribus Didymo tribuuntur. Quod autem attinet ad Xenophanis de veritate dubitationem, auctor est Sotion apud Diogenem Laertium lib. IX, 11, 20, eum primum dixisse, res omnes intelligentiæ nostræ vim et notionem fugere (φησὶ δὲ Σωτίων, πρῶτον αὐτὸν εἰπεῖν ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα). Cæterum hemistichium istud δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται exstat inter Xenophanis carminum et dictorum reliquias. Vid. Philos. Græc. Fragm. vol. I pag. 103, fr. 14. Convenit Colophonii philosophi sententia cum iis quæ Plato in Phædro p. 278 D Socratem dicentem facit : τὸ μὲν σοφὸν καλεῖν ἐμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον ἢ τοιοῦτόν τι μᾶλλόν γε ἂν αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι. Idem in Phædone p. 66 ed. Stephan. philosophiam τὴν τοῦ ὄντος θήραν vocavit. Hoc ipsum effatum tenuerunt Platonici ac multimodis ornarunt. Sic Alcinous cap. 1 : τῶν κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων τοιαύτη τις ἂν διδασκαλία γένοιτο. Φιλοσοφία ἐστὶν ὄρεξις σοφίας, ἢ λύσις καὶ περιαγωγὴ ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἐπὶ τὰ νοητὰ ἡμῶν τρεπομένων καὶ τὰ κατ' ἀλήθειαν ὄντα. Quod reliquum est, locum male a librariis habitum aliquoties emendavi. Scripsi igitur : [a] πρώτου cum Heerenio; πρῶτος Canterus. [b] συγχορευτριῶν; codd. συγχορευτῶν. Sed αἱ τῆς ἀληθείας συγχορεύτριαι nominari videntur virtutes, id est, veritatis sociæ et comites. [c] αὐτὰς; codd. αὐτοὺς. [d] εἰ δὲ ναύτην ἢ στρατιώτην θεωρεῖς; libri εἶδεν αὐτήν, εἰ δὲ στρατιώτην. [e] πότερον ὁ ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτῷ πεποιῆσθαί σοι δοκεῖ; libri πότερον οὖν ὁ ἄνθρωπος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ πεποιῆσθαί σοι δοκεῖ.)

Περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας.

3. Ἠθική ἐστι δύναμις ψυχῆς, δι' ἧς ἀσκηθείσης καλῶς ἡ πρακτικὴ κατασκευάζεται ἀρετή, ἢ λόγος καθ' ὃν χρησόμεθα ἠθικῇ ἀρετῇ. Ἦθος δέ ἐστι ποιότης τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ὑποτακτικῶς ἔχειν εἰθιζομένου τῷ λόγῳ.

Ἄλλως· ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς εἰθισμένον ὑπακούειν τῷ λόγῳ· ἢ πάθος, ἢ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, εἰθισμένον ὑπακούειν τῷ λογικῷ.

Ἄλλως· πάθος ἢ τὸ ὀρεκτικὸν μέρος [1] τῆς ψυχῆς, εἰθισμένον ὑπακούειν τοῦ λογικοῦ. Πάρεστι δὲ κἀκείνως ὁρίζεσθαι· ἀρχὴ ψυχῆς πρακτική· ἢ κίνησις τῆς ψυχῆς καθ' ὁρμήν· ἢ ποιότης ἀλόγου μορίου ψυχῆς· ἢ ψυχῆς τοῦ ἀλόγου μέρους ποιότης, κατ' ἐπιτακτικὸν λόγον δυναμένη τῷ λογικῷ ἑπακολουθεῖν. Οὕτω μὲν οὖν οἱ κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφοῦντες ὁρίζονται· οἱ δὲ κατὰ Ζήνωνα [2] τὸν Στωϊκόν, τροπικῶς· ἦθός ἐστι πηγὴ βίου, ἀφ' ἧς αἱ κατὰ μέρος πράξεις ῥέουσι. Πάθος δ' ἐστίν, ὡς μὲν Ἀριστοτέλης [3], ἄλογος ψυχῆς κίνησις πλεοναστική. Τὸ μὲν οὖν ἄλογον κατὰ τοῦ μὴ ἔχοντος τὸν ἀρχικὸν λόγον τάττει, τὸν γὰρ ὑποτακτικὸν ἔχει, καθ' ὃν ὑπακούειν πέφυκε τῷ λογικῷ· τὸ δὲ πλεοναστικόν, κατὰ τοῦ περυκότος ἐπιδέχεσθαι πλεονασμόν, οὐ κατὰ τοῦ ἤδη πλεονάζοντος· ποτὲ μὲν γὰρ πλεονάζει, ποτὲ δ' ἐλλείπει. Κἀκείνως δ' ὁρίζεται· πάθος ἐστὶ κίνησις τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς πλεοναστική, κατὰ φαντασίαν ἡδέος ἢ λυπηροῦ. Ὁ μὲν οὖν Περιπατητικὸς οὕτως· ὡς δ' ὁ Στωϊκὸς ὡρίσατο Ζήνων [4], πάθος ἐστὶν ὁρμὴ πλεονάζουσα. Οὐ λέγει περυκυῖα πλεονάζειν, ἀλλ' ἤδη ἐν πλεονασμῷ οὖσα· οὐ γὰρ δυνάμει, μᾶλλον δ' ἐνεργείᾳ. Ὡρίσατο δὲ κἀκείνως· πάθος ἐστὶ ποτὲ ψυχῆς, ἀπὸ τῆς τῶν πτηνῶν φορᾶς τὸ εὐκίνητον τοῦ παθητικοῦ παρεικάσας. Ἠθοποιΐα δ' ἐστὶν ἤθους ἐμποίησις. Ἠθικὴ δ' ἐστὶν ἀρετὴ μεσότης παθῶν, ἢ ἕξις ὁρίζουσα τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῷ τῆς φρονήσεως λόγῳ·

De morali philosophiæ parte.

3. Ethica est facultas animæ, qua bene exculta virtus actuosa procreatur, vel ratio secundum quam morum virtute utimur. Ethos autem est qualitas partis animæ ratione carentis sed quæ rationi parere solet.

Aliter. Pars animæ ratione carens, assueta rationi parere : aut affectus, sive affectibus obnoxia pars animæ, rationis participi parere assueta.

Aliter. Affectus vel pars animæ ad appetendum prompta, assueta ratione præditæ obedire. Licebit ita quoque definire : principium agens animæ : aut motus animi ad appetendum propensus, aut qualitas partis animæ ratione destitutæ : aut animæ partis ratione carentis qualitas e præscripto rationis rationi obedire docta. Atque ita quidem Platonici definiunt : Stoici autem qui in Zenonis castra transierunt, per translationem : ethos est vitæ fons ex quo singulæ manant actiones. Affectus vero secundum Aristoteiem est ratione vacans animi motus vehementior. Ac rationis vacuitatem quidem ponit de eo ut rationis ducis expers, quandoquidem partem obedientem habet, qua rationis participi paret; vehementiorem autem nominat, quatenus vehementiæ capax non jam vehemens est, siquidem nunc abundat, nunc deficit. Cæterum sic quoque definit : affectus est commotio partis animæ ratione carentis per nimiam voluptatis vel doloris imaginationem. Atque hoc quidem modo Peripateticus; ut vero Zeno Stoicus definit, affectus est appetitio nimia. Non dicit nimii capacem, sed jam nimiam, nec quæ talis esse possit, sed revera jam sit. Definit etiam hoc modo : affectus est animi volatus, cum avium motu perturbationum celeritatem comparans. Quæ autem dicitur morum imitatio vel confictio est morum personæ informatio. Virtus

ἡ ἕξις προαιρετικὴ τοῦ καλοῦ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτάρκη περὶ τῶν ὅρων, πολλάκις γὰρ οἱ περὶ αὐτῶν λόγοι παρεμπεσοῦνται. Χωρητέον δὲ ἐπὶ τὴν διαίρεσιν τοῦ ἠθικοῦ τόπου, εὐθὺς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ διαφορὰν ἐνδεικνυμένου.

Διαίρεσις ἠθικοῦ τόπου κατὰ τοὺς Ἀκαδημικούς [5].

Φίλων ἐγένετο Λαρισσαῖος, [6] φιλόσοφος Ἀκαδημικός, ἀκουστὴς Κλειτομάχου, τοῦ ἱκανὴν εἰσενεγκαμένου προκοπὴν ἐν τοῖς λόγοις. Οὗτος ὁ Φίλων τά τε ἄλλα πεπραγμάτευται δεξιῶς, καὶ διαίρεσιν τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου, ἣν ἐγὼ προχειριοῦμαι, [περὶ ἧς ὁ λόγος]. Ἔοικέναι δέ φησι τὸν φιλόσοφον ἰατρῷ. Καθάπερ οὖν ἔργον ἰατροῦ, πρῶτον μὲν πεῖσαι τὸν κάμνοντα παραδέξασθαι τὴν θεραπείαν, δεύτερον δὲ τοὺς τῶν ἀντισυμβουλευόντων λόγους ὑφελέσθαι, οὕτω καὶ τοῦ φιλοσόφου. Κεῖται τοίνυν ἑκάτερον τούτων ἐν τῷ προσαγορευομένῳ προτρεπτικῷ λόγῳ, ἔστι γὰρ ὁ προτρεπτικὸς ἡ παρορμῶν ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Τούτου δ' ὁ μὲν ἐνδείκνυται τὸ μεγαλωφελὲς αὐτῆς, ὁ δὲ τοὺς ἀνασκευάζοντας ἢ κατηγοροῦντας ἤ πως ἄλλως κακοηθιζομένους τὴν φιλοσοφίαν ἀπελέγχει. Δεύτερος δὲ μετὰ τοῦτον ὁ πρὸς τὴν ἰατρικὴν ἀναλογίας [7] δευτέραν ἔχων τάξιν. Ὡς γὰρ ἰατροῦ μετὰ τὸ πεῖσαι παραδέξασθαι τὴν θεραπείαν τὸ προσάγειν ἐστὶ τὰ μὲν θεραπευτικά, [8] τὰ μὲν τῷ προεκκομίσαι τὰ νοσοποιὰ τῶν αἰτιῶν, τὰ δὲ τῷ τὰ παρασκευαστικὰ τῆς ὑγιείας ἐνθεῖναι· οὕτως αὖ καὶ τῆς ἐπιστήμης ἔχει. Μετὰ γὰρ τὰ προτρεπτικὰ πειρᾶται τὰ θεραπευτικὰ προσάγειν, ἐφ' ἃ δὴ [9] τοῖς παρορμητικοῖς κέχρηται διμερῶς· τὸ μὲν γὰρ ὑπεξαιρετικὸν τῶν ψευδῶς γεγενημένων δοξῶν, δι' ἃς τὰ κριτήρια νοσοποιεῖται τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ τῶν ὑγιῶς ἐχουσῶν ἐνθετικόν. Δεύτερος οὖν ὁ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τόπος, ἐφ' ὧν καὶ δι' ἃ [10] ἡ προτροπή. Τῷ δὲ τρίτῳ πάλιν ὁ τρίτος ἀναλογήσει. Καὶ γὰρ τῇ ἰατρικῇ σπουδὴ πᾶσα περὶ τὸ τέλος, τοῦτο δ' ἦν ὑγίεια, καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ περὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Συνάπτεται δὲ τῷ περὶ τελῶν λόγῳ λόγος περὶ βίων. Ἐπὶ γάρ τε τῆς ἰατρικῆς οὐκ ἀρκεῖ τὴν ὑγίειαν ἐμποιῆσαι, χρεία δὲ καὶ τοῦ παρασχεῖν παραγγέλματα περὶ τῆς ὑγιείας, οἷς προσέχοντες τὸν νοῦν τὴν εὐξίαν τοῦ σώματος διαφυλάξουσι· καὶ δὴ καὶ τοῦ βίου θεωρημάτων τινῶν ἐστι χρεία, δι' ὧν ἡ φυλακὴ γενήσεται τοῦ τέλους. Διττὸς δὲ καὶ ὁ περὶ βίων λόγος, ὁ μὲν ἴδιος, ὁ δὲ κοινός· ὧν τὸν μὲν ἴδιον ἐπισκοπεῖν δέον ἐστὶ τὰ πρὸς ἕκαστον, οἷον εἰ τῷ νοῦν ἔχοντι πολιτευτέον, ἢ τοῖς ἡγεμονικοῖς συμβιωτέον, ἢ γαμητέον τῷ σοφῷ· τὸν δὲ κοινὸν πρὸς ἅπαντας, οἷον [11] τὸ τίς ἀρίστη πολιτεία; εἰ κοινὰς ποιητέον τὰς ἀρχὰς ἢ τιμητάς; Τοῦτον δὲ τὸν κοινὸν προσαγορευτέον μὲν πολιτικόν, τακτέον δὲ καθ' αὑτόν, καίπερ ὄντα μέρος τοῦ περὶ βίων, διά τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν κοινότητα. Εἰ μὲν οὖν ἐνεδέχετο πάντας εἶναι σοφούς, οὐκ ἂν ἐδέησε πλειόνων ἔτι τόπων· οἱ γὰρ κατὰ λεπτὸν διαιρούμενοι, παραφυάδες εἰσὶ τῶν προκειμένων· ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν

---

moralis vero est affectuum medietas, vel habitus affectus abundantiam vel defectum prudentia componens; vel habitus honesti circa voluptates vel dolores appetens. Atque hæc quidem de definitionibus dicta sufficiant; sæpius enim de illis sermo incidet. Nunc autem illustrato quem tractamus loco pro notionum quas continet diversitate statim ad morum scientiæ divisionem pergamus.

Divisio Ethices secundum Academicos.

Philo quidam Larissæus fuit, Academicus, Clitomachi auditor, viri de litterarum studiis præclare meriti. Hic igitur Philo cum alia bene tradidit, tum hanc, de qua ego agam, quæstionum ad philosophiam spectantium divisionem. Ait autem philosophum medico esse similem. Quemadmodum igitur medici officium est, primum quidem ægroto persuadere, ut curationem admittat, deinde vero adversariorum rationes confutare, sic quoque philosophi. Ergo horum utrumque in adhortatione positum esse patet; siquidem adhortatio ad virtutem incitans oratio est. Cujus altera quidem pars magnum ipsius usum exponit, altera adversarios vel reprehensores, vel philosophiam aliquo modo calumniantes refellit. Deinde vero etiam hoc modo cum medicina contentio quædam et comparatio fit, quæ secundum obtinet locum. Ut medici est, postquam persuasit admittendam curationem, remedia adhibere, quibus partim morborum causæ tollantur, partim sanitas reddatur: ita etiam in hac scientia se res habet. Etenim post exhortationem studet curationem adhibere, incitamentis utens duplici modo, quorum aliis falsæ opiniones animi judicium inficientes evelluntur, aliis veræ inseruntur. Secundo igitur loco disputatio de bonis et malis est, in quibus considerandis versabatur quorumque causa instituta fuerat adhortatio. Tertio denique modo sic fiat comparatio. Sicut medicinæ studium omne refertur ad finem, sive ad sanitatem, item philosophiæ ad beatitudinem. Conjungitur autem cum tractatu de finibus alter de vitæ generibus. Nam quemadmodum in exercenda medicina non sufficit sanitatem reddere, sed opus etiam est tradi præcepta de tuenda valetudine, quibus obsequentes bonam corporis habitudinem conservent: sic etiam in vita præceptis quibusdam opus est, ad finem, felicitatem scilicet, conservandum. Duplex autem est de vita sive privata sive publica tractatus, quorum ille necessario singulorum res considerat, velut sitne prudenti gerenda respublica, vel sitne cum principibus vivendum, vel num sapienti uxor ducenda sit; hic de omnium rebus quærit, velut quæ sit optima respublica? utrum honores et magistratus ditioribus tantum an omnibus mandari expediat? Ex his locum de rebus publicis appellare licet civilem; convenit autem separatim

μέσως διακειμένων ἀνθρώπων πρόνοιαν ποιητέον, οὕστινας ἐκ τῶν παραινετικῶν λόγων ὠφελεῖσθαι συμβαίνει, μὴ δυναμένους προσευκαιρεῖν τοῖς διεξοδικοῖς πλάτεσιν, ἢ διὰ χρόνου στενοχωρίας, ἢ διά τινας ἀναγκαίας ἀσχολίας, ἐπεισενεκτέον τὸν ὑποθετικὸν λόγον, δι' οὗ τὰς πρὸς τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ὀρθότητα τῆς ἑκάστου χρήσεως ὑποθήκας ἐν ἐπιτομαῖς ἕξουσιν.

Οὕτω μὲν οὖν ἡ Φίλωνος ἔχει διαίρεσις. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἀργοτέρως διεκείμην, ἀρκεσθεὶς ἂν αὐτῇ συνεῖρον ἤδη τὰ περὶ τῶν ἀρεσκόντων, τῇ τῆς ἑξαμερείας [13] ἐπικουφιζόμενος περιγραφῇ· ἡγούμενος δ' ἐμαυτῷ πρέπειν πρὸ παντὸς τὴν οὐσίαν δεῖν ἐπισκοπεῖν οὗ τις πραγματεύεται, κἄπειτα ποιότητα τὴν περὶ αὐτὴν καὶ ποσότητα, καὶ τούτοις ἐφεξῆς τὸ πρός τί, νομίζω προσεπιπονητέον τε εἶναι καὶ τὰ ἄλλων ἐπισκοπεῖν, καθάπερ οὐ πάντων, οὕτω τῶν περὶ ταῦτα διενεγκάντων.

Ἔστιν οὖν Εὐδώρου τοῦ Ἀλεξανδρέως [13], Ἀκαδημικοῦ φιλοσόφου, διαίρεσις τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου, βιβλίῳ ἀξιόκτητον, ἐν ᾧ πᾶσαν ἐπεξελήλυθε προβληματικῶς τὴν ἐπιστήμην, ἧς ἐγὼ διαιρέσεως ἐκθήσομαι τὸ τῆς ἠθικῆς οἰκεῖον. Ἔχει δ' οὕτως. Τριμεροῦς ὄντος τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου, τὸ μέν ἐστιν αὐτοῦ ἠθικόν, τὸ δὲ φυσικόν, τὸ δὲ λογικόν. Τοῦ δὲ ἠθικοῦ τὸ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας, τὸ δὲ περὶ τὴν ὁρμήν, τὸ δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν. Ταῦτ' ἐστὶ γὰρ τριμερῆ τῆς ἠθικῆς εἴδη, πρῶτον μέν, τὸ θεάσασθαι τὴν ἀξίαν τοῦ πράγματος ὅπερ αἱρεῖσθαι μέλλομεν, οὐδὲ γὰρ οἷόν τε γενέσθαι τὴν ὁρμὴν εὔλογον, εἰ μὴ μετὰ τὴν θεωρίαν· ἡ θεωρία δ' ἐστὶ περίσκεψις τοῦ πράγματος καὶ οἷον ἐπίκρισις, κατὰ τὸν περὶ αὐτοῦ λογισμόν· δεύτερον δὲ τὸ τὴν ὁρμὴν τῷ περινοηθέντι καλῶς ἐπιβαλεῖν· τρίτον τὸ τὴν πρᾶξιν αὐτοῖς ἐπισυνάψαι. Ταῦτ' ἐστὶ τὰ πρῶτα μέρη τοῦ ἠθικοῦ λόγου, θεωρητικόν, ὁρμητικόν, πρακτικόν· τούτων δ' ἑκάστου ὑποδιαίρεσις. Τοῦ γὰρ περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας, τὸ μὲν περὶ τῶν σκοπῶν ἢ τῶν λεγομένων σκοπῶν τοῦ βίου· τὸ δὲ περὶ τῶν συμβαλλομένων εἰς τὴν τῶν τελῶν περιποίησιν, (τὸ μέν ἐστι περὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακῶν,) τὸ δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς ἀρετὰς ποιῶν, ὅπερ καὶ καλεῖται χαρακτηριστικόν· τὸ δὲ περὶ τεχνῶν· τὸ δὲ περὶ ἐπιτηδευμάτων. Τοῦ μὲν περὶ ἀρετῶν τὸ μὲν κοινόν, τὸ δ' ἴδιον· κοινὸν μέν, οἷον περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἀνδρείας, σωφροσύνης, φρονήσεως, τῶν ἄλλων· ἴδιον δὲ τὸ προτρεπτικόν, τοῦτο γὰρ εἰς τὸ μόνως ἐνδείξασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν. Καὶ ὁ μὲν περὶ τὴν θεωρίαν τῆς καθ' ἕκαστον ἀξίας λόγος εἰς τοσούτους τόπους γενικοὺς τέμνεται· ὁ γὰρ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πολλὰς περιέχει διαιρέσεις, αὐτίκα τὴν περὶ τῶν λεγομένων προηγουμένων, τὴν περὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς καὶ δόξης καὶ εὐφυΐας. Τῷ δὲ περὶ φιλίας κατὰ γειτνίασιν ὑπάγει τὸν περὶ ἔρωτος, τὸν περὶ συμποσίων. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅμως τοῦδε σύμπαντος εἰς τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ὡς γενικώτατον ὑπέταξε λόγον. Τοῦ δὲ περὶ τῆς ὁρμῆς [14] λόγου ὁ μέν ἐστι περὶ τῆς ἰδικῆς

---

eum tractari propterea quod latissime patet, quamvis pars sit loci de vita. Jam si fieri posset, ut omnes essent sapientes, pluribus locis non foret opus, quandoquidem subtiliores divisiones ex iis quæ proposita sunt oriuntur; quoniam vero mediocrium quoque hominum cura agenda est, qui quum iis vel per temporis angustias vel per necessaria quædam negotia uberioribus disputationibus vacare non liceat, tamen ex monitis utilitatem capiunt, non omittendus est præceptorum tractatus, qui tuta rectaque de singulorum usu consilia paucis verbis comprehensa det.

Atque hæc quidem Philonis est divisio. Ego vero si paullo segnior essem, illa contentus jam dogmata connecterem, descriptione sex partibus constante sublevatus: quum autem existimem primum naturam rei tractandæ, deinde qualitatem illius et quantitatem, denique relationem ejus ad alias res mihi inspiciendam esse, dedita opera alios quoque consulendos judico, ut non omnes, ita in his præcipuos.

Est igitur Eudori Alexandrini, Academici, divisio philosophiæ universæ in præclaro libro tradita, in quo totam scientiam ad quæstiones retulit, cujus ego divisionis partem ethicæ propriam in medium proferam. Sic autem se habet. Quum omnis de philosophia disputatio triplex sit, una ejus pars moralis est, alia physica, tertia logica. Porro moralis philosophia partim circa contemplationem dignitatis singulorum; partim circa appetitionem, partim circa actionem versatur. Etenim hæ tres sunt morum scientiæ species, primum contemplatio dignitatis rei, quam consectari volumus, quia appetitio ante contemplationem rationi consentanea esse non potest, contemplatio autem est rei consideratio et quasi de ea judicium ejus inspectione innixum: porro appetitio rei probe consideratæ adhibita: denique actio quæ utrique insuper annectitur. Quapropter hæ primæ sunt morum scientiæ partes, contemplativa, appetitionis propria, activa; quarum singulæ rursus dividuntur. Nam contemplatio primum vel veram vitæ rationem et institutionem vel quod dicitur vitæ institutum tractat; vel quæ ad illud quod petimus consequendum pertinent (ad quæ virtutes et vitia referuntur), vel qualitates secundum virtutes, quod proprium ac peculiare vocatur; vel artes et studia. Virtutum porro tractatio partim communis est, partim propria; communis quidem, ut de justitia, de fortitudine, de temperantia, de prudentia et aliis; propria vero adhortationem complectitur, quæ virtutem ac vitium duntaxat demonstrat. Et contemplatio quidem singulorum dignitatis in tot generales locos secatur, siquidem bonorum locus et malorum multas divisiones continet, ut de productis, de amicitia, de voluptate, de gloria, de bona indole. Quocirca etiam ad locum de amicitia refert Eudorus ob simi-

ὁρμῆς, ὁ δὲ περὶ παθῶν. Ἤτοι γὰρ πᾶν πάθος ὁρμὴ πλεονάζουσα, ἢ τά γε πλεῖστα μεθ' ὁρμῆς καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα [15]. Τοῦ δὲ περὶ τῆς πράξεως λόγου [16] ὁ μέν ἐστι περὶ τῶν οἰκειούντων πρός τινας πράξεις, ὁ δὲ περὶ τῶν ἀλλοτριούντων ἀπό τινων πράξεων, ὁ δὲ τῶν αἰτιῶν ἀποδοτικὸς τῶν ἐπιτελούντων τινὰς σχέσεις ἢ κινήσεις, ὁ δὲ περὶ τῆς ἀσκήσεως, ὁ δὲ περὶ τῆς ἰδίως καὶ ὁμωνύμως τῷ γένει λεγομένης πράξεως. Καὶ ὁ μὲν περὶ τῶν οἰκειούντων πρός τινας πράξεις, διαιρεῖται εἴς τε τὸν ὑποθετικὸν καὶ τὸν προτρεπτικόν· ἔνιοι γὰρ καὶ τοῦτον ὑπὸ τήνδε τάττουσι. Ὁ δὲ περὶ τῶν ἀποτρεπόντων καλεῖται παραμυθητικός, ὃς καλούμενός ἐστι πρὸς ἐνίων παθολογικός [17]· τοῦ δὲ περὶ τῆς ὁμωνύμως λεγομένης πράξεως καὶ ἰδικῆς ὁ μέν ἐστι περὶ τῶν καθηκόντων, ὁ δὲ περὶ τῶν κατορθωμάτων. Ἐπεὶ δὲ τῶν καθηκόντων καὶ τῶν κατορθωμάτων τὰ μέν ἐστι καθ' ἑαυτά, τὰ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς πλησίον σχέσιν, συνέστη τόπος ὁ περὶ τῶν χαρίτων ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς πλησίον σχέσιν ὑπάρχων. Πάλιν δ' ἐπεὶ τῶν καθηκόντων καὶ τῶν κατορθωμάτων ἃ μὲν λέγεται σύνθετα, ἃ δὲ ἀσύνθετα, συνέστη κατὰ τὰ σύνθετα ὁ περὶ βίων λόγος, οὗ μέρος ὢν ὁ περὶ γάμου κατ' ἰδίαν ἐτάχθη, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ ζητημάτων. Ὥστ' εἶναι τοὺς πάντας τόπους κατὰ τὸν τῆς πράξεως τόπον, παραμυθητικόν, [παθολογικόν] [18], περὶ ἀσκήσεως, περὶ καθηκόντων, περὶ κατορθωμάτων, περὶ χαρίτων, περὶ βίων, περὶ γάμου.

Ὁ μὲν οὖν ἠθικὸς λόγος εἰς ταῦτα καὶ τοσαῦτα τέμνοιτ' ἄν· ἀρκτέον δὲ τῶν προβλημάτων, προτάττοντα τὰ γένη κατὰ τὴν ἐμοὶ φαινομένην διάταξιν, ἥντινα πείθομαι πρὸς τὸ σαφέστερον διηρῆκέναι.

Τέλος [19] λέγεται πολλαχῶς· ὡς τὸ πέρας, ᾧ ἀντιδιαιρεῖται ἀρχὴ καὶ μέσον· καὶ ὡς τὸ τέλεσμα φορικόν· ὡς τὸ ἀνάλωμα, καθ' ὃ λέγεται ἀτελής τις [20] καὶ εὐτελής· ὡς ὁ γάμος παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν, ἤτοι παρὰ τὸ συμπέρασμα τῆς νεότητος, ἢ διὰ τὸ τελειοῦν τὸν ἄνδρα τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα συνόδῳ, καθ' ὃ τὴν γαμήλιον Ἥραν συζυγίαν καὶ τελείαν ἐπονομάζουσι [21]. τέλος δὲ καὶ γνώσεως καὶ πράξεως καὶ ποιήματος· τὸ καὶ ἀποδαῖνον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ [22].

> Ἀχαλίνων στομάτων
> ἀνόμου τ' ἀφροσύνας
> τὸ τέλος δυστυχία.

Τέλη δὲ λέγονται καὶ αἱ τῶν πολιτειῶν ἀρχαί, τὰ τέλη Λακεδαιμονίων εἰ τύχοι. Παρὰ δ' Ὁμήρῳ [23] ἐν τῷ τῆς Ἰλιάδος δεκάτῳ· Αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἶξον ἰόντες· τοῦτο δ' ἐστὶν ἔναρχον τάγμα. Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν [24] ὁρικῶς, τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκα πάντα πράττεται καθηκόντως, αὐτὸ δὲ πράττεται οὐδενὸς ἕνεκα. Ὑπὸ [25] Κράτητος, οὗ χάριν τἄλλα, αὐτὸ δ' οὐδενὸς ἕνεκα. Καὶ πάλιν, ἐφ' ὃ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ πραττόμενα καθηκόντως τὴν ἀναφορὰν λαμβάνει, αὐτὸ δ' ἐπ' οὐδέν [26]. Ὑπὸ δὲ τῶν νεωτέρων Περιπατητικῶν, τῶν ἀπὸ Κριτολάου, τὸ ἐκ

---

litudinem eos qui sunt de amore ac de conviviis. Veruntamen hæc quidem omnia generali bonorum et malorum explicationi subjicit. Appetitionis autem locus partim de peculiari appetitione, partim de affectibus tractat. Quippe vel omnis affectus est appetitio nimia, vel certe et plerique affectus cum appetitione conjuncti sunt et ipsæ quoque ægritudines. Actionis denique locorum alius de rebus ad actiones facientibus, alius contra de rebus ab iisdem alienis, alius de causis habituum quorundam aut motuum, alius de exercitatione, alius de speciali actione, a generali nomine non distincta disserit. Præterea locus de rebus ad actionem facientibus in præcepta dividitur et adhortationem; quia nonnulli hunc etiam huc referunt. Alter locus de rebus ab iisdem alienis consolatorius atque a quibusdam affectuum tractatio vocatur : tertius vero de speciali actione vel de officiis vel de recte factis agit. Quum vero officia et recte facta partim per se valeant, partim ad alios juvandos pertineant, ex his posterioribus gratiæ qua apud alios floremus locus manavit. Rursus quoniam officia et recte facta partim composita dicuntur, partim simplicia, super prioribus locus est in quo de vita agitur, cujus pars habetur locus de nuptiis, qui tamen propter quæstionum multitudinem separatim proponitur. Sunt igitur loci omnes ad illum de actione locum pertinentes (protrepticus), consolatorius sive pathologicus, de exercitatione, de officiis, de recte factis, de gratia, de vita, de nuptiis.

Ac morum quidem scientia tot, quot commemoratæ sunt, habet partes : deinceps autem quæstiones aggrediemur juxta generum ordinem a nobis clarissime, ut putamus, propositum.

Τέλος multa significat; ut finem, cui respondent principium et medium; ut pensionem tributi; ut sumtum, quo pacto quis ἀτελὴς et εὐτελὴς dicitur; ut nuptias apud Dores, vel quod juventutem absolvant, vel quod virum cum muliere congressum perficiant, qua ratione pronubam Junonem conjugalem et perfectam appellant; τέλος porro tribuitur et cognitioni et actioni et poemati; designat præterea eventum, ut apud Euripidem :

> Effrenati oris
> et exlegis amentiæ
> finis est infortunium.

Τέλη etiam dicuntur magistratus qui sunt in singulis civitatibus, velut apud Lacedæmonios. Cum autem Homerus Iliadis decimo dicit : Αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἶξον ἰόντες, cohortem militarem intellexit. Stoici insuper finem definiunt : propter quod rite fiunt omnia, quum ipsum nullius causa fiat. Crates : cujus causa reliqua fiunt, ipsum autem nullius causa. Et alio loco : ad quod omnia quæ in vita rite fiunt referuntur, quum ipsum ad

πάντων τῶν ἀγαθῶν συμπεπληρωμένον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἐκ τῶν τριῶν γενῶν, οὐκ ὀρθῶς. Οὐ γὰρ πάντα τἀγαθὰ μέρη γίνεται τοῦ τέλους· οὔτε γὰρ σωματικά, οὔτε τὰ ἀπὸ τῶν ἐκτός, τὰ δὲ τῆς ψυχικῆς ἀρετῆς ἐνεργήματα μόνης. Κρεῖττον οὖν ἦν εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ συμπληρούμενον, ἐνεργούμενον, ἵνα τὸ χρηστικὸν τῆς ἀρετῆς ἐμφαίνηται. Τοῦτο δ' οἱ κατ' Ἐπίκουρον φιλοσοφοῦντες οὐ προσδέχονται λέγειν ἐνεργούμενον, διὰ τὸ παθητικὸν ὑποτίθεσθαι τὸ τέλος, οὐ πρακτικόν [27]· ἡδονὴ γάρ· ὅθεν καὶ τὴν ἔννοιαν ἀποδιδόασι τοῦ τέλους· τὸ οἰκείως διατεθεῖσθαι [28] ἐξ ἑαυτοῦ πρὸς αὐτὸν χωρὶς τῆς ἐπ' ἄλλο τι ἀγούσης [29] ἐπιβολῆς [30]. Τὸ μὲν οὖν ὄνομα τοῦ τέλους εὑρίσκεται καὶ παρ' Ὁμήρῳ [31] « οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι. » Ἀλλ' οὗτος μὲν δημοτελὲς εἰσήγαγε τὸ τέλος, Πλάτων δὲ διέστιξε πρῶτος τὸ κατ' ἄνδρα καὶ βίον ἰδιάζον, ἔν τε τῷ Τιμαίῳ καὶ τῷ Πρωταγόρᾳ [32], καί γε τὴν τοῦ σκοποῦ διαφορὰν πρὸς τὸ τέλος. Καὶ ἔστι σκοπὸς μέν, τὸ προκείμενον εἰς τὸ τυγχεῖν, οἷον ἀσπὶς τοξόταις· τέλος δέ, τοῦ προκειμένου τεῦξις. Βούλονται γὰρ ἐνέργημα ἡμέτερον εἶναι πρὸς τὸ τέλος. Ὑποτελὲς [33] δ' ἐστὶ τὸ πρῶτον καὶ οἰκεῖον τοῦ ζῴου πάθος, ἀφ' οὗ κατήρξατο συναισθάνεσθαι τὸ ζῷον τῆς συστάσεως αὐτοῦ, οὔπω λογικόν, ἀλλ' ἄλογον, κατὰ τοὺς φυσικοὺς καὶ σπερματικοὺς λόγους, ὥσπερ τὸ θρεπτικὸν καὶ τὸ αἰσθητικὸν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον ῥίζης τόπον ἐπέχον, οὐδέπω φυτοῦ. Γενόμενον γὰρ τὸ ζῷον ὠκειώθη τινὶ πάντως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ἐστὶν ὑποτελές, κεῖται δ' ἔν τινι τῶν τριῶν· ἢ γὰρ ἐν ἡδονῇ, ἢ ἐν ἀοχλησίᾳ, ἢ ἐν τοῖς πρώτοις κατὰ φύσιν. Πρῶτα δ' ἐστὶ κατὰ φύσιν, περὶ μὲν τὸ σῶμα ἕξις, κίνησις, σχέσις, ἐνέργεια, δύναμις, ὄρεξις, ὑγίεια, ἰσχύς, εὐεξία, εὐαισθησία, κάλλος, τάχος, ἀρτιότης, αἱ τῆς ζωτικῆς ἁρμονίας ποιότητες· περὶ δὲ τὴν ψυχήν, εὐσυνεσία, εὐφυία [34], φιλοπονία, ἐπιμονή, μνήμη, τὰ τούτοις παραπλήσια, ὧν οὐδέπω τεχνοειδὲς οὐδέν, σύμφυτον δὲ μᾶλλον. Τὴν δ' ὑποτελίδα [35] τῶν ἀρχαίων οὐδεὶς ὠνόμασεν, καίτοι τὸ πρᾶγμα γιγνωσκόντων, τὴν δ' εὐδαιμονίαν συνωνυμεῖν τῷ τέλει λέγουσιν. Εὐδαιμονία δ' ἐστὶ τὸ ἄριστον ἐν τῷ βίῳ, ἢ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἢ τὸ κράτιστον. Ταῦτα γάρ ἐστι τῶν περὶ αὐτῆς ἐννοημάτων ἁπλούστερα. Κἂν λέγῃ δέ τις μακαριότητα καὶ τὸ μακαρίως ζῆν, εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμεῖται τοῖς τελικοῖς. Προσδιαιρετέον οὖν. Τῶν περὶ τέλους διαλεχθέντων οἱ μὲν ψυχικὸν εἶναι διενοήθησαν, οἱ δὲ σωματικόν, οἱ δὲ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. Φράσω δὲ παραδείγματος χάριν· ὁ μὲν τοίνυν ἀρετὴν λέγων, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἀρετῇ κείμενον, ψυχικὸν ὑπείληφεν· ὁ δ' ἡδονήν, σωματικόν· ὁ δὲ τὸ καλῶς καὶ ἡδέως ζῆν, κοινόν. Εἶποι δ' ἄν τις κἀκείνως, οἱ μὲν λογικόν, οἱ δ' ἄλογον, οἱ μὲν διανοητικόν, οἱ δὲ παθητικόν. Πάντα δὲ τὴν ἐν τούτοις ὀνόμασιν ἔχοντα διαφορὰν εἰς ταὐτὸ συντρέχει. Ἐκ γὰρ σώματος καὶ ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου συνεστῶτος, ἀνάγκη καὶ τὴν εὐζωΐαν αὐτοῦ

---

nihil referatur. Recentiores autem Peripatetici, Critolai discipuli, quod omnibus bonis compleretur, posuerunt; tribus videlicet bonorum generibus; sed male. Etenim non omnia bona finis partes sunt, quia neque corporis sunt neque fortunæ, sed solius animi virtutis functiones. Quocirca debebant pro *compleretur* dicere *efficeretur*, ut virtutis usum ostenderent. Epicurei sane hoc *efficiens* non admittunt, propterea quod in patiendo finem, non in agendo ponunt : voluptas enim iis finis est : quamobrem finis notionem esse volunt commodam alicujus erga se affectionem sine ulla alterius rei consideratione. Ac vox quidem τέλος etiam apud Homerum exstat : οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι. Verum hic quidem rem omnium communem attulit, Plato autem primus proprios pro personarum ac vitæ genere fines in Timæo et Protagora distinxit, nec non scopi et finis discrimen tradidit. Est enim scopus quidem quod assequi cupimus, ut scutum metæ instar sagittariis propositum; finis autem ipsa rei propositæ adeptio. Ad finem enim assequendum nostram operam requirunt. Indoles autem est prima et propria animalis affectio qua impellitur, ex qua corporis sui compagem sentit, nondum rationis compos factum, sed ea adhuc carens, e naturæ et prosapiæ suæ legibus, velut nutriendi et sentiendi facultas aliarumque similium unaquæque, radicum, non ipsius plantæ, vicem obtinens. Etenim simulatque genitum est animal, ea ejus indoles est, ut statim ab initio rei alicui prorsus adhærescat positaque sit in horum trium aliquo expetendo, voluptate, perturbationum vacuitate vel in primis naturæ. Sunt autem prima naturæ in corpore quidem constitutio, motus, habitus, functio, facultas, appetitus, sanitas, robur, valetudinis integritas, sensuum vigor, pulchritudo, celeritas, membrorum incolumitas, harmoniæ vitalis qualitates; circa animum vero sagacitas, sollertia, industria, perseverantia, memoria et his similia, quæ omnia non arte parantur, sed naturæ potius beneficio contingunt. Hanc sane indolem nemo antiquorum nominavit, quamvis rem cognitam habuerint, felicitatem vero idem quod finem valere volunt. Est autem felicitas optimum in vita, vel maximum bonum, vel summum. Hæ enim simplices de ea sententiæ sunt. Quodsi quis beatitudinem dicat et beatam vitam pro fine bonorum, eodem res recidet. Accuratius igitur dividendum erit. Qui de fine disseruerunt, eorum alii in animo eum posuerunt, alii in corpore, alii mixtum ex utroque esse putarunt. Dicam autem explicate : qui enim exempli causa virtutem finem ducit, id est in virtute situm, in animo ponit; qui voluptatem, in corpore; qui vitam honestam et jucundam, in utroque. Dixerit aliquis etiam hoc modo, quosdam cum ratione conjunctum, alios rationis expertem finem statuisse, alios rursum in intellectu, alios in animi affectu consistere voluisse. Sed hæc omnia nominibus discrepantia, re

περὶ ταῦτα καὶ διὰ τούτων συνίστασθαι. Λέγωμεν οὖν περὶ τῶν πρώτων εὐθὺς ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἀπὸ τῶν ψυχικῶν ἀναγόμενοι. Ὅμηρος, δεδόσθω γὰρ τῇ ἀρχαιότητι προνομία, ψυχικὸν ἀπεφήνατο τὸ τῆς εὐδαιμονίας τέλος, καὶ ταῦτα διὰ τοῦ παρεισαγομένου προσώπου σοφωτάτου παρ' αὐτῷ. Πεποίηται γὰρ Ὀδυσσεὺς [36] ἀναφωνῶν· « οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι, ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα. » Ἡ δ' εὐφροσύνη ψυχική τίς ἐστι διάθεσις, ἣν ἄν τις ἐξηγήσαιτο καλὴν φρόνησιν, τοῦτο δ' ἂν ἐκδέξαιτο τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς φρόνησιν. Ὁμήρῳ μὲν ἀρκέσει προμετρηθὲν τὸ τῆς τιμῆς διὰ τὴν ἀρχαιότητα, ἐπὶ δὲ τοὺς φιλοσόφους ἰτέον.

Σωκράτης, Πλάτων, ταὐτὰ τῷ Πυθαγόρᾳ, τέλος ὁμοίωσιν θεοῦ. Σαφέστερον δ' αὐτὸ διήρθρωσε Πλάτων, προσθεὶς τὸ κατὰ τὸ δυνατόν, (φρονήσει δ' ἦν μόνως δυνατόν,) τοῦτο δ' ἦν τὸ κατ' ἀρετήν. Ἐν μὲν γὰρ θεῷ τὸ κοσμοποιὸν καὶ κοσμοδιοικητικόν· ἐν δὲ τῷ σοφῷ βίου κατάστασις καὶ ζωῆς διαγωγή· ὅπερ αἰνίξασθαι μὲν Ὅμηρον [37] εἰπόντα, « μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. » Πυθαγόραν δὲ ἐπ' αὐτοῦ [38] εἰπεῖν· Ἕπου θεῷ· δῆλον ὡς οὐχ ὁρατῷ καὶ προηγουμένῳ, νοητῷ δὲ καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας ἁρμονικῷ [39]. Εἴρηται δὲ παρὰ Πλάτωνος [40] κατὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας τριμερές, ἐν Τιμαίῳ μὲν φυσικῶς, προσθήσω δὲ καὶ Πυθαγορικῶς, σημαίνοντος ἀφθόνως τὴν ἐκείνου προσπίνοιαν· ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ ἠθικῶς· ἐν δὲ τῷ Θεαιτήτῳ λογικῶς· περιπέφρασται δὲ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Νόμων [41] ἐπὶ τῆς ἀκολουθίας τοῦ θεοῦ σαφῶς ἅμα καὶ πλουσίως. Τὸ δέ γε πολύφωνον τοῦ Πλάτωνος οὐ πολύδοξον [42]. Εἴρηται δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦ τέλους αὐτῷ πολλαχῶς. Καὶ τὴν μὲν ποικιλίαν τῆς φράσεως ἔχει διὰ τὸ λόγιον καὶ μεγαλήγορον, εἰς δὲ ταὐτὸ [43] καὶ σύμφωνον τοῦ δόγματος συντελεῖ. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν. Τοῦτο δ' αὖ κτῆσις ἅμα καὶ χρῆσις τῆς τελείας ἀρετῆς. Ὅτι δὲ τέλος αὐτὴν ἡγεῖται, τέταχεν ἐν Τιμαίῳ [44] κατὰ τοὔνομα [45]· φράσω δὲ καὶ τὸ ἀκροτελεύτιον τῆς περιοχῆς· ἔχει δ' οὕτως· ὁμοιώσαντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἀρίστου βίου πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν μέλλοντα χρόνον [46].

Ἀριστοτέλης [47] χρῆσιν ἀρετῆς τελείας ἐν προηγουμένοις. Ἡ μὲν οὖν χρῆσίς ἐστι πλέον τῆς κτήσεως· ἐνέργειαν γὰρ εἶναι βούλεται τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τὸ τέλος ἡμέτερον. Ἡ δ' ἀρετὴ ἕξις ἡ βελτίστη ψυχῆς· τελεία δὲ τριχῶς, καὶ γὰρ σύνθετος ἐκ τῶν θεωρητικῶν καὶ πρακτικῶν καὶ ἠθικῶν· τρία γὰρ ὑποτίθεται γένη, ἃ ἂν εἴποις ἀρετῆς κατὰ σύνθεσιν, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων δυνάμεων συμπεπληρωμένης, φύσεως [48], λόγου, ἔθους. Ταύτῃ κατ' ἀριθμὸν ἐρεῖ τις, ἢ καὶ κατὰ συμφωνίαν τοῦ λογικοῦ μέρους πρὸς τἄλογον τῆς ψυχῆς, περὶ ὧν ὑποβὰς διαρθρώσω. Πολλαχῶς δ' ἔξεστι τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζεσθαι κατ' αὐτόν, οἷον ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν τελείαν, ἐν βίῳ τελείῳ προηγουμένην·

---

ipsa inter se concinunt. Quum enim homo ex animo et corpore constet, in his et circa haec necessario ponenda est ejus beatitudo. Quare de primis statim dicamus, quales fuerint, qui ab animo hac in re sunt profecti. Homerus, ut antiquitati primas deferamus, in animo beatitudinem posuit; idque sub persona quam introduxit sapientissima. Etenim in hunc modum Ulixem vociferantem facit : « Non enim ego ullam puto rem gratiorem esse, quam quum laetitia quidem detinet populum universum. » Nam laetitia quae hic dicitur habitus est animi, quem liceat convenientem affectionem sive rerum honestarum prudentiam interpretari. Atque Homero quidem hic propter antiquitatem primus habitus honor sufficiet; deinceps autem ad philosophos pergemus.

Socrates, Plato, non dissentientes a Pythagora, finem dixerunt Dei similitudinem. Verum id planius explicavit Plato, quatenus fieri posset, adjiciens : prudentia autem sive virtute sola id fieri potest. Ut enim in Deo cernitur mundi creatio et administratio, ita in sapiente vitae institutio ac vivendi ratio; quod quidem Homerus indicavit, quum dixit : « deae vestigia insequebatur. » Sed Pythagoras quoque de ea re dixit : Sequere Deum; nimirum non tam oculis videndum et praeeuntem, quam mente cernendum musicumque rerum compagi praepositum. Atque hoc a Platone juxta tres philosophiae partes in Timaeo quidem physice, addam et Pythagorice, cujus placita ubique abundanter significavit; in Republica autem ethice, in Theaeteto vero logice dictum : expositum etiam est in quarto de Legibus libro simul perspicue et copiose de Dei imitatione. Caeteroqui quamvis Plato in verbis variet, non tamen ideo in sententiis varius est atque inconstans. De fine quoque multis locis agit. Ac varietatem quidem dictionis habent ista propter doctrinam et magniloquentiam, sed ad eundem sensum idemque praeceptum omnia ejus verba redeunt. Est vero illud cum virtute vivere; hoc vero rursus perfectae virtutis simul possessionem et usum significat. Hunc sane finem se statuere, nominatim in Timaeo confessus est in loco cujus ultima tantum verba afferam; sunt autem haec : per quam similitudinem vitae optimae divino munere hominibus propositae finem et in praesens et in posterum tempus consequamur.

Aristoteles usum virtutis perfectae in productis posuit. Atque usus quidem plus quam possessio valet, quoniam functionem vult esse beatitudinem finemque nobis propositum. Virtus autem habitus est animi optimus; perfecta vero trifariam accipitur, quia e contemplativis, activis et moralibus constat : siquidem tria statuuntur genera virtutis ut compositae atque e suis facultatibus, natura, ratione, more conflatae. Sic igitur pro partium numero aliquis dicat, aut virtutem etiam definiat concentum ratione praeditae partis animi cum rationis experte.

καὶ βίος καλὸς καὶ τέλειος προηγούμενος, καὶ τὸ πάντων σαφέστατον [49], χρῆσις ἀρετῆς τελείας ἐν βίῳ τελείῳ [50] προηγουμένη. Βίῳ δὲ τελείῳ λέγει πρὸς τὴν διάστασιν τῆς χρήσεως τῶν ἀγαθῶν· προηγουμένην δέ, χάριν τοῦ τὴν χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, μὴ ἐν κακοῖς. Τοῦτο μὲν οὖν τέλος· τὸ δ' αὐτὸ συνωνύμως εὐδαιμονία παρὰ Πλάτωνος μετεννηνεγμένον [51]. Σκοπὸν δ' ὑποτίθεται [52] τῆς ἐφέσεως τῶν ἀνθρωπίνων ὀρέξεων τρεῖς, τὸν τοῦ καλοῦ, τοῦ συμφέροντος, τοῦ ἡδέος. Καλὸν [53] μὲν οὖν ἐστιν ἀρετή, καὶ τὸ μέτοχον τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ αὐτὸς ὁ σπουδαῖος, καὶ τὸ ἀπ' ἀρετῆς ἔργον, ὥστε ἀγαθόν, τὸ καλόν· καὶ τὸ ἐπαινετόν, καὶ τὸ παρέχον ἐπαινετούς. Συμφέρον δέ, τὸ πρὸς τὸ ζῆν εὔχρηστον· συμπαρατείνει δ' ἂν ἡ ἔννοια καὶ πρὸς τὸ εὖ ζῆν. Ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ φύσιν ψυχῆς καὶ σώματος, περὶ ὧν προείρηται. Ἡδὺ δ' ἐστὶν οἰκεῖον ψυχῆς καὶ σώματος πάθος, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν ἀγωγόν, ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ [54] ὡρίσατο. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νικομαχείων [55] Εὔδοξον [56] τὸν ἀστρολόγον οἴεται τέλος δογματίζειν τὴν ἡδονήν.

Δημόκριτος καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται. Γέγραφε [57] δ' ὁ μὲν οὕτως· Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκέει, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος· τὴν δὲ εὐθυμίην καὶ εὐεστὼ καὶ ἁρμονίην, ξυμμετρίην τε καὶ ἀταραξίην καλεῖ· συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ κάλλιστον καὶ τὸ συμφορώτατον ἀνθρώποις. Ὁ δὲ Πλάτων τῷ Δημοκρίτῳ κατὰ ταὐτὸ συνάδων, γράφει περὶ τοῦ κυριωτάτου τοῦ ἐν ἡμῖν δεῖν ὑπολαβεῖν ὡς ἄρ' αὐτὸ δαίμονα ἡμῖν δέδωκεν [ὁ θεός], ὅθεν καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εὐδαιμον· λέγει δὲ τοῦτ' ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς ἕξιν τινὰ ποιὰν καὶ διάθεσιν· τούτου δὲ ταγαθοῦ τὰ μὲν πάθη κατάρχειν, ὅρον δὲ καὶ πέρας εἶναι τὸν λογισμόν. Ἀκούειν γοῦν πάρεστι· δύο [58] γὰρ αὗται φύσει πηγαὶ μαθεῖνται ῥεῖν, ἡδονὴ καὶ λύπη, ὧν ὃ μὲν ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὅπη, καὶ ὅπως ἀρυτόμενος εὐδαιμονεῖ, ὁ δὲ μή, τοὐναντίον. Ἐν μὲν τοίνυν τῷ τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λύπην ὀνομάσαι, τὴν ἀπὸ τῶν παθῶν συνίστησι τῆς εὐδαιμονίας ἀρχήν· ἐν δὲ τῷ τὸν ἀρυτόμενον ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὅπη, καὶ ὅπως, εὐδαιμονεῖν, τὸ τῷ λογικῷ διοριστικὸν εἴρηκε τῆς εὐδαιμονίας. Κατὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀλλήλοις συμφέρονται· καθὰ δὲ Πλάτων μὲν ἐν τῇ εὐλογιστίᾳ τίθεται τὸ προηγούμενον ἀγαθόν, καὶ ὃ αὐτὸ αἱρετόν, ἐν δὲ τῇ ἡδονῇ τὸ ἐπιγεννηματικόν, ὅπερ οἴεται καὶτὸς εἶναι χαράν τε καὶ ἀταραξίαν συνωνύμως, ἐξ ἐπακολουθήματος διαφέρουσιν [59].

Ἀγαθόν [60] ἐστιν ἀφ' οὗ συμβαίνει τὸ ὠφελεῖσθαι· καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται τὰ λόγον ἔχοντα προηγουμένως· καὶ ὃ ἤτοι κατὰ φύσιν ἐστίν, ἢ ποιητικὸν τοῦ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ ὀρεκτικὸν κατὰ φύσιν· καὶ τὸ κινητικὸν τῆς κατὰ φύσιν ἐχούσης ὀρέξεως, καὶ καθ' ὃ ἕκαστον

---

de quibus infra agemus. Multis vero modis felicitatem secundum eum definire licet, ut exercitationem virtutis perfectæ in vita perfecta cum successu, ut vitam honestam et perfectam rerum successu florentem, et, quod omnium est planissimum, usum virtutis perfectæ in vita perfecta cum successu. Nimirum ad discernendum bonorum usum vita perfecta ponitur, successus autem, quoniam usus in bonis, non in malis cernitur. Atque hic quidem finis est; idem vero Platonica translatione felicitas appellatur. Jam scopos desiderii rerum hominibus expetendarum tres ponit: honestum, utile et jucundum. Honestum quidem cum virtus est tum quidquid virtute est præditum, ut vir bonus et recte factum, ita ut bonum sit quod honestum est, ideoque etiam laudabile et quod laude dignos reddit. Utile autem est quod ad vitam prodest, quo simul indicatur, quod ad bene vivendum valet. Talia sunt animi corporisque bona, de quibus antea diximus. Jucundum vero est propria animi et corporis affectio, ad naturale ab eo quod naturæ repugnat ducens, quemadmodum in Timæo definivit Plato. Aristoteles in decimo librorum ad Nicomachum, Eudoxum astrologum existimat voluptatem pro fine habuisse.

Democritus et Plato communiter in animo felicitatem ponunt. Et ille quidem sic scribit: Animi felicitas et infelicitas non in (possidendis) gregibus et auro consistit; animus est domicilium numinis: cæterum animi tranquillitatem etiam bonum ejus statum, concentum, æquabilitatem et perturbationum vacuitatem nominat. Nasci autem eam ait ex voluptatum separatione ac distinctione, quam rem longe præstantissimam et hominibus utilissimam esse censet. Plato autem in hoc consentiens cum Democrito, de eo quod præcipuum in nobis est scribit, putandum esse, Deum nobis illud pro dæmone dedisse, ideoque etiam in eo felicitatem inesse: quippe in animi principatu bonum hoc habitum quendam et affectionem vocat, cujus initium quidem ab affectibus sumatur, finis vero ac terminus ratiocinatio sit. Quippe hæc ejus verba sunt: duo fontes natura emissi fluunt, voluptas et dolor, e quibus qui unde et ubi et quomodo fas sit, hauriat, beatus, qui minus, miser est. Itaque cum voluptatem ac dolorem memoravit, ab affectibus initium beatitudinis cepit; cum eum qui unde et ubi et quomodo fas sit, hauriat, beatum dixit, rationis discrimen beatitudini adjunxit. Atque in hoc quidem inter se consentiunt: quatenus autem Plato in ratione bene subducta ponit bonum antecedens et per se eligendum, in voluptate vero consequens, quod ipse quoque gaudium et perturbationum vacuitatem verbis idem declarantibus vocat, necessario discrepant.

Bonum est, unde utilitas percipitur, et quod omnia ratione prædita præcipue appetunt; et quod vel secundum naturam est vel ejus efficiens; item naturalis appetitus et quod naturalem appetitum movet, et cui convenienter

εὖ ἔχει ὅσον ἐπὶ τῇ ἐκείνου παρουσίᾳ, ἢ ποιητικόν ἐστι τοῦ τοιούτου· καὶ ὃ ἤτοι δι' αὐτό ἐστιν αἱρετόν, ἢ ποιητικὸν τοῦ αἱρετοῦ· καὶ ὃ ἤτοι εὐδαιμονία ἐστίν, ἢ συμβαλλόμενον πρὸς εὐδαιμονίαν· καὶ καθάπερ Στράτων [61], τὸ τελειοῦν τὴν δύναμιν, δι' ἧς τῆς ἐνεργείας τυγχάνομεν· καὶ τὸ σωστικὸν τῆς ἑκάστου οὐσίας, καθὸ κρατήσει τῶν μερῶν [62] τὰ μετέχοντα τῆς τοιαύτης δυνάμεως, καὶ πολλαχῶς ἄλλως. Πλάτων δὲ τοιαύτῃ χρῆται διαιρέσει, θήσω δὲ κατὰ λέξιν ἐκ τοῦ πρώτου τῶν Νόμων, καὶ διὰ τὸ κάλλος τῆς φράσεως, καὶ διὰ τὴν σαφήνειαν [63]. Διττὰ δ' ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα, ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα, καὶ ἐὰν δέῃταί τις τὰ μείζονα, παρίστασθαι καὶ τὰ ἐλάττονα, εἰ δὲ μή, στέρεται ἀμφοῖν. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγίεια· κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχύς, εἴς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι, τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος, οὐ τυφλός, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄνπερ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. Ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη, τέταρτον ἀνδρεία. Ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει, καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτως. Ἔτι καὶ τοῦτον ἐνδιαστέλλομαι τὸν τρόπον· Πλάτων πολύφωνος ὤν, οὐχ ὥς τινες οἴονται πολύδοξος, πολλαχῶς διῄρηται τἀγαθόν. Διχῶς μὲν τῷ γένει τῶν ἀγαθῶν· τὰ μὲν θεῖα, τὰ δ' ἀνθρώπινα· θεῖα μὲν τὰς περὶ τὴν ψυχὴν ἀρετὰς λέγων, ἀνθρώπινα δὲ τὰς περὶ τὸ σωματικὸν μέρος εὐεξίας, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἐκτὸς λεγομένων εὐπορίας. Τριχῶς δὲ τοῖς τόποις· τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὰ μὲν περὶ ψυχήν, τὰ δὲ περὶ σῶμα, τὰ δ' ἐν τοῖς ἐκτός, ἃ ἀρετὰς εἴποις ἂν καὶ εὐπορίας καὶ εὐεξίας. Πενταχῶς δὲ τοῖς εἴδεσι· πρῶτον μὲν γὰρ τἀγαθὸν τὴν ἰδέαν αὐτὴν ἀποφαίνεται, ὅπερ ἐστὶ θεῖον καὶ χωριστόν· δεύτερον δὲ τὸ ἐκ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς σύνθετον, ὅπερ ἐνίοις δοκεῖ κατ' αὐτὸ εἶναι τέλος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς· τρίτον αὐτὴν καθ' αὑτὴν τὴν φρόνησιν· τέταρτον τὸ ἐκ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν σύνθετον· πέμπτον αὐτὴν καθ' αὑτὴν τὴν ἡδονήν. Ταύταις κέχρηται ταῖς διαστολαῖς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Νόμων, μάλιστα κἀν τῷ Φιλήβῳ [64]. Ἄλλως· Μόνον μὲν τὸ καλὸν ἀγαθόν, καθότι τῶν ὄντων οὐδὲν ἀγαθόν, εἰ μὴ μεταλάβοι τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ὁ ἁλὸς καὶ ὁ σίδηρος τοῦ πυρός, οὗ χωρὶς οὐδὲ ἁπλῶς θερμόν. Μετὰ δ' ἄλλων ἀγαθῶν, τῶν τριῶν γενῶν, ὅτι μετείληφεν αὐτοῦ τὰ δύο, τὰ σωματικὰ σὺν τοῖς ἐκτός [65]. Ὡς γὰρ τῆς σελήνης ἀφώτιστος μὲν ἡ οὐσία καθ' αὑτήν, μεταλήψει δὲ τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς φωτίζεται, οὕτως οὐδὲν ὃ μὴ μετέχει τῆς ἀρετῆς, ἀγαθόν. Τοῖς γὰρ ἀνθρωπίνοις τὸ δύνασθαι ὠφελεῖν ἐκ τῶν θείων πάρεστιν.

Ἀριστοτέλης [66] τὴν μὲν τριάδα τῶν ἀγαθῶν καὐτὸς ὁμοίως Πλάτωνι κατὰ τοὺς τόπους. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μέν ἐστι δι' ἑαυτὰ αἱρετά, τὰ δὲ δι' ἕτερα. Δι' ἑαυτὰ μὲν οὖν ἐστιν αἱρετά, ὅσα πρὸς τὴν αἵρεσιν

---

singula recte se habent, quantum illo præsente fieri potest, vel quod tale quid efficit; et quod vel per se est expetendum, vel ejus efficiens; et quod vel beatitudo est, vel ad eam conducit; et ut ait Strato, quod perficit facultatem, qua effectum obtinemus; et quod singularum rerum naturam conservat, quatenus res tali facultate præditæ omnibus partibus integræ manent, et multa alia. Plato autem hac divisione utitur, quam ad verbum ex primo de Legibus sumam, tum ob dictionis venustatem, tum ob perspicuitatem. Duplicia vero bona sunt, alia humana, divina alia, pendentque e divinis humana; ac si quis majora suscepit, minora quoque ei præsto sunt, sin autem illis caret, utrisque privatur. Cæterum minorum primum est sanitas; forma secundum; tertium vires ad cursum cæterosque corporis motus; quartum divitiæ, quæ cæcæ non sunt, sed acute cernunt, si prudentiam sequantur. Quæ quidem prudentia divinorum bonorum dux primaria est, deinde post mentem temperatus animi habitus. Ex his duobus cum fortitudine mixtis justitia tertio exoritur; fortitudo quartum tenet locum. Quæ omnia humanis illis natura præstant, ideoque etiam legumlatorem eum ordinem sequi oportet. Præterea hoc quoque simul explicandum duco: Plato qui verbis quidem, non tamen sententiis, ut nonnulli credunt, differt, variis modis distinxit bonum. Duplex dicit genus bonorum, alterum divinorum, alterum humanorum. Ac divina quidem virtutes animi, humana autem bonum corporis habitum vocat et quæ ad externa pertinent bona. Triplex autem genus respectu loci. Bonorum enim alia sunt circa animum, alia circa corpus, alia in rebus externis versantur, quæ virtutes, bonum habitum et opes appelles. Quinque autem distinguit species. Primam enim ipsam ideam boni ponit, quæ divina et ab aliis rebus semota est. Alteram quæ ex prudentia et voluptate constat, in qua nonnulli vitæ humanæ finem fere inesse volunt. Tertiam ipsam prudentiam per se. Quartam quæ e doctrinis et artibus composita est. Quintam, voluptatem per se. His divisionibus utitur in primo de Legibus, et maxime in Philebo. Aliter: Unice quidem honestum bonum est, quatenus eorum quæ sunt nihil bonum est, nisi virtutis particeps sit, ut torris et ferrum ignis, sine quo nullus omnino calor. Verum una cum aliis quoque bonis secundum tres species, quia reliquæ duæ, corporis et externa, ejus participes sunt. Ut enim lunæ substantia per se quidem luce caret, illustratur vero eo quod solis luminis particeps sit, sic etiam nihil, quod non particeps virtutis sit, bonum est. Quod enim hominibus prodesse potest, e divinis adsit oportet.

Aristoteles quoque loci ratione habita triplicia cum Platone bona statuit. Verum bona insuper alia per se expe-

αὐτῶν οὐ δι' ἄλλο τι κινεῖ ἢ προτρέπεται· τοιαῦτα δ' ἐστὶν οἷον εὐδαιμονία, καὶ τὸ γένος τῶν ἀρετῶν καὶ τὰ σωματικὰ τῶν κατὰ φύσιν, ὑγίεια, εὐεξία, εὐαισθησία, κάλλος, τάχος, ἀρτιότης, ἰσχύς, τὰ παραπλήσια τούτοις, καὶ τῶν σωματικῶν ἡδοναί, αἱ μηδεμίαν βλάβην ἐπιφέρουσαι. Ταῦτα γὰρ ὁ νοῦν ἔχων ἕλοιτ' ἂν αὐτά, κἂν μηδὲν ἄλλο κεχωρισμένον αὐτῶν περιποιῇ. Δι' ἄλλα δ' ἐστὶν αἱρετά, τὰ δι' ἕτερόν τι κεχωρισμένον αὐτῶν προκαλούμενα πρὸς τὴν αἵρεσιν, περίπατος, γυμνασία, μάθησις, ἀνάγνωσις, ἰατρεῖαι, θεραπεῖαι, τροφαί, σκέπαι. Τούτων γὰρ οὐδὲν δι' αὐτὸ ληπτόν, κατὰ δὲ τὴν ἀναφορὰν τὴν ἐφ' ἃ παρέχεται.

Εἰ πᾶν τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετόν; Κατὰ μὲν Πλάτωνα πᾶν. Καὶ γὰρ ἀρετὴν πᾶσαν, καὶ τὴν καθ' ἑκάστην ἕξιν σπουδαίαν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἥτις ἐστὶ πρᾶξις μετὰ λόγου. Ὠνομάσθη γοῦν καλόν, ὅτι κλητικόν ἐστιν ἐφ' αὑτό [67]. Τῷ δ' Ἀριστοτέλει δοκεῖ, τὰς μὲν ἕξεις οὐκ εἶναι δι' αὑτὰς αἱρετάς, δι' ἄλλο γάρ τι, τὴν ἐνέργειαν. Πᾶσα γὰρ ἕξις διὰ ταύτην, ὥστε τὸ οὗ ἕνεκα, τοῦτο δὲ δι' αὐτὸ αἱρετόν, ὕπαρξις, ἢ χρῆσις καὶ τέλος τοῦ βίου. Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὗτος μὲν ἀπὸ τῆς χρήσεως ἀναφωνεῖ, Πλάτων δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κτήσεως. Ἀλλ' ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐν τοῖς Νόμοις καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ καί τισιν ἄλλοις ταῦτα κεχώρηκεν, ὁ δὲ νεώτερος ἐν τοῖς Ἠθικοῖς.

Ζήνωνος καὶ τῶν λοιπῶν Στωϊκῶν δόγματα περὶ τοῦ ἠθικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας [68].

Περὶ δὲ τῶν ἠθικῶν ἑξῆς ποιήσομαι τὸν ὑπομνηματισμόν, τὰ κεφάλαια τῶν ἀναγκαίων δογμάτων ἀναλαβών. Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν. Ταῦτ' εἶναί φησιν ὁ Ζήνων, ὅσα οὐσίας μετέχει· τῶν δ' ὄντων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθά, τὰ δὲ κακά, τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν τὰ τοιαῦτα· φρόνησιν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, καὶ πᾶν ὅ ἐστιν ἀρετὴ ἢ μετέχον ἀρετῆς· κακὰ δὲ τὰ τοιαῦτα· ἀφροσύνην, ἀκολασίαν, δειλίαν, ἀδικίαν, καὶ πᾶν ὅ ἐστι κακία ἢ μετέχον κακίας· ἀδιάφορα δὲ τὰ τοιαῦτα· ζωήν, θάνατον, δόξαν, ἀδοξίαν, πόνον, ἡδονήν, πλοῦτον, πενίαν, νόσον, ὑγίειαν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἀρετάς, τὰ δ' οὔ. Φρόνησιν μὲν οὖν καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἀρετάς· χαρὰν δὲ καὶ εὐφροσύνην καὶ θάρσος καὶ βούλησιν καὶ τὰ παραπλήσια οὐκ εἶναι ἀρετάς. Τῶν δ' ἀρετῶν τὰς μὲν ἐπιστήμας τινῶν καὶ τέχνας, τὰς δ' οὔ. Φρόνησιν μὲν οὖν καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην ἐπιστήμας εἶναί τινων καὶ τέχνας· μεγαλοψυχίαν δὲ καὶ ῥώμην καὶ ἰσχὺν ψυχῆς οὔτ' ἐπιστήμας εἶναί τινων οὔτε τέχνας. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μὲν εἶναι κακίας, τὰ δ' οὔ. Ἀφροσύνην μὲν οὖν καὶ ἀκολασίαν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν καὶ μικροψυχίαν καὶ ἀδυναμίαν κακίας εἶναι· λύπην δὲ καὶ φόβον καὶ τὰ παραπλήσια οὐκ εἶναι κακίας. Τῶν δὲ κακιῶν τὰς μὲν εἶναι ἀγνοίας τινῶν, καὶ ἀτεχνίας, τὰς δ' οὔ. Ἀφροσύνην μὲν οὖν καὶ ἀκολασίαν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν ἀγνοίας εἶναί τινων καὶ ἀτεχνίας· μικροψυχίαν δὲ καὶ ἀδυναμίαν, οὔτε ἀγνοίας τινῶν οὔτε ἀτεχνίας. Ἔτι δὲ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχειν, καὶ ἀεί, τὰ δὲ οὔ. Ἀρετὴν μὲν οὖν πᾶσαν καὶ φρονίμην αἴσθησιν,

---

tuntur, alia propter aliud. Ac per se quidem expetuntur, quæ non propter aliud quid sui cupidinem movent ac desiderium nobis incutiunt; qualia sunt verbi gratia felicitas, omne virtutum genus, corporis bona secundum naturam, ut sanitas, bonus habitus, sensuum vigor, pulchritudo, celeritas, membrorum integritas, robur atque alia his similia; voluptates corporis quoque nihil damni nobis afferentes. Siquidem hæc vir prudens per se, etiamsi nihil aliud inde consequatur, expetit. Propter aliud autem expetuntur, quæ propter aliud inde consequens sui cupiditate nos inflammant, ut ambulatio, exercitatio, disciplina, lectio, medicina, curatio, alimenta, tegumenta. Namque ex his nihil per se, sed tantum propter ea quæ offert expetitur.

Num omne honestum per se sit expetendum? Secundum Platonem quidem omne. Quippe et virtutem omnem et probum animi habitum earum singulis convenientem et functionem, quæ est actio cum ratione, eo refert. Appellatum certe est honestum sive *calon* quasi a calando, quod ad se vocet seu invitet. Aristoteli vero videtur, habitus non per se esse expetendos, sed propter aliud, functionem videlicet. Omnis enim habitus propter hanc est, ita ut ejus causa sint; hoc autem tantum per se expetendum est, quippe in quo substantia vel usus et finis vitæ consistat. At felicitatem hic ab usu appellat, Plato vero etiam a possessione. Et ille quidem ætate superior in Legibus, Timæo et aliis libris hæc percepit, Aristoteles autem in Ethicis.

Zenonis et reliquorum Stoicorum de morali philosophiæ parte placita.

Sed de morali philosophia deinceps conficiam commentarios, præcipua dogmata summatim explicans. Initium autem inde faciam: Ea esse dicit Zeno, quæ substantiam habent; ex his vero alia esse bona, alia mala, alia indifferentia. Ac bona quidem judicari prudentiam, justitiam, temperantiam, fortitudinem omnemque virtutem et quod particeps est virtutis; mala autem amentiam, intemperantiam, ignaviam, injustitiam et omne vitium et quod particeps vitii est: indifferentia vero vitam, mortem, gloriam, ignominiam, laborem, voluptatem, divitias, paupertatem, morbum, sanitatem et horum similia. Cæterum bonorum alia virtutes esse, alia non esse. Quippe prudentiam, temperantiam, fortitudinem virtutes esse; gaudium autem, lætitiam, audaciam, voluntatem et quæ his similia sunt non esse virtutes. Vir-

καὶ φρονίμην ὁρμήν, καὶ τὰ ὅμοια πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχειν, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ· χαρὰν δὲ καὶ εὐφροσύνην καὶ φρονίμην περιπάτησιν [69], οὔτε πᾶσι τοῖς φρονίμοις ὑπάρχειν, οὔτ' ἀεί. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν, τὰ μὲν πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχει καὶ ἀεί, τὰ δ' οὔ. Κακίαν μὲν οὖν πᾶσαν, καὶ ἄφρονα αἴσθησιν, καὶ ἄφρονα ὁρμήν, καὶ τὰ παραπλήσια, πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχειν καὶ ἀεί· λύπην δὲ καὶ φόβον καὶ ἄφρονα ἀπόκρισιν, οὔτε πᾶσι τοῖς ἄφροσιν ὑπάρχειν, οὔτε παντὶ καιρῷ. Πάντα δὲ ταγαθὰ [70] ὠφέλιμα εἶναι καὶ χρηστά, καὶ συμφέροντα καὶ λυσιτελῆ, καὶ σπουδαῖα καὶ πρέποντα καὶ καλὰ καὶ οἰκεῖα· τὰ δὲ κακὰ ἐκ τῶν ἐναντίων πάντα βλαβερὰ καὶ δύσχρηστα καὶ ἀσύμφορα καὶ ἀλυσιτελῆ, καὶ φαῦλα καὶ ἀνοίκεια· καὶ ἀπρεπῆ καὶ αἰσχρά. Τὸ δ' ἀγαθὸν [71] λέγεσθαί φασι πλεοναχῶς, τὸ μὲν πρῶτον, οἷον πηγὴς ἔχον χώραν, ὅπερ οὕτως ἀποδεδόσθαι, ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, (τὸ δὲ πρῶτον εἶναι αἴτιον,) ἢ ὑφ' οὗ· τὸ δεύτερον, καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι· κοινότατον δὲ καὶ ἐπιδιατεῖνον καὶ ἐπὶ τὰ προειρημένα, τὸ οἷόν τε ὠφελεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κακὸν κατὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀναλογίαν ὑπογράφεσθαι. Τὸ μὲν οὖν ἀφ' οὗ συμβαίνει βλάπτεσθαι ἢ ὑφ' οὗ· τὸ δὲ καθ' ὃ [72] συμβαίνει βλάπτεσθαι· κοινότερον δὲ τούτων τὸ οἷόν τε βλάπτειν. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχήν, τὰ δ' ἐκτός [73], τὰ δ' οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτός. Περὶ ψυχὴν μὲν τὰς ἀρετὰς καὶ σπουδαίας ἕξεις, καὶ καθόλου τὰς ἐπαινετὰς ἐνεργείας· ἐκτὸς δὲ τούς τε φίλους καὶ τοὺς γνωρίμους καὶ τὰ παραπλήσια· οὔτε δὲ περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτός, τοὺς σπουδαίους καὶ καθόλου τοὺς τὰς ἀρετὰς ἔχοντας. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μὲν περὶ ψυχήν, τὰ δ' ἐκτός, τὰ δὲ οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτός. Περὶ ψυχὴν μὲν τάς τε κακίας σὺν ταῖς μοχθηραῖς ἕξεσι, καὶ καθόλου τὰς ψεκτὰς ἐνεργείας· ἐκτὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς σὺν τοῖς εἴδεσιν· οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτ' ἐκτὸς τοὺς φαύλους καὶ πάντας τοὺς τὰς κακίας ἔχοντας. Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἕξεις [74], τὰ δὲ διαθέσεις, τὰ δὲ ἕξεις μὲν διαθέσεις δ' οὔ, τὰ δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις. Διαθέσεις μέν, τὰς ἀρετὰς πάσας, ἕξεις δὲ μόνον καὶ οὐ διαθέσεις, τὰ ἐπιτηδεύματα, ὡς τὴν μαντικήν, καὶ τὰ παραπλήσια· οὔτε δὲ ἕξεις οὔτε διαθέσεις, τὰς κατ' αὐτὰς ἐνεργείας, οἷον φρόνησιν, καὶ τὴν τῆς σωφροσύνης κτῆσιν καὶ τὰ παραπλήσια. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν περὶ ψυχὴν κακῶν τὰ μὲν εἶναι ἕξεις τὰ δὲ διαθέσεις [75], τὰ δ' ἕξεις μὲν διαθέσεις δ' οὔ, τὰ δὲ οὔτε ἕξεις οὔτε διαθέσεις. Διαθέσεις μὲν τὰς κακίας πάσας, ἕξεις δὲ μόνον τάς γ' εὐκαταφορίας [76], οἷον τὴν φθονερίαν, τὴν ἐπιλυπίαν καὶ τὰ ὅμοια, καὶ ἔτι τὰ νοσήματα καὶ ἀῤῥωστήματα, οἷον φιλαργυρίαν, οἰνοφλυγίαν καὶ τὰ παραπλήσια.

---

tutes vero alias esse doctrinas atque artes, alias non esse. Prudentiam videlicet, temperantiam, fortitudinem, justitiam doctrinas atque artes esse; animi autem magnitudinem, robur et vim neque disciplinam neque artes esse. Pari porro ratione malorum alia vitia esse, alia non esse. Amentiam scilicet, intemperantiam, injustitiam, ignaviam, animi contractionem et imbecillitatem vitia esse; at dolorem, metum et similia non esse vitia. Vitiorum quoque alia inscitias rerum esse et imperitias, alia non esse. Nimirum amentiam et intemperantiam, injustitiam et ignaviam rerum quarundam inscitias esse atque imperitias. At animi contractionem et imbecillitatem neque inscitias esse neque imperitias. Præterea bona alia omnibus prudentibus contingere semperque præsto esse, alia non adesse. Nempe virtutem omnem, sensum sanum, appetitionem prudentem ac similia prudentibus contingere atque omni tempore præsto esse; gaudium autem ac lætitiam scitumque sermonem inter ambulandum habitum neque omnibus prudentibus contingere neque semper. Pari insuper ratione mala alia omnibus amentibus accidere semperque obvenire, alia non item. Vitium enim omne, sensum insanum, appetitionem imprudentem ac similia insipientibus omnibus congruere semperque tribui; dolorem autem, metum ac responsum imprudens neque omnibus imprudentibus neque omni tempori convenire. Ad hoc omnia bona utilia esse, commoda, conducibilia, fructuosa, proba, decora, honesta et cognata; mala contra omnia noxia incommoda, inutilia, infructuosa, prava, aliena, indecora ac turpia. Bonum vero pluribus modis dici ajunt, primum illud quasi fontis vicem obtinens quod ita definiunt, esse causam vel principium, unde vel ex quo utilitas percipiatur, deinde illud, secundum quod utilitas capiatur; denique istud quod latissime patet ac simul priores duas species quarum mentio facta est complectitur, quod potest prodesse. Similiter etiam malum describi ad bonorum analogiam. Primum illud a quo vel per quod aliis detrimentum importatur, deinde illud, secundum quod detrimentum infertur, denique istud unum omnium latissime patens quod potest nocere. Bona porro alia circa animum esse, alia extra animum, alia neutro in loco esse. Circa animum quidem virtutes et probos habitus omninoque laudabiles functiones; extra animum vero amicos, familiares et similia; neutro in loco autem homines probos atque in universum virtute præditos. Similiter etiam mala alia in animo cerni, alia extra animum, alia neutro in loco. Circa animum esse vitia, malos habitus atque in universum reprehendendas functiones; extra animum autem inimicos varii generis; neutro in loco vero improbos et quicunque vitiis contaminati sunt. Ad hæc animi bonorum alia esse habitus, alia affectiones, alia habitus quidem sed non affectiones, alia neque habitus neque affectiones. Affectiones quidem, omnes virtutes; habitus vero solum ac non affectiones, studia, ut divinationem et similia; neque habitus denique neque affectiones, functiones per se, ut prudentiam, temperantiæ possessionem et similia. Similiter etiam ex malis circa

Οὔθ' ἕξεις οὔτε διαθέσεις τὰς κατὰ κακίας ἐνεργείας, οἷον ἀφρόνευσιν, ἀδίκευσιν, καὶ τὰ ταύταις παραπλήσια. Τῶν τε ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικὰ τὰ δὲ ποιητικά, τὰ δὲ ἀμφοτέρως ἔχοντα [77]. Ὁ μὲν οὖν φρόνιμος ἄνθρωπος καὶ ὁ φίλος ποιητικὰ μόνον ἐστὶν ἀγαθά· χαρὰ δὲ καὶ εὐφροσύνη καὶ θάρσος, καὶ φρονίμη περιπάτησις, τελικὰ μόνον ἐστὶν ἀγαθά· αἱ δ' ἀρεταὶ πᾶσαι καὶ ποιητικά ἐστιν ἀγαθὰ καὶ τελικά, καὶ γὰρ ἀπογεννῶσι τὴν εὐδαιμονίαν καὶ συμπληροῦσι, μέρη αὐτῆς γινόμενα. Ἀνάλογον δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μέν ἐστι ποιητικὰ τῆς κακοδαιμονίας, τὰ δὲ τελικά, τὰ δὲ ἀμφοτέρως ἔχοντα. Ὁ μὲν οὖν ἄφρων ἄνθρωπος καὶ ὁ ἐχθρὸς ποιητικὰ μόνον ἐστὶ κακά, λύπη δὲ καὶ φόβος καὶ κλοπὴ καὶ ἄφρων ἐρώτησις καὶ τὰ ὅμοια τελικά· αἱ δὲ κακίαι καὶ ποιητικὰ καὶ τελικά ἐστι κακά· ἀπογεννῶσι γὰρ τὴν κακοδαιμονίαν καὶ συμπληροῦσι, μέρη αὐτῆς γινόμενα.

Φρόνησιν [78] δ' εἶναι ἐπιστήμην ὧν ποιητέον καὶ οὐ ποιητέον καὶ οὐδετέρων, ἢ ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, φύσει πολιτικοῦ ζώου [79], καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἀρετῶν οὕτως ἀκούειν παραγγέλλουσι. Σωφροσύνην δ' εἶναι ἐπιστήμην αἱρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων· δικαιοσύνην δὲ ἐπιστήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ· ἀνδρείαν δὲ ἐπιστήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων. Ἀφροσύνην δὲ ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, ἢ ἄγνοιαν ὧν ποιητέον ἢ οὐ ποιητέον, ἢ οὐδετέρων. Ἀκολασίαν δὲ ἄγνοιαν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων. Ἀδικίαν [80] δὲ ἄγνοιαν μὴ ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ. Δειλίαν δὲ ἄγνοιαν δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων. Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ κακίας ὁρίζονται, τῶν εἰρημένων ἐχόμενοι [81]. Κοινότερον δὲ τὴν ἀρετὴν διάθεσιν εἶναί φασι ψυχῆς σύμφωνον αὐτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον. Τῶν δ' ἀρετῶν τὰς μὲν εἶναι πρώτας, τὰς δὲ ταῖς πρώταις ὑποτεταγμένας. Πρώτας δὲ τέτταρας εἶναι, φρόνησιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην. Καὶ τὴν μὲν φρόνησιν περὶ τὰ καθήκοντα γίγνεσθαι· τὴν δὲ σωφροσύνην περὶ τὰς ὁρμὰς τοῦ ἀνθρώπου· τὴν δὲ ἀνδρείαν περὶ τὰς ὑπομονάς· τὴν δὲ δικαιοσύνην περὶ τὰς ἀπονεμήσεις. Τῶν δὲ ὑποτεταγμένων [82] ταῖς ἀρεταῖς ταύταις τὰς μὲν τῇ φρονήσει ὑποτετάχθαι, τὰς δὲ τῇ σωφροσύνῃ, τὰς δὲ τῇ ἀνδρείᾳ, τὰς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. Τῇ μὲν οὖν φρονήσει ὑποτάττεσθαι εὐβουλίαν, εὐλογιστίαν, ἀγχίνοιαν, νουνέχειαν, εὐμηχανίαν· τῇ δὲ σωφροσύνῃ εὐταξίαν, κοσμιότητα, αἰδημοσύνην, ἐγκράτειαν· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ καρτερίαν, θαῤῥαλεότητα, μεγαλοψυχίαν, εὐψυχίαν, φιλοπονίαν· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ εὐσέβειαν, χρηστότητα, εὐκοινωνησίαν, εὐσυναλλαξίαν. Εὐβουλίαν μὲν οὖν εἶναι λέγουσιν ἐπιστήμην τοῦ ποῖα καὶ πῶς πράττοντες πράξομεν συμφερόντως. Εὐλογιστίαν δὲ ἐπιστήμην ἅμα διαιρετικὴν καὶ ἀνακεφαλαιωτικὴν [83] τῶν γιγνομένων καὶ ἀποτελουμένων. Ἀγχίνοιαν δὲ ἐπιστήμην εὑρετικὴν τοῦ καθήκοντος ἐκ τοῦ παραχρῆμα. Νουνέχειαν δὲ ἐπιστήμην ἐπιτευκτικὴν τοῦ ἐν ἑκάστῳ σκοποῦ. Εὐμηχανίαν δὲ ἐπιστήμην εὑρετικὴν διεξόδου πραγμάτων. Εὐταξίαν δὲ ἐπιστήμην τοῦ ποτε πρακτέον, καὶ τί μετὰ τί, καὶ καθόλου τῆς τάξεως τῶν πράξεων. Κοσμιότητα δὲ ἐπιστήμην πρεπουσῶν καὶ ἀπρεπῶν κινήσεων. Αἰδημοσύνην δὲ ἐπιστήμην εὐλαβητικὴν ὀρθοῦ ψόγου. Ἐγκράτειαν δὲ ἐπιστήμην ἀνυπέρβλητον τῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φανέντων. Καρτερίαν δὲ ἐπιστήμην ἐμμενητικὴν τοῖς ὀρθῶς κριθεῖσι. Θαῤῥα-

---

animum alia esse habitus, alia affectiones, alia habitus quidem sed non affectiones, alia neque habitus neque affectiones. Affectiones quidem esse vitia omnia, habitus vero tantum animi inclinationes, ut invidentiam et mœstitiam et similia, morbos præterea et ægrotationes, ut pecuniæ cupiditatem, vinolentiam atque alia ejusmodi. At neque habitus neque affectiones esse functiones vitiosas, ut imprudentiam, injuste factum atque his similia. Bona præterea alia esse ad finem pertinentia, alia efficientia, alia utriusque generis. Etenim vir prudens et amicus efficientia duntaxat bona sunt; gaudium vero et lætitia et confidentia ac sermo scitus inter ambulandum habitus ad finem tantum pertinentia sunt bona; sed virtutes omnes tum efficientia sunt bona tum ad finem pertinentia, quia simul felicitatem gignunt, simul partes ejus factæ illam explent. Pari etiam ratione malorum alia infelicitatis efficientia sunt, alia ad finem pertinentia, alia utriusque generis. Quippe homo demens et inimicus mala tantum efficientia sunt, dolor autem et metus et furtum et stulta interrogatio et similia ad finem pertinentia sunt; sed vitia qua efficientia qua ad finem pertinentia mala sunt, propterea quod cum infelicitatem gignunt, tum postquam ejus partes evaserunt, illam explent.

Prudentiam esse scientiam faciendorum et non faciendorum et neutrorum, vel scientiam bonorum et malorum et neutrorum animalis naturâ civilis, idque etiam de cæteris virtutibus intelligi volunt. Temperantiam esse scientiam expetendorum et fugiendorum et neutrorum; justitiam vero scientiam suum cuique tribuentem; fortitudinem autem scientiam metuendorum et non metuendorum et neutrorum. Similiter amentiam esse inscitiam bonorum et malorum et neutrorum, vel ignorantiam faciendorum et non faciendorum et neutrorum. Sed intemperantiam esse inscitiam expetendorum et fugiendorum et neutrorum. Contra injustitiam esse ignorantiam suum cuique denegantem. Ignaviam vero inscitiam metuendorum ac non metuendorum et neutrorum. Eodem prope modo reliqua etiam virtutum vitiorumque genera prædictis adhærescentes definiunt. Communius autem virtutem esse dicunt animi affectionem secum per totam vitam consentientem. Virtutes porro alias primas ponunt, alias primis subjectas. Primas quidem quatuor, prudentiam, temperantiam, for-

λεότητα δὲ ἐπιστήμην καθ' ἣν οἴδαμεν ὅτι οὐδενὶ δεινῷ μὴ περιπέσωμεν. Μεγαλοψυχίαν δὲ ἐπιστήμην [84] ὑπεράνω ποιοῦσαν τῶν πεφυκότων ἐν σπουδαίοις τε γίγνεσθαι καὶ φαύλοις. Εὐψυχίαν δὲ ἐπιστήμην ψυχῆς παρεχομένης ἑαυτὴν ἀήττητον. Φιλοπονίαν δὲ ἐπιστήμην ἐξεργαστικὴν τοῦ προκειμένου, οὐ κωλυομένην διὰ πόνου. Εὐσέβειαν δὲ ἐπιστήμην θεῶν θεραπείας. Χρηστότητα δὲ ἐπιστήμην εὐποιητικήν. Εὐκοινωνησίαν δὲ ἐπιστήμην ἰσότητος ἐν κοινωνίᾳ. Εὐσυναλλαξίαν δὲ ἐπιστήμην ἐν τῷ συναλλάττειν ἀμέμπτως τοῖς πλησίον. Πασῶν δὲ τούτων τῶν ἀρετῶν τὸ τέλος εἶναι, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. Ἑκάστην δὲ τούτου διὰ τῶν ἰδίων παρέχεσθαι τυγχάνοντα τὸν ἄνθρωπον. Ἔχειν γὰρ ἀφορμὰς παρὰ τῆς φύσεως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὁρμῶν εὐστάθειαν, καὶ πρὸς τὰς ὑπομονάς, καὶ πρὸς τὰς ἀπονεμήσεις κατὰ τὸ σύμφωνον [85]. Καὶ τὸ ἑξῆς ἑκάστη τῶν ἀρετῶν πράττουσα παρέχεται τὸν ἄνθρωπον ἀκολούθως τῇ φύσει ζῶντα. Ταύτας μὲν οὖν τὰς ῥηθείσας ἀρετὰς τελείας εἶναι λέγουσι περὶ τὸν βίον, καὶ συνεστηκέναι ἐκ θεωρημάτων· ἄλλας δὲ ἐπιγίγνεσθαι ταύταις, οὐκ ἔτι τέχνας οὔσας, ἀλλὰ δυνάμεις τινάς, ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως περιγιγνομένας, οἷον τὴν ὑγίειαν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἀρτιότητα, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, καὶ τὸ κάλλος. Ὥσπερ γὰρ τὴν τοῦ σώματος [86] ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, οὕτω καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ δογμάτων. Καὶ ὁμοίως ὥσπερ ἡ ἰσχὺς τοῦ σώματος τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν νεύροις, οὕτω καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἰσχὺς τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν τῷ κρίνειν καὶ πράττειν καὶ μή. Ὥσπερ τε τὸ κάλλος τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθιστάντων αὐτὸ [87] πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὸ ὅλον, οὕτω καὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἐστὶ συμμετρία τοῦ λόγου καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ πρὸς τὸ ὅλον τε αὐτοῦ [88] καὶ πρὸς ἄλληλα. Πάσας δὲ τὰς ἀρετάς, ὅσαι ἐπιστῆμαί εἰσι καὶ τέχναι, κοινά τε θεωρήματα ἔχειν, καὶ τέλος, ὡς εἴρηται, τὸ αὐτό, διὸ καὶ ἀχωρίστους εἶναι· τὸν γὰρ μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν, καὶ τὸν κατὰ μίαν πράττοντα, κατὰ πάσας πράττειν. Διαφέρειν δ' ἀλλήλων καὶ τοῖς κεφαλαίοις. Φρονήσεως μὲν γὰρ εἶναι κεφάλαια τὸ μὲν θεωρεῖν καὶ πράττειν, ὃ ποιητέον, προηγουμένως. Κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον, τὸ θεωρεῖν καὶ ἃ δεῖ ἀπονέμειν,

---

titudinem, justitiam. Ac prudentiam quidem circa officia versari; temperantiam circa appetitus hominis; fortitudinem circa resistendi vim; justitiam circa distributiones. Subjectarum vero hisce virtutibus alias subjectas esse prudentiæ, alias temperantiæ, alias fortitudini, alias justitiæ. Et prudentiæ quidem subjici consilii maturitatem, perspicacitatem, sagacitatem, sollertiam, industriam: temperantiæ autem ordinis studium, decentiam, verecundiam, continentiam: fortitudini vero constantiam, confidentiam, magnanimitatem, æquanimitatem, sedulitatem: justitiæ denique pietatem, integritatem, affabilitatem, comitatem. Cæterum consilii maturitatem esse dicunt scientiam utilitatis in rebus gerendis comparandæ; perspicacitatem, scientiam rerum eventus simul singulatim atque in universum investigandi; sagacitatem, scientiam statim inveniendi officii; sollertiam, scientiam in unaquaque re ad propositum finem perveniendi; industriam, scientiam rerum exitum inveniendi. Porro ordinis studium scientiam temporis rerum gerendarum earumque ordinis; at decentiam, peritiam honestarum ac turpium commotionum; verecundiam, scientiam vitandæ justæ vituperationis; continentiam, plenam rerum rectæ rationi congruentium cognitionem. Præterea constantiam, scientiam in recto judicio permanendi; confidentiam, scientiam qua nihil adversi nobis eventurum confidimus; magnanimitatem, scientiam quæ animos cuncta tam in rebus prosperis quam in adversis accidere solita contemnentes facit; æquanimitatem, scientiam animi se invictum præbentis; sedulitatem, scientiam peragendi propositi, labore non deterritam. Denique pietatem, scientiam cultus deorum; integritatem, scientiam recte faciendi; affabilitatem, scientiam æqualitatis in vitæ societate; comitatem, scientiam honeste cum aliis contrahendi. Atque harum virtutum omnium finem esse, naturæ convenienter vivere. Sed earum unamquamque sua ope hominem ejus rei participem facere, præsertim quum a natura habeat adjumenta tum ad officii inventionem, tum ad appetitionum constantiam, tum ad resistendi vim, tum ad distributiones secundum concentum a natura constitutum. Quin etiam singulæ virtutes ea quæ ipsis consentanea sunt efficientes eo valent ut homo naturæ convenienter vivat. Has igitur quas memoravimus virtutes perfectas in hominum vita esse dicunt ac præceptis constare; alias autem his subjungi, non artes, sed facultates quas exercitio consequimur, ut animi sanitatem, integritatem, robur et pulchritudinem. Quemadmodum enim corporis sanitas naturalis sit temperatio eorum quæ in corpore reperiuntur calidorum, frigidorum, siccorum et humidorum: sic animi sanitatem salubre esse decretorum temperamentum; ac sicut corporis robur sufficiens nervorum sit contentio, ita animi vim sufficientem esse ad judicandum et agendum, vel minus, contentionem; et quomodo corporis pulchritudo membrorum e quibus conflatum est inter se et cum toto sit congruentia, sic animi quoque pulchritudinem rationis partiumque ejus inter se et cum toto esse congruentiam. Omnes porro virtutes, quæcumque doctrinæ sint et artes, præcepta habere communia et finem, ut dictum est, eundem, ideoque inseparabiles esse, quum homo una præditus omnes habeat, ut unius cultor omnes colat. Verumtamen et capitibus inter se differre. Prudentiæ enim capita esse primum res gerendas contemplari et agere, deinde etiam considerare quæ tribuenda aliis sint ad offensiones

χάριν τοῦ ἀδιαπτώτως πράττειν ὃ ποιητέον. Τῆς δὲ σωφροσύνης ἴδιον κεφάλαιόν ἐστι, τὸ παρέχεσθαι τὰς ὁρμὰς εὐσταθεῖς, καὶ θεωρεῖν αὐτὰς προηγουμένως· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον, τὰ ὑπὸ τὰς ἄλλας ἀρετάς, ἕνεκα τοῦ ἀδιαπτώτως ἐν ταῖς ὁρμαῖς ἀναστρέφεσθαι. Καὶ ὁμοίως τὴν ἀνδρείαν προηγουμένως μὲν πᾶν ὃ δεῖ ὑπομένειν, κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον τὰ ὑπὸ τὰς ἄλλας. Καὶ τὴν δικαιοσύνην, προηγουμένως μὲν τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ σκοπεῖν, κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον καὶ τὰ λοιπά. Πάσας γὰρ τὰς ἀρετὰς τὰ πασῶν βλέπειν, καὶ τὰ ὑποτεταγμένα ἀλλήλοις. Ὁμοιον γὰρ ἔλεγεν εἶναι ὁ Παναίτιος τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, ὡς εἰ πολλοῖς τοξόταις εἷς σκοπὸς εἴη κείμενος, ἔχοι δ' οὗτος ἐν αὐτῷ γραμμὰς διαφόρους τοῖς χρώμασιν· εἶθ' ἕκαστος μὲν στοχάζοιτο τοῦ τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, ἥδη δ' ὁ μὲν διὰ τὸ τοξεῦσαι [89] εἰς τὴν λευκὴν εἰ τύχοι γραμμήν, ὁ δὲ διὰ τὸ εἰς τὴν μέλαιναν, ἄλλος δὲ διὰ τὸ εἰς ἄλλο τι χρῶμα γραμμῆς· καθάπερ γὰρ τούτους ὡς μὲν ἀνωτάτω τέλος ποιεῖσθαι τὸ τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, ἥδη δ' ἄλλον κατ' ἄλλον τρόπον προτίθεσθαι τὴν τεῦξιν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἀρετὰς πάσας ποιεῖσθαι μὲν τέλος τὸ εὐδαιμονεῖν, ὅ ἐστι κείμενον ἐν τῷ ζῆν ὁμολογουμένως τῇ φύσει, τούτου δ' ἄλλον κατ' ἄλλην [90] τυγχάνειν. Διττῶς δέ φησιν ὁ Διογένης [91] λέγεσθαι τὰ δι' αὐτὰ αἱρετά, καὶ τελικῶς αἱρετά, ὡς ἔχει τὰ μὲν ἐν τῇ προειρημένῃ διαιρέσει κατατεταγμένα, τὰ δὲ ὅσα ἐν αὐτοῖς ἔχει τὴν αἰτίαν τοῦ αἱρετὰ εἶναι, ὅπερ παντὶ ἀγαθῷ ὑπάρχει.

Ἀρετὰς δ' εἶναι πλείους φασὶ καὶ ἀχωρίστους ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τὰς αὐτὰς τῷ ἡγεμονικῷ μέρει τῆς ψυχῆς καθ' ὑπόστασιν, καθὸ δὴ καὶ σῶμα πᾶσαν ἀρετὴν εἶναί τε καὶ λέγεσθαι [92], τὴν γὰρ διάνοιαν καὶ τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι· τὸ γὰρ συμφυὲς πνεῦμα ἡμῖν ἔνθερμον ὄν, ψυχὴν [93] ἡγοῦνται. Βούλονται δὲ καὶ τὴν ἐν ἡμῖν ψυχὴν ζῷον εἶναι, ζῆν τε γὰρ καὶ αἰσθάνεσθαι· καὶ μάλιστα τὸ ἡγεμονικὸν μέρος αὐτῆς, ὃ δὴ καλεῖται διάνοια. Διὸ καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ζῷον εἶναι, ἐπειδὴ ἡ αὐτὴ διανοία ἐστὶ κατὰ τὴν οὐσίαν. Κατὰ τοῦτο γάρ φασι καὶ τὴν φρόνησιν φρονεῖν, ἀκολουθεῖ γὰρ αὐτοῖς τὸ οὕτως λέγειν. Ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας οὐδὲν εἶναι μεταξύ. Πάντας γὰρ ἀνθρώπους ἀφορμὰς ἔχειν ἐκ φύσεως πρὸς ἀρετήν, καὶ οἱονεὶ τὸν τῶν ἡμιάμβων [94] λόγον ἔχειν κατὰ τὸν Κλεάνθην, ὅθεν ἀτελεῖς μὲν ὄντας εἶναι φαύλους, τελειωθέντας δὲ σπουδαίους. Φασὶ δὲ καὶ πάντα ποιεῖν τὸν σοφὸν κατὰ πάσας τὰς ἀρετάς. Πᾶσαν γὰρ πρᾶξιν τελείαν αὐτοῦ εἶναι, διὸ καὶ μηδεμιᾶς ἀπολελεῖφθαι ἀρετῆς. Ἀκολούθως γὰρ τούτοις δογματίζουσι, καὶ ὅτι ὁ νοῦν ἔχων καὶ διαλεκτικῶς [95] ποιεῖ, καὶ συμποτικῶς καὶ ἐρωτικῶς. Τὸν δὲ ἐρωτικὸν καὶ διχῇ λέγεσθαι, τὸν μὲν κατὰ τὴν ἀρετὴν ποιόν, σπουδαῖον ὄντα, τὸν δὲ κατὰ κακίαν, ἐν ψόγῳ, ὡς ἐρωτομανοῦντα. Ἔτι δ' ἔρωτα τόν γ' ἀξιέραστον ὁμοίως λέγεσθαι τῷ ἀξιοφιλήτῳ, καὶ οὕτως ἀξιαπολαύστῳ. Τὸν γὰρ ἄξιον σπουδαίου ἔρωτος, τοῦτον εἶναι ἀξιέραστον. Ὁμοίως δὲ τῇ ἐρωτικῇ τὴν συμποτικὴν παραλαμβάνουσιν εἰς τὰς ἀρετάς, τὴν μὲν περὶ

---

in rebus gerendis vitandas. Temperantiæ autem proprium esse caput, primum appetitus constantes reddere eosque contemplari, deinde ad vitandas appetituum offensiones reliquarum quoque virtutum naturam considerare. Similiter fortitudinis esse primum ea omnia quæ ferenda sunt circumspicere, deinde reliquas virtutes intueri. Justitiæ denique esse uniuscujusque dignitatem primum spectare, deinde etiam reliqua. Nimirum omnium virtutum esse, reliquas quoque cum iis quæ singulis subjecta sunt considerare. Nam simile quid contendit Panætius virtutibus evenire, ac si multis sagittariis idem proponatur scopus qui variorum colorum lineas contineat; deinde singuli quidem studeant scopum ferire, sed alius albam, prout acciderit, lineam; alius nigram, alius denique aliam sagittis petat. Quemadmodum enim hi supremum quidem finem ponunt in scopo feriendo, alius vero alium feriendi ejus modum sibi statuat: sic virtutes quoque omnes finem habere beatitudinem, quæ in vita naturæ convenienter acta consistat, hanc autem alios aliis assequi modis. Dupliciter autem ait Diogenes per se expetenda et propter finem expetenda dici, qualia sunt quæ partim in superiore divisione perscripta reperiuntur, partim in se causam expetendi habent, quæ res in omni bono cernitur.

Virtutes autem plures esse dicunt easque inseparabili societate inter se jungi atque eandem habere cum principe animi parte substantiam, quatenus omnis quoque virtus corpus et sit et appelletur, mentem enim et animum corporea esse: nam calidum spiritum nobis ingeneratum, animum esse arbitrantur. Præterea animum qui in nobis est animal esse volunt, quia vivat ac sentiat, maxime vero partem ejus principem quæ mens vocatur. Quamobrem omnem virtutem esse animal, propterea quod eandem habeat cum mente substantiam. Sic igitur prudentiam quoque sapere dicunt, quoniam eos ita dicere consentaneum est. Inter virtutem autem et vitium nihil esse medium. Omnes enim homines natura ad virtutem ferri et quasi dimidiorum iamborum instar obtinere secundum Cleanthem, ideoque imperfectos quidem improbos, perfectos autem probos esse. Sapientem quoque ajunt cuncta ita facere ut omnes virtutes colat. Quum enim omnis ejus actio perfecta sit, nulla eam virtute esse destitutam. His enim convenienter tradunt prudentem in disputando etiam, in compotatione atque in amore agere. Amantem vero bifariam dici, vel virtutis beneficio certo quodam modo affectum atque hanc ob causam probum, vel vitii turpitudine, et idcirco vituperandum, quasi insano amore captum. Amorem porro dignum quem ames similiter dici atque amabilem ideoque dignum quo fruaris. Nam qui probo amore dignus sit, eum omnino dignum esse quem ames. Cæterum ut amandi, item convivandi

Contra metum esse devitationem rationi non obtemperantem, causam autem ejus statui opinionem instantis mali, opinione ipsa ad vitandam mali illius novitatem impellente. Tristitiam vero esse contractionem animi rationi non obsecundantem, cujus causa sit opinio recens malum adesse, propter quod demitti contrahique animo conveniat. At lætitiam esse animi elationem rationi non obedientem, cujus causa sit opinio boni recentis ac præsentis, in quo efferri deceat. Jam vero sub cupiditatem subjiciuntur ira et species ejus, (excandescentia, item bilis, porro odium, nec non simultas, acerbitas et quæ sunt hujusmodi;) præterea amor acer, aviditas, desiderium, voluptatum denique, divitiarum, gloriæ similiumque rerum cupiditas: sub lætitiam autem cadunt malevolentia, gaudium, præstigiæ atque alia hujus generis: at metui subjacent ignavia, trepidatio, pudor, sollicitudo, consternatio, superstitio, angor, timor: dolori denique subsunt invidentia, æmulatio, obtrectatio, misericordia, luctus, ærumna, mœror, tristitia, molestia, fastidium. Ira igitur est libido puniendi ejus qui videtur læsisse injuria; excandescentia, ira incipiens; bilis, ira intumescens; porro odium, ira inveterata vel reposita; præterea simultas, ira ulciscendi occasionem captans; insuper acerbitas, ira confestim erumpens; amor autem, amicitiæ propter conspicuam pulchritudinem conjungendæ conatus; desiderium vero, cupiditas ejus qui adhuc absit videndi; appetentia, cupiditas consuetudinis absentis amici; verum voluptatum, divitiarum, gloriæ cupiditates ipso nomine explicantur; malevolentia, voluptas ex alienis malis percepta; gaudium, voluptas ex rebus inopinatis; præstigiæ, voluptas oculorum per dolum; at ignavia, metus futuræ actionis; trepidatio, metus offensionis, vel aliis verbis, metus causæ inferioris; consternatio, metus viso insueto objectu conceptus; pudor, metus ignominiæ; sollicitudo, metus ingens cum voce; superstitio, reverentia adversus deos et genios; angor, metus mali alicujus; timor, metus cum ratione conjunctus; denique invidentia, ægritudo suscepta propter alterius res secundas; æmulatio, ægritudo si eo quod quis concupierit alius potiatur, ipse careat; constat tamen dici æmulationem et alio sensu, ut sit alterius et superioris quidem imitatio ad consequendam beatitudinis prædicationem necessaria; obtrectationem autem, ægritudinem ex eo quod alter potiatur eo quod ipse concupiverit; misericordiam vero, ægritudinem ex alterius miseria qua immerito videtur premi; luctum contra, ægritudinem ex alterius morte immatura; ærumnam, ægritudinem ingravescentem; mœrorem, ægritudinem quæ facit ut obmutescamus; tristitiam autem, ægritudinem cum ratiocinatione; molestiam, ægritudinem in animo insidentem atque inhærentem; fastidium denique ægritudinem cum fluctuatione. Horum autem affectuum alios nomine naturam suam indicare, ut misericordiam, invidentiam, malevolentiam, pudorem, alios vero commotionis proprietatem, ut molestiam, timorem. Proclivitatem autem esse facilitatem incidendi in affectus, ut in aliquid quod præter naturam est, cujusmodi esse perhibentur mœstitia, iracundia, livor, animus in iram præceps, et similia. Pertinere vero proclivitatem ad alias quoque res naturæ repugnantes, velut furta, adulteria, injurias, quatenus earum rerum auctores fures, injuriosi, adulteri vocantur. Mor-

κατὰ προσκοπὴν [173] γιγνόμενα, οἷον μισογυνίαν, μισοιπίαν, μισανθρωπίαν. Τὰ δὲ νοσήματα μετ' ἀσθενείας συμβαίνοντα, ἀῤῥωστήματα καλεῖσθαι. Κατόρθωμα δ' εἶναι λέγουσι καθῆκον, πάντας ἐπέχον τοὺς ἀριθμούς, ἢ καθάπερ προείπομεν, τέλειον καθῆκον· ἁμάρτημά τε, τὸ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττόμενον, ἢ ἐν ᾧ παραλέλειπταί τι καθῆκον ὑπὸ λογικοῦ ζῴου. Τά τε ἀγαθὰ πάντα τῶν σπουδαίων εἶναι λέγουσι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὠφελοῦντά τινα τῶν πλησίον καὶ ἑαυτὸν ὠφελεῖν. Τήν τε ὁμόνοιαν ἐπιστήμην εἶναι κοινῶν ἀγαθῶν, δι' ὃ καὶ τοὺς σπουδαίους πάντας ὁμονοεῖν ἀλλήλοις, διὰ τὸ συμφωνεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον· τοὺς δὲ φαύλους διαφωνοῦντας πρὸς ἀλλήλους, ἐχθροὺς εἶναι καὶ κακοποιητικοὺς ἀλλήλων καὶ πολεμίους. Τό τε δίκαιόν φασι φύσει εἶναι καὶ μὴ θέσει. Ἑπόμενον δὲ τούτοις ὑπάρχειν καὶ τὸ πολιτεύεσθαι τὸν σοφὸν καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις πολιτείαις ταῖς ἐμφαινούσαις τινὰ προκοπὴν πρὸς τὰς τελείας πολιτείας [174], καὶ τὸ νομοθετεῖν δέ, καὶ τὸ παιδεύειν ἀνθρώπους, ἔτι δὲ συγγράφειν τὰ δυνάμενα ὠφελεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς γράμμασιν, οἰκεῖον εἶναι τοῖς σπουδαίοις, καὶ τὸ συγκαταβαίνειν καὶ εἰς γάμον καὶ εἰς τεκνογονίαν, καὶ αὐτοῦ χάριν καὶ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπομένειν περὶ ταύτης, ἐὰν ᾖ μέτρια, καὶ πόνους καὶ θάνατον. Παραιτεῖσθαι δὲ τούτοις φαῦλα, τό τε ἐημοκοπεῖν καὶ τὸ σοφιστεύειν, καὶ τὸ συγγράφειν ἐπὶ βλάβῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἅπερ εἰς σπουδαίους οὐκ ἂν πέσοι.

Τριχῶς δὲ λεγομένης τῆς φιλίας, καθ' ἕνα μὲν τρόπον τῆς κοινῆς ἕνεκα χρείας, καθ' ἣν φίλοι εἶναι λέγονται, ταύτην μὲν οὐ φασι τῶν ἀγαθῶν εἶναι, διὰ τὸ μηδὲν ἐκ διεστηκότων ἀγαθὸν εἶναι κατ' αὐτούς· τὴν δὲ κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον λεγομένην φιλίαν, κατὰ σχέσιν οὖσαν φιλικὴν πρὸς τὸν πέλας, τῶν ἐκτὸς λέγουσιν ἀγαθῶν· τὴν δὲ περὶ αὐτὸν φιλίαν, καθ' ἣν φίλος ἐστὶ τῶν πέλας, τῶν περὶ ψυχὴν ἀποφαίνουσιν ἀγαθῶν. Εἶναι δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον κοινὰ τὰ ἀγαθά. Πάντα γὰρ τὸν ὁντινοῦν ὠφελοῦντα ἴσην ὠφέλειαν ἀπολαμβάνειν νομίζουσι παρ' αὐτὸ τοῦτο, μηδένα δὲ φαῦλον μήτε ὠφελεῖσθαι μήτε ὠφελεῖν. Εἶναι γὰρ τὸ ὠφελεῖν ἴσχειν κατ' ἀρετήν, καὶ τὸ ὠφελεῖσθαι, κινεῖσθαι κατ' ἀρετήν. Οἰκονομικὸν δ' εἶναι μόνον λέγουσι τὸν σπουδαῖον καὶ ἀγαθὸν οἰκονόμον. Ἔτι δὲ χρηματιστικόν. Τὴν μὲν γὰρ οἰκονομικὴν εἶναι θεωρητικὴν ἕξιν καὶ πρακτικὴν τῶν οἴκῳ συμφερόντων· τὴν δ' οἰκονομίαν, διάταξιν περὶ ἀναλωμάτων καὶ ἔργων, καὶ κτήσεως ἐπιμέλειαν, καὶ τῶν κατ' ἀγρὸν ἐργαζομένων. Τὴν δὲ χρηματιστικήν, ἐμπειρίαν περιποιήσεως χρημάτων ἀφειδῶς, καὶ ἕξιν ὁμολογουμένως ἀναστρέφεσθαι ποιοῦσαν ἐν συναγωγῇ χρημάτων, καὶ τηρήσει, καὶ ἀναλώσει πρὸς εὐπορίαν· τὸ δὲ χρηματίζεσθαι τινὲς μὲν μέσον εἶπον εἶναι, τινὲς δ' ἀστεῖον. Φαῦλον δὲ μηδένα προστάτην ἀγαθὸν οἴκου γίγνεσθαι, μηδὲ δύνασθαι οἰκίαν εὖ οἰκονομεῖν. Μόνον δὲ τὸν σπουδαῖον ἄνδρα χρηματιστικὸν εἶναι, γιγνώσκοντα ἀφ' ὧν χρηματιστέον, καὶ πότε, καὶ πῶς, καὶ μέχρι πότε. Φασὶ δὲ μηδέποτε συγγνώμην ἔχειν,

---

bum autem esse cupiditatis opinionem in habitum mutatam ac penitus insitam, qua ducti non eligenda pro valde eligendis habent, ut mulierositatem, ebriositatem, avaritiam; nec non his morbis contraria reperiri quæ offensione aliquâ oriuntur, ut odium mulierum, vini, hominum. Morbos vero cum imbecillitate conjunctos ægrotationes vocari. Cæterum recte factum esse affirmant officium omnibus numeris absolutum, vel quemadmodum supra diximus perfectum; peccatum contra, quod præter rectam rationem fit, vel in quo officii aliquid prætermissum est ab animali ratione prædito. Omnia præterea bona proborum hominum esse ajunt, quatenus qui alteri prosit se ipsum quoque juvet. Concordiam vero appellari scientiam bonorum communium, ideoque etiam probos homines cunctos inter se concordiæ vinculo colligatos esse, quum in iis quæ ad vitam pertinent, consentiant; pravos contra inter se discordes, mutuo esse inimicos et hostium instar invicem nocere. Jus vero dicunt natura esse, non constitutione. Sequi autem inde ut sapiens rempublicam quoque capessat, et maxime quidem in tali civitate quæ ad perfectam quodammodo accedere videatur, porro leges ferre et instituere homines ac litteris mandare ingenii monumenta quæ legentibus prodesse possint, probi hominis proprium existimari; nec non ad nuptias et liberorum procreationem sese demittere, tum sui ipsius tum patriæ causa, pro qua, si res postulet, labores etiam mortemque ferre non dubitet. Finitima autem his esse prava, ut populo blandiri, sophistam agere, inutilia conscribere et legentibus nocitura; quæ nunquam cadant in homines probos.

Amicitia autem quum trifariam accipiatur, primum videlicet communis utilitatis causa, qua ducti amici nominantur, hanc quidem bonis non annumerant, quoniam nullum prorsus bonum de eorum sententia ex diversis rebus constet: at quæ altero sensu dicitur amicitia e naturali in alios inclinatione orta, hanc bonis externis annumerant: tertiam denique amicitiæ speciem, qua illius ipsius causa, quem diligit, alter alteri amicus est, in animi bonis ducunt. Sed alio quoque modo bona judicant esse communia. Etenim qui alterum juvat, eum ex hac ipsa re non minus utilitatis capere arbitrantur; improbum vero neminem nec juvari nec juvare. Etenim juvare esse nihil aliud quam monstrare studium virtutis, juvari autem moveri cum virtute. Porro privatæ vitæ rationem solum tenere contendunt bonum et peritum rerum domesticarum dispensatorem. Item quærendæ pecuniæ artificem. Quippe privatæ vitæ rationem esse animi habitum tam activum quam contemplativum tuendæ rei familiari intentum; sed rei domesticæ administrationem nominari impensarum et operum descriptionem curamque tum possessionum tum

μηδὲ νομίζειν [175] τὸν ἁμαρτηκότα μὴ παρ' αὐτὸν ἡμαρτηκέναι, πάντων ἁμαρτανόντων παρὰ τὴν ἰδίαν κακίαν [176]· δι' ὃ καὶ δεόντως λέγεσθαι τὸ μηδὲν συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Οὐδ' ἐπιεικῆ φασιν [177] εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, τὸν γὰρ ἐπιεικῆ παραιτητικὸν εἶναι τῆς κατ' ἀξίαν κολάσεως, καὶ τοῦ αὐτοῦ εἶναι ἐπιεικῆ τε εἶναι, καὶ ὑπολαμβάνειν τὰς ἐκ τοῦ νόμου τεταγμένας κολάσεις τοῖς ἀδικοῦσι σκληροτέρας εἶναι, καὶ τὸ ἡγεῖσθαι παρὰ τὴν ἀξίαν ἀπονέμειν τὰς κολάσεις τὸν νομοθέτην. Τόν τε νόμον σπουδαῖόν εἶναί φασι, λόγον ὀρθὸν ὄντα προσταktικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων. Τοῦ δὲ νόμου ἀστείου ὄντος, καὶ ὁ νόμιμος ἀστεῖος ἀνήρ· νόμιμον μὲν γὰρ εἶναι ἄνδρα τὸν ἀκολουθητικὸν τῷ νόμῳ καὶ πρακτικὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ προσταττομένων· νομικὸν δέ, τὸν ἐξηγητικὸν τοῦ νομίμου. Μηδένα δὲ τῶν φαύλων μήτε νόμιμον εἶναι μήτε νομικόν.

Ἔτι δὲ τῶν ἐνεργημάτων φασὶ τὰ μὲν εἶναι κατορθώματα, τὰ δὲ ἁμαρτήματα, τὰ δ' οὐδέτερα. Κατορθώματα μὲν τὰ τοιαῦτα· φρονεῖν, σωφρονεῖν, δικαιοπραγεῖν, χαίρειν, εὐεργετεῖν, εὐφραίνεσθαι, φρονίμως περιπατεῖν, πάνθ' ὅσα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττεται· ἁμαρτήματα δ' εἶναι, τό τε ἀφραίνειν, καὶ τὸ ἀκολασταίνειν, καὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ λυπεῖσθαι, καὶ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ τὸ κλέπτειν, καὶ καθόλου ὅσα παρα τὸν ὀρθὸν λόγον πράττεται· οὔτε δὲ κατορθώματα οὔτε ἁμαρτήματα, τὰ τοιαῦτα· λέγειν, ἐρωτᾶν, ἀποκρίνεσθαι, περιπατεῖν, ἀποδημεῖν, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Πάντα δὲ τὰ κατορθώματα δικαιοπραγήματα εἶναι, καὶ εὐνοήματα, καὶ εὐτακτήματα, καὶ εὐεπιτηδεύματα, καὶ εὐτυχήματα, καὶ εὐδαιμονήματα, καὶ εὐκαιρήματα, καὶ εὐσχημονήματα· οὐκ ἔτι μέντοι γε φρονιμήματα [178], ἀλλὰ μόνα τὰ ἀπὸ φρονήσεως, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, εἰ καὶ μὴ ὠνόμασται, οἷον σωφρονήματα μὲν τὰ ἀπὸ σωφροσύνης· δικαιώματα δέ, τὰ ἀπὸ δικαιοσύνης. Τὰ δὲ ἁμαρτήματα ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἀδικοπραγήματα, καὶ ἀνοήματα καὶ ἀτακτήματα. Διαφέρειν [179] δὲ λέγουσιν, ὥσπερ αἱρετὸν καὶ αἱρετέον, οὕτω καὶ ὀρεκτὸν καὶ ὀρεκτέον, καὶ βουλητὸν καὶ βουλητέον, καὶ ἀποδεκτὸν καὶ ἀποδεκτέον. Αἱρετὰ μὲν γὰρ εἶναι καὶ βουλητά, καὶ ὀρεκτὰ καὶ ἀποδεκτὰ τὰ ἀγαθά· αἱρετέα δὲ καὶ βουλητέα, καὶ ὀρεκτέα, καὶ ἀποδεκτέα ἃ κατηγορήματα ὄντα παρακείμενά ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς. Αἱρεῖσθαι μὲν γὰρ ἡμᾶς τὰ αἱρετέα καὶ βούλεσθαι τὰ βουλητέα, καὶ ὀρέγεσθαι τὰ ὀρεκτέα. Κατηγορημάτων γὰρ αἵ τε αἱρέσεις καὶ ὀρέξεις καὶ βουλήσεις γίγνονται, ὥσπερ καὶ αἱ ὁρμαί· ἔχειν μέντοι αἱρούμεθα, καὶ βουλόμεθα, καὶ ὁμοίως ὀρεγόμεθα τἀγαθά, διὸ καὶ αἱρετὰ καὶ βουλητὰ καὶ ὀρεκτὰ ἀγαθά ἐστι. Τὴν γὰρ φρόνησιν αἱρούμεθα ἔχειν, καὶ τὴν σωφροσύνην· οὐ μὰ Δία τὸ φρονεῖν καὶ σωφρονεῖν, ἀσώματα ὄντα καὶ κατηγορήματα. Λέ-

---

eorum qui opus rusticum faciunt. At meritorium artificium dici peritiam opum large comparandarum et habitum qui efficit ut apte in negotiis versemur simul ad divitias parandas, simul ad conservandas et impendendas cum quæstu. Verum pecuniam quærere alii medium, alii honestum esse dixerunt. Cæterum improbum neminem recte familiæ præesse, nec domum bene administrare posse. Solum videlicet virum bonum quærendæ pecuniæ artificem esse, quippe qui sciat unde parandæ sint divitiæ et quando et quomodo et quousque. Nunquam etiam volunt ignoscere probum, nec credere eum qui peccavit non sua sponte peccasse, quia omnes suo vitio peccent ideoque recte eum dici nunquam peccantibus veniam dare. Nec clementem esse ajunt virum bonum quod clemens justum supplicium deprecetur atque ejusdem sit et clementem esse et pœnas legibus constitutas, quibus peccantes compescantur, credere justo duriores esse ac propterea existimare legislatorem haudquaquam meritas pœnas constituisse. Præterea legem bonam judicant, quia sit recta ratio imperans ea quæ facienda sunt prohibensque contraria. Quum autem lex bona sit, vir æquus etiam bonus erit : æquum enim esse virum qui obtemperet legibus faciatque quæ jura moresque præscribunt; legis peritum vero, qui quid sit legitimum exponat. Neminem autem improborum neque æquum esse neque legis peritum.

Præterea functiones dicunt partim esse recte facta, partim peccata, partim neutra. Recte facta judicari hæc : sapere, temperantem esse, juste agere, gaudere, benefacere, lætari, prudenter ambulare, denique omnia quæ recta ratione duce fiunt; peccata autem esse, desipere, libidinari, injuste agere, item dolere, porro timere, præterea furari atque omnino quæcunque præter rectam rationem fiunt; denique neque recte facta neque peccata haberi talia : dicere, interrogare, respondere, ambulare, peregrinari et similia. Omnia vero recte facta esse etiam juste et cogitate et ordine et laudabili studio et prospero successu et feliciter et tempestive et decore facta; nec tamen ideo etiam prudenter facta, sed tantum prudentiæ congrua, pariterque in cæteris virtutibus, quamvis nominibus careant, verbi causa facinora pudica pudicitiæ congrua, item juste facta justitiæ congrua. At peccata ex oppositis nominari injuste, imprudenter, petulanter facta. Differre autem dicunt sicut electum et eligendum, ita appetitum quoque et appetendum, et desideratum et desiderandum, et acceptum et accipiendum. Electa enim esse et desiderata et appetita et accepta bona : eligenda vero et desideranda et appetenda et accipienda, quæ ut attributa proxime ad bona accedant. Eligere enim nos eligenda, desiderare desideranda, appetere appetenda. Electiones enim, appetitus ac desideria cupiditatum instar circa attributa sunt; habere vero volumus ac desideramus pariterque appetimus bona, et idcirco tum electa, tum desiderata, tum appetita sunt bona. Prudentiam enim ac temperantiam habere cupimus; non hercle sapere et nobis

γουσι δὲ ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα εἶναι ὑπομενετὰ καὶ ἐμμενετά, καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱρετῶν, εἰ καὶ μὴ κατωνόμασται· τὰ δ' ὠφέλιμα πάντα ὑπομενετέα καὶ ἐμμενετέα, καὶ τὰ ὅμοια. Ὡσαύτως δὲ διαφέρειν ὑπολαμβάνουσι καὶ τὰ εὐλαβητὰ καὶ τὰ εὐλαβητέα, καὶ ἀνυπομενετὰ καὶ ἀνυπομενετέα. Τῶν δ' ἄλλων τῶν κατὰ τὰς κακίας ὁ αὐτὸς λόγος. Πάντα δὲ τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα τέλειον εἶναι λέγουσι, διὰ τὸ μηδεμιᾶς ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς· τὸν δὲ φαῦλον τοὐναντίον ἀτελῆ, διὰ τὸ μηδεμιᾶς μετέχειν ἀρετῆς. Δι' ὃ καὶ πάντως εὐδαιμονεῖν ἀεὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀγαθούς, τοὺς δὲ φαύλους κακοδαιμονεῖν· καὶ τὴν ἐκείνων εὐδαιμονίαν μὴ διαφέρειν τῆς θείας εὐδαιμονίας, μηδὲ τὴν ἀμεριμνίαν ὁ Χρύσιππός φησι διαφέρειν τῆς τοῦ Διὸς εὐδαιμονίας, κατὰ μηδὲν γὰρ αἱρετωτέραν εἶναι μήτε καλλίω μήτε σεμνοτέραν τὴν τοῦ Διὸς εὐδαιμονίαν τῆς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. Ἀρέσκει γὰρ τῷ τε Ζήνωνι καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ Στωϊκοῖς φιλοσόφοις δύο γένη τῶν ἀνθρώπων εἶναι, τὸ μὲν τῶν σπουδαίων, τὸ δὲ τῶν φαύλων· καὶ τὸ μὲν τῶν σπουδαίων διὰ παντὸς τοῦ βίου χρῆσθαι ταῖς ἀρεταῖς, τὸ δὲ τῶν φαύλων ταῖς κακίαις. Ὅθεν τὸ μὲν ἀεὶ κατορθοῦν ἐν ἅπασιν οἷς προτίθεται, τὸ δὲ ἁμαρτάνειν· καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενον ἐν τοῖς πραττομένοις ὑπ' αὐτοῦ πάντ' εὖ ποιεῖν, καθάπερ φρονίμως, καὶ σωφρόνως, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετάς· τὸ δὲ φαῦλον κατὰ τοὐναντίον, κακῶς. Καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον μέγα εἶναι, καὶ ἄδρόν, καὶ ὑψηλόν, καὶ ἰσχυρόν· μέγα μέν, ὅτι δύναται ἐφικνεῖσθαι τῶν κατὰ προαίρεσιν ὄντων αὐτῷ καὶ προκειμένων· ἄδρὸν δέ, ὅτι ἐστὶν ηὐξημένον πάντοθεν· ὑψηλὸν δέ, ὅτι μετείληφε τοῦ ἐπιβάλλοντος ὕψους ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ σοφῷ· καὶ ἰσχυρὸν δὲ ὅτι τὴν ἐπιβάλλουσαν ἰσχὺν περιπεποίηται, ἀήττητος ὢν [180] καὶ ἀκαταγώνιστος, παρ' ὃ καὶ οὔτε ἀναγκάζεται ὑπό τινος οὔτε ἀναγκάζει τινά, οὔτε κωλύεται οὔτε κωλύει, οὔτε βιάζεται ὑπό τινος οὔτ' αὐτὸς βιάζει τινά, οὐ δεσπόζει οὔτε δεσπόζεται, οὔτε κακοποιεῖ τινα οὔτ' αὐτὸς κακοποιεῖται, οὔτε κακοῖς περιπίπτει [181], οὔτε ἀπατᾶται, οὔτε ἐξαπατᾷ ἄλλον, οὔτε διαψεύδει οὔτε διαψεύδεται [182], οὔτε ἀγνοεῖ, οὔτε λανθάνει ἑαυτόν, οὔτε καθόλου ψεῦδος ὑπολαμβάνει, εὐδαίμων δ' ἐστὶ μάλιστα καὶ εὐτυχής, καὶ μακάριος, καὶ ὄλβιος, καὶ εὐσεβής, καὶ θεοφιλής, καὶ ἀξιωματικός, βασιλικός τε καὶ στρατηγικός, καὶ πολιτικὸς καὶ οἰκονομικός, καὶ χρηματιστικός· τοὺς δὲ φαύλους ἅπαντα τούτοις ἐναντία ἔχειν. Καθόλου δὲ τοῖς μὲν σπουδαίοις πάντα τἀγαθὰ ὑπάρχειν, τοῖς δὲ φαύλοις πάντα τὰ κακά. Οὐ νομιστέον δὲ λέγειν αὐτοὺς οὕτως, ὡς εἴ τινά ἐστιν ἀγαθά,

---

temperare, quippe quæ incorporea sint et attributa. Similiter etiam bona omnia tolerabilia esse dicunt et servabilia, ac pari ratione in reliquis electis, quamvis nominibus careant : utilia autem omnia toleranda et constanter servanda et similia. Sic quoque differre arbitrantur tum cauta et cavenda, tum intolerabilia atque intoleranda. Reliquorum vero quæ ad vitia pertinent eadem est ratio. Prorsus autem virum bonum et honestum perfectum esse dicunt, quod nulla virtute destitutus sit; malum contra imperfectum, quod nullam virtutem habeat. Quamobrem omnino perpetua felicitate uti viros bonos, malos vero infelices existimari; atque illorum quidem felicitatem a divina beatitudine non differre, neque eorum securitatem a Jovis beatitudine diversam esse ait Chrysippus, siquidem Jovis beatitudo, utpote nec præclarior neque honestior, nihilo magis expetenda sit quam sapientium virorum felicitas. Placet enim Zenoni cæterisque qui ab eo profecti sunt Stoicis, duo esse genera hominum, alterum bonorum, alterum malorum, quorum illud per totam vitam virtutes colat, hoc vitiis obrutum et contaminatum sit. Quocirca illud semper recte agere in omnibus quæ sibi proponat, hoc peccare; et bonum quidem genus vitæ usu imbutum in rebus gerendis cuncta bene facere, ut prudenter, temperanter et ad alias virtutes accommodate; improbum vero e contrario male. Ac bonum quidem esse magnum et amplum et excelsum et validum; magnum quidem, quod destinata ac proposita assequi possit; amplum vero, quod undique sit auctum; excelsum, quia in altitudinem viro generoso et sapienti convenientem excrescat; validum autem, quia justas vires collegerit, quippe quod invictum sit atque inexsuperabile, ideoque neque a quoquam cogatur neque quemquam cogat, nec prohibeatur nec prohibeat, nec superetur ab altero, nec superet alterum, neque imperet nec pareat, neque injuriam inferat nec accipiat, neque in mala incidat, neque decipiatur nec decipiat alium, nec fallat nec fallatur, neque ignoret nec lateat se ipsum, neque omnino falsum admittat, sed præcipue beatum, felix, fortunatum, opulentum et pium, diis gratum, dignitate præditum, regium, muneris imperatorii peritum, rerum civilium gnarum, tuendæ rei familiari intentum et quæstuosum; malum vero omnibus instructum esse quæ illis contraria sint. Omnino autem probis hominibus omnia bona, improbis omnia mala contingere. Non tamen putandum est eos dicere, si qua sint bona, illa abunde probis hominibus obtingere, eandemque esse malorum rationem; sed illos tot habere bona, ut nihil iis desit ad bene beateque vivendum, hos tot tantaque mala, ut vita eorum imperfecta et misera sit. Virtutem vero multis nominibus appellant. Vocant enim primo eam bonum, quod nos ad rectam vitam adducat, deinde rem placitam, quod sine suspicione placeat; tum magni æstimandam, quod dignitas ejus superari nequeat; præterea probabilem, quia magno studio appetenda sit; ad hæc laudabilem, quia merito quis eam laudet; insuper honestam, quod quasi ad se alliciat et attrahat illos qui sequuntur ipsam; nec non commodam, conferre enim multum ad bene vivendum; utilem etiam, quia in necessitate usui sit; porro optabilem atque eligendam quia ab ea oriantur

ἐκεῖνα ὑπάρχει τοῖς σπουδαίοις, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν· ἀλλ' οὕτω τοὺς μὲν τοσαῦτα ἔχειν ἀγαθὰ ὥστε μηδὲν ἐλλείπειν εἰς τὸ τέλειον αὐτοῖς εἶναι τὸν βίον, τοὺς δὲ τοσαῦτα κακά, ὥστε τὸν βίον ἀτελῆ εἶναι καὶ κακοδαίμονα. Τὴν δ' ἀρετὴν πολλοῖς ὀνόμασι προσαγορεύουσιν. Ἀγαθόν τε γὰρ λέγουσιν αὐτήν, ὅτι ἄγει ἡμᾶς ἐπὶ τὸν ὀρθὸν βίον· καὶ ἀρεστόν, ὅτι δοκιμαστόν ἐστιν ἀνυπόπτως· καὶ πολλοῦ ἄξιον, ὅτι ἀνυπέρβλητον ἔχει τὴν ἀξίαν· καὶ σπουδαῖον, ἄξιον γὰρ εἶναι πολλῆς σπουδῆς· καὶ ἐπαινετόν, εὐλόγως γὰρ ἄν τις αὐτὴν ἐπαινοίη· καὶ καλόν, ὅτι πρὸς ἑαυτὴν καλεῖν [183] πέφυκε τοὺς ὀρεγομένους αὐτῆς· καὶ συμφέρον, φέρειν γὰρ τοιαῦτα ἃ συντείνει πρὸς τὸ εὖ ζῆν· καὶ χρήσιμον, ὅτι ἐν τῇ χρείᾳ ὠφέλιμόν ἐστι· καὶ αἱρετόν, συμβαίνει γὰρ ἀπ' αὐτῆς ἃ εὐλόγως ἐστὶν αἱρεῖσθαι· καὶ ἀναγκαῖον, ὅτι παροῦσά τε ὠφελεῖ, καὶ μὴ παρούσης οὐκ ἔστιν ὠφελεῖσθαι· καὶ λυσιτελές, τὰς γὰρ ἀπ' αὐτῆς ὠφελείας κρείττους εἶναι τῆς πραγματείας τῆς εἰς ταύτας συντεινούσης· καὶ αὔταρκες, ἐξαρκεῖν γὰρ τῷ ἔχοντι· καὶ ἀνενδεές, ὅτι ἐνδείας ἀπαλλάττει πάσης· καὶ ἀπογρῶν, διὰ τὸ ἐν τῇ χρήσει ἱκανὸν εἶναι, καὶ διατείνειν εἰς πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν βίον χρείαν. Τῶν τε ἀγαθῶν μηδενὸς μετέχειν τοὺς φαύλους, ἐπειδὴ τὸ ἀγαθὸν ἀρετή ἐστιν, ἢ τὸ [184] μετέχον ἀρετῆς, τά τε παρακείμενα τοῖς ἀγαθοῖς, ἅπερ ἐστίν, ὧν χρὴ ὠφελήματα ὄντα, μόνοις τοῖς σπουδαίοις συμβαίνειν· καθάπερ καὶ τὰ παρακείμενα τοῖς κακοῖς, ἅπερ ἐστὶν ὧν οὐ χρή, μόνοις τοῖς κακοῖς· βλάμματα γὰρ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀβλαβεῖς πάντας εἶναι κατ' ἀμφότερα, οὔτε βλάπτειν οἵους τε ὄντας, οὔτε βλάπτεσθαι, τοὺς δὲ φαύλους κατὰ τοὐναντίον. Τὸν δὲ κατ' ἀλήθειαν πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι λέγουσι, καὶ τὴν κατ' ἀλήθειαν πενίαν, κακόν. Καὶ τὴν μὲν κατ' ἀλήθειαν ἐλευθερίαν, ἀγαθόν, τὴν δὲ κατ' ἀλήθειαν δουλείαν, κακόν. Διὸ δὴ καὶ τὸν σπουδαῖον εἶναι μόνον πλούσιον καὶ ἐλεύθερον, τὸν δὲ φαῦλον τοὐναντίον πένητα, τῶν εἰς τὸ πλουτεῖν ἀφορμῶν ὑστερημένον, καὶ δοῦλον, διὰ τὴν ὑποπτωτικὴν ἐν αὐτῷ διάθεσιν· τὰ δ' ἀγαθὰ πάντα κοινὰ εἶναι τῶν σπουδαίων, τῶν δὲ φαύλων τὰ κακά. Διὸ καὶ τὸν ὠφελοῦντά τινα καὶ ἑαυτὸν [185] ὠφελεῖν, τὸν δὲ βλάπτοντα καὶ ἑαυτὸν βλάπτειν. Πάντας δὲ τοὺς σπουδαίους ὠφελεῖν ἀλλήλους, οὔτε φίλους ὄντας ἀλλήλων πάντως, οὔτε εὖνους, οὔτε εὐδοκίμους, οὔτε ἀποδεχομένους, παρὰ τὸ μήτε μεταλαμβάνεσθαι [186], μήτε ἐν ταὐτῷ κατοικεῖν τόπῳ, εὐνοητικῶς μέντοι γε πρὸς ἀλλήλους διακεῖσθαι, καὶ φιλικῶς, καὶ δοκιμαστικῶς, καὶ ἀποδεκτικῶς, τοὺς δ' ἄφρονας ἐν τοῖς ἐναντίοις τούτων ὑπάρχειν. Τοῦ δὲ νόμου ὄντος σπουδαίου, καθάπερ εἴπομεν, ἐπειδὴ λόγος ὀρθός ἐστι [187] προστακτικὸς μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν

---

quæ recte quis eligat; item necessariam, quando et præsens prosit et ea absente infructuosa omnia videantur; ad hoc frugiferam, quatenus utilitates ex ea captæ talis rei consectatione potiores sint; ultro sufficientem, quoniam habenti sufficiat; ad id copiosam quia omni inopia liberet homines; denique abundantem, quod in usu sufficiat atque ad vitæ commoda omnibus numeris absoluta pertineat. Cæterum boni nullius participes esse improbos, quoniam bonum aut virtus sit aut quidquid virtute ornatum sit, quæque cum bonis cohæreant, quæ quum rerum necessariarum adjumenta sint, solis bonis obtingere convenit; quemadmodum etiam quæ malis adjuncta sunt, quæ sunt rerum supervacanearum, solis improbis accidere par est; esse enim hæc incommoda, ideoque in bonos omnes non cadere noxam, duplici quidem sensu, quum detrimentum neque importent, neque accipiant; improbos autem e contrario se habere. Veras autem divitias bonum esse affirmant, et veram paupertatem malum. Præterea veram libertatem bonum, at veram servitutem malum esse. Idcirco etiam hominem probum solum esse divitem et liberum, improbum vero e contrario pauperem, utpote opum acquirendarum occasione privatum, ac servum propter summissam animi affectionem; at bona omnia communia esse proborum hominum, improborum vero mala. Quocirca tum eum qui alteri prosit, sibi ipsi prodesse, tum qui noceat alteri, sibi quoque nocere. Porro omnes homines probos invicem juvare, quamvis omnino nec amicitia, nec benevolentia, nec famæ celebritate, neque hospitio conjuncti sint, quum nec commercium inter se habeant, neque eodem loco habitent, sed quod benevole, amice et quasi approbatorum ac simul hospitum animis inter se affecti sint; stultos autem in vitiis harum virtutum contrariis esse. Lex vero quum bona sit, ut diximus, siquidem recta ratio est imperans ea quæ facienda sunt prohibensque contraria, solum etiam sapientem legitimum existimant, quippe qui cuncta ex legis præscripto agat solumque ejus interpretem esse censent, quia solus legis peritus sit, stultos autem e contrario se habere. Insuper viris honestis etiam imperium assignant vel præfecturam ejusque species, regnum, prætoram, summam imperii maritimi et his similia. Hac igitur ratione solus vir probus imperat, ut non omnino re vera, ita omnino animi affectione. Quid? quod vir probus solus parere scit, ut qui magistratui obtemperet. At vero stultorum nemo talis est; siquidem homo stultus neque imperare potest neque parere, quoniam superbus et intractabilis est. Quin etiam omnia sapiens recte facit, quia prudenter et moderate et modeste et composite, rerum usu continenter adhibito, agit; contra improbus, recti usus imperitus, omnia male facit dum in actionibus suam animi affectionem sequitur, quippe qui inconstans sit atque unius cujusque rei pœnitentiam agat. Esse vero pœnitentiam perceptum e rebus male gestis dolorem, miserum ac turbulentum animi affectum; quoniam quantum eventis dolet is quem peccatorum suorum pœnitet, tantum sibi tanquam illarum rerum auctori irascitur; atque idcirco omnem hominem improbum inhonoratum etiam esse sta-

οὐ ποιητέον, μόνον τὸν σοφὸν εἶναι λέγουσι νόμιμον, πρακτικὸν ὄντα τῶν ὑπὸ τοῦ νόμου προσταττομένων, καὶ μόνον ἐξηγητικὸν τούτου, διότι [188] καὶ νομικὸν εἶναι, τοὺς δὲ ἠλιθίους ἐναντίως ἔχειν. Ἀστείοις δ' ἔτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπονέμουσιν [189] ἢ ἐπιστασίαν καὶ τὰ ταύτης εἴδη, βασιλείαν, στρατηγίαν, ναυαρχίαν, καὶ τὰς ταύταις παραπλησίους. Κατὰ τοῦτο δὴ καὶ μόνος ὁ σπουδαῖος ἄρχει, καὶ εἰ μὴ πάντως κατ' ἐνέργειαν, κατὰ διάθεσιν δὲ καὶ πάντως. Καὶ πειθαρχικὸς μόνος ὁ σπουδαῖός ἐστιν, ἀκολουθητικὸς ὢν ἄρχοντι. Τῶν δ' ἀφρόνων οὐδεὶς τοιοῦτος· οὔτε γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι οἷός ἐστιν ὁ ἄφρων, αὐθάδης τις ὤν, καὶ ἀνάγωγος. Πάντα τε εὖ ποιεῖ ὁ νοῦν ἔχων, καὶ γὰρ φρονίμως καὶ ἐγκρατῶς καὶ κοσμίως καὶ εὐτάκτως ταῖς περὶ τὸν βίον ἐμπειρίαις χρώμενος συνεχῶς· ὁ δὲ φαῦλος, ἄπειρος ὢν τῆς ὀρθῆς χρήσεως, πάντα κακῶς ποιεῖ καθ' ἣν ἔχει διάθεσιν ἐνεργῶν, εὐμετάπτωτος ὤν, καὶ παρ' ἕκαστα μεταμελείᾳ συνεχόμενος. Εἶναί δὲ τὴν μεταμέλειαν, λύπην ἐπὶ πεπραγμένοις ὡς παρ' αὐτοῦ ἡμαρτημένοις, κακοδαιμονικόν τι πάθος ψυχῆς καὶ στασιῶδες· ἐφ' ὅσον γὰρ ἄχθεται τοῖς συμβεβηκόσιν ὁ ἐν ταῖς μεταμελείαις ὤν, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγανακτεῖ πρὸς ἑαυτόν, ὡς αἴτιον γεγονότα τούτων· διὸ καὶ ἄτιμον εἶναι πάντα φαῦλον, μήτε τιμῆς ἄξιον ὄντα, μήτε τίμιον ὑπάρχοντα. Τὴν γὰρ τιμὴν εἶναι γέρως ἀξίωσιν, τὸ δὲ γέρας ἆθλον ἀρετῆς εὐεργετικόν. Τὸ οὖν ἀρετῆς ἀμέτοχον, ἄτιμον δικαίως λέγεσθαι. Λέγουσι δὲ καὶ φυγάδα πάντα φαῦλον εἶναι, καθ' ὅσον στέρεται νόμου καὶ πολιτείας κατὰ φύσιν ἐπιβαλλούσης. Τὸν γὰρ νόμον εἶναι, καθάπερ εἴπομεν, σπουδαῖον, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πόλιν. Ἱκανῶς δὲ καὶ Κλεάνθης [190] περὶ τὸ σπουδαῖον εἶναι τὴν πόλιν λόγον ἠρώτησε τοιοῦτον· εἰ πόλις μέν ἐστι δικαστηρίου κατασκεύασμα, εἰς ὃ καταφεύγοντάς ἐστι δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἀστεῖον δὴ πόλις ἐστίν; ἀλλὰ μὴν τοιοῦτόν ἐστιν ἡ πόλις δικαστήριον· ἀστεῖον ἄρ' ἔστιν ἡ πόλις. Τριχῶς δὲ λεγομένης τῆς πόλεως [191], τῆς τε κατὰ τὸ οἰκητήριον, καὶ τῆς κατὰ τὸ σύστημα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τρίτον τὸ κατ' ἀμφότερα τούτων, κατὰ δύο σημαινόμενα λέγεσθαι τὴν πόλιν ἀστείαν, κατά τε τὸ σύστημα τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατὰ τὸ συναμφότερον, διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας ἀναφοράν [192].

Φασὶ δὲ καὶ ἄγροικον εἶναι πάντα φαῦλον, τὴν γὰρ ἀγροικίαν ἀπειρίαν εἶναι τῶν κατὰ πόλιν ἐθῶν καὶ νόμων· καὶ πάντα φαῦλον ἔνοχον ὑπάρχειν· εἶναι δὲ καὶ ἄγριον, ἐναντιωτικὸν ὄντα τῇ κατὰ νόμον διεξαγωγῇ, καὶ θηριώδη καὶ βλαπτικὸν ἄνθρωπον. Τὸν δ' αὐτὸν τοῦτον καὶ ἀνήμερον ὑπάρχειν καὶ τυραννικόν, οὕτως διακείμενον ὥστε δεσποτικὰ ποιεῖν, ἔτι δὲ ὠμά, καὶ βίαια, καὶ παράνομα, καιρῶν ἐπιλαβόμενον. Εἶναί δὲ καὶ ἀχάριστον, οὔτε πρὸς ἀνταπόδοσιν χάριτος οἰκείως ἔχοντα, οὔτε πρὸς μετάδοσιν, διὰ τὸ μηδὲ κοινῶς τι ποιεῖν, μηδὲ φιλικῶς, μηδ' εὐμελετήτως. Μηδὲ φιλόλογον εἶναι τὸν φαῦλον, μηδὲ φιλήκοον,

---

tuunt, utpote qui honore neque dignus sit, neque afficiatur. Esse enim honorem dignationem existimationis, existimationem vero salutare virtutis præmium. Quare quod virtutis expers sit, id etiam jure inhonoratum vocari. Exsulem quoque dicunt quemvis esse improbum, quatenus lege et civitate careat, pro hujus ipsum attingentis natura. Legem enim, ut diximus, bonam esse pariter ac civitatem. Apte etiam Cleanthes bonam esse civitatem concludere tali interrogatione voluit : si civitas est quasi justitiæ sedes, ad quam confugientibus licet vel pœnas dare vel jus suum obtinere, nonne honestum quid civitas est? atqui tale tribunal civitas est; ergo honestum quid civitas est. Quum autem tribus modis civitas dicatur, primum ut domicilium, deinde ut cœtus hominum, denique ut utriusque notionis conjunctio : duplici sensu civitatem appellari honestam, quatenus cœtus hominum sit et quatenus incolarum respectu tam domos quam homines complectatur.

Rusticum quoque perhibent quemvis hominem improbum, contendentes rusticitatem esse imperitiam morum et legum in urbe vigentium; porro omnem improbum esse reum, præterea ferocem, quum vitam e legum præscripto agere nolit, et ferum et noxium hominem. Eumdem vero hunc et immitem esse et tyrannicum et ita animatum, ut tum imperiose agat, tum crudelia et violenta et legibus vetita, nactus occasionem, perpetret. Quin etiam ingratum esse, utpote neque ad referendam gratiam accommodatum neque ad bene faciendum, quod neque communis utilitatis, neque amicitiæ causa, neque intenta cura quidquam faciat. Insuper improbum hominem neque discendi neque audiendi cupidum esse, quia minime sit scitorum sermonum propter imprudentiam e perversitate orlam capax, quatenus improborum nemo neque ad virtutem incitetur neque incitet alios; qui enim ipse incitetur vel incitet alios quum ad philosophandum debeat esse paratus, paratus autem non impediatur, neminem stultorum talem esse. Non enim tam qui attente audiat quæ dicuntur a philosophis eaque in commentarios referat, paratum esse ad philosophandum, quam qui philosophiæ præcepta ad usum actionemque convertere vitamque ad talem normam dirigere velit. At improborum neminem ita se habere, qui vitiorum decretis sit præoccupatus. Si enim homo improbus incitatus esset, a vitio etiam avocaretur. Etenim homo scelestus nemo ad virtutem incitatur, ut neque ægrotus ad sanitatem. At solum sapientem incitari solumque incitare posse, stultorum neminem, quia vita e sapientiæ præceptis acta in stultos non cadat. Neque virum doctum esse, sed potius loquacem, qui inanibus verbis contentus virtutis orationem factis non confirmet. Neque enim quemquam improborum esse industrium, propterea quod industria animorum habitus sit sine suspicione propositum suscepto labore peragens, improborum autem nemo sine suspicione

παρὰ τὸ μηδ' ἀρχὴν παρεσκευάσθαι πρὸς τὴν ὀρθῶν λόγων παραδοχήν, διὰ τὴν ἀποβᾶσαν [193] ἐκ τῆς διαστροφῆς ἀφροσύνην, παρὰ τὸ μήτε προτετράφθαι τινὰ τῶν φαύλων μήτε προτρέπειν πρὸς ἀρετήν· τὸν γὰρ προτετραμμένον ἢ προτρεπόμενον ἑτέρους ἕτοιμον εἶναι δεῖ πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, τὸν δὲ ἕτοιμον ἀνεμποδίστως ἔχειν, μηδένα δὲ τῶν ἀφρόνων εἶναι τοιοῦτον. Οὐ γὰρ τὸν προθύμως ἀκούοντα καὶ ὑπομνηματιζόμενον τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἕτοιμον εἶναι πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ τὸν ἑτοίμως ἔχοντα πρὸς τὸ τὰ διὰ τῆς φιλοσοφίας παραγγελλόμενα μεταφέρειν ἐπὶ τὰ ἔργα, καὶ κατ' αὐτὰ βιοῦν. Οὐδένα δὲ τῶν φαύλων τοιοῦτον εἶναι, προκατειλημμένον τοῖς τῆς κακίας δόγμασιν. Εἰ γὰρ προετέτραπτό τις τῶν φαύλων, καὶ ἀπὸ τῆς κακίας ἀπετέτραπτο [194]. Οὐδεὶς δὲ ἔχων τὴν κακίαν πρὸς ἀρετὴν τέτραπται, ὡς οὐδὲ νόσον πρὸς ὑγίειαν. Μόνον δὲ προτετράφθαι τὸν σοφόν, καὶ μόνον προτρέπειν δύνασθαι, τῶν δ' ἀφρόνων μηδένα· κατὰ γὰρ παραγγέλματα βιοῦν μηδένα τῶν ἀφρόνων· μηδ' εἶναι φιλόλογον, λογόφιλον δὲ μᾶλλον, μέχρι λαλιᾶς ἐπιπολαίου προβαίνοντα, μηκέτι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις ἐκβεβαιούμενον τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον· μηδὲ γὰρ φιλόπονόν τινα τῶν φαύλων εἶναι· τὴν γὰρ φιλοπονίαν διάθεσιν ἐξεργαστικὴν εἶναι τῶν ἐπιβαλλόντων ἀνυπόπτως διὰ πόνου, οὐδένα δὲ τῶν φαύλων ἀνυπόπτως ἔχειν πρὸς τὸν πόνον. Μηδὲ γὰρ τὴν κατ' ἀξίαν ποιεῖσθαι δόσιν τῆς ἀρετῆς τῶν φαύλων τινά, σπουδαῖον μὲν γὰρ εἶναι τὴν δόσιν, ἐπιστήμην οὖσαν, καθ' ἣν ἀξιόλογόν τι ἡγούμεθα περιποιεῖσθαι. Τῶν δὲ σπουδαίων μηδὲν εἰς φαύλους πίπτειν, ὥστε μηδὲ τὴν ἀξίαν τῆς ἀρετῆς δόσιν ποιεῖσθαί τινα τῶν φαύλων. Εἰ γὰρ τὴν κατ' ἀξίαν τις ἐποιεῖτο δόσιν τῶν ἀφρόνων τῆς ἀρετῆς, ἐφ' ὅσον ἐτίμα ταύτην, ἀπωκονομεῖτο ἂν τὴν κακίαν. Πᾶς δέ τε ἄφρων σύνεστιν ἡδέως τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ. Σκοπεῖν γὰρ δεῖ μὴ τὸν ἐξώφορον αὐτῶν λόγον, φαῦλον ὄντα, ἀλλὰ τὸν τῶν πράξεων. Ἐκ τούτων γὰρ ἀπελέγχονται μὴ περὶ τὰ καλὰ καὶ σποδαῖα παρωρμημένοι, ἀλλὰ περὶ τὰς ἀνδραποδώδεις ἀμέτρους ἀπολαύσεις. Ἀρέσκει δὲ καὶ πᾶν ἁμάρτημα ἀσέβημα εἶναι. Τὸ γὰρ παρὰ τὴν βούλησίν τι πράττεσθαι τοῦ θεοῦ, ἀσεβείας εἶναι τεκμήριον. Τῶν γὰρ θεῶν οἰκειουμένων μὲν τῇ ἀρετῇ καὶ τοῖς ταύτης ἔργοις, ἀλλοτριουμένων δὲ τῇ κακίᾳ καὶ τοῖς ἀπὸ ταύτης συντελουμένοις, τοῦ δ' ἁμαρτήματος ὄντος ἐνεργήματος κατὰ κακίαν, κατεφαίνετο πᾶν ἁμάρτημα ἀπαρεστὸν θεοῖς ὑπάρχον, (τοῦτο δ' ἐστὶν ἀσέβημα,) καὶ καθ' ἕκαστόν γε ἁμάρτημα ὁ φαῦλος ἀπαρεστόν τι ποιεῖ θεοῖς. Ἔτι δὲ, ἐπεὶ πᾶς φαῦλος ὅσα ποιεῖ κατὰ κακίαν ποιεῖ, καθάπερ ὁ σπουδαῖος κατ' ἀρετήν, καὶ ὁ μίαν ἔχων κακίαν πάσας ἔχει. Ἐν δὲ ταύτῃ ὁρᾶσθαι καὶ τὴν ἀσέβειαν, οὐ τὴν τεταγμένην κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν τῇ εὐσεβείᾳ ἐναντίαν ἕξιν. Τὸ δὲ κατ' ἀσέβειαν πεπραγμένον ἀσέβημα εἶναι, πᾶν οὖν ἁμάρτημα ἀσέβημα εἶναι. Ἔτι δ' ἀρέσκει αὐτοῖς, καὶ πάντ' εἶναι τὸν ἄφρονα θεοῖς ἐχθρόν· τὴν γὰρ ἔχθραν ἀσυμφωνίαν εἶναι τῶν κατὰ τὸν βίον καὶ διχόνοιαν, ὥσπερ καὶ τὴν φιλίαν συμφωνίαν καὶ ὁμόνοιαν. Διαφωνοῦσι δ' οἱ φαῦλοι πρὸς τοὺς θεοὺς περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον,

---

laborem subeat. Quippe ne rectam quidem virtutis donationem improborum facere quemquam, quoniam bonum sit donatio, scientia videlicet, qua freti laudabile quid consequi nobis videmur. Bonorum autem nihil in improbos cadere; ideoque neminem improborum recte virtutis donationem facere. Si quis enim stultorum pro rerum dignitate virtutis donationem faceret, quatenus hanc coleret, eatenus a vitio sese abstineret. Omnes vero stulti delectantur vitio suo. Nimirum non dicta nullius pretii quæ in alios ingerunt, sed facta eorum spectari oportet. Iis enim convincuntur omni animi impetu non ad honesta et laudabilia ferri, sed ad pravas et immoderatas voluptates. Placet etiam sapientibus omne peccatum impium factum esse. Nam invitis diis aliquid facere, impietatis signum haberi. Quum autem dii virtutem omnemque actionem honestam quasi pro sua agnoscant, a vitio malisque facinoribus abhorreant, peccatum vero factum improbum sit, apparet omne peccatum diis injucundum esse, (est autem hoc impium factum,) atque idcirco homo nequam in quovis certe peccato facit aliquid diis ingratum. Præterea quum improbi omnes quæcumque faciunt prave faciant, ut probi omnes recte, simul etiam uno vitio laborantem omnibus laborare necesse est. Cæterum in iis impietatem quoque cerni, non quidem in actione positam, sed pietati contrarium habitum. Atqui quidquid impie commissum sit, esse impium factum, ergo omne peccatum impium factum appellant. Porro iis placet, omnes etiam stultos diis inimicos esse, quia inimicitia sit vitæ discordia ac dissensio, sicut amicitia concordia et consensio. Improbi vero a diis de vitæ degendæ ratione dissentiunt, ideoque omnes stulti diis inimici judicantur, quoniam si cuncti illos qui ipsis contrarii sunt pro inimicis habent, viro bono autem malus contrarius est, bonus vero deus est, malus diis inimicus sit oportet. Quid? quod peccata omnia æqualia esse dicunt, non tamen similia. Nimirum ab uno vitio tanquam fonte profluere solent, judicio de omnibus peccatis eodem manente; sed per externam causam, indifferentibus quibus judicia accommodantur mutatis, dissimilia pro qualitate fieri peccata. Quin etiam perspicuam rei quam illustramus imaginem animo concipies, ubi hocce reputaveris. Omne mendacium sine discrimine mendacium est, neque enim aliud alio magis esse falsum potest. Quippe noctem esse (dies quum sit) non minus falsum est, quam vivere hippocentaurum; neque alterum altero magis falsum vocare licet. Sed quamquam omne mendacium æque mendacium est, non tamen omnes qui decipiuntur, eodem modo decipiuntur. Adde quod magis vel minus peccare non licet, quandoquidem omne

διόπερ πᾶς ἄρρων θεοῖς ἐχθρός ἐστιν, ἐπεὶ εἰ πάντες τοὺς ἐναντίους αὐτοῖς ἐχθροὺς εἶναι νομίζουσι, τῷ δὲ σπουδαίῳ ὁ φαῦλός ἐστιν ἐναντίος, καὶ σπουδαῖός ἐστιν ὁ θεός, ὁ φαῦλος θεοῖς ἐστιν ἐχθρός. Ἴσα τε πάντα λέγουσιν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα, οὐ μέντοι γ' ὅμοια [105]. Καθάπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς τινος πηγῆς, τῆς κακίας, φέρεσθαι πέφυκε, τῆς κρίσεως οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ἁμαρτήμασι τῆς αὐτῆς· παρὰ δὲ τὴν ἔξωθεν αἰτίαν, τῶν ἐφ' οἷς αἱ κρίσεις ἀποτελοῦνται μέσων [106] διαλλαττόντων, διάφορα κατὰ ποιότητα γίγνεσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Λάβοις δ' ἂν εἰκόνα σαφῆ τοῦ ὀηλουμένου τῷδ' ἐπιστήσας. Πᾶν γὰρ τὸ ψεῦδος ἐπ' ἴσης ψεῦδος συμβέβηκεν, οὐ γὰρ εἶναι ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον διεψευσμένον· τό τε γὰρ νύκτα εἶναι ψεῦδός ἐστι, καθάπερ τὸ ἱπποκένταυρον ζῆν· καὶ οὐ μᾶλλον εἰπεῖν ἐστὶ ψεῦδος εἶναι θάτερον θατέρου. Ἀλλ' εἴ γε τὸ ψεῦδος ἐπίσης ψεῦδός ἐστιν, οὐχὶ δὲ καὶ οἱ διεψευσμένοι ἐπίσης εἰσὶ διεψευσμένοι. Διαμαρτάνειν δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον οὐκ ἔστι, πᾶσαν γὰρ ἁμαρτίαν κατὰ διάψευσιν πράττεσθαι. Ἔτι οὐχὶ κατόρθωμα μὲν μεῖζον καὶ ἔλαττον γίγνεσθαι, ἁμάρτημα δὲ μεῖζον ἢ ἔλαττον οὐ γίγνεσθαι, πάντα γάρ ἐστι τέλεια, διόπερ οὔτ' ἐλλείπειν οὔθ' ὑπερέχειν δύναιτ' ἂν ἀλλήλων. Ἴσα τε νῦν ἐστι πάντα τὰ ἁμαρτήματα. Περὶ δὲ εὐφυοῦς, ἔτι δὲ εὐγενοῦς οἱ μὲν τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ἐπηνέχθησαν ἐπὶ τὸ λέγειν πάντα σοφὸν τοιοῦτον εἶναι, οἱ δ' οὔ. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται, οὐ μόνον εὐφυεῖς γίγνεσθαι πρὸς ἀρετὴν ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ κατασκευῆς, καὶ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις λεγόμενον τοῦτο ἀπεδέξαντο, « μελέτη χρονισθεῖσ' εἰς φύσιν καθίσταται. » Τὸ δ' ὅμοιον καὶ περὶ εὐγενείας ὑπέλαβον, ὥστε εὐφυίαν μὲν εἶναι κοινῶς ἕξιν ἐκ φύσεως ἢ ἐκ κατασκευῆς, οἰκείαν πρὸς ἀρετήν, ἢ ἕξιν, καθ' ἣν εὐανάληπτοι ἀρετῆς εἶσί τινες· τὴν δ' εὐγένειαν, ἕξιν ἐκ γένους ἢ ἐκ κατασκευῆς, οἰκείαν πρὸς ἀρετήν. Τὸν δὲ σπουδαῖον, ὁμιλητικὸν ὄντα, καὶ ἐπιδέξιον, καὶ προτρεπτικόν, καὶ θηρευτικὸν διὰ τῆς ὁμιλίας εἰς εὔνοιαν καὶ φιλίαν, καὶ ὡς ἐνατὸν εὐάρμοστον εἶναι πρὸς τὸ πλῆθος ἀνθρώπων, παρ' ὃ καὶ ἐπαρρόδιτον εἶναι, καὶ ἐπίχαριν, καὶ πιθανόν, ἔτι δὲ αἱμύλον, καὶ εὔστοχον, καὶ εὔκαιρον, καὶ ἀγχίνουν, καὶ ἀφελῆ, καὶ ἀπερίεργον, καὶ ἁπλοῦν καὶ ἄπλαστον· τὸν δὲ φαῦλον ἐνοχον πᾶσι τοῖς ἐναντίοις. Τὸ δ' εἰρωνεύεσθαι φαύλων εἶναί φασιν, οὐδένα γὰρ ἐλεύθερον καὶ σπουδαῖον εἰρωνεύεσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ σαρκάζειν, ὅ ἐστιν εἰρωνεύεσθαι μετ' ἐπισυρμοῦ τινός. Ἐν μόνοις τε τοῖς σοφοῖς ἀπολείπουσι φιλίαν, ἐπεὶ ἐν μόνοις τούτοις ὁμόνοια γίγνεται περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον· τὴν δ' ὁμόνοιαν εἶναι κοινῶν ἀγαθῶν ἐπιστήμην. Φιλίαν γὰρ ἀληθινὴν καὶ μὴ ψευδώνυμον ἀδύνατον χωρὶς πίστεως καὶ βεβαιότητος ὑπάρχειν· ἐν δὲ τοῖς φαύλοις, ἀπίστοις καὶ ἀβεβαίοις οὖσι καὶ δόγματα πολεμικὰ κεκτημένοις, οὐκ εἶναι φιλίαν, ἑτέρας δέ τινας ἐπιπλοκὰς καὶ συνδέσεις ἔξωθεν ἀνάγκαις καὶ δόξαις κατεχομένας γίγνεσθαι. Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀγαπᾶν καὶ τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖν μόνων εἶναι τῶν σπουδαίων. Καὶ μόνον εἶναι τὸν σοφὸν βασιλέα τε καὶ βασιλικόν, τῶν δὲ φαύλων μηδένα· τὴν γὰρ βασιλείαν ἀρχὴν ἀνυπεύθυνον [107] εἶναι καὶ τὴν ἀνωτάτω καὶ τὴν ἐπὶ πάσαις. Λέγουσι δὲ καὶ ἄριστον αὐτοῦ ἰατρὸν εἶναι τὸν σπουδαῖον ἄνδρα· ἐπιμελῆ γὰρ ὄντα τῆς ἰδίας φύσεως πα-

---

peccatum mendacio constat. Ad hæc non quidem recte factum majus minusve est altero, peccatum autem majus minusve altero non est; siquidem omnia ista perfecta sunt atque idcirco invicem nec cedere nec superare possint. Itaque æqualia omnia peccata sunt. Jam de ingenioso ac nobili quidam Stoicam sectam professi ita judicarunt, ut dicerent omnem sapientem talem esse, alii negarunt. Sunt enim qui credant, ingeniosos non solum nasci ad virtutem, sed etiam institutione formari, et quod proverbii loco dici solet, usum inveteratum in naturam vertere, id approbarunt. Similiter etiam de nobilitate existimarunt, ita ut ingenii sollertia sit in universum habitus naturæ vel institutionis ad virtutem aptus, sive habitus, quo nonnulli virtutis capaces judicantur; nobilitas vero habitus generis vel institutionis ad virtutem aptus. Probum quoque hominem ajunt, quum affabilis atque elegans sit et bonus adhortator, et colloquio suo incitans tum ad benevolentiam tum ad amicitiam, quam maxime ad tractandos multitudinis animos esse idoneum, ideoque venustum, jucundum, blandum, præterea festivum, acutum, opportunum, perspicacem, simplicem, apertum, candidum, denique minime fictum: improbum autem contrariis omnibus vitiis teneri. Dissimulatione in sermonibus uti improborum esse ajunt, quia homo ingenuus et probus nemo ea utatur; idem vero judicium etiam de irrisione, quæ est dissimulatio cum ludificatione alicujus, faciunt. Ad hoc amicitiam sapientibus duntaxat relinquunt, quoniam in his solis de vitæ institutis animadvertatur consensio; esse autem consensionem illam communium bonorum scientiam. Quum enim amicitia vera ac sincera sine fide et constantia permanere nequeat: in improbis hominibus, simul infidis et inconstantibus, simul hostilia dogmata habentibus amicitiam non inesse, sed alias quasdam tum familiaritates tum sodalitates quæ externis necessitatibus et opinionibus inter se continentur. Ajunt etiam diligere et salutare et amare proborum duntaxat hominum esse. Accedit quod solum sapientem regem et regium esse affirmant, improborum autem neminem: esse enim regium imperium rationi reddendæ non obnoxium ac summum et postremum. Insuper medicinam optime sibi adhibere virum probum contendunt, quia diligens naturæ suæ observator rerumque corpori salubrium gnarus sit. Præterea negant fieri posse ut vir prudens inebrietur, quum ebrietas propensionem ad peccandum contineat atque in vino stultiloquium sit, nulla vero in re homo probus peccet ideoque cuncta ad virtutem et quæ inde pro-

ρατηρητὴν ὑπάρχειν καὶ τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐπιστήμονα συμφερόντων. Οὐχ οἷόν τε δὲ μεθυσθήσεσθαι τὸν νοῦν ἔχοντα· τὴν γὰρ μέθην ἁμαρτητικὸν περιέχειν, λήρησίν τε εἶναι περὶ τὸν οἶνον, ἐν μηδενὶ δὲ τὸν σπουδαῖον ἁμαρτάνειν, δι' ὃ πάντα κατ' ἀρετὴν ποιεῖν καὶ τὸν ἀπὸ ταύτης ὀρθὸν λόγον. Τρεῖς δὲ προηγουμένους εἶναι βίους, τόν τε βασιλικόν, καὶ τὸν πολιτικόν, καὶ τρίτον τὸν ἐπιστημονικόν· ὁμοίως δὲ καὶ χρηματισμοὺς τρεῖς προηγουμένους, τόν τε ἀπὸ τῆς βασιλείας, καθ' ὃν ὁ αὐτὸς βασιλεύσει [198] καὶ μοναρχικῶς χρημάτων εὐπορήσει· δεύτερον δέ, τὸν ἀπὸ τῆς πολιτείας, πολιτεύσεσθαι γὰρ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον· καὶ γὰρ γαμήσειν, καὶ παιδοποιήσεσθαι, ἀκολουθεῖν γὰρ ταῦτα τῇ τοῦ λογιστικοῦ ζώου καὶ κοινωνικοῦ καὶ φιλαλλήλου φύσει. Χρηματιεῖσθαι οὖν καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καὶ ἀπὸ τῶν φίλων, τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων. Περὶ δὲ τοῦ σοφιστεύειν καὶ ἀπὸ σοφιστείας εὐπορήσειν χρημάτων, διέστησαν οἱ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως κατὰ τὸ σημαινόμενον. Τὸ μὲν γὰρ χρηματιεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν παιδείαν, καὶ μισθούς ποτε λήψεσθαι παρὰ τῶν φιλομαθούντων, διωμολογήσαντο· περὶ δὲ τὸ σημαινόμενον ἐγένετό τις ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησις, τῶν μὲν αὐτὸ τοῦτο λεγόντων σοφιστεύειν, τὸ ἐπὶ μισθῷ μεταδιδόναι τῶν τῆς φιλοσοφίας δογμάτων, τῶν δ' ὑποτοπησάντων ἐν τῷ σοφιστεύειν περιέχεσθαί τι φαῦλον, οἷονεὶ λόγους καπηλεύειν, οὐ φαμένων δεῖν ἀπὸ παιδείας παρὰ τῶν ἐπιτυχόντων χρηματίζεσθαι, καταδεέστερον γὰρ εἶναι τὸν τρόπον τοῦτον τοῦ χρηματισμοῦ τοῦ τῆς φιλοσοφίας ἀξιώματος. Φασὶ δέ ποτε καὶ τὴν ἐξαγωγὴν [199] τὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως κατὰ πολλοὺς τρόπους γίγνεσθαι, τοῖς δὲ φαύλοις μηδὲ τὴν μονὴν ἐν τῷ ζῆν, εἰ μὴ μέλλοιεν ἔσεσθαι σοφοί, οὔτε γὰρ τὴν ἀρετὴν κατέχειν ἐν τῷ ζῆν, οὔτε τὴν κακίαν ἐκβάλλειν· τοῖς δὲ καθήκουσι καὶ τοῖς παρὰ τὸ καθῆκον μετρεῖσθαι τήν τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. Λέγουσι δὲ καὶ τὸν σοφὸν ἀνύβριστον εἶναι, οὔθ' ὑβρίζεσθαι γὰρ οὔθ' ὑβρίζειν, διὰ τὸ τὴν ὕβριν ἀδικίαν εἶναι καταισχύνουσαν καὶ βλάβην· μήτε δὲ ἀδικεῖσθαι μήτε βλάπτεσθαι τὸν σπουδαῖον, ἀδικητικῶς μέντοι γέ τινας αὐτῷ προσφέρεσθαι καὶ ὑβριστικῶς, καὶ κατὰ τοῦτο δὲ δικαιοπραγεῖν, πρός τε τὸ μηδὲν ἀποβᾶσαν [200] ἀδικίαν εἶναι τὴν ὕβριν, ἀλλὰ καταισχύνουσαν καὶ ὑβριστικὴν οὖσαν. Ἀπερίπτωτον δ' ὑπάρχειν τὸν νοῦν ἔχοντα ταύτης [201], καὶ μηδαμῶς καταισχύνεσθαι, ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἔχειν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὴν θείαν ἀρετήν, δι' ὃ καὶ πάσης ἀπηλλάχθαι κακίας καὶ βλάβης. Καὶ βασιλεύσειν τέ ποτε τὸν νοῦν ἔχοντα, καὶ βασιλεῖ συμβιώσεσθαι, καὶ εὐφυΐαν ἐμφαίνοντι καὶ φιλομάθειαν. Ἔφαμεν δ' ὅτι καὶ πολιτεύσεσθαι κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον οἷόν ἐστι, μὴ πολιτεύεσθαι δὲ ἐάν τι [202] ἐμπόδισμα ᾖ τοῦ διοικεῖν τὴν πόλιν καὶ μάλιστα μηδὲν ὠφελεῖν μέλλῃ τὴν πατρίδα, κινδύνους δὲ παρακολουθεῖν ὑπολαμβάνῃ μεγάλους καὶ χαλεπούς ἐκ τῆς πολιτείας. Λέγεσθαι δέ, μὴ ψεύδεσθαι τὸν σοφόν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἀληθεύειν· οὐ γὰρ ἐν τῷ λέγειν τι ψεῦδος τὸ ψεύδεσθαι ὑπάρχειν, ἀλλ' ἐν τῷ διαψευστῶς τὸ ψεῦδος λέγειν, καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν πλησίον. Τῷ μέντοι ψεύδει ποτὲ συγχρήσασθαι νομίζουσιν αὐτὸν κατὰ πολλοὺς τρόπους ἄνευ συγκαταθέσεως· καὶ γὰρ κατὰ στρατηγίαν πρὸς [203] τοὺς ἀντιπάλους, καὶ κατὰ τὴν τοῦ συμφέροντος προόρασιν, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς. Ψεῦδος [204] δὲ

---

ficiscitur rectam rationem referat. Jam vero tria ponunt præcipua vitæ genera, regium, civile et philosophicum, ac similiter tres præcipuos pecuniæ quærendæ modos, unum ipso regno, quo idem simul regnat simul regiis opibus abundat; alterum publicis negotiis, siquidem sapientem quoque accedere ad rempublicam e præcedentibus efficitur, eundemque uxorem ducturum et liberos procreaturum, quoniam hæc naturæ animantis tum ratione præditi, tum ad vitæ communitatem mutuumque amorem nati conveniant. Quapropter lucra eum facturum esse partim e republica, partim e negotiis quæ cum amicis fortuna superioribus habet. De sophistica autem arte pecuniaque inde facienda Stoici secundum notionem inter se dissenserunt. Ut enim de opibus doctrinæ beneficio acquirendis ac mercede a studiosis aliquando exigenda consenserunt: ita de notione quædam fuit inter illos dissensio, quum alii hoc ipsum esse dicerent sophistam agere, accepta mercede philosophiæ præcepta tradere, alii rem illam improbum quid continere arbitrarentur, quasi literarum studia lucro prostituere, neque decere existimarent a quibuslibet hominibus institutionis pretium poscere, quia hæc pecuniæ colligendæ ratio a philosophiæ dignitate abhorreret. Ajunt aliquando etiam excessum e vita probis hominibus rite multis modis patere, improbos contra ne mansionem quidem in vita decere, nisi sapientes fieri velint, quum nec virtutem in vita habeant, nec vitium fugiant; porro officiis eorumque contrariis vitam et mortem definiri. Quin etiam injuria sapientem carere volunt, quippe qui eam nec patiatur neque faciat, quod injuria sit injustitia dedecora et damnosa aliis; præterea neque offendi neque lædi virum bonum, atque accidere quidem interdum ut nonnulli injuriose et contumeliose eum tractent, sed illum vel sic in officio manere, injustitiamque ad nihilum redactam esse injuriam, alios potius dedecorantem qui eam inferunt. Liberum autem ab ea esse sapientem qui dehonestari omnino nequeat, quoniam in se ipso habeat bonum ac divinam virtutem et idcirco vacuus sit ab omni vitio et noxa. Regnaturum quoque aliquando ajunt sapientem et cum regibus victurum, qui bonam indolem ac discendi cupiditatem præ se ferant. Diximus autem præcedenti explicationi convenienter civitatem etiam a sapiente regi posse, at non posse regi si qua res ipsi esset impedimento ad rempublicam administrandam, maximeque si patriæ nihil utilitatis allaturus e sua publicorum negotiorum gestione magna duraque pericula

ὑπολαμβάνειν οὐδέποτέ φασι τὸν σοφόν, οὐδὲ τὸ παράπαν ἀκαταλήπτῳ τινὶ συγκατατίθεσθαι, διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτόν, μηδ' ἀγνοεῖν μηδέν. Τὴν γὰρ ἄγνοιαν μεταπτωτὴν εἶναι, συγκατάθεσιν δὲ ἀσθενῆ. Μηδὲν δ' ὑπολαμβάνειν ἀσθενῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως, δι' ὃ καὶ μηδὲ δοξάζειν τὸν σοφόν. Διττὰς γὰρ εἶναι δόξας, τὴν μὲν ἀκαταλήπτων συγκατάθεσιν, τὴν δ' ὑπόληψιν ἀσθενῆ· ταύτας δ' ἀλλοτρίας εἶναι τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσεως, διότι καὶ [205] τὸ προπίπτειν πρὸ καταλήψεως, καὶ συγκατατίθεσθαι κατὰ τὸν προπετῆ, ψαύλου εἶναι, καὶ μὴ πίπτειν εἰς τὸν εὐφυῆ καὶ τέλειον ἄνδρα καὶ σπουδαῖον. Οὐδὲ λανθάνειν δὲ αὐτόν τι, τὴν γὰρ ἀγνωσίαν [206] εἶναι ψεύδους ὑπόληψιν ἀποφαντικὴν πράγματος. Τούτοις δ' ἀκολούθως οὐκ ἀπιστεῖν, τὴν γὰρ ἀπιστίαν εἶναι ψεύδους ὑπόληψιν, τὴν δὲ πίστιν ἀστεῖον ὑπάρχειν, εἶναι γὰρ ὑπόληψιν ἰσχυράν, βεβαιοῦσαν τὸ ὑπολαμβανόμενον. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐπιστήμην ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου· διὰ ταῦτά φασι μήτε ἐπίστασθαί τι τὸν φαῦλον μήτε πιστεύειν. Ἐρωμένως δὲ τούτων [207] οὔτε πλεονάζεσθαι τὸν σοφόν, οὔτε βουκολεῖσθαι, οὔτε διαπατᾶσθαι, οὔτε παραριθμεῖν, οὔτε ὑφ' ἑτέρου παραριθμεῖσθαι, ταῦτα γὰρ πάντα τὴν ἀπάτην περιέχειν, καὶ τοῖς κατὰ τὸν τόπον ψεύδεσι πρόσθεσιν. Οὐδένα δὲ τῶν ἀστείων οὔθ' ὁδοῦ διαμαρτάνειν, οὔτ' οἰκίας, οὔτε σκοποῦ· ἀλλ' οὐδὲ παρορᾶν [208] οὐδὲ παρακούειν νομίζουσι τὸν σοφόν, οὐδὲ τὸ σύνολον παραπαίειν κατά τι τῶν αἰσθητηρίων, καὶ γὰρ τούτων ἕκαστον ἔχεσθαι νομίζουσι τῶνδε τῶν ψευδῶν [209] συγκαταθέσεων. Οὐδ' ὑπονοεῖν δέ φασι τὸν σοφόν, καὶ γὰρ τὴν ὑπόνοιαν ἀκαταλήπτων [210] εἶναι τῷ γένει συγκατάθεσιν, οὐδὲ μετανοεῖν δ' ὑπολαμβάνουσι τὸν νοῦν ἔχοντα, καὶ γὰρ τὴν μετάνοιαν ἔχεσθαι ψεύδους συγκαταθέσεως, ὡς ἂν προδιαπεπτωκότος. Οὐδὲ μεταβάλλεσθαι δὲ κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲ μετατίθεσθαι, οὐδὲ σφάλλεσθαι· ταῦτα γὰρ εἶναι πάντα τῶν τοῖς δόγμασι μεταπιπτόντων, ὅπερ ἀλλότριον εἶναι τοῦ νοῦν ἔχοντος. Οὐδὲ δοκεῖν αὐτῷ τί φασι, παραπλησίως τοῖς εἰρημένοις. Γίγνεσθαι δὲ καὶ διαλελῆθότα τινὰ σοφὸν νομίζουσι, κατὰ τοὺς πρώτους χρόνους, οὔτε ὀρεγόμενόν τινος, οὔτε ἐπιποθεῖν βουλόμενον ἕν τι τῶν ἐν τοῖς βουλητοῖς ἰδιχῶν ὄντων, [211] διὰ τὸ μὴ χρίνειν τι αὐτῷ ἀπεῖναι ὧν χρή. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ τῆς φρονήσεως ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τὰς τοιαύτας ἔσεσθαι διαλήψεις. Ἔτι, πάντων τε τῶν ἁμαρτημάτων ἴσων ὄντων καὶ τῶν κατορθωμάτων, καὶ τοὺς ἄφρονας ἐπίσης πάντας ἄφρονας εἶναι, τὴν αὐτὴν καὶ ἴσην ἔχοντας διάθεσιν. Ἴσων δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων, εἶναί τινας ἐν αὐτοῖς διαφοράς, καθ' ὅσον τὰ μὲν αὐτῶν ἀπὸ σκληρᾶς καὶ δυσιάτου διαθέσεως γίγνεται, τὰ δ' οὔ. Καὶ τῶν σπουδαίων δὲ ἄλλους ἄλλων προτρεπτικωτέρους γίγνεσθαι καὶ πιστικωτέρους, ἔτι δὲ καὶ ἀγχινουστέρους, κατὰ τὰ μέσα τὰ ἐμπεριλαμβανόμενα τῶν ἐπιτάσεων συμβαινουσῶν. Εὐτεκνεῖν δὲ μόνον τὸν ἀστεῖον, οὐ-

---

oriturā esse putaret. Dici insuper sapientem non mentiri, sed per omnia veracem esse; neque enim in eo quod falsum est dicendo mendacium cerni, sed in rebus nugatoriis fallaciter ad decipiendos alios venditandis. Mendacio tamen eum interdum variis modis sine assensu uti posse arbitrantur, verbi gratia in ductando exercitu, adversus hostes, et ubi videat profuturum, et in aliis plurimis rei familiaris negotiis. At mendacium nunquam credere contendunt sapientem neque omnino rem incomprehensam approbare, propterea quod neque opinetur, neque ignoret quidquam. Ignorantiam enim esse mutabilem, assensum autem imbecillum. Nihil vero imbecille credere sapientem, sed omnia potius firmiter et constanter, atque hanc ob causam eum neque opinari. Duplicem enim esse opinionem, alteram rerum non perceptarum approbationem, alteram levem existimationem; utramque vero alienam esse a sapientis spiritu, quod et ante intellectum ruere, et præpropere assentiri pravi tantum hominis sit, non autem cadat in virum ingeniosum, perfectum et probum. Neque latere eum quidquam, quia ignoratio sit falsa persuasio, qua rem ita se habere simpliciter affirmamus vel negamus. Sed his rationibus congruenter eum non diffidere, idcirco quia diffidentia falsa opinio appelletur, quum fides contra honesta dicatur, siquidem firma sententia est, confirmans creditum. Similiter scientiam quoque verbis mutari non posse arbitrantur; quamobrem pravum hominem neque scire quidquam neque credere defendunt. Hinc patet neque insolescere sapientem, neque deleniri, neque decipi, neque fraudulenta numeratione aut fallere aut ab alio falli, quoniam hæc omnia fraudem contineant atque in singulis rebus falsorum comprobationem. Neminem vero honestorum hominum neque a via aberrare, neque a domo, neque a scopo; sed neque parum videre neque auditus gravitate laborare sapientem existimant, neque omnino ullum sensum habere hebetiorem, propterea quod hæc singula cum falso isto assensu cohæreant. Neque vero suspicari volunt sapientem, quum suspicio sit rerum generis incomprehensi comprobatio; neque hominem intelligentem pœnitentiam agere putant, quoniam pœnitentia cum falso assensu conjuncta hominis sit antea, ut fieri solet, per errorem lapsi. Ad hoc sapientem ideo neque mutare sententiam ullo pacto neque retractare dicta, neque errare, quia hæc omnia eorum sint qui ab institutione sua desciscant, quod a sapientis dignitate abhorreat. Neque videri quidquam ei contendunt, id quod ante dictis simile est. Sed ignotum quendam sapientem primis etiam temporibus exstitisse credunt, qui neque expeteret quidquam, neque desiderare vellet ullam rem ex iis, quas peculiariter homines requirere consueverunt, quia nihil rerum necessariarum sibi deesse judicaret. Cæterum non modo de prudentia, verum etiam de reliquis artibus tales fore disputationes. Præterea quum omnia peccata non secus atque omnia

τι μὴν πάντα, δεῖν γὰρ τὸν εὐκτεκνοῦντα, ἀστεῖα τέκνα ἔχοντα, χρήσασθαι αὐτοῖς ὡς τοιούτοις. Εὐγηρεῖν τε μόνον καὶ εὐθανατεῖν τὸν σπουδαῖον· εὐγηρεῖν γὰρ εἶναι τὸ μετὰ ποιοῦ γήρως διεξάγειν κατ' ἀρετήν, εὐθανατεῖν δὲ τὸ μετὰ ποιοῦ θανάτου κατ' ἀρετὴν τελευτᾶν. Καὶ τά τε ὑγιεινὰ καὶ νοσερὰ πρὸς ἄνθρωπον λέγεσθαι, καὶ ὡς τρόφιμα καὶ τὰ λυτικά, καὶ στατικά, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Ὑγιεινὰ μὲν γὰρ εἶναι τὰ εὐρυθμῶς ἔχοντα πρὸς τὸ περιποιεῖν ὑγίειαν ἢ συνέχειν· νοσερὰ δὲ τὰ ἐναντίως ἔχοντα τούτοις. Παραπλήσιον δὲ εἶναι καὶ τὸν ἐπὶ τῶν ἄλλων λόγον. Καὶ μαντικὸν δὲ μόνον εἶναι τὸν σπουδαῖον, ὡς ἂν ἐπιστήμην ἔχοντα διαγνωστικὴν σημείων τῶν ἐκ θεῶν ἢ δαιμόνων πρὸς ἀνθρώπινον βίον τεινόντων. Δι' ὃ καὶ τὰ εἴδη τῆς μαντικῆς εἶναι περὶ αὐτόν, τό τε ὀνειροκριτικόν, καὶ τὸ οἰωνοσκοπικόν, καὶ θυτικόν, καὶ εἴ τινα ἄλλα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια. Αὐστηρόν τε λέγεσθαι τὸν σπουδαῖον καθ' ὅσον οὔτε προσφέρει τινὶ οὔτε προσίεται τὸν πρὸς χάριν λόγον. Κυνιεῖν τε τὸν σοφὸν λέγουσιν, ἕτοιμον [212] ἐπιμένειν τῷ κυνισμῷ, οὐ μὴν σοφὸν ὄντα ἐνάρξασθαι τοῦ κυνισμοῦ. Τὸν δ' ἐρωτά φασιν ἐπιβολὴν εἶναι φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον νέων ὡραίων. Δι' ὃ καὶ ἐρωτικὸν εἶναι τὸν σοφόν, καὶ ἐρασθήσεσθαι τῶν ἀξιεράστων, εὐγενῶν ὄντων καὶ εὐφυῶν. Λέγουσι δὲ μηδὲ παρὰ τὴν ὄρεξιν, μηδὲ παρὰ τὴν ὁρμήν, μηδὲ παρὰ τὴν ἐπιβολὴν [213] γίγνεσθαί τι περὶ τὸν σπουδαῖον, διὰ τὸ μεθ' ὑπεξαιρέσεως πάντα ποιεῖν τὰ τοιαῦτα, καὶ μηδὲν αὐτῷ τῶν ἐναντιουμένων ἀπρόληπτον προσπίπτειν. Εἶναι δὲ καὶ πρᾶον, τῆς πραότητος οὔσης ἕξεως καθ' ἣν πράως ἔχουσι πρὸς τὸ ποιεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα ἐν πᾶσι, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι εἰς ὀργὴν ἐν μηδενί. Καὶ ἡσύχιον δὲ καὶ κόσμιον εἶναι· τῆς κοσμιότητος οὔσης ἐπιστήμης κινήσεων πρεπουσῶν, ἡσυχιότητος δὲ εὐταξίας περὶ τὰς κατὰ φύσιν κινήσεις καὶ μονὰς ψυχῆς καὶ σώματος, τῶν ἐναντίων τούτοις περὶ πάντα φαῦλον γιγνομένων. Ἀδιάβολον δ' εἶναι πάντα τὸν καλὸν κἀγαθόν, ἀπαράδεκτον ὄντα διαβολῆς, ὅθεν καὶ ἀδιάβολον εἶναι κατά τε τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ τῷ μὴ διαβάλλειν ἕτερον. Εἶναι δὲ τὴν διαβολὴν διάστασιν φαινομένων φίλων ψευδεῖ λόγῳ· τοῦτο δὲ μὴ γίγνεσθαι περὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, μόνους δὲ τοὺς φαύλους καὶ διαβάλλεσθαι καὶ διαβάλλειν, δι' ὃ καὶ τοὺς μὲν κατ' ἀλήθειαν φίλους μήτε διαβάλλειν μήτε διαβάλλεσθαι, τοὺς δὲ δοκοῦντας καὶ φαινομένους. Οὐδ' ἀναβάλλεσθαι δέ ποτε τὸν σπουδαῖον οὐδέν, εἶναι γὰρ τὴν ἀναβολὴν ὑπέρθεσιν ἐνεργείας δι' ὄκνον, ὑπερτίθεσθαι δέ τινα μόνον ἀνεγκλήτου τῆς ὑπερθέσεως οὔσης. Ἐπὶ γὰρ τοῦ ἀναβάλλεσθαι τὸν Ἡσίοδον [214] ταῦτ' εἰρηκέναι· « Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον, ἐς τε ἔνηφι· » καὶ, « Αἰεὶ,

---

recte facta æqualia sint, stultos quoque omnes eadem ratione desipere, utpote pari atque eodem modo affectos. Quamvis autem æqualia sint peccata, interesse tamen aliquid inter ea, quatenus quædam eorum a dura et insanabili affectione proficiscantur, alia non item. Et vero bonorum hominum alios aliis efficaciores vel adhortatores esse vel suasores, præterea etiam ingeniosiores, ex indifferentium quibus excellunt natura singulis incrementa capientibus. Porro honestos homines solos magnam præstantium liberorum progeniem habere, nec tamen omnes; oportere enim egregiæ prolis parentem liberis quos procreavit generosis ut ingenio abundantibus uti. Nec non beatam senectutem placidamque mortem unice in bonum hominem cadere; esse enim beatam senectutem ultimos vitæ annos honeste actos, placidam vero mortem honestum e vita excessum. Quin etiam, hominum ratione habita, alia salubria, alia morbida nominari, ut tum nutribilia, tum quæ alvo solvendæ vel astringendæ utilia habentur, atque horum similia. Salubria enim judicari quæ accommodata sint ad secundam valetudinem qua præstandam qua tuendam; morbida vero quæ huisce contraria sint. Similem reliquorum quoque esse rationem. Ad hæc virum bonum solum esse vatem, utpote talium rerum percepta scientia ad dignoscenda signa valentem quæ a diis vel geniis ad humanam vitam pertinentia ostenduntur. Quapropter etiam divinationis species in eo esse, simul somniorum interpretationem, simul augurationem, simul haruspicinam aliasque ejus generis formas. Accedit quod austerum dicunt virum bonum, quatenus neque assentatur neque assentatores admittit. Quid? quod Cynicam sectam sapientem professurum esse ajunt, paratum in Cynicorum sententiis permanere, non tamen quum jam sapiens sit, in illas transiturum. Amorem definiunt conatum amicitiæ faciendæ ex specie pulchritudinis adolescentium. Quamobrem sapientem etiam amori indulgere amaturumque amabiles adolescentes et ingenuos et bona indole præditos. Cæterum affirmant virum bonum nihil neque ab appetitu suo neque a cupiditate neque ab impetu alienum agere, quod ejusmodi res posthabitis reliquis omnibus faciat, neque quidquam illi adversi præter opinionem accidere. Mansuetum quoque perhibent, quum mansuetudo sit habitus, quo mansuete ad officium semper faciendum impelluntur, nec ad iracundiam unquam adducuntur. Insuper tranquillum esse et modestum, quum modestia sit scientia decentium motionum, tranquillitas vero ordo naturalium animi corporisque motionum stationumque, contrariis omni homini improbo accidentibus. Calumnia quoque vacare omnem hominem probum et honestum, quippe qui calumniam non admittat atque idcirco hac ratione calumniæ expers sit, et quod alium non calumnietur. Quum autem calumnia fictorum amicorum ex mendacio ortum dissidium sit : id non convenire in viros bonos, sed malos tantum homines calumniis petere et peti; atque hanc ob causam veros amicos neque falso insimulare neque falsis criminibus insimulari, sed falsos duntaxat et fictos. Neque unquam bonum hominem quidquam differre, quum dilatio sit functionis per igna-

ὁ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει· » τῆς δὲ ἀναβολῆς ἐκπτωσίν τινα τῶν προσηκόντων ἔργων ἐμποιούσης.

Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Περὶ γὰρ πάντων τῶν παραδόξων δογμάτων ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ὁ Χρύσιππος διελέχθη, ἀτὰρ καὶ [215] ἐν τῷ περὶ δογμάτων, καὶ ἐν τῇ ὑπογραφῇ [216] τοῦ λόγου, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῶν κατὰ μέρος συγγραμμάτων. Ἐγὼ δὲ ὅπόσα προὐθέμην ἐπιδεῖξαι ἐν κεφαλαίῳ τῶν ἠθικῶν δογμάτων κατὰ τὴν τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων αἵρεσιν διεληλυθὼς ἱκανῶς, ἤδη τοῦτον τὸν ὑπομνηματισμὸν αὐτόθι καταπαύσω.

Ἀριστοτέλους [217] καὶ τῶν λοιπῶν Περιπατητικῶν περὶ τῶν ἠθικῶν δόγματα.

Τὸ μὲν οὖν ἦθος τοὔνομα λαβεῖν [218] φησιν ἀπὸ τοῦ ἔθους· ὧν γὰρ ἐκ φύσεως ἀρχὰς ἔχομεν καὶ σπέρματα, τούτων τὰς τελειότητας περιποιεῖσθαι τοῖς ἔθεσι καὶ ταῖς ὀρθαῖς ἀγωγαῖς· ὅθ' ὃ καὶ τὴν ἠθικὴν ἐθικὴν εἶναι, καὶ περὶ μόνα τὰ ζῷα γίγνεσθαι, καὶ μάλιστα περὶ ἄνθρωπον. Τὰ μὲν γὰρ λοιπὰ [219] ἐθισθέντα οὐ λόγῳ ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ γίγνεσθαι ποιά ἄττα, τὸν δ' ἄνθρωπον, τῷ λόγῳ πλαττόμενον, ἐκ τοῦ ἐθισμοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἀλόγου διακειμένου κατὰ τὸν λόγον. Ἄλογον δὲ λέγεσθαι ψυχῆς μέρος οὐ τὸ καθάπαξ ἄλογον, ἀλλὰ τὸ οἷόν τε πείθεσθαι λόγῳ, ὁποῖόν ἐστι τὸ παθητικόν, τοῦτο δὲ καὶ τῆς ἀρετῆς δεκτικόν. Τῆς γὰρ ψυχῆς τὸ μὲν εἶναι λογικόν, τὸ δ' ἄλογον· λογικὸν μὲν τὸ κριτικόν, ἄλογον δὲ τὸ ὁρμητικόν. Τοῦ δὲ λογικοῦ τὸ μὲν περὶ τὰ αἴτια [220] καὶ τὰ θεῖα θεωρητικόν, ἐπιστημονικὸν καλεῖσθαι· τὸ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα καὶ τὰ πρακτικά, βουλευτικόν. Καὶ τοῦ ἀλόγου τὸ μὲν ὀρεκτικὸν τῶν ἐν ἡμῖν, ἐπιθυμητικόν· τὸ δὲ πρὸς τοὺς πλησίον οἷον ἀμυντικόν, θυμικόν. Ὥστε διττὸν εἶναι καὶ τῶν ἀρετῶν τὸ εἶδος, [221] τὸ μὲν λογικόν, τὸ δ' ἄλογον, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα πέφυκε μέν κατὰ θεωρίαν καὶ πρᾶξιν, ὅθεν καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν οὐκ εἶναι μὲν ἐπιστήμην, προαιρετικὴν δὲ τῶν καλῶν ὑπάρχειν. Ἐκ τριῶν δὲ συμβεβηκέναι τὴν ἀρετὴν τελειοῦσθαι, φύσεως, ἔθους, λόγου. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον, διαφέροντα κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν τῶν ἄλλων ζῴων, διὰ τὸ, μεταξὺ τῶν ἀθανάτων ὄντα καὶ τῶν θνητῶν, κοινωνίαν ἐξῆφθαι πρὸς ἄμφω, πρὸς μὲν τὰ λογικά, τῷ κατὰ τὴν ψυχὴν θείῳ, πρὸς δὲ τὰ ἄλογα, τῷ κατὰ τὸ σῶμα θνητῷ, κατὰ λόγον ἀμοιρεῖν τῆς τελειότητος ἐρίεσθαι. Καὶ πρῶτον μὲν ὀρέγεσθαι τοῦ εἶναι [222], φύσει γὰρ ᾠκειῶσθαι πρὸς ἑαυτόν, ὅτ' ὃ καὶ προσηκόντως μὲν ἀσμενίζειν [223] ἐπὶ τοῖς κατὰ φύσιν, δυσχεραίνειν δὲ ἐπὶ τοῖς παρὰ φύσιν. Τήν τε γὰρ ὑγίειαν περιποιεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τῆς ἡδονῆς πόθον ἔχειν, καὶ τοῦ ζῆν ἀντιποιεῖσθαι, τῷ ταῦτα μὲν εἶναι κατὰ φύσιν, καὶ αὐθαίρετα καὶ ἀγαθά. Κατὰ δὲ τἀναντία τὴν νόσον καὶ τὴν ἀλγηδόνα καὶ τὴν φθορὰν διακρούεσθαι καὶ παραλλίνειν [224], τῷ παρὰ φύσιν ὑπάρχειν, καὶ διὰ ταῦτα φευκτὰ καὶ κακά. Φίλον γὰρ εἶναι ἡμῖν [225] τὸ σῶμα, φίλην δὲ τὴν ψυχήν, φίλα δὲ τὰ τούτων μέρη, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰς

---

viam omissio; sed procrastinare tantum nonnulla, propterea quod procrastinatio non sit vituperanda. Nam de dilatione hæc dixisse Hesiodum: « *ne vero differas in crastinum vel in perendinum* » et « *semper autem dilator operum cum damnis luctatur;* » quia dilatio debitorum operum prætermissionem efficiat.

Atque hæc quidem hactenus. Namque de mirabilibus omnibus decretis cum in multis aliis Chrysippus egit, tum in libro *de placitis*, et in *descriptione sermonis*, atque in plurimis aliis singulis scriptis. Ego vero, quum quæcumque mihi propositum erat summatim attingere Stoicorum de morali philosophia præcepta, plane explicaverim, finem jam huic commentario hoc loco imponam.

Aristotelis et reliquorum Peripateticorum de morali philosophia decreta.

Mores nominatos esse ex more ait Aristoteles; quorum enim naturæ beneficio principia ac semina in nobis sunt, ea more et recta institutione perfici, ideoque moralem philosophiam vere moratam esse, solisque animantibus et maxime hominibus convenire. Reliqua enim assuefacta non rationi, sed necessitati certo quodam modo fingi, hominem autem ratione formatum, irrationali animi parte ex consuetudine rationem sequente, consummari. Irrationalem vero animi partem vocari, non quæ prorsus ratione careat, sed quæ rationi parere possit; quippe hujusmodi est affectuum domicilium, quod etiam virtutem admittit. Animi enim partem alteram esse ratione præditam, alteram rationis expertem; atque illam quidem judicandi facultatem, hanc appetitum continere. Porro prioris alteram partem quæ in rerum æternarum divinarumque contemplatione versetur, scientiam vocari; alteram quæ humana negotia et actiones spectet, prudentiam. Posterioris vero unam esse speciem appetentem eorum quæ optabilia nobis videntur, sive cupiditatem; alteram, injurias ab aliis illatas propulsantem, sive iram. Quamobrem duplex etiam virtutum genus esse, alterum cum ratione conjunctum, alterum ab ea aversum, quoniam utrumque tam in contemplando quam in agendo cernatur ideoque morum virtus non sit scientia, sed in eligendis rebus honestis consistat. Cæterum contingere, ut tribus rebus virtus perficiatur, natura, more, ratione. Homo enim quum a reliquis animalibus tum corpore tum animo differat, quia interpositus tam immortalibus quam mortalibus cum utrisque societate conjunctus sit, cum rationalibus animi divinitate, cum irrationalibus corporis mortalitate, apta utriusque cura perfectionis laudem consequi studet. Ac primum quidem vitæ desiderio flagrat, propterea quod sibi ipsi

ἐνεργείας, ὧν κατὰ τὴν πρόνοιαν τῆς σωτηρίας τὴν ἀρχὴν γίγνεσθαι τῆς ὁρμῆς, καὶ τοῦ καθήκοντος, καὶ τῆς ἀρετῆς. Εἰ μὲν γὰρ περὶ τὰς τῶν εἰρημένων αἱρέσεις καὶ φυγὰς μηδεμία συνέβαινε πλάνη καθάπαξ, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐπήβολοι, τῶν δὲ κακῶν ἄμοιροι διετελοῦμεν ὄντες, οὐδέποτ' ἂν τὴν ὀρθὴν καὶ ἄπταιστον ἐν τούτοις ἐπεζητήσαμεν ἐκλογήν. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις δι' ἄγνοιαν περὶ τὰς αἱρέσεις καὶ φυγὰς ἀπατώμεθα, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ παραπέμπομεν, τοῖς κακοῖς δ' ὡς ἀγαθοῖς ἐντυγχάνομεν, ἀναγκαίως τὴν τῆς ἐπικρίσεως βέβαιον εἴδησιν ἐπεζητήσαμεν, ἣν καὶ συνῳδὸν εὑρόμενοι τῇ φύσει, διὰ τὸ τῆς ἐνεργείας μεγαλοπρεπές, ἀρετὴν προσηγορεύσαμεν, καὶ μόνην [226], ὡς θαυμάσαντες, ἐπετιμήσαμεν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τὰς γὰρ πράξεις ἀπό τε τῆς τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς τῶν παρὰ φύσιν τὰς ἀρχὰς ἔχειν συμβέβηκε, καὶ τὰ λεγόμενα καθήκοντα· δι' ὃ καὶ τάς τε κατορθώσεις καὶ τὰς ἁμαρτίας ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα γίγνεσθαι. Σχεδὸν γὰρ τὴν ὅλην τῆς αἱρέσεως ὑπογραφὴν ἀπὸ τούτων ὡρμῆσθαι [227], καθάπερ ἐπιδείξω διὰ βραχυτάτων. Ὅτι γὰρ οὐ μόνον αἱρετὰ τὰ τέκνα τοῖς γεγαμένοις ἐστὶ διὰ τὰς χρείας, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτά, γνώριμον ἐκ τῆς ἐνεργείας. Οὐδένα γοῦν οὕτως ὠμὸν εἶναι καὶ θηριώδη τὴν φύσιν, ὃς οὐκ ἂν σπουδάζοι μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν εὐδαιμονεῖν τὰ τέκνα, καὶ καλῶς ἐπανάγειν μᾶλλον ἢ τοὐναντίον. Ἀπὸ ταύτης γοῦν τῆς φιλοστοργίας καὶ διαθήκας τελευτᾶν μέλλοντας διατίθεσθαι, καὶ τῶν ἔτι κυοφορουμένων φροντίζειν, ἐπιτρόπους ἀπολιπόντας καὶ κηδεμόνας, καὶ τοῖς φιλτάτοις παρατιθεμένους, καὶ παρακαλοῦντας ἐπικουρεῖν αὐτοῖς, καί τινας μὲν ἀποθνήσκουσι τοῖς τέκνοις συναποθνήσκειν. Τῶν δὲ τέκνων οὕτως ἀγαπωμένων κατὰ τὸ αὐθαίρετον, ἀναγκαῖον καὶ τοὺς γονεῖς, καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὴν τοῦ λέχους κοινωνόν, καὶ τοὺς συγγενεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους καὶ πολίτας, ὡς δι' αὐτοὺς φιλίας τυγχάνειν· ἔχειν γὰρ ἐκ φύσεως ἡμᾶς καὶ πρὸς τούτους τινὰς οἰκειότητας· φιλάλληλον γὰρ εἶναι καὶ κοινωνικὸν ζῷον τὸν ἄνθρωπον. Εἰ δὲ τῶν φιλιῶν τὰς μὲν εἶναι πόρρω συμβέβηκε, τὰς δὲ προσεχεῖς ἡμῖν, οὐδὲν πρὸς ἔπος· πᾶσαν γὰρ δι' αὐτὴν αἱρετὴν ὑπάρχειν, καὶ μὴ μόνον διὰ χρείας. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς πολίτας φιλίαν δι' αὐτὴν αἱρετήν, ἀναγκαῖον εἶναι καὶ τὴν πρὸς ὁμοεθνεῖς καὶ ὁμοφύλους, ὥστε καὶ τὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ ὃν πάντας τοὺς σώζοντας οὕτως ἔχειν πρὸς τοὺς πλησίον, ὥστε μὴ κατὰ χρήσεις, ἀλλὰ κατὰ τὸ διαυθαίρετον τὰ πλεῖστα ὁρᾶν. Τίνα γὰρ οὐκ ἂν ἐξελέσθαι θεασάμενον ἄνθρωπον ὑπὸ θηρίου καταδυναστευόμενον, εἰ δύναιτο; τίνα δ' οὐκ ἂν δόξαν πλανωμένῳ μηνύσειν; τίνα δ' οὐκ ἂν ἐπαρκέσειν ὑπ'

---

natura duce benevolus factus est atque hanc ob causam decenter in iis quæ secundum naturam sunt acquiescit, contraria gravatur. Namque magnam curam in valetudine tuenda adhibet ac voluptatis cupiditatem habet simulque vitam retinere laborat, quando hæc secundum naturam sint et per se expetenda et bona. Morbum contra, dolorem et interitum vitare ac declinare vult, quod ea contra naturam atque idcirco fugienda et mala sint. Carum enim nobis esse corpus, carum animum, caras quoque utriusque partes, et facultates et functiones; ita vero natura comparatum esse, ut ex horum salutis cura principium appetitus, officii et virtutis nascatur. Etenim si nullo prorsus errore in rebus de quibus diximus expetendis vel fugiendis duceremur, verum et bonorum participes et malorum expertes perpetuo essemus: nunquam in his rectam et justam electionem desideraremus. Quum autem sæpe per ignorantiam in expetendis et fugiendis decipiamur, et bona prætermittamus, mala vero pro bonis accipiamus, necessario intelligentis judicii constantiam requisivimus, quam etiam naturæ convenientem nacti, virtutem propter functionis majestatem nominavimus, ac solam quasi admiratione capti præ cæteris omnibus celebravimus. Namque contingit, ut et actiones et quæ dicuntur officia tum ex electione rerum naturæ conjunctarum, tum e rejectione illarum quæ ab ea abhorrent, nascantur; quare et recte facta et peccata in his rebus et circa eas versantur. Fere enim omnem electionis rationem ex his pendere par est, id quod quam paucissimis docebo. Nimirum liberos parentibus non solum, sui commodi causa, sed etiam per sese expetendos esse, singulorum actiones indicant. Quippe neminem adeo immitibus et feris moribus esse, ut non post mortem liberos suos felicitate florere studeat, ac potius beate vivere quam secus. Hoc certe amore impulsos et testamenta facere homines imminente morte, et eorum qui nondum nati sunt curam agere, tutoribus et curatoribus carissimorum orbitati institutis et relictis atque illorum infantiæ adjutoribus datis; quin etiam reperiri qui liberis morientibus socios se addant. Quum autem liberi sic ut per se expetendi amentur, necesse est parentes quoque, fratres, tori consortem, cognatos ac reliquos familiares et cives tanquam propter ipsos diligi a nobis, quoniam cum his etiam naturali quadam societate conjuncti simus: esse enim hominem animal mutuo amore incensum et ad congregationem communitatemque natum. Quamvis enim familiaritates nostras alias aliis conjunctiores esse conveniat, nihil tamen hoc ad rem: quum omnis amicitia per se sit expetenda, non tantum propter usum. Sin autem cum civibus amicitia per sese expetenda sit, necessario etiam cum popularibus et gentilibus ideoque cum omnibus hominibus amicitiam esse per se expetendam. Etenim omnes qui aliis prosunt ita sunt erga eos animati, ut non solum propter usum, sed ipsius officii causa plurima faciant. Quis enim hominem conspicatus a fera oppressum non eripiat, si possit? quis erranti viam non commonstret? quis est qui non summa omnium rerum inopia pereunti opituletur? quis in solitudine aquarum experte

ἐνδείας ἀπολλυμένῳ; τίνα δ' οὐκ ἂν ἐπ' ἐρημίας ἀνύδρου νάμασι περιτυχόντα γνωρίσμασι διαδηλώσειν τοῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζουσι; τίνα δ' οὐ τῆς μετὰ τὸν βίον εὐφημίας πολὺν ποιεῖσθαι λόγον; τίνα δ' οὐκ ἀποστυγεῖν τὰς τοιαύτας φωνάς, ὡς παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην οὔσας φύσιν [228],

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.
Οὐδὲν μέλει μοι, τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

Φανερὸν οὖν ὅτι πρὸς πάντας ἐστὶν ἡμῖν εὔνοια φυσικὴ καὶ φιλία, τὸ διαυθαίρετον ἐμφαίνουσα καὶ τὸ κατὰ λόγον. « Ἓν γὰρ ἀνδρῶν [229], ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν μητρὸς ἀμφότεροι », τῆς φύσεως. Ἐπεὶ δὲ κοινή τις ἡμῖν ὑπάρχει φιλανθρωπία, πολὺ μᾶλλον πρὸς τοὺς ἐν συνηθείᾳ φίλους τὸ διαυθαίρετον φανερώτερον· εἰ δ' ὁ φίλος δι' αὑτὸν αἱρετός, καὶ ἡ φιλία, καὶ ἡ εὔνοια, καὶ ἡ παρὰ πάντων τῶν τοῦ βίου κοινωνούντων, καὶ παρὰ τῶν πλείστων ἀνθρώπων, ὥστε καὶ τὸν ἔπαινον εἶναι δι' αὑτὸν αἱρετόν, οἰκειοῦσθαι γὰρ ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἐπαινοῦντας. Εἰ δὲ ὁ ἔπαινος δι' ἑαυτὸν αἱρετός, καὶ ἡ εὐδοξία· καὶ γὰρ οὐδὲν ἕτερον τὴν εὐδοξίαν κατὰ τὴν ὑπογραφὴν παρειλήφαμεν, εἰ μὴ τὸν παρὰ πολλῶν ἔπαινον· ὥστε [230] ταύτῃ μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἔξω ἀγαθῶν ὅτι διαυθαίρετα πέφυκεν ἐπιδεδεῖχθαι σαφῶς· πῶς οὖν οὐ πολὺ μᾶλλον τὰ περὶ ἡμᾶς καὶ ἐν ἡμῖν; λέγω δὴ τὰ περὶ σῶμά τε καὶ ψυχήν. Εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος δι' αὑτὸν αἱρετός, καὶ τὰ μέρη τοῦ ἀνθρώπου δι' αὑτὰ ἂν εἴη αἱρετά [231]. Μέρη δ' ἐστὶν ἀνθρώπου ὁλοσχερέστατα σῶμα καὶ ψυχή. Ὥστε καὶ τὸ σῶμα δι' αὑτὸ ἂν αἱρετὸν εἴη. Πῶς γὰρ τὸ μὲν τοῦ πλησίον σῶμα δι' αὑτὸ αἱρετόν ἐστιν ἡμῖν, τὸ δ' ἡμέτερον οὐκ ἔτι; ἢ πῶς ὁ μὲν πλησίον ἄνθρωπος δι' αὑτόν ἐστιν αἱρετός, οὐχὶ δὲ καὶ ἕκαστος ἡμῶν αὐτῷ δι' αὑτὸν αἱρετός; ἢ πῶς τοῦτο μέν, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ μέρη τὰ τοῦ σώματος, καὶ αἱ τῶν μερῶν ἀρεταὶ καὶ αἱ τοῦ ὅλου σώματος ἂν εἶεν αἱρεταί [232]; Ὥστε δι' αὐτὰ αἱρετὰ ἡμῖν εἶναι τὴν ὑγίειαν, τὴν ἰσχύν, τὸ κάλλος, τὴν ποδώκειαν, τὴν εὐεξίαν, τὴν εὐαισθησίαν, καθόλου πάσας ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀρετάς [233]. Καὶ γὰρ ἄλλως οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν δέξαιτο ἄμορφος καὶ λελωβημένος εἶναι κατὰ τὸ εἶδος, κἂν εἰ μηδεμία μέλλοι δυσχρηστία τὸ παράπαν ἐπακολουθεῖν διὰ τὴν τοιαύτην εἰδέχθειαν. Ὥστε καὶ δίχα τῆς δυσχρηστίας εὔλογον φυγὴν φαίνεσθαι τοῦ αἴσχους. Εἰ δὲ δι' αὐτὸ φευκτόν ἐστι τὸ αἶσχος, καὶ τὸ κάλλος οὐ μόνον διὰ τὴν χρείαν αἱρετόν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτό. Ὅτι γὰρ ἐξ αὐτοῦ προσκλητικόν τι ἔχει τὸ κάλλος [234], ἐμφανές. Πάντας γοῦν φυσικῶς οἰκειοῦσθαι τοῖς καλοῖς χωρὶς πάσης χρείας, καὶ γὰρ πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν αὐτοὺς καὶ εὐεργετεῖν ἑτοίμως ἔχειν, ὅθεν δὴ καὶ δοκεῖν εὐνοίας εἶναι παρασκευαστικόν· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τὸ μὲν κάλλος τῶν δι' αὐτὸ αἱρετῶν ὑπάρχειν· τὸ δὲ αἶσχος, τῶν δι' αὐτὸ φευκτῶν. Τὸν δ' αὐτὸν λόγον καὶ περὶ ὑγιείας εἶναι καὶ νόσου, καὶ ἰσχύος καὶ ἀσθενείας, καὶ ποδωκείας καὶ βραδυτῆτος, καὶ αἰσθήσεως καὶ πηρώσεως. Ὥστ' εἰ καὶ τὰ σωματικὰ τῶν ἀγαθῶν δέδεικται διαυθαίρετα, καὶ τἀναντία τούτων κακὰ δι' αὐτὰ φευκτά, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀναγκαῖον μέρη διαυθαίρετα ὑπάρχειν, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτῶν καὶ τῆς ὅλης ψυχῆς. Τὴν γὰρ εἴσοδον ἡ ἀρετὴ λαβοῦσα, καθάπερ ὑπεδείξαμεν, ἀπὸ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέψασα καὶ θεασαμένη [235] ὁποία αὐτῇ τὰ κατὰ ψυχὴν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀγαθῶν οἰκειώθη, οὕτως οἰκειώθη

---

fontem in quem forte incidit hominibus idem iter facientibus signis quibusdam datis indicare recuset? quis est qui non bonam post mortem famam magni faciat? Contra quis est qui non hujusmodi voces, ut humanæ naturæ repugnantes, aversetur?

Me mortuo igne terra conflagret licet.
Nil ista curo; res habent bene se meæ.

Apparet igitur, erga omnes nobis inesse naturalem benevolentiam et amicitiam, officii rationisque speciem habentem. Est enim unum deorum hominumque genus, atque una matre natura utrique geniti spiramus. Quum autem communis nobis insit humanitas, multo magis debita amicis quibus familiariter utimur officia comparent: sin autem amicus per se expetendus est, simul et amicitia et benevolentia per se expetenda sit oportet, tum eorum qui vita fruuntur omnium, tum plerorumque hominum; atque hanc ob causam laus quoque per se expetenda est, siquidem laudantibus conciliamur. Quodsi laus per se expetenda est, hujusmodi etiam gloria erit: quoniam descriptionem secuti gloriam nihil aliud esse accepimus quam laudem alicui a multis tributam: quum igitur ea ratione bona quoque quæ externa appellantur per se expetenda esse perspicue demonstraverimus; quidni multo magis quæ circa nos atque in nobis sunt, animis dico et corpori bona, expetentur? Si enim homo ipse per se expetendus est, partes etiam hominis per se expetendæ erunt. Partes autem hominis præcipuæ corpus sunt atque animus. Quare corpus quoque per se expetendum fuerit. Cur enim alterius corpus per se nobis carum sit, nostrum non item? Aut cur alter per se nobis carus sit, at unusquisque nostrûm sibi ipsi non item? Aut si hoc concedas, nonne etiam corporis partes, et partium atque adeo totius corporis vires per se caræ? Quocirca per se expetuntur a nobis sanitas, robur, pulchritudo, pedum pernicitas, bonus corporis habitus, sensuum integritas, denique omnino omnia corporis bona. Etenim nemo prudens temere deformis ac mutilus videri velit, etiamsi forte nulla prorsus ex hujusmodi deformitate incommoditas exoritura sit. Quamobrem vel sine ulla incommoditate vultus fœditatem par est fugiendam nobis videri. Sin autem propter se fugienda est deformitas, pulchritudo quoque non tantum propter usum, sed etiam propter se erit expetenda.

πρὸς ἑαυτήν, ὥσπερ δι' αὑτὴν αἱρετήν, καὶ μᾶλλόν γε πρὸς ἑαυτήν, ἢ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἀρετάς· ὥστε παρὰ πολὺ τιμιωτέρας εἶναι τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετάς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προεφωδευμένων τοῦτ' ἄν τις ἐπιλογίσαιτο. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ σώματος ὑγίεια αἱρετὴ δι' αὑτήν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἡ τῆς ψυχῆς· ὑγίεια δὲ ψυχῆς σωφροσύνη, τῆς σφοδρότητος ἀπολύουσα τῶν παθῶν ἡμᾶς. Καὶ εἰ ἰσχὺς ἡ σωματικὴ τῶν ἀγαθῶν ἐστι, πολὺ μᾶλλον ἡ ψυχικὴ δι' αὑτὴν ἂν εἴη αἱρετὴ καὶ ἀγαθόν. Ψυχῆς δ' ἐστιν ἰσχὺς ἀνδρεία καὶ καρτερία, εὐρώστους τὰς ψυχὰς κατασκευάζουσα· διόπερ ἂν εἴη καὶ ἡ ἀνδρεία δι' αὑτὴν αἱρετὴ καὶ ἡ καρτερία. Κατὰ τὸ ἀνάλογον εἰ τὸ κάλλος τὸ σωματικὸν δι' αὑτὸ αἱρετόν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος εἴη ἂν δι' αὑτὸ αἱρετόν, κάλλος δὲ ψυχῆς ἐστιν ἡ δικαιοσύνη, τὸ γὰρ μηθὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ [230].

Ὅτι τὰ τρία γένη τῶν ἀγαθῶν, τὰ περὶ σώματα, τὰ περὶ ψυχήν, τὰ ἐκτός, ἀναλογίαν πρὸς ἄλληλα ἔχει, καίτοι διαφέροντα.

Τὸν παραπλήσιον δ' εἶναι λόγον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, διὰ τὸ δοκεῖν τὰ τρία γένη τῶν ἀγαθῶν ἐκ πλείστης διαφορᾶς τῆς ἐν ἀλλήλοις ὅμως ἔχειν τινὰ πρὸς τὸν λόγον ἀναλογίαν, ἣν καὶ δὴ πειράσομαι δηλῶσαι σαφῶς. Ὅπερ μὲν οὖν ἐν σώματί φαμεν ὑγίειαν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ καλεῖσθαι σωφροσύνην, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς πλοῦτον, περιστέλλει γὰρ τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων. Κατὰ τοῦτο δέ, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἰσχύν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ τὴν ἀνδρείαν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς τὴν ἀρχήν· ὅπερ δ' ἐν τῷ σώματι εὐαισθησίαν, τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ φρόνησιν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς εὐτυχίαν· ὅ,τι δ' ἐν σώματι κάλλος, τοῦτ' ἐν ψυχῇ δικαιοσύνην, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς φιλίαν· ὥστε τρία γένη τῶν ἀγαθῶν διαυθαίρετα ὑπάρχειν, τά τε περὶ ψυχήν, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτός· καὶ μακρῷ αἱρετώτερα τὰ περὶ ψυχὴν τῶν ἄλλων, ἐπειδὴ καὶ ἡγεμονικώτερον καὶ αἱρετώτερον ψυχὴ σώματος. Δῆλον οὖν ὅτι τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν καὶ τῶν ἐκτὸς αἱ τῆς ψυχῆς ὑπάρχουσιν αἱρετώτεραι, ὑπεροχὴν ὁμοίως φερόμεναι· στοχάζονται δὲ καὶ τῶν ἄλλων πρῶτον μὲν ὡς διαυθαιρέτων, ἔπειθ' ὡς χρησίμων πρός τε τὸν πολιτικὸν καὶ τὸν κοινωνικὸν βίον, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸν θεωρητικόν. Παραμετρεῖσθαι γὰρ τὸν βίον ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς κοινωνικαῖς πράξεσι καὶ ταῖς θεωρητικαῖς. Οὐ γὰρ φίλαυτον εἶναι τὴν ἀρετὴν κατὰ τὴν αἵρεσιν ταύτην, ἀλλὰ κοινωνικὴν καὶ πολιτικήν. Τούτοις δ' ἀκολούθως καὶ τὰς μονὰς τὰς ἐν τῷ ζῆν παραμετρεῖσθαι ταῖς κοινωνικαῖς καὶ πολιτικαῖς καὶ θεωρητικαῖς πράξεσι, καὶ τὰς ἀφόδους ἐκ τῶν ἐναντίων. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς ἑαυτὴν ᾠκειῶσθαι μάλιστα πάντων ἔφαμεν τὴν ἀρετήν, δῆλον ὡς καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπιστήμην ἀναγκαίως ᾠκειῶσθαι φυσικῶς αὐτήν· ὥστε καὶ τοῖς σοφοῖς εὔλογον ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ ζῆν θεωρεῖσθαι, καὶ τοῖς φαύλοις εὔλογον ἐν τῷ ζῆν μονήν· τοῖς γὰρ ἐκτελεῖν δυναμένοις τὰς κοινωνικὰς καὶ πολιτικὰς πράξεις καὶ θεωρητικὰς καὶ τῶν σπουδαίων καὶ τῶν φαύλων, εὔλογον ἐν τῷ ζῆν εἶναι μονήν· τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις εὔλογον ἐκ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγήν. Ἐπειδὴ [237] μεγάλη τῆς ἀρετῆς ἐστιν ὑπεροχὴ κατά τε τὸ ποιητικόν, καὶ κατὰ τὸ διαυθαίρετον παρὰ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθά, κατὰ

Pulchritudinem enim per se blandum quid habere, perspicuum est. Omnes certe natura pulchris etiam sine ullo usu conciliamur, siquidem bene de iis merere iisque bene facere cupimus, ita ut benevolentiam pulchritudo illa gignere videatur. Quamobrem hac quoque ratione pulchritudo e rebus per se expetendis est: turpitudo ad res per se fugiendas pertinet. Neque alia sanitatis et morbi, roboris et infirmitatis, pedum pernicitatis et tarditatis, sensus integri aut amissi ratio est. Quocirca si corporis bona per se expetenda esse demonstravimus, mala autem quæ illis contraria sunt per se fugienda, animi quoque partes earumque et totius animi virtutes necesse est eodem modo per se expeti. Namque a corporis et externis bonis initium sumens, ut ostendimus, virtus, atque ad se ipsam conversa vidensque ea quæ ad animum spectant multo magis sibi convenire quam corporis bona: ita sibi ipsa conciliatur, ut per se eligenda, et magis quidem ipsa sibi, quam corporis virtutibus, ut adeo multo honoratiores sint animi virtutes. Enimvero hoc etiam ex iis quæ antea persecuti sumus facile quis collegerit. Etenim si corporis sanitas per se habetur expetenda, multo etiam magis animi: est autem animi sanitas temperantia, quæ perturbationum magnitudine nos liberat. Et si corporis robur inter bona numeratur, multo magis animi robur per se sit expetendum et bonum. Cæterum animi robur fortitudo et patientia est, quæ robustos reddit animos; quare tam fortitudo quam patientia per se sit expetenda. Pari ratione si corporis pulchritudo per se expetitur, simul etiam animi pulchritudo per se expetenda erit; est vero animi pulchritudo justitia, quoniam nihil injuste faciendo pulchri quoque honestique erimus.

Tria bonorum genera tum corporis, tum animi, tum externa, quamvis diversa sint, tamen rationis similitudinem inter se habere.

Similis quoque virtutum ratio est, quum tria bonorum genera in maximo quod inter singula est discrimine, tamen quandam cum ratione necessitudinem habere videantur, quam dilucide explicare tentabo. Quod igitur in corpore dicimus sanitatem, id in animo temperantiam vocari ajunt, in externis autem divitias, quippe quæ multa peccata tegant. Ita quod in corpore robur, in animo esse fortitudinem, in externis imperium; quod in corpore sensuum integritas, in animo esse prudentiam, in externis felicitatem; denique quod in corpore pulchritudo, id in animo esse justitiam, in externis amicitiam, adeo ut tria

τὸν λόγον οὐκ εἶναι συμπλήρωμα τὸ τέλος ἐκ τῶν σωματικῶν καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν ἀγαθῶν, οὐδὲ τὸ τυγχάνειν αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν ἐν τοῖς περὶ σῶμα καὶ τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις. Ὅθεν ἐνέργειαν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν κατ' ἀρετὴν ἐν πράξεσι προηγουμέναις κατ' εὐχήν· τὰ δὲ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἔξωθεν ἀγαθὰ ποιητικὰ λέγεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, τῷ συμβάλλεσθαί τι παρόντα [238]. τοὺς δὲ νομίζοντας αὐτὰ συμπληροῦν τὴν εὐδαιμονίαν ἀγνοεῖν, ὅτι ἡ μὲν εὐδαιμονία βίος ἐστίν, ὁ δὲ βίος ἐκ πράξεως συμπεπλήρωται. Τῶν δὲ σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν οὐδὲν οὔτε πρᾶξιν εἶναι καθ' ἑαυτό, οὔθ' ὅλως ἐνέργειαν. Τούτων δὴ τοῦτον τὸν λόγον ἐχόντων ἥ τε εὐεργεσία συστήσεται, καὶ ἡ χάρις, καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ φιλανθρωπία καὶ φιλοτεχνία καὶ φιλαδελφία, καὶ πρὸς ταύταις ὅ τε φιλόπατρις, καὶ φιλοπάτωρ, καὶ φιλοικεῖος, καὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἥ τ' εὐκοινωνησία καὶ ἡ εὔνοια, καὶ ἡ φιλία, καὶ ἡ ἰσότης καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν θεῖος χορός, οὗ τοὺς κατολιγωρήσαντας ἁμαρτάνειν φανερῶς περί τε τὰς αἱρέσεις τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰς φυγὰς τῶν κακῶν, καὶ περὶ τὴν κτῆσιν καὶ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἀγαθῶν, ὁμολογουμένως τε διασφάλλεσθαι περὶ μὲν τὴν αἵρεσιν παρὰ τὴν κρίσιν, περὶ δὲ τὴν κτῆσιν παρὰ τὸν τρόπον, περὶ δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ τὴν ἀμαθίαν. Παρὰ μὲν οὖν τὴν αἵρεσιν ἁμαρτάνειν, ὅταν τὸ μηδ' ὅλως ὂν ἀγαθὸν αἱρῶνται, ἢ τὸ ἧττον σπουδαστέρου ἢ δεῖ. Τοῦτο δὲ περὶ τοὺς πλείστους ὑπάρχειν, τὸ μὲν ἡδὺ τοῦ συμφέροντος, τὸ δὲ συμφέρον τοῦ καλοῦ προκρίνοντας, καὶ τῆς ὁρμῆς ἀμέτρως προεκφοιτῶντας. Παρὰ δὲ τὴν κτῆσιν, ὅταν μήτε θύειν, μήθ' ὅπως, μήτ' ἐφ' ὅσον χρὴ περιποιεῖσθαι, ταῦτα προδιαλαβοῦσι. Παρὰ δὲ τὴν χρῆσιν, ἐπεὶ πᾶσα χρῆσις ἢ πρὸς αὐτὴν ἔχει τὴν ἀναφοράν, ἢ πρὸς ἕτερον, ἐν μὲν τῇ πρὸς ἑαυτήν, ὅταν μὴ προσφέρωνται τοῖς πράγμασι συμμέτρως· ἐν δὲ τῇ πρὸς ἕτερον, ὅταν τὸ κατ' ἀξίαν μὴ φυλάττωσι τοῦ πρέποντος. Εἰ δὲ περὶ αὐτὰ ἁμαρτάνουσιν οἱ φαῦλοι, περὶ τὰ ἐναντία πάντως κατορθοῦσιν οἱ σπουδαῖοι, καθηγεμόνα

---

bonorum genera sint per se expetenda, quæ circa animum, circa corpus ac circa externa versantur; longe tamen præferenda esse cæteris animi bona, quoniam animus ipse longe nobilior sit et corpori præferendus. Apparet igitur corporis virtutibus et externis animi virtutes præoptandas esse ac similiter iis præstare; sed cæterarum etiam virtutum studio tenentur homines, primum quod per se expetendæ sint, tum quod utilitatem in vita non minus civili et communi, quam contemplativa afferant. Definiri enim vitam actionibus civilibus et communibus et contemplativis, quum non sit sui amans virtus secundum hanc sectam, sed communis et civilis. Illis convenienter mansionem quoque in vita definiri communibus, civilibus, denique contemplativis actionibus, et excessum e vita contrariis. Quum enim virtutem unam omnium maxime sibi conciliatam esse diximus, perspicuum est, necessario eam natura ad veritatis cognitionem ferri; ita ut tum sapientibus probabilis e vita excessus videatur, tum pravis hominibus probabilis in vita mansio; nimirum qui communibus actionibus vacare, in reipublicæ administratione versari et rerum contemplatione frui possunt, sive boni viri sint sive mali, his probabilem esse in vita mansionem; qui non possint, illis probabilem esse e vita discessum. Quum autem magna sit virtutis ut rerum effectricis et per se expetendæ excellentia, qua simul corporis bonis simul externis superior est, convenit finem i. e. felicitatem non impleri corporis bonis et externis, neque eorum adeptionem esse finem, sed potius vitam honeste actam in corporis externorumque bonorum vel omnium vel plerorumque et præcipuorum abundantia. Quare felicitatem esse functionem honestam, quæ in actionibus ex sententia succedentibus versatur; at corporis bona et externa beatitudinis efficientia dici, quod ad eam aliquid conferant, si adsint; qui autem credunt illis consummari felicitatem, eos nescire, felicitatem sitam esse in vita degenda, vitam vero constare actionibus. Cæterum corporis bonorum et externorum nihil neque actionem per se esse, neque omnino functionem. Quæ quum ita sint, beneficentia prodibit et gratia et memor in bene meritos animus et humanitas, porro liberorum et fratrum amor, nec non patriæ, parentum, familiæ caritas, præterea, ut decet, comitas, benevolentia, amicitia, æquitas, justitia, postremo universus ille divinus virtutum chorus, quem qui negligunt hos non magis in expetendis bonis et fugiendis malis quam in comparatione et usu bonorum peccare apertum est, siquidem constat eos tum in electione bonorum judicio, tum in comparatione eorum ratione et modo, in usu denique ignorantia labi. Atque in electione quidem delinquere eos perspicuum est, quum vel quod haudquaquam bonum est eligunt, vel quod deterius habetur paulo vehementius expetunt. Hoc enim plerisque accidere qui jucundum utili aut utile honesto præferunt atque in appetendo modum excedunt. In parandis bonis autem, quum nec unde, nec quo pacto, nec quatenus paranda sint, antea dijudicant. In usu denique, quum quia omnis usus vel ad ipsum refertur vel ad alium, in priori genere extra modum rebus student, in posteriori, pro rerum dignitate decorum non servant. Jam vero si in his improbi peccant, in rebus contrariis omnino recte se gerunt homines probi, qui actionum suarum ducem virtutem sequuntur. Namque omnium virtutum commune videtur esse judicium, communis etiam electio et actio. Quippe neque judicium, neque consilium, neque actionem in virtute desiderari; veruntamen prudentiam, quum primum quasi locum obtineat, ducem esse et eorum quæ per se et quæ propter cæteras vel eligenda sint vel fugienda, vel

τῶν πράξεων ἔχοντες τὴν ἀρετήν. Πάσαις γοῦν ὡς ἔοικε ταῖς ἀρεταῖς κοινὸν ὑπάρχειν τό τε κρίνειν, καὶ προαιρεῖσθαι, καὶ πράττειν. Οὔτε γὰρ ἄκριτον, οὔτ' ἀπροαίρετον, οὔτ' ἄπρακτον εἶναι τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ τὴν μὲν φρόνησιν ἐξάρχειν, ὥσπερ ἡγεμονικὴν οὖσαν, καὶ τῶν δι' ἑαυτὴν καὶ τῶν διὰ τὰς ἄλλας [239] αἱρετῶν καὶ φευκτῶν, καὶ πρακτῶν καὶ οὐ πρακτῶν, καὶ τῶν μᾶλλον καὶ ἧττον· τῶν δ' ἄλλων ἑκάστην ἀποτέμνεσθαι μόνα τὰ καθ' ἑαυτήν.

Ἀρετὴν δ' ὀνομάζεσθαι τὴν ἀρίστην διάθεσιν, ἢ καθ' ἣν ἄριστα διάκειται τὸ ἔχον. Τοῦτο δ' ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς δῆλον· σκυτοτόμου γὰρ ἀρετὴν λέγεσθαι καθ' ἣν ἀποτελεῖν ἄριστον ὑπόδημα δύναται, καὶ οἰκοδόμου, καθ' ἣν ἄριστα διάκειται πρὸς οἰκοδόμησιν οἰκίας καλῆς. Ὅτι μὲν οὖν τὰ ἄριστα διατεθῆναι ἐστὶν ἀρετή, ὁμολογούμενόν ἐστι. Δύο δ' ὥσπερ ἀρχὰς τῶν ἀρετῶν ὑπάρχειν, τὸν λόγον καὶ τὸ πάθος· ταῦτα δὲ ὁτὲ μὲν ἀλλήλοις ὁμονοητικῶς συμφωνεῖν, ὁτὲ δὲ στασιαστικῶς διαφωνεῖν· τὴν δ' ἀντίταξιν αὐτῶν γίγνεσθαι δι' ἡδονὰς καὶ λύπας. Τὴν μὲν οὖν τοῦ λόγου νίκην ἀπὸ τοῦ κράτους παρωνύμως ἐγκράτειαν ἐπωνυμίαν ἔχειν, τὴν δὲ τοῦ ἀλόγου, διὰ τὸ τῆς ὁρμῆς ἀπειθές, ἀκρασίαν· τὴν δ' ἀμφοῖν ἁρμονίαν καὶ συμφωνίαν, ἀρετήν· τοῦ μὲν ἄγοντος ἐφ' ὃ δεῖ, τοῦ δ' ἑπομένου πειθηνίως.

Αἱρετὸν δὲ λέγεσθαι, τὸ ὁρμὴν ἐφ' ἑαυτὸ κινοῦν, φευκτὸν δέ, τὸ ἀφ' αὑτοῦ, ὅταν ὁ λόγος σύμψηφος ᾖ. Καθάπερ γὰρ τὸ βουλητὸν κατὰ τὴν βούλησιν ἔχειν τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, οὕτως καὶ τὸ αἱρετὸν κατὰ τὴν αἵρεσιν. Τὸ δὲ αἱρετὸν καὶ ἀγαθὸν ταυτὸν εἰδόκει τοῖς ἀρχαίοις [240] εἶναι. Τὸ γοῦν ἀγαθὸν ὑπογράφοντες, οὕτως ἀφωρίζοντο· ἀγαθόν ἐστιν οὗ πάντ' ἐφίεται [241]. Τῶν δ' ἀγαθῶν ἔλεγον τὰ μὲν δι' ἡμᾶς αἱρετὰ ὑπάρχειν, τὰ δὲ διὰ τοὺς πλησίον· τῶν δὲ δι' ἡμᾶς τὰ μὲν καλά, τὰ δ' ἀναγκαῖα· καλὰ μέν, τάς τε ἀρετάς, καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ἀπ' αὐτῶν, φρόνησίν τε, καὶ τὸ φρονεῖν, καὶ δικαιοσύνην καὶ τὸ δικαιοπραγεῖν, καὶ κατὰ τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἀναγκαῖα δὲ τό τε ζῆν καὶ τὰ πρὸς τοῦτο συντείνοντα, καὶ τὴν τῶν ποιητικῶν ἔχοντα χώραν, οἷον τό τε σῶμα καὶ τὰ τούτου μέρη καὶ τὰς αὐτῶν καλὰς χρήσεις· καὶ τῶν ἐκτὸς λεγομένων, εὐγένειαν, πλοῦτον, δόξαν, εἰρήνην, ἐλευθερίαν, φιλίαν, τούτων γὰρ ἕκαστον συμβάλλεσθαί τι πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς χρῆσιν.

Τὴν δ' εὐδαιμονίαν ἐκ τῶν καλῶν γίγνεσθαι καὶ προηγουμένων πράξεων· δι' ὃ καὶ δι' ὅλων εἶναι καλήν, καθάπερ καὶ τὴν ἐν τοῖς αὐλοῖς ἐνέργειαν δι' ὅλων ἐντεχνον. Οὐ γὰρ ἐκβιβάζειν τὴν παράληψιν τῶν ὑλικῶν τῆς εἰλικρινείας τοῦ καλοῦ τὴν εὐδαιμονίαν, ὡς οὐδὲ τὴν τῆς ἰατρικῆς ἐντεχνον δι' ὅλων ἐνέργειαν τὴν τῶν ὀργάνων χρῆσιν. Πᾶσαν μὲν γὰρ πρᾶξιν ἐνέργειαν εἶναί τινα ψυχῆς. Ἐπεὶ δ' ὁ πράττων συγχρῆταί τισι πρὸς τὴν τελειότητα τῆς προθέσεως, μέρη ταῦτα οὐ χρὴ νομίζειν τῆς ἐνεργείας, καίτοι γε ἐπιζητούσης ἑκατέρας τῶν εἰρημένων τὸ τοιοῦτον [242], οὐ μὴν ὡς μέρος. ὡς δὲ [243] ποιητικὸν τῆς τέχνης. Τὰ γὰρ ὧν ἄνευ πράττειν ὁτιοῦν ἀδύνατον, μέρη τῆς ἐνεργείας λέγειν οὐκ ὀρθόν. Τὸ μὲν γὰρ μέρος ἐπινοεῖσθαι κατὰ τὸ

---

facienda vel omittenda, et quæ magis minusve; e cæteris singulas sibi apta tantum curare.

Virtutem autem nominari optimam affectionem, qua quod præditum est optime se habet. Colligitur vero hoc per inductionem; siquidem et sutoris virtus dicitur, qua ad optimum calceum conficiendum valet, et architecti, qua pulchrum ædificium optime exstruere potest. Atque optimam quidem affectionem virtutem dici, omnes concedunt. Duo autem tanquam principia virtutum statuuntur, ratio et affectus, quæ nunc concordant et consentiunt inter se, nunc discordant ac dissentiunt; quum utriusque repugnantia a voluptatibus et doloribus oriatur. Rationis igitur victoriam a tenendo ducto nomine continentiam vocari, affectus autem, ratione carentis victoriam, propter appetitionis contumaciam, incontinentiam appellari; utriusque vero concentum et concordiam virtutem esse, altera ducis partes recte agente, altero obedienter sequente.

Expetendum autem dici quod appetitum ad se attrahat; fugiendum, quod a se repellat, quando consentiat ratio. Quemadmodum enim appetendum ab appetitione nomen traxit, sic eligendum ab electione. Expetendum porro et bonum idem esse veteribus videbatur. Nam bonum describturi ita fere definire solebant: bonum est quod omnes appetunt. Bonorum vero alia propter nos dixerunt esse expetenda, alia propter alios; atque eorum quidem quæ propter nos expetenda sunt quædam honesta, alia necessaria vocarunt; honesta scilicet virtutes earumque exercitationes, ut prudentiam et sapere, justitiam et juste agere, parique ratione in cæteris. Contra necessaria vivere et quæ ad vitam pertinent, quæque efficientium locum tenent, ut corpus ejusque partes rectumque earum usum; ex illis denique rebus quæ externæ vocantur, nobilitatem, divitias, gloriam, pacem, libertatem, amicitiam, siquidem horum singula nonnihil ad virtutis usum conferunt.

Felicitatem autem ex honestis et præpositis actionibus constare, adeo ut omnino sit honesta, quemadmodum tibiarum usus prorsus est artificiosus. Neque enim assumtis materiæ viribus segregari felicitatem ab honestatis sinceritate, ut neque medendi actionis omnino artificiosæ gloriam instrumentorum usus minuit. Quippe omnem actionem quandam esse animi industriam. Quum vero agens quibusdam utatur ad incepta exsequenda, non statim ea partes functionis existimari convenit, quamvis utraque earum quarum mentio facta est artium tale quid requirat, non tamen ut partem, sed ut causam efficientem

συμπληρωτικὸν εἶναι τοῦ ὅλου, τὰ δ' ὧν οὐκ ἄνευ, κατὰ τὸ ποιητικόν, τῷ φέρειν καὶ συνεργεῖν εἰς τὸ τέλος.

Διαιρεῖσθαι [244] δὲ τἀγαθὸν εἴς τε τὸ καλὸν καὶ εἰς τὸ συμφέρον καὶ εἰς τὸ ἡδύ· καὶ τῶν μὲν κατὰ μέρος πράξεων τούτους εἶναι σκοπούς· τὸ δ' ἐκ πάντων αὐτῶν, εὐδαιμονίαν. Εὐδαιμονίαν δ' εἶναι χρῆσιν ἀρετῆς τελείας ἐν βίῳ τελείῳ προηγουμένην, ἢ ζωῆς τελείας ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν, ἢ χρῆσιν ἀρετῆς ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀνεμποδίστον. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τέλος ὑπάρχειν. Εἰ δὲ τὸ μὲν εὐδαιμονεῖν τέλος, ἡ δ' εὐδαιμονία λέγεται σκοπός, καὶ ὁ μὲν πλοῦτος ἀγαθόν, τὸ δὲ πλουτεῖν, ὧν χρή, τοῖς μὲν οὕτω διορίζουσι τῆς ἀκριβείας τῶν ὀνομάτων χάριν. Ἀκολουθητέον μέντοι τῇ τῶν ἀρχαίων συνηθείᾳ, καὶ λεκτέον τέλος εἶναι οὗ χάριν πάντα πράττομεν, αὐτὸ δὲ οὐδενός, ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν, ἢ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν ἐν ἀγαθοῖς τοῖς περὶ τὸ σῶμα καὶ τοῖς ἔξωθεν, ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις καὶ κυριωτάτοις. Τοῦτο δὲ μέγιστον ὂν τῶν ἀγαθῶν καὶ τελειότατον, ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπηρετεῖσθαι. Τὰ μὲν γὰρ συμβαλλόμενα πρὸς αὐτὸ τῶν ἀγαθῶν ὁμολογουμένως χρὴ λέγειν, τὰ δὲ ἐναντιούμενα, τῶν οὔτ' ἀγαθῶν οὔτε κακῶν, ἀλλὰ τῶν ἀδιαφόρων. Οὐ πᾶσαν δὲ καλὴν πρᾶξιν εὐδαιμονικὴν ὑπάρχειν. Τελείας δ' εἶπον ἀρετῆς χρῆσιν τὴν εὐδαιμονίαν, ὅτι τῶν ἀρετῶν τὰς μὲν ἔλεγον εἶναι τελείας, τὰς δ' ἀτελεῖς· τελείας μέν, τήν τε δικαιοσύνην καὶ τὴν καλοκαγαθίαν· ἀτελεῖς δέ, τὴν εὐφυίαν καὶ τὴν προκοπήν· τῷ δὲ τελείῳ τὸ τέλειον ἁρμόττειν. Τέλος οὖν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς ἐνέργειαν, ἧς οὐθὲν ἄπεστι μέρος. Καὶ τὸ ἐν βίῳ δὲ τελείῳ προσέθεσαν, ἐνδείξασθαι βουληθέντες, ὅτι περὶ τοὺς ἤδη προήκοντας ἄνδρας ἡ εὐδαιμονία γίγνεται· τὸ γὰρ μειράκιον ἀτελὲς καὶ ὁ τούτου βίος, δι' ὃ οὐκ ἂν γενέσθαι περὶ τοῦτ' εὐδαιμονίαν, οὐδ' ὅλως ἐν ἀτελεῖ χρόνῳ, ἀλλ' ἐν τῷ τελείῳ. Τέλειον δ' εἶναι τοῦτον, ὅσον ὥρισεν ἡμῖν πλεῖστον ὁ θεός, ὥρισε δὲ κατὰ πλάτος, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος. Ὡς οὖν ἕνα στίχον μὴ ἂν συστήσειν ὑπόκρισιν, μηδὲ μίαν χειρὸς ἔκτασιν ὄρχησιν, μηδὲ μίαν χελιδόνα [245] ποιήσειν ἔαρ, οὕτως μηδὲ βραχὺν χρόνον εὐδαιμονίαν. Τελείαν γὰρ εἶναι δεῖν τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ τελείου συνεστῶσαν ἀνδρός, καὶ χρόνου, καὶ δαίμονος. Προηγουμένην δὲ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν, διὰ τὸ πάντως ἀναγκαῖον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς ὑπάρχειν, ἐπεὶ καὶ ἐν κακοῖς ἀρετῇ χρήσαιτ' ἂν καλῶς ὁ σπουδαῖος, οὐ μήν γε μακάριος ἔσται, καὶ ἐν αἰκίαις ἀποδείξαιτ' ἂν τὸ γενναῖον, οὐ μὴν εὐδαίμων ἔσται. Αἴτιον δέ, ὅτι ἡ μὲν ἀρετὴ καλῶν μόνον ἐστὶν ἀπεργαστικὴ καθ' ἑαυτήν, ἡ δ' εὐδαιμονία καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν. Οὐ γὰρ ἐγκαρτερεῖν βούλεται τοῖς δεινοῖς, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύειν, πρὸς τῷ καὶ σώζειν τὸ ἐν κοινωνίᾳ δίκαιον, καὶ μήτε ἀποστερεῖν ἑαυτὴν τῶν ἐν τῇ θεωρίᾳ καλῶν, μήτε τῶν κατὰ τὸν βίον ἀναγκαίων.

---

artis. Namque ea sine quibus agi quidpiam non potest, partes operis non recte nominantur.

Pars enim consideratur, quatenus ad totum complendum facit : contra ea sine quibus aliquid fieri nequit, pro causa efficiente habentur, ut quæ ad finem ferant ac prosint. — Dividi autem bonum in honestum, utile et jucundum : ac singularum quidem actionum hos esse scopos, ex omnibus vero istis oriri beatitudinem. Cæterum beatitudinem esse præcipuam virtutis perfectæ in vita perfecta exercitationem, vel honestam vitæ perfectæ industriam, vel usum virtutis in rebus naturæ consentaneis minime impeditum. Idem etiam finem esse. Sin autem felicem esse finis, felicitas vero scopus dicitur, eos qui sic distinguunt nominum vim sequentes divitias quoque in bonis ac divitem esse in rebus necessariis numerare oportet. Veruntamen veterum consuetudo sequenda potius est, dicendumque finem esse cujus causa omnia facimus, ipsum autem nullius causa, sive ultimum expetendorum, sive vitam in corporis externorumque bonorum vel omnium vel plerorumque et præcipuorum abundantia honeste actam. Id autem quum maximum sit bonum et absolutissimum, reliquorum utitur ministerio. Ut enim quæ ad illud conferunt pro bonis habenda esse omnes concedimus : ita quæ resistunt nec bonis nec malis, sed indifferentibus annumerari convenit. At non omnem actionem honestam ad felicitatem pertinere. Perfectæ vero virtutis usum felicitatem appellavi, quod ex virtutibus alias perfectas, alias imperfectas esse dixerunt, perfectas justitiam et probitatem, imperfectas contra ingenii sollertiam et progressus; perfecto autem perfectum convenire. Finem igitur talis virtutis esse functionem, cui nulla pars desit. In vita vero perfecta addiderunt, ut ostenderent viris ætate jam provectis beatitudinem contingere, siquidem adolescens imperfectus est ejusque vita, atque hanc ob causam ei non esse felicitatem, neque omnino imperfecto sed perfecto tempore eam locum habere. Perfectum autem esse tempus, quod plurimorum annorum spatio circumscriptum nobis constituit deus et satis laxum quidem constituit, quemadmodum etiam corporis magnitudinem. Quare ut nec unus versus pronuntiatus histrioniam conficiat, nec una manus porrectio saltationem, nec una hirundo ver : ita nec breve tempus felicitatem. Etenim necessario perfectam esse felicitatem, quæ ex perfecto tum viro tum tempore tum fortuna constet. Virtutis autem functionem præcipuam, quod omnino necesse sit in bonis quæ secundum naturam sunt vitam agi, quandoquidem virum bonum etiam in malis versantem recte quidem uti posse virtute censent, nec tamen beatum fore, atque in cruciatu quoque animi nobilitatem ostensurum, non tamen futurum esse felicem. Ut enim virtus per se honestorum tantum efficiens est : ita felicitas et honestorum et bonorum causa habetur. Non enim tam in malis perseverare, quam bo-

Ἥδιστον γάρ τι καὶ κάλλιστον εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, οὕτω δ' ἐπιτείνεσθαι καθάπερ τέχνην ὀργάνων πλήθει καὶ παρασκευῇ· οὔτε τὴν αὐτὴν εἶναι θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, οὔτε γὰρ τὴν ἀρετὴν ἀναπόβλητον ἐπὶ τῶν σπουδαίων τὸ παράπαν, δύνασθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ μεγέθους ἀφαιρεθῆναι κακῶν. Ὅθεν ἐνδοιάσειεν ἄν τις, μήποτε οὐδὲ κυρίως εὐδαιμονιστέον τὸν ἔτι ζῶντα, διὰ τὸ τῆς τύχης ἄδηλον. Τὸ γὰρ τοῦ Σόλωνος εὖ ἔχειν [246] τέλος ὅρα μακροῦ βίου. Μαρτυρεῖν δὲ τοῦτο καὶ τὸν βίον, εὐδαιμονίζοντα τοὺς ἀνθρώπους, ἡνίκ' ἂν θνήσκωσι. Τὸν δ' ἀφαιρεθέντα τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ εἶναι κακοδαίμονα, καθάπερ μηδὲ τὸν ὅλως ἔχοντα ταύτην, ἀλλ' ἔσθ' ὅτι μέσον. Βιοῦν γάρ ποτε καὶ σοφὸν καὶ μὴ σοφὸν τὸν μέσον λεγόμενον βίον, τὸν μήτε εὐδαίμονα μήτε κακοδαίμονα. Περὶ δὲ τοὺς κοιμωμένους οὐκ εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἢ οὐκ ἐντελέχειάν γε. Τὴν μὲν γὰρ ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἐγρήγορσιν εἶναι, ταύτῃ δὲ δεῖ προστίθεσθαι τὸ κατὰ φύσιν, διὰ τὸ μὴ πᾶσαν τὴν ἐγρήγορσιν τῶν σπουδαίων τελείας εἶναι χρῆσιν ἀρετῆς, ἀλλὰ τὴν κατὰ φύσιν. Ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ μὴ μαινομένου, μηδ' ἐξεστηκότος, ἐπεὶ τήν γε μανίαν καὶ τὴν ἔκστασιν καὶ τὸν ὕπνον ἐξιστάνειν αὐτὸν ταύτης τῆς χρήσεως, τάχα δὲ καὶ τῆς τοῦ λόγου, καὶ ποιεῖν θηρίον. Οἷς γὰρ λογικόν ἐστι τὸ ζῆν, τούτοις καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχειν· οὐκ ἀεὶ δὲ οὐδὲ τούτοις, ἀλλὰ τοῦτο εἰ προηγούμενον ἔχοιεν τὸ ζῆν. Ὡς δὲ τὴν εὐδαιμονίαν λέγεσθαι χρῆσιν ἀρετῆς, οὕτως καὶ τὴν κακοδαιμονίαν χρῆσιν κακίας· οὐ μὴν ὡς τὴν κακίαν αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, οὕτως καὶ τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν. Ὡς δὲ τὸν σπουδαῖον τἀγαθὰ ἔχειν, καὶ αὐτῷ συμφέρειν καὶ τοῖς ἄλλοις. Φευκτὸν δὲ τὸν βίον γίγνεσθαι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐν ταῖς ἄγαν ἀτυχίαις, τοῖς δὲ κακοῖς καὶ ἐν ταῖς ἄγαν εὐτυχίαις. Πλεῖον γὰρ ἁμαρτάνειν· δι' ὃ καὶ μηδὲ κυρίως εὐτυχεῖς εἶναι τοὺς φαύλους.

Ἐπειδὴ δ' εὐδαιμονία τὸ μέγιστον ἀγαθόν, διαιρετέον ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀγαθόν. Τριχῶς δή φασι λέγεσθαι, τό τε γὰρ πᾶσι τοῖς οὖσι σωτηρίας αἴτιον, καὶ τὸ κατηγορούμενον παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὸ διαυθαίρετον· ὧν τὸ μὲν δεῖν θεὸν εἶναι τὸ πρῶτον, τὸ δὲ πᾶν γένος [247] τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ τέλος, ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρομεν, ὅπερ ἐστὶν εὐδαιμονία. Καὶ τὸ διαυθαίρετον δὲ τριχῶς λέγεσθαι, ἢ οὗ χάριν τινὰ πράττομεν ὡς ἐσχάτου ἢ οὗ χάριν πάντα· ἢ τρίτον ὃ μέρος γίγνεται τούτων. Τῶν δὲ διαυθαιρέτων τὰ μὲν εἶναι τελικά, τὰ δὲ ποιητικά. Τελικὰ μὲν τὰς κατ' ἀρετὴν προηγουμένας πράξεις· ποιητικὰ δὲ τὰ ὑλικὰ τῶν αἱρετῶν. Τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τίμια, τὰ δὲ ἐπαινετά, τὰ δὲ δυνάμεις, τὰ δὲ ὠφέλιμα. Τίμια μέν, οἷον θεόν, ἄρχοντα, πατέρα· ἐπαινετὰ δέ, οἷον δικαιοσύνην, φρόνησιν· δυνάμεις δέ, οἷον πλοῦτον, ἀρχήν,

---

nis frui vult beatitudo, præterquam quod in vitæ societate singulorum jura servare ac neque philosophiæ contemplativæ bonis, neque rebus ad vitam necessariis privari vult. Etenim quum jucundissimum quid et pulcherrimum sit beatitudo, artis instar crescit multitudine et apparatu instrumentorum; neque eandem esse in deo et homine arbitrantur, quia nec proborum hominum virtus prorsus sit stabilis, sed malorum copia et magnitudine tolli possit. Quocirca dubitare licet, num omnino qui adhuc vivit proprie beatus in hac tanta fortunæ mobilitate appellari possit. Solonis enim illud, quo longæ vitæ finem spectare jubemur, recte se habere. Id vero genus humanum etiam testari, quoniam beatos prædicet homines sua morte defunctos. Privatum autem felicitate non ideo statim infelicem esse, hominis instar omnino ea carentis, sed quodammodo esse medium. Quippe homines tam sapientes quam insipientes aliquando mediam quæ dicitur vitam degere, neque felicem neque infelicem. Dormientes vero beatitudine non frui, saltem non perfecta. Etenim functionem animi esse tantum in vigilia manentis, quæ ut prosit ad felicitatem simul naturalis esse debet; quia non omnis proborum hominum vigilia perfectæ virtutis usus habeatur, sed ea duntaxat quæ secundum naturam est. Esse autem hanc nec insanientis, nec furiosi, propterea quod insania et furor et somnus cum hujus usu, forsitan etiam ratione privet atque efferet. Qui enim vitam ad rationis normam dirigunt, eos etiam felicitate florere, quamquam ne hi quidem perpetuo prosperæ fortunæ flatu utantur, sed hoc iis contingere, si vitæ splendore alios superent. Quemadmodum vero beatitudo dicitur virtutis usus, sic miseria vitii; neque tamen ut pravitas sufficit ad miseriam, ita virtus quoque ad felicitatem. Existimant autem, si vir probus bonis abundet, hoc tum ipsi tum cæteris prodesse. At viris bonis nimia miseria pressis e vita excedendum esse, sicut malis hominibus molliter ac jucunde viventibus. Nimirum plura eos tum peccare, atque hanc ob causam proprie et vere felices dici non posse.

Quoniam vero beatitudinem maximum bonum esse censemus, quot modis bonum dicatur, declarabimus. Trifariam igitur accipi volunt, primum quod omnibus salutis causa est, deinde quod de omni bono dicitur, denique quod per se est expetendum: e quibus primum deus sit oportet, alterum omne genus bonorum, tertium finis ad quem cuncta referimus, id est beatitudo. Jam quod per se expetendum est trifariam etiam accipi, vel cujus causa facimus quædam, utpote quod ultimum sit; vel cujus causa omnia fiunt; vel denique quod horum pars est. Porro per se expetendorum alia sunt ad ultimum pertinentia, alia efficientia. Atque ad ultimum quidem pertinere actiones honestas easque præcipuas; efficientia vero haberi ex omni expetendorum numero materiæ simulacra. Præterea bona alia honesta sunt, alia laudanda, alia facultates, alia utilia. Honesta quidem, ut deus, princeps, parens; laudanda vero, ut justitia, prudentia; ad hæc fa-

ἐξουσίαν· ὠφέλιμα δέ, τὰ ποιητικὰ τούτων καὶ φυλακτικά, οἷον ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν. Ἔτι τῶν αἱρετῶν καὶ ἀγαθῶν τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ εἶναι αἱρετά, τὰ δὲ δι' ἕτερα. Τὰ μὲν γὰρ τίμια καὶ ἐπαινετά, καὶ τὰς δυνάμεις καθ' αὑτά· (καὶ γὰρ τὰς δυνάμεις ὑπάρχειν τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν, οἷον πλοῦτον καὶ ἀρχάς, οἷς ἂν χρήσαιτο καὶ ἃς ζητήσειεν ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ· καὶ οἷς δύναται εὖ χρῆσθαι, ἀγαθά, καὶ καθ' ἑαυτὰ ἀγαθὰ πεφυκέναι, ὥσπερ ὑγιεινά, ἃ καὶ ζητήσειεν ἂν ὁ ἰατρός, καὶ δύναιτο χρῆσθαι·) τὰ δὲ ὠφέλιμα δι' ἕτερα· τῷ γὰρ ποιεῖν ἕτερα, καὶ σώζειν, τῶν αἱρετῶν ὑπάρχειν. Ἄλλη διαίρεσις, τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τέλη, τὰ δ' οὐ τέλη, οἷον δικαιοσύνην μέν, καὶ ἀρετήν, καὶ ὑγίειαν, τέλη, καὶ ἁπλῶς, ὅσα ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα γενομένων καὶ κεφαλαιούμενα ὑπάρχει, ὥσπερ τὴν ὑγίειαν, οὐ μὴν τό τε ὑγιαῖνον, οὐδὲ τὴν θεραπείαν τοῦ κάμνοντος. Εὐφυίαν δέ, καὶ ἀναμνήσεις, καὶ μαθήσεις, οὐ τέλη.

Ἄλλη διαίρεσις, τῶν τελέων τὰ μὲν παντὶ ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δ' οὐ παντί. Τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ φρόνησιν παντὶ ἀγαθά, ὅτῳ γὰρ ἂν παραγένηται ὠφελεῖν· πλοῦτον δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις οὐ παντί. Πῶς οὖν ἀγαθά; Καθ' ὅσον ἀφώρισται τὸ εἶναι ἀγαθὰ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς χρήσει. Φαίνεσθαι δὲ ταῦτα καὶ ζητητέα εἶναι [248] καὶ χρωμένοις ὠφελεῖν. Οἷς δὲ τὸν ἀγαθὸν εὖ χρῆσθαι, τούτοις τὸν κακὸν κακῶς· ὥσπερ οἷς ἂν εὖ τὸν μουσικόν, τούτοις τὸν ἄμουσον κακῶς. Ἅμα δὲ κακῶς χρώμενον βλάπτεσθαι, καθάπερ ἵππον ἀγαθὸν ὄντα τὸν μὲν ἱππικὸν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὸν ἄφιππον οὐ μετρίως.

Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχήν [249], τὰ δὲ περὶ σῶμα, τὰ δ' ἐκτός. Περὶ ψυχὴν μέν, οἷον εὐφυίαν τε καὶ τέχνην, καὶ ἀρετήν, καὶ σοφίαν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἡδονήν· περὶ σῶμα δέ, ὑγίειαν, καὶ εὐαισθησίαν, καὶ κάλλος, καὶ ἰσχύν, καὶ ἀρτιότητα, καὶ πάντα τὰ μόρια σὺν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐνεργείαις· ἐκτὸς δέ, πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ εὐγένειαν, καὶ δυναστείαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς, καὶ πατρίδα. Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἀεὶ φύσει παρεῖναι, καθάπερ δὴ [250] ὀξύτητα, καὶ μνήμην, τό τε ὅλον εὐφυίαν· τὰ δ' ἐξ [251] ἐπιμελείας περιγίγνεσθαι, ὡς τάς τε προπαιδεύσεις καὶ διαίτας ἐλευθερίους· τὰ δ' ἐκ τελειότητος ὑπάρχειν, οἷον φρόνησιν, δικαιοσύνην, τελευταῖον δὲ σοφίαν.

Ἔτι δὲ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἡμᾶς καὶ κτήσασθαι καὶ ἀποβαλεῖν, ὡς πλοῦτον· τὰ δὲ κτήσασθαι μέν, ἀποβαλεῖν δ' οὔ, ὡς εὐτυχίαν, ἀθανασίαν· τὰ δὲ ἀποβαλεῖν μέν, κτήσασθαι δ' οὔ, ὡς αἴσθησιν, ὡς τὸ ζῆν· τὰ δ' οὔτε κτήσασθαι οὔτ' ἀποβαλεῖν, ὡς εὐγένειαν.

Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι διαυθαίρετα μόνον, ὡς ἡδονὴν καὶ ἀοχλησίαν· τὰ δὲ ποιητικὰ μόνον, ὡς πλοῦτον· τὰ δὲ ποιητικὰ καὶ διαυθαίρετα, ὡς ἀρετήν, φίλους, ὑγίειαν. Καὶ ἄλλως δὲ πολλαχῶς διαιρεῖσθαι τἀγαθά, διὰ τὸ μὴ ἓν εἶναι γένος αὐτῶν, ἀλλὰ κατὰ τὰς δέκα λέγεσθαι κατηγορίας· ἐν ὁμωνυμίᾳ γὰρ ἐκφέ-

---

cultates, ut divitiæ, imperium, potestas; utilia denique quæ hæc procreant et conservant, ut sanitas et bona corporis habitudo. Adde quod ex bonis et expetendis alia per se sunt expetenda, alia propter alia. Honesta enim, et laudanda, et facultates, per se; (nam facultates ad res per se bonas pertinere, velut divitias et magistratus, quibus rebus etiam vir probus utatur et quas quærat; item quibus recte uti potest, bona et per se quidem bona esse, ut salutaria, quæ et quærat medicus et ad depellendos morbos adhibere valeat;) utilia vero propter alia, quæ quod efficiant alia et conservent ex eligendis sint. Alia divisio eo redit, ut bonorum per se quædam sint fines, alia non fines, verbi causa justitia, virtus, sanitas fines habeantur; atque omnino, quæcumque e singulis composita reperiuntur, ut sanitas, non tamen quidquid salubre est, neque cura ægrotantis. At bona indoles, bona memoria, disciplinæ non fines.

Alia divisio ita comparata est, ut finium quidam omnibus boni sint, alii non omnibus. Virtutem autem et prudentiam res omnibus bonas esse ajunt, prodesse enim cuicunque adsint; divitias contra, magistratus et facultates non omnibus. Quomodo igitur bona sunt? Quatenus eorum bonitas bonorum virorum usu confirmata est. Videri tamen hæc quoque quærenda atque utentibus utilia esse. Quibus autem vir bonus bene utitur, iisdem homo malus male; ut quibus bene musicus, iisdem male musicæ imperitus. At quisquis male utitur, eo simul lædituv, ut equus bonus equitandi peritum juvat, imperitum non leviter lædit.

Præterea alia bona esse animi, alia corporis, alia denique externa. Animi esse verbi gratia bonam indolem, artem, virtutem, sapientiam, prudentiam, voluptatem; corporis autem sanitatem, sensuum vigorem, pulchritudinem, robur, integritatem atque omnes partes cum facultatibus et functionibus; externa denique divitias, gloriam, nobilitatem, imperium, amicos, cognatos, patriam. Porro animi bonorum quædam semper adesse natura, velut acumen, memoriam atque omnino bonam indolem; alia contra studio comparari, ut artes liberales vitæque rationem et institutionem; alia vero in perfectione tantum cerni, ut prudentiam, justitiam ac postremo sapientiam.

Porro bonorum alia nos et acquirere et amittere, ut divitias, alia acquirere quidem, non autem amittere, ut felicitatem et immortalitatem; alia amittere quidem, sed non acquirere, ut sensum et vitam; alia denique neque acquirere neque amittere, ut nobilitatem.

Insuper bonorum alia esse tantum per se expetenda, ut voluptatem et molestiarum vacuitatem; alia modo efficientia, ut divitias; alia simul efficientia simul per se expetenda, ut virtutem, amicos, sanitatem. Et aliis quoque multis modis dividi bona, quod non unum eorum genus

ρεσθαι τἀγαθόν, τά τε τοιαῦτα πάντα ὄνομα κοινὸν ἔχειν μόνον, τὸν δὲ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος λόγον ἕτερον [252].

Τούτων δὴ διωρισμένων, ἐπελθεῖν ἀκριβέστερον ἀναγκαῖον τὰ περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς λεγόμενα. Ταύτην γὰρ ὑπολαμβάνουσι περὶ τὸ ἄλογον μέρος γίγνεσθαι τῆς ψυχῆς, ἐπειδὴ διμερῆ πρὸς τὴν παροῦσαν θεωρίαν ὑπέθεντο τὴν ψυχήν, τὸ μὲν λογικόν, τὸ δ' ἄλογον [253]. Καὶ περὶ μὲν τὸ λογικὸν τὴν καλοκαγαθίαν γίγνεσθαι, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ σοφίαν, καὶ εὐμάθειαν, καὶ μνήμην, καὶ τὰς ὁμοίας· περὶ δὲ τὸ ἄλογον, σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἠθικὰς καλουμένας ἀρετάς. Ταύτας δή φασιν ὑπ' ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι. Πρὸς δὲ τὴν ἔνδειξιν τούτου, τοῖς ἐκ τῶν αἰσθήσεων μαρτυρίοις χρῶνται, βουλόμενοι τῶν ἀφανῶν τὴν ἐκ τῶν φανερῶν παρέχεσθαι πίστιν. Αὐτίκα [254] γὰρ ὑπὸ τῶν γυμνασίων, πλειόνων τε γενομένων ἢ ἐλαττόνων, φθείρεσθαι τὴν ἰσχύν· καὶ ἐπὶ τῶν ποτῶν καὶ σιτίων ὡσαύτως· πλειόνων [255] γὰρ προσφερομένων ἢ ἐλαττόνων φθείρεσθαι τὴν ὑγίειαν, συμμέτρων [256] δὲ τῶν εἰρημένων ὄντων, σώζεσθαι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ὑγίειαν· παραπλησίως οὖν ἔχειν καὶ ἐπὶ τῆς σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Τὸν μὲν γὰρ τοιοῦτον ὄντα τὴν φύσιν, ὥστε μηδὲ τὸν κεραυνὸν φοβεῖσθαι, μαινόμενον, ἀλλ' οὐκ ἀνδρεῖον εἶναι· τὸν δ' ἐμπαλιν πάντα φοβούμενον, ὥστε καὶ τὴν σκιάν, ἀγεννῆ καὶ δειλόν· ἀνδρεῖον δ' ὁμολογουμένως, τὸν μήτε πάντα μήτε μηδὲν φοβούμενον. Ταῦτ' ἄρα καὶ αὔξειν καὶ φθείρειν τὴν ἀρετήν, ὥστε τοὺς μὲν μετρίους φόβους αὔξειν τὴν ἀνδρείαν, τοὺς δὲ μείζονας ἢ ἐλάττονας φθείρειν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τὰς μὲν οὔσας γὰρ κατὰ πάντα ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις φθείρειν φασίν [257]· τὰς δὲ μετριότητας αὔξειν. Οὐ μόνον δὲ τούτοις ἀφορίζεσθαι τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ ἡδονῇ καὶ λύπῃ [258]. Διὰ γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττειν ἡμᾶς, διὰ δὲ τὴν λύπην ἀπέχεσθαι τῶν καλῶν· οὐκ εἶναι δὲ λαβεῖν οὔτ' ἀρετὴν οὔτε κακίαν ἄνευ λύπης καὶ ἡδονῆς. Τὴν οὖν ἀρετὴν περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας ὑπάρχειν. Πρὸς δὲ τὸ σαφῶς δηλῶσαι τὰ περὶ τούτων, ἀναγκαῖον ἡγοῦντο τὰ περὶ ψυχὴν γιγνόμενα προσλαβεῖν τῷ λόγῳ· ταῦτα δή φασιν ὑπάρχειν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις [259]. Πάθη δ' εἶναι ὀργήν, φόβον, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, τὰ παραπλήσια τούτοις, οἷς καὶ παρακολουθεῖν ἡδονὴν καὶ λύπην· δυνάμεις δέ, καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων εἶναι λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς ὀργιζόμεθα, φοβούμεθα, ζηλοῦμεν, τῶν τοιούτων ὁτιοῦν πεπόνθαμεν· ἕξεις δέ, καθ' ἃς πρὸς ταῦτά πως ἔχομεν, καὶ ἀφ' ὧν ἡ τούτων ἐνέργεια εὖ ἢ κακῶς ἀποτελεῖται. Δι' ὅ, εἰ μὲν οὕτως τις ὀργίζοιτο ῥᾳδίως, ὥστε ἐπὶ παντί, καὶ πάντως, τὴν ἕξιν ἂν ἔχων φανείη τὴν τῆς ὀργιλότητος· εἰ δὲ οὕτως, ὥστε μηθέν, μηδὲ [260] ἐφ' ὁτῳοῦν, τὴν τῆς ῥᾳθυμίας· ἀμφοτέρας δ' εἶναι ψεκτάς, ἐπαινουμένην δὲ ἕξιν ὑπάρχειν τὴν πραότητα, καθ' ἣν ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὧ δεῖ, ὀργιζόμεθα. Διόπερ ἕξεις εἶναι τὰς ἀρετάς, ἀφ' ὧν τὰς ἐν τοῖς πάθεσιν ἐνεργείας ἐπαινεῖσθαι συμβέβηκεν. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἀρετὴ τῶν πρακτικῶν, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν ἐν συνεχείᾳ θεωρεῖσθαι συμβέβηκε, παντὸς δὲ συνεχοῦς ὥσπερ ἐν τοῖς μεγέθεσιν εἶναί τινα ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν καὶ μεσότητα, καὶ

---

sit, sed secundum decem categorias distinguantur : communi enim vocabulo bona quidem ea appellari, sed etsi talia communi tantum nomine afficiantur, tamen eorum rationem naturamque nominis communione esse diversam.

His igitur explicatis ea quæ ad ethicam virtutem pertinent accuratius pertractanda sunt. Hanc enim circa animi partem ratione carentem versari arbitrantur, quoniam bipartitum ad eam disquisitionem animum ponunt, ratione præditum et ea carentem. Atque in rationali quidem parte inesse volunt probitatem, prudentiam, sagacitatem, sapientiam, docilitatem, memoriam et reliquas res similes ; in irrationali vero temperantiam, justitiam, fortitudinem et cæteras virtutes quas ethicas nominant. Eas autem inopia et abundantia perire ajunt. Ad quod demonstrandum sensuum testimonio utuntur, ut ex manifestis obscura comprobent. Quum enim verbi gratia corporis exercitiis justo vel majoribus vel minoribus corrumpatur robur, eademque cibi et potûs ratio sit, quia, si nimium aut parum cibi potionisve sumitur, amittitur valetudo, sin modicum cibum et potum adhibemus, conservatur robur et valetudo : eodem pacto in temperantia, fortitudine et reliquis virtutibus rem se habere. Ut enim cum qui tali natura sit, ut ne fulmen quidem timeat, insanum vocamus, ac non fortem, contra qui omnia ipsamque umbram, ignavum ac timidum : sic ex confesso fortem qui neque omnia neque nihil reformidet. Hæc igitur virtutem et augere et exstinguere, ita ut modici quidem timores fortitudinem angeant, majores autem ac minores exstinguant. Similiter etiam in reliquis virtutibus, quarum veram vim abundantia quidem et inopia penitus frangi, mediocritate vero augeri contendunt. Non tamen his modo definiri virtutem, sed voluptate quoque ac dolore. Quippe ob voluptatem multa nequiter nos facere constat et propter dolorem honesta fugere ; at neque virtutem neque vitium sine dolore aut voluptate capere et consequi nos posse ; ideoque virtutem circa voluptates et dolores versari. Sed ut philosophiæ locum qui est de his rebus perspicue exponerent, ea quæ ad animum pertinent disputationi adjungenda esse existimabant, tria hæc affirmantes in hominum animis cerni, affectus, facultates, habitus. Et affectus quidem esse iram, metum, odium, desiderium, æmulationem, misericordiam atque horum similia, quibus voluptas et dolor comites adhæreant ; facultates vero, quibus præditi his perturbationibus incitari

ταῦτα ἢ πρὸς ἀλληλα ὑπάρχειν ἢ πρὸς ἡμᾶς, ἐν πᾶσι δὲ τὸ μέσον τὸ πρὸς ἡμᾶς βέλτιστον, τοῦτο γάρ ἐστιν ὅπερ [261] ἡ ἐπιστήμη κελεύει καὶ ὁ λόγος (τὸ γὰρ μέσον οὐ τὸν τοῦ ποσοῦ τόπον ὁρίζειν, ἀλλὰ τὸν ποιοῦ, δι' ὃ καὶ τέλειον εἶναι τῷ οὕτω καὶ ἄκρως ἔχειν· τὰ δ' ἐναντία πως καὶ ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι καὶ τῷ μέσῳ· ἐναντία δ' εἶναι τήν τ' ἔλλειψιν καὶ τὴν ὑπερβολήν, τὸ δὲ μέσον πρὸς ἑκάτερον ἔχειν, ὅπερ τὸ ἴσον πρὸς τὸ ἄνισον πέπονθε, τοῦ μὲν ἐλάττονος πλεῖον ὄν, τοῦ δὲ πλείονος ἔλαττον). Τὸ οὖν πρὸς ἡμᾶς μέσον ἄριστον, οἷόν φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ Εὐτυχίας, δεῖ μὲν πολλὰ διελθὼν καὶ μακρῶς ἀπολεσχήσας, δεῖ δ' ὀλίγα μὲν οὐδὲ ταναγκαῖα, οὗτος δὲ αὐτὰ ἃ ἔδει, μηδὲ τὸν καιρὸν λαβών. Αὕτη μεσότης πρὸς ἡμᾶς, αὕτη γὰρ ὑφ' ἡμῶν ὥρισται τῷ λόγῳ. Δι' ὃ ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν [262] ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν. Εἶτα παραθέμενος τινὰς συζυγίας, ἀκολούθως τῷ ὑφηγητῇ, σκοπεῖν ἔπειτα καθ' ἕκαστα ἐπάγων ἐπειράθη τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐλήφθησαν δὲ παραδειγμάτων χάριν αἵδε· σωφροσύνη, ἀκολασία, ἀναισθησία· πραότης, ὀργιλότης, ἀναλγησία· ἀνδρεία, θρασύτης, δειλία· δικαιοσύνη [263], ἐλευθεριότης, ἀσωτία, ἀνελευθερία· μεγαλοψυχία, μικροψυχία, χαυνότης· μεγαλοπρέπεια, μικροπρέπεια, σαλακωνία. Τούτων δὴ τῶν ἕξεων αἱ μὲν τῷ ὑπερβάλλειν ἢ ἐλλείπειν περὶ πάθη φαῦλαί εἰσιν, αἱ δὲ σπουδαῖαι, τῷ μεσότητες εἶναι δηλονότι. Σώφρονά τε γὰρ εἶναι, οὔτε τὸν καθάπαξ ἀνεπιθύμητον, οὔτε τὸν ἐπιθυμητικόν· (τὸν μὲν γὰρ λίθου δίκην μηδὲ τῶν κατὰ φύσιν ὀρέγεσθαι, τὸν δὲ τῷ ὑπερβάλλειν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀκόλαστον εἶναι· τὸν δὲ μέσον τούτων ὃ δεῖ [264], καὶ ὁπότε, καὶ ὁπόσον ἐπιθυμοῦντα, καὶ τῷ λόγῳ κατὰ τὸ προσῆκον ὁρίζοντα καθάπερ κανόνι, σώφρονα λέγεσθαί τε καὶ κατὰ φύσιν εἶναι·) πρᾶόν τε, οὔτε τὸν ἐπὶ παντὶ ὀργιζόμενον κἂν μικρότατον ᾖ [265], οὔτε τὸν ἐπὶ μηδενὶ ὀργιζόμενον, ἀλλὰ τὸν τὴν μέσην ἔχοντα ἕξιν· ἀνδρεῖόν τε, οὔτε τὸν μηδὲν φοβούμενον, κἂν ᾖ θεὸς ὁ ἐπιών, οὔτε τὸν πάντα, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον τὴν σκιάν· δίκαιον δέ, οὔτε τὸν τὸ πλεῖον ἑαυτῷ νέμοντα, οὔτε τὸν τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸν τὸ ἴσον· τὸ δ' ἴσον τὸ κατὰ τὸ ἀνάλογον, οὐ κατ' ἀριθμόν· ἐλευθέριόν τε, οὔτε τὸν πρακτικὸν ὅπως ἔτυχεν, οὔτε τὸν μηδὲν δαπανῶντα, ἀλλὰ τὸν μηδὲν ἀπροαιρέτως [266]· μεγαλόψυχόν τε, οὔτε τὸν μεγάλων πάντων ἀξιοῦντα ἑαυτόν, οὔτε τὸν μηδενὸς ὅμως, ἀλλὰ τὸν τὸ δέον ἀφ' ἑκάστου λαμβάνοντα, καὶ εἰς τὸ κατ' ἀξίαν· μεγαλοπρεπῆ τε, οὔτε τὸν πάντοτε καὶ ἔνθα μὴ δεῖ λαμπρόν, οὔτε τὸν μηδαμοῦ, ἀλλὰ τὸν κατὰ καιρὸν ἁρμόττοντα εἰς ἕκαστον. Τοιοῦτο μὲν τὸ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν εἶδος παθητικόν, καὶ κατὰ μεσότητα θεω-

---

perhibemur, ut verbi gratia irascamur vel timeamus vel æmulemur, vel simili quodam modo afficiamur; habitus vero, quorum ope ad perturbationes quodammodo propensi sumus et per quos harum functio bene vel male cedit. Quare si quis tam præceps in iram sit, ut qualibet causa et plane irritetur, eum iracundiæ habitum gerere appareat; sin ita sit affectus, ut neque omnino irascatur neque ulla causa irritetur, in eo socordiæ habitum inesse; quumque utrumque sit vituperandum, laudari mansuetudinis habitum, cui convenienter justo et tempore et modo et cui succensere oportet irascimur. Habitus igitur esse virtutes, quarum beneficio functiones in affectibus laudari constat. Quum igitur virtus in agendo cernatur, actionem autem omnem continuam esse conveniat, omnem vero continuitatem æque ac magnitudinem nimium, parum et medium habere par sit, quæ vel inter se comparentur vel ad nos referantur, medium ad nos relatum in omnibus esse optimum scientia et ratio statuere nos cogit; quod enim nobis medium est, id non quantitatis sed qualitatis locum obtinere, quare et perfectum esse, quod sic etiam præstantissimum sit. At contraria quodammodo et inter se et cum medio pugnare, esse autem contraria parum ac nimium, medium vero ad utrumque eandem habere rationem, quam æquale ad inæquale, quum sit tum minore majus, tum majore minus. Quod igitur nobis medium est, id optimum esse liquet, quale etiam Theophrastus esse vult in libro de Fortuna, homo partim verbosus et loquax, partim brevis minusque quam necessarium est dicendo obscurus, quum Aristoteles alieno loco ea quæ dicenda erant dixerit. Ita hoc nobis medium est quod jam definivimus. Quamobrem virtus vocatur habitus electionis, in eo quod nobis medium est sita, simul superiori disputatione nostra, simul, quemadmodum vir prudens statuere potest, definita. Tum Theophrastus positis aliquot copulationibus ad magistri doctrinam accommodate deinceps singula quæ adjicit hoc modo spectare tentavit. Cæterum exempla ab eo allata sunt hæcce: temperantia, intemperantia, torpor; mansuetudo, iracundia, stupor; fortitudo, audacia, timiditas; [justitia], liberalitas, profusio, sordes; magnanimitas, animi contractio, fastus; magnificentia, tenacitas, prodigalitas. Ex his igitur habitibus alii propter abundantiam vel inopiam circa affectus vitiosi sunt, alii probi, quod videlicet mediocritates judicentur. Neque enim temperantem esse qui prorsus vacuus cupiditate sit, neque qui ad concupiscendum sit propensus, quum alter lapidis instar ne naturalia quidem appetat, alter nimia cupiditate reddatur intemperans; sed qui mediocritatem quæ est inter nimium et parum tenendo id quod decet et quando decet et quantum decet concupiscit, ac ratione velut regula recte omnia definit, temperantem hunc dici et esse secundum naturam; mansuetum porro nec qui omni, etiamsi minima sit, nec qui nulla de causa irascatur, sed qui medium habitum gerat; præterea fortem neque eum qui nihil timeat, etiamsi deus ipsum aggrediatur, neque qui omnia et quod dici solet etiam umbram timeat; justum vero neque qui ni-

ρούμενον, ὃ δὴ καὶ ἀνταχολουθίαν ἔχει [207], πλὴν οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἡ μὲν φρόνησις ταῖς ἠθικαῖς κατὰ τὸ ἴδιον, αὗται δ' ἐκείνῃ κατὰ συμβεβηκός. Ὅτι μὲν γὰρ δίκαιός ἐστι καὶ φρόνιμος, ὁ γὰρ τοιόσδε αὐτὸν λόγος εἰδοποιεῖ, οὐ μὴν ὅτι φρόνιμος καὶ δίκαιος κατὰ τὸ ἴδιον, ἀλλ' ὅτι τῶν καλῶν κἀγαθῶν κοινῶς πρακτικός, φαύλου δ' οὐδενός.

Τῶν δὲ παθῶν καὶ ὁρμῶν τὰ μὲν εἶναι ἀστεῖα, τὰ δὲ φαῦλα, τὰ δὲ μέσα. Ἀστεῖα μέν, φιλίαν, χάριν, νέμεσιν, αἰδῶ, θάρσος, ἔλεον· φαῦλα δέ, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, ὕβριν· μέσα δέ, λύπην, φόβον, ὀργήν, ἡδονήν, ἐπιθυμίαν. Τούτων δὲ τὰ μὲν αἱρετέον καθάπαξ, τὰ δὲ φευκτέον. Πᾶν δὲ πάθος περὶ ἡδονὴν συνίστασθαι καὶ λύπην, δι' ὃ καὶ περὶ ταύτας τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ὑπάρχειν. Φιλαργυρίαν δέ, καὶ φιλῃδονίαν, καὶ ἐρωτομανίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἕξεις εἶναι ἀλλοίας παρὰ τὰς κακίας. Ἔρωτα δ' εἶναι τὸν μὲν φιλίας, τὸν δὲ συνουσίας, τὸν δὲ ἀμφοῖν· ὅτι ὁ καὶ τὸν μὲν σπουδαῖον, τὸν δὲ φαῦλον, τὸν δὲ μέσον.

Τῆς φιλίας δ' εἶναι διαφορὰς τέσσαρας, ἑταιρικήν, συγγενικήν, ξενικήν, ἐρωτικήν· εἰ δὲ καὶ εὐεργετικὴν καὶ θαυμαστικὴν συγκαταριθμητέον, λόγου δεῖ. Ἀρχὴν δὲ τῆς μὲν ἑταιρικῆς εἶναι τὴν συνήθειαν, τῆς δὲ συγγενικῆς, τὴν φύσιν, τῆς δὲ ξενικῆς τὴν χρείαν, τῆς δὲ ἐρωτικῆς τὸ πάθος, τῆς δὲ εὐεργετικῆς τὴν χάριν, τῆς δὲ θαυμαστικῆς τὴν δύναμιν. Πασῶν δὲ συλλήβδην εἶναι τέλη τρία, τὸ καλόν, τὸ συμφέρον, τὸ ἡδύ. Πάντα γὰρ τὸν ὁπωσοῦν πρὸς φιλίαν ἰόντα, διά τι τούτων ἢ διὰ πάντα τὴν φιλίαν αἱρεῖσθαι. Πρώτην μὲν οὖν, ὡς προέφην, εἶναι τὴν πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν, δευτέραν δέ, τὴν πρὸς τοὺς γεινομένους· ἐφεξῆς δέ, τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους οἰκείους καὶ ὀθνείους· δι' ὃ καὶ ἐν μὲν τῇ πρὸς ἑαυτὸν εὐλαβεῖσθαι δεῖ τὴν ὑπερβολήν, ἐν δὲ ταῖς πρὸς τοὺς ἄλλους, τὴν ἔλλειψιν· τὸ μὲν γὰρ φιλαυτίας, τὸ δὲ φειδωλίας ἔχει διαβολήν.

Χάριν [208] δὲ λέγεσθαι τριχῶς, τὴν μὲν ὑπουργίαν ὠφελίμου αὐτοῦ ἐκείνου ἕνεκα, τὴν δ' ἄμειψιν ὠφελίμου, τὴν δὲ μνήμην ὑπουργίας τοιαύτης. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τάσδε μόνας τρεῖς ὁ βίος κατηυξήμησε. Λέγεσθαι δὲ χάριν καὶ τὴν ἐν ὄψει ἢ ἐν λόγοις, καθ' ἣν τὸν μὲν εὔχαριν ὀνομάζεσθαι, τὸν δ' ἐπίχαριν. Βίον δ' αἱρήσεσθαι τὸν σπουδαῖον τὸν μετ' ἀρετῆς, εἴτ' ἐφ' ἡγεμονίας ποτὲ γένοιτο, τῶν καιρῶν αὐτὸν προαγαγόντων, εἴτε βασιλεῖ δέοι συμβιοῦν [209], εἴτε καὶ νομοθετεῖν, ἢ ἄλλως πολιτεύεσθαι. Τούτων δὲ μὴ τυγχάνοντα, πρὸς τὸ δημοτικὸν τραπήσεσθαι σχῆμα διαγω-

---

mium neque qui parum, sed qui æquam partem sibi tribuat, idque pro portione, non pro numero; insuper liberalem neque qui temere pecuniam profundat, neque qui nihil pecuniæ eroget, sed qui nihil inconsulte expendat; ad hæc magnanimum neque qui se ipsum omnibus ornamentis neque qui nullo se dignum putet, sed qui a singulis debitos sibi honores pro meritis haberi patiatur; denique magnificum neque qui perpetuo, etiam quum non decet, neque qui nunquam nulloque loco splendidus sit, sed qui opportuno tempore sit liberalis. Tale igitur esse virtutum moralium genus perturbationibus obnoxium atque e mediocritate spectatum, quod etiam mutuo comitatu septum sit, non tamen similiter, quum prudentia virtutibus moralibus sua natura comes adhæreat, hæ vero illam temere et casu comitentur. Qui enim justus sit, eundem esse prudentem, siquidem hæc ejus formæ ratio est; non tamen qui prudens sit, eundem sua natura esse justum, verum justi nomine vocari qui in commune bene et honeste agat, sed omni dedecore sese abstineat.

Affectuum porro et appetituum alios esse honestos et rectos, alios pravos et turpes, alios medios. Honestos quidem, amicitiam, gratiam, indignationem, pudorem, confidentiam, misericordiam; turpes autem, invidentiam, malevolentiam, superbiam; medios denique tristitiam, metum, iram, voluptatem, cupiditatem. Ex his autem quosdam omnino esse eligendos, alios definiendos. Cæterum omnem affectum in voluptate ac dolore consistere, et ideo circa has quoque versari virtutes morales. At pecuniæ et voluptatum cupiditatem, item insanum amorem et similia habitus esse diversos a vitiis. Amorem autem esse alium amicitiæ, alium consuetudinis, alium utriusque; quare unum esse bonum, alium malum, tertium medium.

Amicitiæ vero quattuor esse species, sodalium, cognatorum, hospitum, amantium; quibus num beneficorum quoque et admirantium annumeranda sit, videndum est. Originem autem ducere sodalium amicitiam a consuetudine, cognatorum a natura, hospitum ab usu, amantium ab affectu, beneficorum a gratia, admirantium a facultate. Verum omnium in universum tres esse fines, honestum, utile, jucundum. Omnes enim qui amicitiam utcunque expetant vel propter unam ex his rebus vel propter omnia ista sibi adjungere amicos. Primam igitur, ut supra dixi, esse amicitiam erga se ipsum, alteram autem erga parentes; deinde erga reliquos deinceps tum familiares tum externos; ideoque in amicitia erga se ipsum abundantiam amoris, in reliquis colendis defectum esse vitandum, quum altera res a calumniantibus pro cæco sui amore, altera pro parsimonia habeatur.

Gratiam autem dici tribus modis vel beneficium alterius juvandi causa datum, vel benevolentiæ remunerationem, vel accepti beneficii memoriam. Quapropter tres tantum Gratias mortales vulgo celebrant. Distingui porro gratiam vel formæ vel sermonis, qua qui excellunt vel venusti vel gratiosi appellantur. De reliquo probum virum vitam honestam ingressurum esse, sive tempore ad honores provectus magistratum aliquando gerat, sive cum regibus ei versandum sit, sive leges scribendæ, aut alia reipublicæ pars administranda sit. Quos dignitatis gradus si non consequatur, eum vel populare vel contemplativum, vel quod medium inter utrumque est professorium vitæ genus ele-

γῆς, ἢ τὸ θεωρητικόν, ἢ μέσον παιδευτικόν. Προαιρήσεσθαι μὲν γὰρ καὶ πράττειν καὶ θεωρεῖν τὰ καλά. Κωλυόμενον δὲ περὶ ἄμφω γίγνεσθαι διὰ καιρούς, θατέρῳ χρήσεσθαι, προτιμῶντα μὲν τὸν θεωρητικὸν βίον, διὰ δὲ τὸ κοινωνικὸν ἐπὶ τὰς πολιτικὰς ὁρμῶντα πράξεις. Δι' ὃ καὶ γαμήσειν [270] καὶ παιδοποιήσεσθαι καὶ πολιτεύσεσθαι, καὶ ἐρασθήσεσθαι τὸν σώφρονα ἔρωτα, καὶ μεθυσθήσεσθαι κατὰ συμπεριφοράς, κἂν εἰ μὴ προηγουμένως, καὶ καθόλου τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦντα καὶ μένειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πάλιν εἰ δέοι ποτὲ δι' ἀνάγκας ἀπαλλαγήσεσθαι, ταχῆς προνοήσαντα, κατὰ νόμον καὶ τὸ πάτριον ἔθος, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοῖς κατοιχομένοις ἐπιτελεῖν ὅσιον. Βίων [271] δὲ τριττὰς ἰδέας εἶναι, πρακτικόν, θεωρητικόν, σύνθετον ἐξ ἀμφοῖν. Τὸν μὲν γὰρ ἀπολαυστικὸν ἧττονα κατ' ἄνθρωπον εἶναι, προκρίνεσθαι δὲ τῶν ἄλλων τὸν θεωρητικόν. Πολιτεύεσθαί τε τὸν σπουδαῖον προηγουμένως, μὴ κατὰ περίστασιν· τὸν γὰρ πρακτικὸν βίον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πολιτικῷ. Βίον δὲ κράτιστον μὲν τὸν κατ' ἀρετήν, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν· δεύτερον δέ, τὸν κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα τῶν κατὰ φύσιν ἔχοντα· τούτους μὲν οὖν αἱρετούς, φευκτέον δὲ τὸν κατὰ κακίαν. Διαφέρειν δὲ τὸν εὐδαίμονα βίον τοῦ καλοῦ, καθ' ὅσον ὁ μὲν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν εἶναι βούλεται διὰ παντός, ὁ δὲ καὶ ἐν τοῖς παρὰ φύσιν· καὶ πρὸς ὃν μὲν οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀρετή, πρὸς ὃν δὲ αὐτάρκης. Μέσον δέ τινα βίον εἶναι τὸν κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, ἐν ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα ἀποδίδοσθαι· τὰ μὲν γὰρ κατορθώματα ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν εἶναι βίῳ, τὰ δ' ἁμαρτήματα ἐν τῷ κατὰ κακίαν, τὰ δὲ καθήκοντα ἐν τῷ μέσῳ καλουμένῳ βίῳ.

Τεθεωρημένων δὲ τούτων, καὶ ταῦτα διαλάβωμεν· εἶναι μὲν γὰρ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν κοινῶς ἕξιν προαιρετικὴν τῶν μέσων ἡδονῶν τε καὶ λυπῶν, στοχαστικὴν τοῦ καλοῦ ἢ καλόν, τὴν δὲ κακίαν ὑπεναντίαν εἶναι αὐτῇ· κοινὴν δὲ δοξαστικῆς καὶ ἠθικῆς ἕξιν θεωρητικήν, καὶ προαιρετικήν, καὶ πρακτικὴν τῶν ἐν ταῖς πράξεσι καλῶν· τὴν δὲ τέχνην [272] καὶ ἐπιστήμην καὶ τὸν νοῦν κοινὴν ἀκρότητα λογικῆς κατασκευῆς εἶναι θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν· σοφίαν δέ, ἐπιστήμην τῶν πρώτων αἰτιῶν· φρόνησιν δέ, ἕξιν βουλευτικὴν καὶ πρακτικὴν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ᾗ καλά· ἀνδρείαν δέ, ἕξιν ἐν θαρρήσει καὶ φόβοις τοῖς μέσοις ἀμέμπτων· σωφροσύνην δέ, ἕξιν ἐν αἱρέσει καὶ φυγῇ ἀμέμπτως ποιοῦσαν, δι' αὐτὸ τὸ καλόν· πραότητα δέ, ἕξιν μέσην ὀργιλότητος καὶ ἀναλγησίας· ἐλευθεριότητα δέ, μεσότητα ἀσωτίας καὶ ἀνελευθερίας· μεγαλοψυχίαν δέ, μεσότητα χαυνότητος καὶ μικροψυχίας· μεγαλοπρέπειαν [273] δὲ μεσότητα ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας· νέμεσιν δὲ μεσότητα φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας· σεμνότητα δὲ μεσότητα αὐθαδείας καὶ ἀρεσκείας· αἰδῶ δὲ μεσότητα ἀναισχυντίας καὶ καταπλήξεως· εὐτραπελίαν δὲ μεσότητα βωμολοχίας καὶ ἀγροικίας· φιλίαν δὲ μεσότητα κολακείας [274] καὶ ἔχθρας· ἀλήθειαν δὲ μεσότητα εἰρωνείας

---

cturum esse. Ac prælaturum quidem cum aliis vitæ institutis conjunctam honestarum rerum et actionem et contemplationem; sed si temporum iniquitate ab utraque occupationis ratione prohibeatur, altera cum usurum, præferentem quidem vitam contemplativam, sed tamen propter communis societatis amorem publica negotia non declinantem. Quocirca eum et uxorem ducturum et liberos procreaturum et ad rempublicam accessurum et honesto amore flagraturum, et vino in circumpotatione se obruiturum, etsi non consulto; atque omnino virtutem colendo tum in vita mansurum, tum rursus si quando oporteat necessitate coactum e vita excessurum esse, quum sepulturæ ex lege et ritu patrio justorumque quæ mortuis persolvenda sunt curam egerit. Vitarum autem tres esse species, activam, contemplativam atque ex utraque compositam. Namque ut vita voluptatibus dedita minor quam pro hominis dignitate judicetur, ita contemplativam reliquis præoptari. Cæteroqui rempublicam gesturum esse virum probum consulto, non pro ratione temporum; quoniam vita activa in regenda civitate cernatur. Præterea optimam vitam esse honestam in iis quæ naturæ conveniunt; proximam in medium habitum compositam, quæ in plurimis et gravissimis rebus ad naturæ normam dirigitur; atque has vitas expetendas, fugiendam vero flagitiosam. Differre autem vitam felicem ab honesta, quatenus illa semper eo valeat, ut cum rebus naturæ consentaneis conjuncta sit, hæc sæpe etiam ad res naturæ repugnantes inclinet; atque ad illam virtus non sufficiat, ad hanc sufficiat. Mediam autem quandam vitam esse in mediocritate positam, in qua etiam officia serventur; quippe recte facta cadere in vitam honestam, peccata in flagitiosam, officia denique in eam quæ media vocari solet.

Quibus ita consideratis hæc etiam exponi convenit. virtutem moralem in commune esse habitum mediocres voluptates et dolores expetentem, honestum qua honestum est sequentem; vitium vero illi contrarium statui; communem porro virtutis opinandi vi præditæ et moralis esse habitum contemplationis et electionis et actionis rerum honestarum; at artem et scientiam et mentem communi subtilis compositionis perfectione tam contemplativa quam activa cerni; sapientiam autem esse primarum causarum scientiam; contra prudentiam dici habitum simul deliberativum simul agentem bona atque honesta, quatenus honesta sunt; præterea fortitudinem habitum in confidentia et metu inculpatum; temperantiam, habitum in expetendo et fugiendo ob ipsam honestatem ab omni culpa vacuum; mansuetudinem, habitum medium inter iracundiam et stuporem; insuper liberalitatem, medium quiddam inter prodigalitatem et sordes; ad hæc magnanimitatem, rem mediam inter fastum et animi contractionem; magnificentiam vero medium quiddam inter ostentationem et minimam parcimoniam interjectum; justam indignationem mediocritatem

καὶ ἀλαζονείας· δικαιοσύνην δὲ μεσότητα ὑπεροχῆς καὶ ἐλλείψεως, καὶ πολλοῦ καὶ ὀλίγου. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων οὐσῶν ἀρετῶν, τῶν μὲν καθ' αὑτάς, τῶν δὲ ἐν εἴδεσι τῶν εἰρημένων (οἷον ὑπὸ μὲν τὴν δικαιοσύνην εὐσεβείας, ὁσιότητος, χρηστότητος, εὐκοινωνησίας, εὐσυναλλαξίας· ὑπὸ δὲ τὴν σωφροσύνην, εὐκοσμίας, εὐταξίας, αὐταρκείας,) ἐπιδραμεῖν οὐκ ἄτοπον καὶ τοὺς τούτων ὅρους. Εὐσέβειαν μὲν οὖν εἶναι ἕξιν θεῶν καὶ δαιμόνων θεραπευτικήν, μεταξὺ οὖσαν ἀθεότητος καὶ δεισιδαιμονίας· ὁσιότητα δέ, ἕξιν δικαίων τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ κατοιχομένους τηρητικήν, μεταξὺ ἀνοσιότητος οὖσαν καὶ ἀνωνύμου τινός· χρηστότητα δέ, ἕξιν ἑκουσίως εὐποιητικὴν ἀνθρώπων, αὐτῶν ἐκείνων χάριν, μεταξὺ πονηρίας οὖραν καὶ ἀνωνύμου· εὐκοινωνησίαν δέ, ἕξιν ἀμέμπτους ἐν κοινωνίᾳ [275] παρεχομένην, μεταξὺ ἀκοινωνησίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου· εὐσυναλλαξίαν δέ, ἕξιν εὐλαβητικὴν τῆς ἐν τοῖς συμβαλλομένοις ἀδικίας, μεταξὺ ἀσυναλλαξίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου, (τὴν δὲ ἀνώνυμον κατὰ τὸ ἀκροδίκαιον εἶναί πως·) εὐκοσμίαν δέ, ἕξιν περί τε κινήσεις καὶ σχέσεις τηρητικὴν τοῦ πρέποντος, μεταξὺ οὖσαν ἀκοσμίας καὶ ἀνωνύμου· εὐταξίαν δέ, ἕξιν στοχαστικὴν τοῦ περὶ τάξιν καλοῦ, μεταξὺ ἀταξίας οὖσαν καὶ ἀνωνύμου· αὐτάρκειαν δέ, ἕξιν ἀρκουμένην τοῖς τυχοῦσι μετὰ ἐλευθεριότητος, μεταξὺ πτωχείας οὖσαν καὶ πολυτελείας· εὐψυχίαν δέ, ἕξιν ἀήττητον ἐν δεινῶν ὑπομοναῖς, μεταξὺ ἀψυχίας καὶ ἀρειμανιότητος· φιλοπονίαν δέ, ἕξιν ἀνένδοτον πόνοις, ἐξεργαστικὴν τοῦ καλοῦ, μεταξὺ μαλακίας τε καὶ ματαιοπονίας. Τὴν δ' ἐκ πασῶν τῶν ἠθικῶν ἀρετὴν συνεστηκυῖαν λέγεσθαι μὲν καλοκαγαθίαν, τελείαν δὲ ἀρετὴν εἶναι, τά τε ἀγαθά, ὠφέλιμα καὶ καλὰ ποιοῦσαν, τά τε καλὰ δι' αὐτὰ αἱρουμένην.

Διωρισμένων δ' ἱκανῶς τῶν περὶ τὰς ἀρετάς, καὶ σχεδὸν τῶν πλείστων ἀνειλημμένων κεφαλαίων τοῦ ἠθικοῦ τόπου, ἀναγκαῖον ἑφεξῆς καὶ περὶ τοῦ οἰκονομικοῦ τε καὶ πολιτικοῦ διελθεῖν, ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ζῷον ἄνθρωπος. Πολιτεία δὲ πρώτη, σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον ἐπὶ τέκνων γενέσει καὶ βίου κοινωνίᾳ. Τοῦτο δὲ προσονομάζεται μὲν οἶκος, ἀρχὴ δὲ πολεώς ἐστι, περὶ οὗ δὴ καὶ λεκτέον. Μικρὰ γάρ τις ἔοικεν εἶναι πόλις ὁ οἶκος, εἴγε κατ' εὐχὴν αὐξομένου τοῦ γάμου, καὶ τῶν παίδων ἐπιδιδόντων, καὶ συνδυαζομένων ἀλλήλοις, ἕτερος οἶκος ὑφίσταται, καὶ τρίτος οὕτω καὶ τέταρτος, ἐκ δὲ τούτων κώμη καὶ πόλις. Πλειόνων γὰρ γενομένων κωμῶν, πόλις ἀπετελέσθη. Δι' ὃ καὶ τὰ σπέρματα καθάπερ τῆς γενέσεως τῇ πόλει παρέσχεν ὁ οἶκος, οὕτω καὶ τῆς πολιτείας. Καὶ γὰρ βασιλείας ὑπογραφὴν εἶναι περὶ τὸν οἶκον, καὶ ἀριστοκρατείας, καὶ δημοκρατίας. Γονέων μὲν γὰρ πρὸς τέκνα κοινωνίας τὸ σχῆμα βασιλικόν· ἀνδρῶν δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀριστοκρατικόν· παίδων δὲ

---

invidentiæ et malevolentiæ; gravitatem autem medium quiddam inter superbiam et comitatem; contra pudorem mediocritatem in confinio impudentiæ et consternationis positam; ad hoc urbanitatem rem mediam inter scurrilitatem et rusticitatem; inimicitiam medium quiddam inter assentationem et amicitiam; veritatem rem mediam inter dissimulationem et jactantiam; denique justitiam medium locum inter abundantiam atque inopiam vel inter nimium et parum tenere. Quum autem multæ aliæ sint virtutes, tum quæ per se subsistunt, tum quæ superioribus continentur, ut justitiæ subest pietas, sanctitas, probitas, facilitas, comitas; temperantiæ vero decentia, modestia, frugalitas, harum quoque definitiones carptim perscribere non alienum erit. Pietatem igitur esse volunt habitum ad colendos deos geniosque aptum eumque medium inter impietatem et superstitionem; sanctitatem, habitum officia diis et mortuis debita sequentem eumque medium inter id quod profanum est et aliud nomine vacans; probitatem vero, habitum sponte hominibus ipsorum causa bene facientem, atque inter improbitatem et rem nomine vacantem interjectum; facilitatem autem habitum innocentes in vitæ societate præstantem, atque inter morositatem et rem innominatam interjectum; porro comitatem, habitum in contractibus ab omni injustitia abhorrentem, atque inter naturam insociabilem et rem nullo nomine notatam interjectum, quam summum jus quodammodo vocare possis; præterea decentiam, habitum in motibus et gestibus decori servatorem, qui medius sit inter indecentiam et rem nullo vocabulo nuncupatam; modestiam, habitum ad honestatem in conservando ordine propensum, qui medium locum inter petulantiam et rem nomine carentem teneat; insuper frugalitatem, habitum rebus quibuslibet contentum, conjunctum cum liberalitate atque inter mendicitatem et magnificentiam interjectum; ad hæc alacritatem, habitum invictum in ferendis rebus adversis atque inter timiditatem et pugnacitatem interjectum; denique industriam, habitum nullo labore languescentem ac præclarorum operum fabricatorem, qui medius sit inter mollitiem et studium inane. At quæ ex cunctis virtutibus moralibus composita sit virtus, eam morum integritatem dici ac perfectam esse virtutem, tum bene atque utiliter facientem, tum honeste agentem, honesta autem per se expetentem.

Quum vero satis jam explicatæ sint virtutes et pleraque morum doctrinæ capita pertractata, operæ pretium est deinceps de privatæ vitæ ratione ac de rerum uplicarum rectione disserere, quoniam natura homo animal civile est. Prima autem societas viri est et feminæ congressio legitima ad liberos procreandos et vitæ communitatem. Quæ quidem res ut familia vocatur, ita civitatis initium est, de quo hic etiam disputandum videtur. Etenim parva quædam civitas est familia, siquidem ad voluntatem succedentibus nuptiis et liberis pubescentibus atque inter se copulatis, altera nascitur familia, item tertia et quarta, ex his vero pagus ac civitas. Nimirum e pagorum numero paullatim

πρὸς ἀλλήλους, δημοκρατικόν. Συνέρχεται γὰρ τῷ θήλει τὸ ἄρρεν κατὰ πόθον τεκνώσεως, καὶ τῆς τοῦ γένους διαμονῆς· ἐφίεσθαι γὰρ ἑκάτερον γεννήσεως. Συνελθόντων δὲ καὶ συνεργὸν τῆς κοινωνίας προσλαμβανομένων, εἴτε φύσει δοῦλον, (ἰσχυρὸν μὲν τῷ σώματι πρὸς ὑπηρεσίαν, νωθῆ δὲ καὶ κάθ' ἑαυτὸν ἀδύνατον διαζῆν ᾧ τὸ ἄρχεσθαι συμφέρει,) εἴτε καὶ νόμῳ δοῦλον, ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνόδου, καὶ τῆς πάντων πρὸς ἓν συμφέρον προμηθείας, οἶκον συνίστασθαι. Τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ φύσιν ἔχειν τὸν ἄνδρα. Τὸ γὰρ βουλευτικὸν ἐν γυναικὶ μὲν χεῖρον, ἐν παισὶ δ' οὐδέπω, περὶ δούλους οὐδ' ὅλως· τὴν δ' οἰκονομικὴν φρόνησιν, διοικητικὴν οὖσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν κατ' οἶκον, οἰκείαν ἀνδρὸς ὑπάρχειν. Ταύτης δὲ τὸ μὲν εἶναι πατρικόν, τὸ δὲ γαμικόν, τὸ δὲ δεσποτικόν, τὸ δὲ χρηματιστικόν. Δεῖν γάρ, ὥσπερ στρατιᾷ μὲν παρασκευῆς, πόλει δὲ προσόδων, τέχνῃ δ' ὀργάνων, οὕτω καὶ οἴκῳ τῶν ἀναγκαίων. Διττὰ δὲ ταῦτα, πρός τε τὸ κοινότερον ζῆν, καὶ πρὸς τὸ εὖ. Τούτων γὰρ πρῶτον ἔχειν δεῖ πρόνοιαν τὸν οἰκονομικόν, ἢ τὰς προσόδους αὔξοντα διὰ πορισμῶν ἐλευθερίων, ἢ τὰ δαπανήματα συστέλλοντα· μέγιστον γὰρ τοῦτο τὸ κεφάλαιον τῆς οἰκονομικῆς. Δι' ὃ καὶ πολλῶν ἔμπειρον εἶναι τὸν οἰκονομικόν, γεωργίας, προβατείας, μεταλλείας, ἵνα τοὺς λυσιτελεστάτους ἅμα καὶ δικαιοτάτους καρποὺς διαγιγνώσκῃ. Τῆς δὲ χρηματιστικῆς τὴν μὲν εἶναι κρείττω, τὴν δὲ χείρω. Κρείττω μὲν τὴν φύσει γιγνομένην, χείρω δὲ τὴν διὰ καπηλικῆς. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς οἰκονομικῆς εἰρημένα ἀπόχρῃ [276].

Περὶ δὲ πολιτικῆς ταῦτ' ἂν εἴη κεφάλαια· πρῶτον μὲν ὅτι συνέστησαν αἱ πόλεις τῇ μὲν διὰ τὸ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ δὲ διὰ τὸ συμφέρον. Εἶτα ὅτι ἡ τελειοτάτη κοινωνία πόλις ἐστί, καὶ ὅτι πολίτης ἐστίν, ᾧ μέτεστι πολιτικῆς ἀρχῆς [277]. Πόλις δὲ τὸ ἐκ τῶν τοιούτων πλῆθος ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς. Τοῦ δὲ πλήθους ὅρον εἶναι τοιοῦτον, ὥστε μήτε τὴν πόλιν ἀσυμπαθῆ, μήτ' εὐκαταφρόνητον ὑπάρχειν, παρεσκευάσθαι δὲ καὶ τὰ πρὸς τὴν ζωὴν ἀνενδεῶς, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας ἱκανῶς. Εἶναι γὰρ τῆς φρονήσεως τὸ μὲν οἰκονομικόν, τὸ δὲ νομοθετικόν, τὸ δὲ πολιτικόν, τὸ δὲ στρατηγικόν. Οἰκονομικὸν μέν, ὡς εἶπον, τὸ διοικητικὸν αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ οἶκον, νομοθετικὸν δέ, τὸ περὶ τὴν θέσιν καινῶν νόμων, πολιτικὸν δέ, τὸ τῆς πόλεως διοικητικόν, στρατηγικὸν δέ, τὸ περὶ τὴν θεωρίαν καὶ διοίκησιν τῶν στρατοπέδῳ συμφερόντων. Ἄρχειν δ' ἀναγκαῖον τῶν πόλεων ἢ ἕνα ἢ ὀλίγους ἢ πάντας. Τούτων δὲ ἕκαστον ὀρθῶς ἢ φαύλως ἔχειν. Ὀρθῶς μέν, ὅταν οἱ ἄρχοντες τοῦ κοινῇ συμφέροντος στοχάζωνται· φαύλως δέ, ὅταν τοῦ ἰδίου. Τὸ δὲ φαῦλον παράβασιν εἶναι τοῦ ὀρθοῦ. Βασιλείαν μὲν οὖν καὶ ἀριστοκρατίαν καὶ δημοκρατίαν ἐφίεσθαι τοῦ ὀρθοῦ· τυραννίδα δὲ καὶ ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν τοῦ φαύλου. Γίγνεσθαι δέ τινα καὶ μικτὴν ἐκ τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν ἀρχήν. Μεταβάλλειν δὲ τὰς πολιτείας πολλάκις πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον. Καθόλου δ' ἀρίστην εἶναι πολιτείαν τὴν κατ' ἀρετὴν διακεκοσμημένην, χειρίστην δὲ τὴν κατὰ κακίαν. Ἄρχειν δὲ καὶ βουλεύειν καὶ δικάζειν

---

aucto civitas oritur. Quocirca quemadmodum e familia civitas, sic etiam respublica proseminata est. Cerni enim in familia quasi adumbrationem quandam non magis regni quam optimatium dominatus et popularis reipublicæ. Nam parentum quidem cum liberis societas regni speciem præbet, maritorum cum uxoribus optimatium civitatis, liberorum denique inter se rationis popularis. Quippe mas cum femina congreditur tum liberorum procreandorum tum generis propagandi causa, quoniam uterque gignendi cupiditate flagrat. Qui postquam congressi sunt atque in societatem assumserunt victus quotidiani administrum sive natura servum, (ut corpore ad ministerium valentem, ita propter ingenii tarditatem, quum per se vivere non possit, dominum requirentem,) sive etiam lege servum, ex hoc conventu omniumque rerum cura ad communem utilitatem relata conflari atque effici familiam. Hujus autem principatum secundum naturam virum obtinere, quia consilium mulier quidem deterius habeat, pueri autem nondum, servi vero nequaquam, et idcirco omnis privatæ vitæ ratio propria viri sit semet ipsum et rem familiarem tuentis. Eam porro partim esse paternam, partim nuptialem, partim herilem, partim quæstuosam. Nam quomodo exercitus apparatum, civitas vectigalia, ars instrumenta desideret, sic familiam rebus necessariis egere. Has duplicis esse generis cum ad parce tum ad laute vivendum. Iis videlicet primum prospicere debet bonus paterfamilias, vel ita ut reditus liberali quæstu amplificet, vel ut sumtus circumcidat; siquidem hoc est caput scientiæ dispensandi res domesticas. Quocirca oportet peritum earum dispensatorem multas res habere cognitas, verbi gratia agriculturam, pecuariam, metallorum scrutationem, ut maximos diligentiæ suæ fructus sine fraude percipiat. Ceterum pecuniæ quærendæ rationem alteram præstantiorem esse, alteram deteriorem; præstantiorem quæ natura duce exerceatur, deteriorem quæ institorio imitatur. Atque hæc quidem de rei domesticæ administratione dicta sufficiant.

De civili autem prudentia hæc præcipue notanda sunt: primum quidem civitates tum ob naturalem hominum ad societatem propensionem, tum utilitatis causa constitutas esse: deinde perfectissimam societatem civitatem esse atque eum pro cive habendum qui magistratum gerat. Est vero civitas talium virorum ad vitam commode agendam justus numerus. Sed justum illum numerum ita definiri, ut civitas neque ab aliis adjuvandis abhorreat, neque contemnenda sit, verum satis et ad bene vivendum et ad hostes propulsandos valeat. Est enim alia privatæ vitæ ratio, alia legum latoris facultas, alia civilis prudentia,

ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις ἐκ πάντων, ἢ αἱρέσει ἢ κλήρῳ· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐκ τῶν εὐπόρων· ἐν δὲ ταῖς ἀριστοκρατίαις ἐκ τῶν ἀρίστων. Στάσεις δ' ἐν ταῖς πόλεσι γίγνεσθαι τὰς μὲν κατὰ λόγον, τὰς δὲ κατὰ πάθος. Κατὰ λόγον μέν, ὅταν οἱ ἴσοι ὄντες ἄνισα ἔχειν ἀναγκάζωνται· κατὰ πάθος δέ, διὰ τιμήν, ἢ φιλαρχίαν, ἢ κέρδος, ἢ εὐπορίαν. Καταλύεσθαι δὲ τὰς πολιτείας διὰ δύο αἰτίας, ἢ βίᾳ, ἢ ἀπάτῃ. Μονιμωτέρας [278] δὲ γίγνεσθαι τοῦ κοινῇ συμφέροντος ἐπιμελουμένας. Δικαστήρια δέ, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἐκκλησίας, καὶ ἀρχὰς διωρίσθαι ταῖς πολιτείαις οἰκείως. Κοινοτάτας δ' ἀρχὰς εἶναι ἱερωσύνην θεῶν, στρατηγίαν, ναυαρχίαν, ἀγορανομίαν, γυμνασιαρχίαν, γυναικονομίαν, παιδονομίαν, ἀστυνομίαν, ταμιείαν, νομοφυλακίαν, πρακτορείαν. Τούτων δ' εἶναι τὰς μὲν κατὰ πόλεις, τὰς δὲ κατὰ πόλεμον, τὰς δὲ περὶ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἐμπορίας. Πολιτικοῦ δ' ἀνδρὸς ἔργον εἶναι καὶ τὸ διορθῶσαι πολιτείαν, ὃ πολὺ χαλεπώτερον φαίνεται τοῦ κτίσαι· καὶ τὸ διανεῖμαι τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν πρὸς ταναγκαῖα, τὸ δὲ πρὸς τὰ σπουδαῖα. Δημιουργοὺς μὲν γὰρ καὶ θῆτας [279] καὶ γεωργούς, καὶ ἐμπόρους, πρὸς τὸ ἀναγκαῖον, ὑπηρέτας γὰρ εἶναι τοῖς πολιτικοῖς τούτους· τὸ δὲ μάχιμον πᾶν καὶ βουλευτικὸν κυριώτερον εἶναι, διὰ τὸ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ περὶ τὰ καλὰ σπουδάζειν. Τούτων δὲ τὸ μὲν πρεσβύτερον προβουλεύειν, τὸ δὲ γεραρώτερον θεραπεύειν τὸ θεῖον, τὸ δὲ νέον ἅπαν προπολεμεῖν. Ταύτην δ' ἀρχαίαν εἶναι πάνυ τὴν διάταξιν, Αἰγυπτίων πρώτων καταστησαμένων, πολιτικῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον· καὶ τὸ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἱδρῦσθαι τόποις· καὶ τὸ τῆς τῶν ἰδιωτῶν χώρας τὸ μὲν ἕτερον πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς διατετάχθαι, τὸ δ' ἕτερον πρὸς τῇ πόλει, ἵνα δύο κλήρων ἑκάστῳ νεμηθέντων, ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς χώρας εὐσύνοπτα ὑπάρχῃ. Χρήσιμον δὲ καὶ τὸ νομοθετεῖν συσσίτια ποιεῖσθαι, καὶ τὸ περὶ τῆς κοινῆς παιδείας τῶν τέκνων σπουδάζειν· καὶ τὸ πρὸς τὴν ῥώμην τῶν σωμάτων καὶ τελειότητα δεῖν μήτε νεωτέρων ἄγαν μήτε πρεσβυτέρων τοὺς γάμους ποιεῖσθαι, ἀτελῆ γὰρ γίγνεσθαι κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἡλικίας καὶ τελείως ἀσθενῆ τὰ ἔγγονα. Καὶ τὸ νομοθετεῖν δὲ μηδὲν ἐκτρέφειν πεπηρωμένον, μηδ' ἐκτιθέναι τέλειον, μηδ' ἐξαμβλοῦν, συμφορώτατον δήπου. Καὶ τῶν μὲν πολιτικῶν τὰ κεφάλαια ταῦτα [280].

---

alia denique ars imperatoria. Ac privatæ quidem, ut dixi, vitæ ratio est suarum rerum et familiæ cura, legum latoris facultas vero novarum legum sanciendarum scientia, contra civilis prudentia reipublicæ administratio, denique ars imperatoria contemplatio et administratio rerum exercitui utilium. Est autem necesse vel unum vel paucos vel omnes civitatem gubernare, atque horum singula aut recte aut secus se habere. Recte quidem, quum principes communem spectant utilitatem, secus vero quum propriam; pravum autem esse recti violationem. Ac regnum quidem, optimatium dominatum et popularem rempublicam ad rectum tendere; tyrannidem vero, paucorum potentiam et plebis imperium sequi pravum. Quin etiam mixtum quoddam e bonis civitatis generibus imperium conflari. Porro mutari sæpenumero respublicas in melius vel deterius. Omnino vero optimam esse civitatem quæ honeste gubernetur, pessimam quæ turpiter regatur. Magistratum autem gerere ac senatores et judices esse in populari republica viros ex omni civium numero vel electione vel sorte ductos; in paucorum potentia homines ex divitum, in optimatium dominatu ex optimatium numero. Præterea seditiones in civitatibus partim cum ratione, partim cum affectu concitari. Cum ratione quidem, quando æquales ad inæqualia rediguntur; cum affectu vero ab iis qui honorum, imperii, lucri, opum cupiditate trahuntur. Everti autem civitates duabus rationibus, aut vi aut dolo. Ex his diutius stare quæ communi utilitati serviant. Judicia vero, curias, conciones et magistratus pro reipublicæ genere constitui. Cæterum frequentissimos magistratus esse sacerdotia deorum, præturam, classis imperium, annonæ præfecturam, gymnasii gubernationem, modestiæ matronalis curam, puerilem institutionem, ædilitatem, quæsturam, legum custodiam, pecuniarum exactionem. Horum magistratuum alios esse urbanos, alios militares, alios denique circa portus et mercaturam versari. Jam vero viri rempublicam capessentis esse emendare etiam civitatem, quod multo difficilius videatur quam eam condere; nec non alteram multitudinis partem ad necessaria, alteram ad honesta adducere. Opifices enim, mercenarios, agricolas, mercatores ad necessaria referri, quia hi multam operam et reipublicæ utilem præbeant; at milites omnes ac senatores primores civitatis haberi, quum et virtutem colant et rebus præclaris studeant. Ex his senes quidem consulere, majestate venerabiles diis immortalibus cultum adhibere, juvenes denique cunctos pro patriæ salute propugnare. Verum cum hanc rerum publicarum constitutionem admodum antiquam esse eamque primum ab Ægyptiis profectam, tum reliquorum quoque quæ ad civitatem spectant, verbi gratia, ut deorum templa clarissimis locis ponerentur, utque privatorum agri partim in extrema regione partim ad urbes locarentur, quo facilius binis unicuique tributis agri portionibus utraque regionis pars inspiceretur. Præterea utile est lege sancire, ut sodalitia instituantur et communis liberorum educationis cura agatur, nec non corporum roboris et perfectionis causa, ne justo juniores neve seniores matrimonio jungantur, quod utriusque ætatis parentum proles imbecilla atque imperfecta fiat. Adde quod utique reipublicæ maxime conducit cautum esse in legibus, ne vel mutili infantes tollantur atque educentur, vel integri et perfecti exponantur vel abortus fiant. Atque hæc quidem de republica præcipue notanda esse arbitratus sum.

(Stobæus Eclog. lib. II cap. 7, p. 32 seqq. ed. Heeren. Universam de moribus doctrinam hoc capite complectitur Didymus, Academicorum, Peripateticorum et Stoicorum habita ratione. Quum autem ex cæteris philosophorum familiis Epicureos potissimum et Cyrenaicos multum de talibus rebus quæsivisse constet, existimamus eum de illis quoque disputasse, sed eorum placita a Stobæo in Septimii filii gratiam has qualescunque veterum reliquias colligente esse prætermissa. Ad Academicorum decreta cognoscenda eorumque summam proponendam sine dubio Didymus Speusippi, Xenocratis et reliquorum scripta adiit quæ jam pridem interciderunt. Cum hac vero disputationis parte contendenda sunt quæ Cicero in Academicis Quæstionibus iisdem de rebus disserit. De singulis locis pauca notabimus. — [1] τὸ ὀρεκτικὸν μέρος legi convenit cum melioribus codd. pro τὸ ὀρεκτικὸν πάθος. Nam nemo est qui ignoret Platonem tres animæ partes esse voluisse, unam ratione præditam, τὸ λογικὸν μέρος, ac duas ratione vacantes, τὸ ἐπιθυμητικόν, et τὸ θυμικόν, quæ hic communi nomine τοῦ ὀρεκτικοῦ comprehenduntur. — [2] Scripserat Zeno teste Diog. Laert. lib. VII, 4 plures de morali philosophia libros, περὶ ὁρμῆς, περὶ παθῶν, περὶ τοῦ καθήκοντος et alios ex quibus hæc petita videntur. — [3] Vid. Aristot. Ethic. Nicom. lib. II, 4. Sed hanc ipsam definitionem conjicimus ab Aristotele in deperdito opere περὶ παθῶν vulgatam esse. Cf. Diog. Laert. lib. V, 23. — [4] Sic etiam Diogenes Laertius lib. VII, 63 : ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. — [5] Applicat se Didymus in exsequendis Academicorum scitis ad duos ejus philosophiæ magistros, Philonem Larissæum et Eudorum Alexandrinum, qui novæ Academiæ philosophis annumerantur. Fuit autem Philo Larissæus clarus Ciceronis ætate qui eum bello Mithridatico profugum Romæ audiverat summisque laudibus effert Quæst. Acad. lib. I, 4 et lib. IV, 4. Perierunt ejus libri, in quibus duas esse Academias negaverat. Vid. Cicero l. c. — [6] Philonem Clitomachi auditorem fuisse memoriæ prodit etiam Cicero Acad. lib. IV, 6. — [7] Scripsi ἀναλογίας rejecta codicum scriptura ἀναλογίαν. — [8] Posui τὸ προσάγειν ἐστὶ τὰ μὲν θεραπευτικά pro membranarum lectione τὸ προσάγειν ἐστὶ ταύτην τοῦ μὲν θεραπευτικοῦ. — [9] Rescripsi ὃ ἡ; codd. διὰ. Cæterum post νοσοποιεῖται τῆς ψυχῆς codices exhibent verba προσάγει λόγον quæ quia supervacanea erant a me omissa sunt. — [10] Membranarum scripturam ἐφ' ὃν καὶ ὅτ' ὃν mutavi in ἐφ' ὧν καὶ ὅτ' ἅ. — [11] οἷον τὸ τίς ἀρίστη rescripsi; libri οἷον ἐκ τοῦτίς ἀρίστη. — [12] ἑξαμέρεια est divisio in sex partes sive locos. Continet enim ὁ προτρεπτικὸς λόγος duos locos, τὸν παρορμῶντα et τὸν ἀπελέγχοντα, porro ὁ θεραπευτικός duos item, τὸν ὑπεξαιρετικόν et τὸν ἐνθετικόν, denique ὁ περὶ τέλους duos, τὸν περὶ εὐδαιμονίας et τὸν περὶ βίων, qui etsi duabus partibus de vita tum privata tum publica constat, tamen posteriorem, quod latissime pateat, separatim tractari debere contendit. — [13] Eudori Alexandrini, qui tum Academicus fuit tum Pythagoricus, res atque in litteras merita attigi in dissertatione de Pythagoreis. — [14] Expositis variis τῆς θεωρίας locis transit ad ea quæ ἡ ὁρμὴ sive appetitus complectitur. — [15] ἀῤῥωστήματα, quæ Cicero Tusc. IV, 10 vocat ægrotationes, pertinent ad vitiosum animi statum ex affectuum imperio ortum. Quæ sequuntur Stoicorum doctrinam redolent. Stoici enim multi erant in affectuum cum morbis comparatione, ut ex iis quæ infra de eorum decretis dicentur patebit. — [16] Pergit scriptor ad caput tertium περὶ πράξεως, cujus singulos locos enumerat. — [17] Post παθολογικός desideramus divisionem locorum περὶ τῶν αἰτιῶν et περὶ τῆς ἀσκήσεως, quia plures utriusque partes fuerunt. Quamobrem librariorum culpa hic quædam intercidisse arbitramur. — [18] Locorum qui ad πρᾶξιν spectant repetitionem mancam esse, præcedentia docent. Deest enim locus προτρεπτικός. Insuper locus παθολογικός quum non differat a παραμυθητικῷ, liquet vocem παθολογικόν quam Heerenius uncis inclusit, vel delendam vel reponendum esse ἢ παθολογικόν, nisi potius ad plenam enumerationem efficiendam præferas παραμυθητικόν, προτρεπτικόν, περὶ ἀσκήσεως κτλ. — [19] Exposita moralis philosophiæ divisione transit auctor ad singulos hujus disciplinæ locos, ita ut primum de fine agat; quam rem a veteribus philosophis sæpe pertractatam fuisse ex Ciceronis de Finibus bonorum et malorum libris intelligitur; deinde vero super bonis et malis scribat. Quum autem præter Academicorum placita aliorum quoque philosophorum decreta memoret, sequentia neque ex Philone neque ex Eudoro a Didymo sumta esse statuimus. Cæterum initio variæ vocis τέλος significationes enumerantur. — [20] Posui ἀτελής τις; codd. αὐτοτελής. — [21] Eadem leguntur apud Pollucem III, 3, qui, τέλειος, inquit, γάμος ἐλέγετο, ὡς τελειῶν πρὸς τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον. Hinc et Jupiter τέλειος, ut nuptiarum præses, et Ἥρη τελεία. — [22] Euripid. Bacch. vs. 385. — [23] Homer. Iliad. lib. X, 470. — [24] Cf. Lipsius Manud. Stoic. II, 13. — [25] Scripsi ὑπὸ Κράτητος; codd. Κρατῖνος.

Sed Cratinus non fuit philosophus. Similiter Cicero de Fin. lib. I cap. 9 : « Quærimus igitur, quid sit extremum, quid ultimum bonorum; quod, omnium philosophorum sententia, tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. » — [26] ἐπ' οὐδέν reposui cum Lipsio Manud. Stoic. II, 13; codd. ἐπ' οὐδενός. — [27] πρακτικόν rescripsi cum Heerenio; libri πρακτέον. — [28] διατεθεῖσθαι exaravi cum Madvigio ad Cic. de Fin. p. 144; membranæ διατιθέναι. — [29] ἀγούσης posui cum eodem pro membranarum scriptura ἁπάσης. — [30] ἐπιβολῆς cum Heerenio edidi; libri ἐπιβουλῆς. — [31] Homer. Odyss. lib. IX vs. 5, ubi τέλος usurpatur ut χρῆμα, *non enim ego ullam puto rem gratiorem esse*. Vide ibi Clarkium et Ernestum. — [32] Conf. Plat. Tim. p. 64 et Protag. p. 350. — [33] ὑποτελὶς vocatur *quod fini subjacet* sive quo ad finem consequendum a natura instructi sumus. Est enim finis secundum Stoicos naturæ convenienter vivere, τὸ ὑποτελὶς autem complectitur quidquid ad conservationem naturæ nostræ pertinet, ac si sapimus eo conferri potest, ut ejus ope ad summum bonum perveniamus. Quæ quum ita sint, τὸ ὑποτελὶς latine *indolem* vertimus. — [34] εὐφυΐα legendum cum melioribus libris pro membranarum quarundam scriptura εὐποΐα, sed alteram lectionem confirmat etiam Diogenes Laertius lib. VII, 61 : οἷον ἐπὶ μὲν τῶν ψυχικῶν, εὐφυΐαν, τέχνην κτλ. — [35] Nonnulli τὸ ὑποτελὲς nominarunt ὑποτελίδα, velut Herillus teste Diogene Laertio lib. VII, 165 : διαφέρειν δὲ τέλος καὶ ὑποτελίδα, τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ σοφοὺς στοχάζεσθαι, τοῦ δὲ μόνον τὸν σοφόν. — [36] Homer. Odyss. lib. IX, 5-6. — [37] Homer. Odyss. lib. V, 193. — [38] Scripsi ἐπ' αὐτοῦ; codd. ὑπ' αὐτόν. — [39] Posui ἁρμονικῷ cum Wyttenbachio ad Plutarch. lib. de ser. num. vind. p. 550, D, pro membranarum scriptura ἁρμονικῶς. — [40] Rescripsi παρὰ Πλάτωνος; libri παρὰ Πλάτωνι. — [41] Plato de Leg. lib. IV p. 716. — [42] οὐ πολύδοξον inserui e sequentibus cum Heerenio; in codd. hæc verba desiderantur. — [43] εἰς δὲ ταὐτὸ scripsi cum eodem; libri εἰ δὲ ταὐτό. — [44] Cf. Plat. Tim. p. 90. — [45] κατὰ τοὔνομα scripsi; codd. κατ' οὔνομα vel καὶ τ' οὔνομα. — [46] In Platonis loco Stobæi membranæ exhibent ὁμοίως ἂν τὸ δὲ vel τάδε pro ὁμοιώσαντα δὲ et προστεθέντος pro προτεθέντος quæ ex Platone restitui. In iisdem membranis est πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν μέλλοντα omisso χρόνον, quod ex Platone adjeci. Hic enim plene scripsit : πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον. — [47] Quæ sequuntur Aristotelis dogmata conveniunt quidem in universum cum iis quæ Stagirites in libris de Moribus ad Nicomachum, in primis lib. I cap, 5-9 exposuit, ubi finem hominis esse beatitudinem, hanc vero in virtute sive ἐν ἐνεργείᾳ κατ' ἀρετὴν positam esse demonstrat, nec tamen ex illo philosophi opere sumta videntur. Quum enim plura hic legantur quæ in Ethicis Nicomacheis non comparent neque verba utrobique eadem sint, arbitramur hunc locum e deperdito quodam Aristotelis libello esse petitum. Est autem verisimile eum in hunc modum philosophatum esse in commentariis quos de virtute (περὶ ἀρετῆς) ac de voluptate (περὶ ἡδονῆς) teste Diogene Laertio lib. V, 22-23 composuerat. — [48] Conf. Aristot. Eth. Nic. lib. I, 13, qui tamen ibi non tria, quorum hic mentio fit, genera virtutis, sed duo tantum τὴν διανοητικὴν et τὴν ἠθικὴν statuit. — [49] Quæ hic Aristoteli attribuitur felicitatis explicatio, apud Diogenem Laertium lib. V, 30 ad finem transfertur : τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ, quod tamen eodem redit, quia apud Aristotelem felicitas pro ipso fine ponitur. Sic enim Ethic. lib. I cap. 10 : τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα; et paulo post, τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν πάντως. — [50] Aristoteles l. c. tria ad beatitudinem requirit, primum χρῆσιν ἀρετῆς, deinde ἀρετῆς τελείας, denique ἐν βίῳ τελείῳ, ita ut exercitatio virtutis perfectæ in vita perfecta cernatur. Sed quartum illud quod hic adjicitur, ut sit χρῆσις προηγουμένη, desideratur apud Stagiriten. Itaque hoc aut e Stoicorum doctrina ductum est aut e riore quadam Peripatetici philosophi lucubratione, quæ jam pridem intercidit. Stoici τὰ προηγούμενα vel *producta* esse dicebant, quæ non quidem vera bona essent, sed tamen dignitatem quandam haberent. Hæc autem ab aliis bona corporis et externa vocari solent. De iisdem hoc loco agi intelligitur ex apposita interpretatione : προηγουμένην δέ, χάριν τοῦ τὴν χρῆσιν ἐν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, μὴ ἐν κακοῖς. Quid? quod Peripatetici quoque corporis bona et externa pro bonis habentes his sublatis perfectam felicitatem tolli affirmabant. Quapropter de fonte eorum quæ hic disseruntur non constat. Cæteroqui rejecta codicum scriptura προηγουμένοις vel προηγουμένην reposui προηγουμένη. — [51] μετεννηνεγμένον scripsi; codd. μετηγμένον. Est autem Platonis locus in Euthydemo p. 288. — [52] Vid. Aristot. Rhet. lib. I. — [53] Aristot. Rhet. lib. I cap. 9, item cap. 11. — [54] Plato Tim. p. 64. — [55] Posui Νικομαχείων; codd. Νικομαχιῶν. — [56] De hoc Eudoxi placito agit Aristoteles Ethic. Nicom. lib. X cap. 2. — [57] Vide quæ

dixi de illo loco ad Democriti fragmenta moralia pag. 255 ed. Berol. — [58] Plato de legg. lib. I p. 636. — [59] διαφέρουσιν, quod refertur ad Democritum et Platonem, addidi cum Heerenio. In membranis tale verbum desideratur. — [60] Quæ hic de *bono* traduntur maxime e Stoicorum scriptis petita sunt. Vid. Lipsium in Manud. Stoica Op. IV p. 484. Sed operæ pretium est cum iis comparare Aristotelis explicationes Rhet. lib. I cap. 6 propositas. — [61] Strato Lampsacenus, Peripateticus, teste Diogene lib. V, 58 tres de *bono* (περὶ τἀγαθοῦ) conscripserat libros, e quibus hic locus sine dubio depromtus est. — [62] καθὸ κρατήσει τῶν μερῶν scripsi cum Heerenio; codd. καθοραθήσεται τῶν μιρῶν vel τῶν κατὰ μέρος. Cf. Cicero de Fin. V, 10-12. — [63] Plato de legg. I p. 361. — [64] Vide bonorum divisionem de leg. I p. 361 expositam, quæ conferenda est cum præclaro Philebi loco pag. 55. — [65] Quum tria sint bonorum genera, τὸ καλὸν non modo animi bonis convenire dicit, sed reliquis quoque duobus, quæ tum ad corpus tum ad externa pertinent. — [66] Aristoteles de Moribus ad Nicomachum lib. I cap 6, 8, et Magn. Moral. I, 3. — [67] Hanc τοῦ καλοῦ originationem habet Plato Cratyl. p. 416. — [68] Postquam de singulis locis egit scriptor ex quibus morum doctrina maxime pendebat atque in quibus illustrandis philosophi præcipue versabantur, transit ad Stoicorum de morali philosophiæ parte placita. Videtur autem Zenonis, Chrysippi et Cleanthis potissimum scrinia compilasse. Inter Zenonis scripta moralia eminuit olim opus περὶ ὁρμῆς memoratum Diogeni Laertio lib. VII, 4. Cf. Fabric. Bibl. Græc. vol. III, p. 581 ed. Harl. Cæterum initio adumbratur divisio rerum, quatenus vel bonæ vel malæ vel indifferentes sunt. Magnum enim in ea positum est momentum ad rerum omnium naturam e Stoicorum ratione aperiendam. — [69] περιπάτησις hoc loco est *disputatio philosophica*, ut apud Diogenem Laertium lib. VII, 98. Vide Rossium in Comm. Laert. p. 138 seq. Cf. Henr. Stephanum in Thes. ling. græc. voc. περίπατος. — [70] Similiter Diogenes Laertius lib. VII, 98 : πᾶν δὲ ἀγαθὸν συμφέρον εἶναι καὶ δέον καὶ λυσιτελὲς καὶ χρήσιμον καὶ εὔχρηστον καὶ καλὸν καὶ ὠφέλιμον καὶ αἱρετὸν καὶ δίκαιον, qui locus omnino cum hoc conferendus. — [71] Planius hæc explicat Sextus Empiricus adv. Math. lib. XI, 25, pag. 695 ed. Fabric : λέγεται γὰρ ἀγαθόν, φασί, καθ' ἕνα μὲν τρόπον τὸ ὑφ' οὗ ἢ ἀφ' οὗ ἔστιν ὠφελεῖσθαι· ὃ δὴ ἀρχικώτατον ὑπῆρχε καὶ ἀρετή· ἀπὸ γὰρ ταύτης ὥσπερ τινὸς πηγῆς πᾶσα πέφυκεν ἀνίσχειν ὠφέλεια. Καθ' ἕτερον δὲ τὸ καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι· οὕτως οὐ μόνον αἱ ἀρεταὶ λεχθήσονται ἀγαθά, ἀλλὰ καὶ αἱ κατ' αὐτὰς πράξεις, εἴπερ καὶ κατὰ ταύτας συμβαίνει ὠφελεῖσθαι. Κατὰ δὲ τὸν τρίτον καὶ τελευταῖον τρόπον λέγεται ἀγαθόν, τὸ οἷόν τε ὠφελεῖν, ἐμπεριλαμβανούσης τῆς ἀποδόσεως ταύτης τάς τε ἀρετὰς καὶ τὰς ἐναρέτους πράξεις, καὶ τοὺς φίλους καὶ σπουδαίους ἀνθρώπους. Vide Lipsium Manud. Stoic. II p. 22; item Menagium ad Diog. Laert. lib. VII, 94. — [72] Scripsi καθ' ὃ; codd. καθ' οὗ. — [73] Cf. Diog. Laert. lib. VII, 95. — [74] Verba ἕξεις, τὰ δὲ quæ desunt in membranis addidit Bakius Posidon. p. 212 ex Diog. Laert. lib. VII, 98. — [75] Inserui ἕξεις τὰ δὲ quæ excidisse videntur. — [76] Reposui Heerenio præeunte τὰς γ' εὐκαταφορίας; codd. τὰς δ' εὐκαταφθορίας. Diogenes Laertius VII, 115 : καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ σώματος εὐεμπτωσίαι τινὲς λέγονται, οἷον κατάῤῥους καὶ διάῤῥοια· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰσιν εὐκαταφορίαι, οἷον φθονερία, ἀνελεημοσύνη, ἔριδες καὶ τὰ παραπλήσια. Ad quem locum vide Menagium. Cf. Cicero Tuscul. IV, 12. — [77] Diog. Laert. VII, 96. — [78] Sequuntur eæ quæ olim in Stoicorum libris reperiebantur virtutum vitiorumque illis oppositorum definitiones. Quo nomine hic scriptor quem rerum frequentia crebrum esse omnes confitentur, longe præstat Diogeni Laertio pauciora de eodem argumento nos docenti. — [79] φύσει πολιτικὸν ζῷον nominatur homo quem totius mundi incolam atque civem esse Stoici arbitrabantur eaque re a bestiis distingui affirmabant. Arrian. II, 10 : ἐπὶ τούτοις πολίτης εἶ τοῦ κόσμου κτλ. — [80] Inserui ἀδικίαν δὲ ἄγνοιαν μὴ ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ, quæ verba desunt in membranis. — [81] A Zenone Didymum hasce virtutum explicationes mutuatum esse intelligitur ex Plutarch. de virt. morali cap. 2, vol. IX p. 392 ed. Hutten. — [82] Cf. Diog. Laert. VII, 90. — [83] Scripsi ἅμα διαιρετικὴν καὶ ἀνακεφαλαιωτικὴν cum Wyttenbachio ad Plutarch. II p. 103 A; codd. ἀνταναιρετικὴν καὶ μὴ κεφαλαιωτικήν. — [84] Diog. Laert. VII, 93 : τὴν δὲ μεγαλοψυχίαν, ἐπιστήμην ἢ ἕξιν ὑπεράνω ποιοῦσαν τῶν συμβαινόντων κοινῇ φαύλων τε καὶ σπουδαίων. — [85] κατὰ τὸ σύμφωνον cum Heerenio edidi; codd. καὶ τὸ σύμφωνον. Etenim quadruplex fructus virtutis cujus hic mentio fit pertinet ad quatuor virtutes primarias; officii inventio ad prudentiam, appetitionum constantia ad temperantiam, resistendi vis ad fortitudinem, denique distributiones secundum concentum a natura constitutum ad justitiam. — [86] Iisdem prope verbis Cicero Tuscul. IV, 13 : « ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se e quibus constamus, sanitas, sic animi dicitur cum ejus judicia opinionesque concordant. » Com-

parabant enim Stoici, maxime Chrysippus, corporis et animi statum atque utriusque morbos. Vide Cicer. Tuscul. IV, 10. Hunc autem philosophiæ locum fortasse pertractavit Chrysippus in quatuor libris de differentia virtutum vel in aliis scriptis quibus virtutis, officii et bene vivendi disciplinam complexus est. Cf. Diogenes Laertius lib. VII, 202. — [87] Posui καθιστάντων αὐτὸ; codd. καθεστώτων αὐτῷ. — [88] Rescripsi πρὸς τὸ ὅλον τε αὐτοῦ; membranæ πρὸς ὅλον τε αὐτοῦ. Davisius ad Cicer. Tuscul. IV, 13 legendum conjecerat αὐτὸν, quia pronomen ad λόγον refertur. Sed eam mutationem sententia non desiderat. — [89] Reposui τοξεῦσαι; codd. ὑποτάξαι. — [90] κατ' ἄλλην, scilicet ὁδόν, e melioribus codicibus edidi pro vulgata scriptura κατ' ἄλλον. — [91] Diogenem intelligit Babylonium, Panætii præceptorem. — [92] Virtutem corpoream esse Stoici censebant negantes eam differre a principe animi parte quæ et ipsa corporea est et recta ratio vocatur. Quum enim animum corporeum ac tractabilem existimarent, simul virtutes ad ejus substantiam referebant. Vid. Lips. Manud. III, 2. — [93] Fuit hæc jam Zenonis de anima sententia, cui postea assensi sunt Antipater et Posidonius. Diog. Laert. VII, 157 : Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεύς, καὶ Ἀντίπατρος ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ Ποσειδώνιος, πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν. — [94] Edidi τὸν τῶν ἡμιάμβων; codd. τὸ τῶν ἡμιαμβεταίων. Sensus est perspicuus. Comparantur homines cum hemistichiis iambicis. Quamvis enim iambici illi versus ad unum omnes ex arte scribantur, tamen singulari artificio perfecti videntur dimetri acatalecti, at numeris suis non absoluti catalectici. Similiter inter homines ad honestatem natos virtutisque cultores perfecti sunt probi, imperfecti habentur improbi. De versuum genere lege Schol. ad Nicandri Ther. v. 377 et Hermann. Elem. doctr. metr. pag. 391. 397. — [95] Exaravi ὁ νοῦν ἔχων καὶ διαλεκτικῶς; codd. κατὰ νοῦν ἔχων καὶ διαδικτικῶς. Nam Stoicorum judicium fuit, solos sapientes esse eloquentes. Huc spectant quæ infra leguntur μόνον τὸν σοφὸν διαλεκτικόν. Cf. Diog. Laert. lib. VII, 122. — [96] Scripsi πρὸς τέρψιν οὖσαν τὴν ἐπ' ἀρετήν; membranæ πρὸς τρέψιν [vel τρέψιν] οὖσαν ἐπὶ τὴν κατ' ἀρετήν. Vocabulum τρέψις pro τροπή adhibuit etiam Diogenes Laertius VII, 117. Cum hoc loco conferendus Plutarchus Op. II p. 1073, B : θήρα γάρ τις, φασίν, ὁ ἔρως ἀτελοῦς μὲν εὐτελοῦς δὲ μειρακίου πρὸς ἀρετήν. — [97] In eandem sententiam Diogenes Laertius VII, 129 : καὶ ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν τῶν νέων, τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, ὥς φησι Ζήνων ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ βίων, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ ἠθικῇ. De re ipsa vid. Lipsium Manud. Stoic. III, 16. — [98] Similiter Diogenes VII, 113 et 130, ubi pro φιλευποΐα Menagius ex Stobæo reponi voluit φιλοποΐα. Compara etiam sequentia in quibus hæc amoris explicatio repetitur. — [99] Vulgavi ἃ ποιεῖ ὀηλονότι; libri ἃ ποιεῖ ὄῆλον. — [100] Cf. Diog. Laert. VII, 125. — [101] Posui τῷ; codd. τὸ. — [102] Retinui Canteri lectionem τὸ; libri plerique τῷ. — [103] Mutavi codicum lectionem καταλείπουσι in καταριθμοῦσι. — [104] Edidi περιγράφουσι rejecta membranarum scriptura ἐπιγράφουσι. — [105] Scripsi ἐπ' ἀρετήν; codd. ἐπὶ κατ' ἀρετήν. — [106] Vid. Diog. Laert. VII, 119. — [107] Scripsi συγκαταβῆναι; libri συγκαθηκέναι vel συγκεκαθεικέναι. — [108] Quæ Stobæus δι' αὐτὰ αἱρετὰ et ποιητικὰ vocat, ea apud Diogenem τελικὰ et ποιητικὰ appellantur. Sic enim Diogenes VII, 96 : ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικά, τὰ δὲ ποιητικά. Addit tertium genus a Stobæo neglectum τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά eaque omnia exemplis illustrat. — [109] Dicendum etiam erat, quatenus bonum esset δοκιμαστόν. Quamobrem pauca hic excidisse conjicimus. — [110] Posui ὑπολαμβάνῃ; codd. καθυπολαμβάνοι. — [111] Bona videlicet quæ ex animi statu pendent, quatenus vel concitatus vel tranquillus est. — [112] Mutavi membranarum scripturam ἐκλεκτὴν in ἐκλεκτικήν. — [113] Opponebant primo Stoici scientiam sive certam cognitionem opinioni (δόξῃ) eamque ex certa comprehensione (καταλήψει) vel e perceptionibus (φαντασίαις) recte assumtis oriri docebant. Diogenes Laertius VII, 47 : αὐτήν τε τὴν ἐπιστήμην φασὶν ἢ κατάληψιν ἀσφαλῆ, ἢ ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει, ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. Reliquas scientiæ definitiones solus habet Stobæus. — [114] Posui αὐτοῦ; codd. αὐτοῦ vel αὐτῶν. — [115] ἐν τόνῳ simpliciter dicit pro ἐν τῷ τῆς ψυχῆς τόνῳ. Fuit autem hæc Chrysippi doctrina. Qui quum in comparanda animi et corporis valetudine atque in utriusque similitudine explicanda studium consumeret, nervorum quoque firmitatem vel infirmitatem, ex qua corporis τόνος pendet, ad animum traduxit eique τόνον quendam sive vigorem, qui additus εὐτονίαν, demtus ἀτονίαν efficeret, tribuit. Hoc de Chrysippo prodit Galenus Op. IV p. 427, allatis ipsius philosophi verbis : ἔτι καὶ ὡς κατὰ τοὺς, οἳ ἐπὶ τοῦ σώματος λέγονται, τόνους ἄτονοι καὶ ἔντονοί ἐτμεν κατὰ τὸ νευρώδες, τῷ δύνασθαι ἡμᾶς ἢ ἀδυνατεῖν ἐν τοῖς διὰ τούτων ἐπιτελουμένοις ἔργοις, καὶ ὁ ἐν τῇ ψυχῇ λέγεται τόνος, ὡς εὐτονία καὶ ἀτονία. Conf. Salmas. ad Simplic. in Epictet. Comm. p. 95. — [116] Cum Stoici persuasum haberent, sapientes cum iis tantum qui eodem

sapientiæ studio delectarentur amicitiam gerere posse, de hoc humanæ vitæ vinculo copiose et magnifice disputare solebant. Cf. Arrian. in Epictet. III, 22. Quamobrem plures ejus species hic enumerantur. — [117] Scripsi γήρως; codd. γῆρα. — [118] Inserui verba λῆπτὸν δὲ τὸ ἀξίαν ἔχον, quæ in membranis desiderantur. — [119] Diogenes Laertius VII, 87 : διόπερ πρῶτος ὁ Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Vid. Lipsium Manud. Stoic. II, 14. — [120] Plena constructio est τῶν μαχομένων ἑαυτοῖς ζῴων, sed pronomen brevitatis causa philosophus omisit. — [121] Edidi διαρθροῦντες; codd. προσδιαρθροῦντες. — [122] Cf. Diogenes Laertius VII, 87, qui Cleanthem citat ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς. — [123] Diogenes Laertius VII, 87 : πάλιν δ' ἴσον ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν, ὡς φησι Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελῶν· μέρη γάρ εἰσιν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου. — [124] Diogenes Laertius VII, 88 : ὁ μὲν οὖν Διογένης τέλος φησὶ ῥητῶς, τὸ εὐλογιστεῖν ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ. — [125] Cf. Diogenes Laertius VII, 88. — [126] Vulgavi καθ' αὐτὸν; codd. κατ' αὐτὸν vel κατ' αὐτὴν. — [127] Scripsi cum Wyttenbachio ad Bakii Posidonium p. 224 τῆς εὐδαιμονίας στοχαζομένους; libri τῆς εὐδαιμονίας σκεπτομένους, cujus loco Heerenius edidit περὶ τῆς εὐδαιμονίας σκεπτομένους. — [128] Quæ subjiciuntur verba καὶ τῶν usque ad παραπλήσια pro parenthesi haberi oportet. Hisce enim interpositis annectitur demum explicatio τοῦ τέλους, discrimine σκοποῦ et τέλους facto flagitata. — [129] Rescripsi ἔτι, ὡς ταυτὸν ὄν; codd. ἔτι τοῦ ὄντος. — [130] Diogenes Laertius VII, 28 : εἶναι δ' αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετήν, καὶ εὔροιαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος πρὸς τὴν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν, ubi vid. Menag. — [131] Edidi μᾶλλον δὲ ἔχειν αὐτὸ αἱρούμεθα; libri ἀλλ' ἢ ἄρα ἔχειν αὐτὸ αἱρούμεθα. — [132] Transit scriptor ad locum a Stoicis philosophis maxime exornatum de indifferentibus, quem etiam Diogenes Laertius lib. VII, 104 seq. attigit. — [133] Posui ἐνεστι; libri πάρεστι. — [134] Edidi συνουσίαν; codd. τις ἄν. — [135] Diogenes Laertius VII, 104 : ἄλλως δὲ λέγεται ἀδιάφορα τὰ μήτε ὁρμῆς μήτε ἀφορμῆς κινητικά· ὡς ἔχει τὸ ἀρτίας ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ἢ περιττάς, ἢ ἐκτεῖναι τὸν δάκτυλον ἢ συστεῖλαι. — [136] Diogenes Laertius VII, 148 : ἔστι δὲ φύσις ἕξις ἐξ αὑτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, ἀποτελοῦσά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτῆς ἐν ὡρισμένοις χρόνοις, καὶ τοιαῦτα ὁρῶσα ἀφ' οἵων ἀπεκρίθη. Huic Stoicorum definitioni consentanea sunt Ciceronis verba lib. II de Nat. Deor. cap. 32, ubi sub Balbi persona Stoicorum partes agit. « Namque alii, inquit, naturam esse censent vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios; alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur; cujus sollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando : seminis enim vim esse tantam, ut id, quamquam sit perexiguum, tamen, si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam nactumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat et efficiat in suo quidque genere, partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam et sentire et appetere possint et ex sese sui similia gignere. » — [137] Vulgavi παρατρεπτικῶς; libri καὶ κατατρεπτικῶς. — [138] Scripsi παρατρεπτικῶς cum codicibus Augustano et Vaticano; in reliquis est κατατρεπτικῶς. — [139] Addidi διάφορα γένη εἶναι; nam post ἀλήπτων verba nonnulla excidisse apertum est. — [140] Cum hoc loco conferenda sunt quæ iisdem de rebus Diogenes Laertius VII, 105 tradit. Uterque enim in tanta testium penuria audiendus. Ait igitur : τῶν ἀδιαφόρων τὰ μὲν λέγουσι προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα. Προηγμένα μέν, τὰ ἔχοντα ἀξίαν· ἀποπροηγμένα δὲ τὰ ἀναξίαν ἔχοντα. Ἀξίαν δέ, τὴν μέν τινα λέγουσι σύμβλησιν πρὸς τὸν ὁμολογούμενον βίον, ἥτις ἐστὶ περὶ πᾶν ἀγαθόν· τὴν δὲ εἶναι μέσην τινὰ δύναμιν ἢ χρείαν συμβαλλομένην πρὸς τὸν κατὰ φύσιν βίον, οἷον πλοῦτον ἢ ὑγίειαν· τὴν δ' εἶναι ἀξίαν, ἀμοιβὴν δοκιμαστοῦ, ἣν ἂν ὁ ἔμπειρος τῶν πραγμάτων τάξῃ· ὅμοιον εἰπεῖν, ἀμείβεσθαι πυροὺς πρὸς τὰς σὺν ἡμιόνῳ κριθάς. — [141] Reposui τήν τε δόσιν τὴν καθ' αὑτήν; codd. τὴν δὲ δόσιν καὶ τὴν καθ' αὑτό. — [142] Edidi περιείληπται; libri παρείληπται. — [143] Scripsi τὸν δ' ὅμοιον λόγον; membranæ τὸν δ' ὁμοιὸν ἀνάλογον. — [144] Vulgavi οὐδὲ γὰρ ἐν αὐλῇ τῶν προηγμένων εἶναι τὸν βασιλέα, ἀλλὰ τοὺς μετ' αὐτὸν τεταγμένους; pro corrupta codicum scriptura οὐδὲν γὰρ ἂν αὐλητῶν προαγόμενον εἶναι τὸν βασιλέα, ἀλλὰ τοῦ μὲν ταυτὸν (vel μετ' αὐτὸν) τεταγμένου, secutus Ciceronem de Fin. III, 16 Stoici philosophi verba sic interpretantem : « Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, (id enim est προηγμένον,) sed eos qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum : sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta nominentur. » Esse autem hanc Zenonis sententiam Cicero testatur. — [145] Verba συνεργεῖν τι πρὸς αὐτὴν quum explicationem contineant præcedentium πρὸς εὐδαιμονίαν τινὰ συμ-

βάλλεσθαι, a librariis addita videntur, ideoque a me uncis inclusa sunt. — [146] Diog. Laert. VII, 107 : ἔτι δὲ καθῆκόν φασιν εἶναι, ὃ προαχθὲν εὔλογόν τα ἴσχει ἀπολογισμόν· οἷον τὸ ἀκόλουθον ἐν τῇ ζωῇ, ὅπερ ἐπὶ τὰ φυτὰ καὶ ζῷα διατείνει, ὁρᾶσθαι γὰρ καὶ ἐπὶ ταύτων καθήκοντα. Sed ut ibi pro προαχθὲν jam Menagius πραχθὲν legendum esse vidit : ita hic quoque Heerenius pro membranarum scriptura προαχθὲν recte πραχθὲν substituit. — [147] Distinxi post φύσει atque inter ἐπὶ et τῶν interposui δὲ cum Lyndeno de Panætio p. 92. — [148] ὧν χρή i. e. τὰ χρήσιμα. Cf. Lyndenus l. c. p. 98. — [149] Scripsi χρείαν cum Lyndeno l. c.; libri φυΐαν vel εὐφυΐαν. Quum vero χρείαν παρέχεσθαι Græcis usitatum sit loquendi genus, non item χρείαν προσφέρεσθαι, fortasse etiam alterum vocabulum corruptum est. Sed nolui quidquam mutare. — [150] ὥστ' εἰ Lyndeno præeunte reposui; codd. ὥστε. — [151] εὐδαιμονοῖμεν vulgavi; membranæ εὐδαιμονεῖν. — [152] Edidi φοράν τινα διανοίας ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ φεύγειν cum Salmasio ad Epictetum p. 45; libri φοράν τινα. Sed cætera quoque menda de ejusdem viri docti sententia hoc loco sustuli. Itaque legenda sunt quæ de hoc Stoici philosophi placito verbisque de quibus hic agitur ibi disputavit. — [153] Sequitur locus de perturbationibus sive affectionibus, in quibus explicandis Stoicos a reliquis sapientiæ doctoribus dissensisse inter auctores convenit. Quum autem alii, velut Peripatetici, affectus esse leniendos arbitrarentur, illi eos delendos et exstinguendos esse docebant. Notandum tamen quod testatur Cicero Tuscul. IV, 5 Chrysippum cæterosque ejus sectæ homines magnam partem in partiendis et definiendis animi perturbationibus occupatos fuisse, sed de sedandis cupiditatibus pauca tradidisse. Conf. Diog. Laert. VII, 110 seqq. — [154] Omnia hæc e Zenonis de animi motibus libro petita esse apertum est. Diogenes Laertius VII, 110 : ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Similiter Cicero Tusc. IV, 6 : « Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio : quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem. » Verissime Salmasius ad Epictetum p. 108 : » Incontinens judicat se non recte facere, sed tamen facit propter πάθος, cui non potest imperare, et quod eum cogit rationem recte præcipientem aversari, quam τὸν αἱροῦντα λόγον appellant. » — [155] Diogenes Laertius l. c. : τῶν δὲ παθῶν τὰ ἀνωτάτω, (καθά φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ παθῶν καὶ Ζήνων ἐν τῷ περὶ παθῶν,) εἶναι γένη τέσσαρα, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, ἡδονήν. His consentanea habet Cicero l. c. Ait enim : « Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis, ita esse quatuor : ex bonis libidinem et lætitiam, ex malis metum et ægritudinem. » — [156] Cicero Tusc. IV, 7 : « Sed omnes, inquit, perturbationes judicio fieri censent et opinione. » Nimirum omnes affectus ex opinione, id est, ex falsa de bonis et malis opinione oriri Stoicæ philosophiæ assectatoribus placet. Eosdem Cicero l. c. testificatur opinationem pro imbecilla assensione habuisse. — [157] Versus Euripidis ex Chrysippo. Vid. Eurip. Fragm. p. 823 ed. Wagner. et Valckenar. Diatrib. p. 21. — [158] Scripsi εἴρηται; codd. εἴληπται. — [159] Sequitur jam enumeratio et explicatio singulorum affectuum in quatuor classes distributorum, quatenus ex primariis animi motibus pendent. Eadem exstat apud Diogenem Laertium lib. VII, 111 seqq. et Ciceronem Tuscul. IV, 7-8 qui cum hoc loco sunt comparandi. — [160] Alias τῆς ἐπιθυμίας species memorat Diog. Laert. VII, 113 : ἐπιθυμία δέ ἐστιν ἄλογος ὄρεξις, ὑφ' ἣν τάττεται καὶ ταῦτα, σπάνις, μῖσος φιλονεικία, ὀργή, ἔρως, μῆνις, θυμός. Ab utroque scriptore dissentit Cicero Tuscul. IV, 7 libidini subjecta esse dicens iram, excandescentiam, odium, inimicitiam, discordiam, indigentiam, desiderium et cætera ejusmodi. Ex iis vero quæ sub finem capitis Didymus annotavit haud scio an colligi oporteat, eum in tractando hoc argumento Chrysippum secutum esse qui in libro de animi perturbationibus copiose ac subtiliter de hoc philosophiæ loco egerat. — [161] Diogenes Laertius VII, 114 species τῆς ἡδονῆς esse vult κήλησιν, ἐπιχαιρεκακίαν, τέρψιν, διάχυσιν. Similiter Cicero Tuscul. IV, 7 voluptati subesse ait malevolentiam lætantem malo alieno, delectationem, jactationem. — [162] Diog. Laert. VII, 112 : εἰς δὲ τὸν φόβον ἀνάγεται καὶ ταῦτα· δεῖμα, ὄκνος, αἰσχύνη, ἔκπληξις, θόρυβος, ἀγωνία. Cicero Tusc. IV, 7 : « Sub metu autem subjecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. » — [163] Diog. Laert. VII, 111 : καὶ τὴν μὲν λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον, εἴδη δὲ αὐτῆς ἔλεον, φθόνον, ζῆλον, ζηλοτυπίαν, ἄχθος, ἐνόχλησιν, ἀνίαν, ὀδύνην, σύγχυσιν. At Cicero Tuscul. IV, 7 ægritudini subjici ex Stoicorum præcepto testatur invidentiam, æmulationem, obtrectationem, misericordiam, angorem, luctum, mœrorem, ærumnam, dolorem, lamentationem, sollicitudinem, molestiam, afflictationem, desperationem et si quæ sint de genere eodem. — [164] Diog. Laert. VII, 113 : ὀργὴ δέ ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ

δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως. Cicero Tuscul. IV, 9 : « Quæ autem libidini subjecta sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido puniendi ejus qui videatur læsisse injuria. » — [165] Diog. Laert. VII, 114 : ὁ δὲ θυμός ἐστιν ὀργὴ ἄρχομένη. Cicero Tusc. IV, 9 *excandescentiam* appellat iram nascentem et modo exsistentem, quæ θύμωσις græce dicitur. — [166] χόλον omiserunt et Diogenes et Cicero. — [167] Diogenes Laertius VII, 114 : μῆνις δέ ἐστιν ὀργὴ πεπαλαιωμένη καὶ ἐπίκοτος, ἐπιτηρητικὴ δέ, ὅπερ ἐμφαίνεται διὰ τῶνδε· εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ. Ciceroni Tusc. IV 9 *odium* est ira inveterata. Idem κότον sive *inimicitiam* esse vult iram ulciscendi tempus observantem. — [168] Diog. Laert. VII, 113 : ἔστι γὰρ (ὁ ἔρως) ἐπιβολὴ φιλοποιίας [al. male φιλευποιίας] διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Sextus Empiricus adv. Matth. p. 182 : ὡς γὰρ ὁ λέγων τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν εἶναι φιλοποιίας κτλ. Cicero Tuscul. IV, 34 : « Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt ; et amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt. » — [169] Scripsi ἔτι ; codd. Ἔρωτι. Cicero Tusc. IV, 9 tradit *desiderium* esse libidinem ejus qui nondum adsit videndi. — [170] Diog. Laert. VII, 113 : θόρυβος δέ, φόβος μετὰ κατεπείξεως φωνῆς. — [171] Diog. Laert. VII, 112 : δεῖμα μὲν οὖν ἐστι φόβος δέος ἐμποιῶν. — [172] Diog. VII, 111 : ζῆλον δέ, λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ· ζηλοτυπίαν δέ, λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ἃ καὶ αὐτὸς ἔχει. — [173] Conf. Cicer. Tuscul. IV, 11. — [174] Diog. Laert. VII, 113 : πολιτείαν δὲ ἀρίστην, τὴν μικτὴν ἐκ δημοκρατίας καὶ βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας. — [175] Scripsi μηδὲ νομίζειν ; codd. καὶ νομίζειν. Cæterum quæ hic de amicitia dicuntur conveniunt cum Senecæ epist. 9. — [176] Pertinent hæc atque alia ad paradoxa Stoicorum, de quibus multa antiqui scriptores disseruerunt. — [177] Posui οὐδ' ἐπιεικῆ φασιν ; codd. οὐκ ἐπιεικῆ δέ φασιν. — [178] Notio τῶν κατορθωμάτων latius patet quam virtutum. Quippe multa sunt quæ quamvis recte facta sint tamen non proprie pertineant ad virtutes. Itaque sic statuit Didymus, etsi recte factis attributa, quorum in superioribus meminit, conveniant, non tamen ea omnibus virtutibus convenire, sed singula tantum singulis. — [179] Cicero Tusc. IV, 9 : Distingunt etiam illud, ut sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam ; quæ κατηγορήματα dialectici appellant ; ut habere divitias, capere honores : indigentia, rerum ipsarum est, ut honorum, ut pecuniæ. — [180] Requirebatur ἀήττητον ὂν καὶ ἀκαταγώνιστον, quum hæc verba pendeant ex eo quod præcessit vocabulo γένος. Sed de industria videtur constructionem mutasse Didymus, quasi antea scripserit ὁ σπουδαῖος ἀνήρ. — [181] κακοῖς περιπίπτει e Gaisfordi conjectura edidi ; codd. καλῶς vel κακῶς. — [182] οὔτε διαψεύδει οὔτε διαψεύδεται vulgavi ; membranæ οὔτε διαψεύδεται. — [183] Ludit scriptor in etymologia vocis καλόν quam ab alliciendo et vocando sive ἀπὸ τοῦ καλεῖν tanquam a fonte repetit. — [184] Quum boni notio latius pateret apud Stoicos quam virtutis, illud ita definiverunt, ut vel virtutem esse dicerent vel quidquid virtute ornatum esset. — [185] Posui ὠφελεῖν ; codd. ὠφελεῖσθαι. — [186] Scripsi μεταλαμβάνεσθαι ; libri καταλαμβάνεσθαι. — [187] Transposita μὲν particula edidi ὀρθός ἐστι προστακτικὸς μὲν ὢν ποιητέον, quum vulgo legeretur ὀρθός ἐστι μὲν προστακτικὸς ὢν ποιητέον. — [188] Vulgavi διότι ; membranæ διό. — [189] Restitui ἀστείοις δ' ἔτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπονέμουσιν ἡ ἐπιστασίαν ; membranæ ἀστεῖος δ' εἶναι καὶ τὴν ἀρχὴν κατανέμουσαν ἐπιστασίαν. — [190] Quæ hic sequuntur verba legebantur fortasse in eo Cleanthis libro qui Politicus inscribebatur. Cf. Diog. Laert. lib. VII, 175. — [191] Aliter Eusebius Præp. Evang. lib. XV : ὃν γὰρ τρόπον πόλις δικαίως λέγεται, τό τε οἰκητήριον καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐνοικούντων σὺν τοῖς πολίταις σύστημα, οὕτω κτλ. Quum autem illa laude, quæ hoc loco civitati tribuitur, sola ædificia ornari non possint, eorum rationem non habet philosophus. — [192] Scripsi διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας ἀναφοράν ; codd. διὰ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀναφοράν. — [193] Edidi ἀποβᾶσαν ; codd. ἀπήκουσαν vel ὑπήκουσαν. — [194] Posui ἀπετέραπτος ; codd. ἀνετέραπτο. — [195] Rescripsi οὐ μέντοι γ' ὅμοια ; libri οὐκ ἔστι δ' ὅμοια. — [196] Μέσων ab Heerenio propositum recepi. Sunt autem hoc loco τὰ μέσα quæ alio nomine ἀδιάφορα vocantur. Qua de re ita Gellius lib. II cap. 7 : « quæ sua vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet, sive imperet pater, sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæque turpia et omnino iniqua sunt, ea ne si imperet quidem. Quæ vero in medio sunt et a Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere, uti jussum proficisci, ut accersitum venire, quoniam et hæc et his similia per sese ipsa neque inhonesta sunt neque turpia, sed perinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt aut reprehendenda : propterea in hujusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent. » De peccatorum æqualitate legenda etiam sunt quæ disputavit Cicero in Paradoxis. — [197] Solus sapiens Stoicis videbatur

esse rex, quia solus ἀνυπεύθυνος esset, quod proprium est regis. — [198] Scripsi καθ' ον ὁ αὐτὸς βασιλεύσει; codd. καθ' ἣν ἡ αὐτὸς βασιλεύσει. — [199] Plutarchus II p. 1063 D: (οἱ Στωϊκοὶ) πολλοὺς μὲν ἐξάγουσι τῶν σοφῶν ὡς ἄμεινον εὐδαιμονοῦντας πεπαῦσθαι, πολλοὺς δὲ κατέχουσι τῶν φαύλων, ὡς καθήκοντος αὐτοῖς ζῆν κακοδαιμονοῦντας. — [200] Vulgavi ἀποδᾶσαν; codd. τυχοῦσαν. Cæterum hanc materiam persequitur Seneca in eo libro qui de constantia sapientis inscribitur. — [201] Posui ταύτης; membranæ τούτοις. — [202] Lacunam quæ est inter ἐάν τι et καὶ μάλιστα explevi interpositis verbis ἐμπόδισμα ᾖ τοῦ διοικεῖν τὴν πόλιν. — [203] Restitui πρὸς τοὺς ἀντιπάλους; libri τῶν ἀντιπάλων. — [204] Locum hunc illustrat Salmasius ad Simplicium p. 35 seqq. — [205] Posui διότι; codd. διό. — [206] Restitui ἀγνωσίαν; membranæ λύσιν. — [207] Scripsi τούτων οὔτε; libri τούτῳ μήτε. — [208] Delevi ἀλλ' post παροράν. — [209] Rescripsi τῶνδε τῶν ψευδῶν; libri τῶνδε ψευδῶν. — [210] Vulgavi ἀκαταλήπτων; codd. ἀκατάληπτον. — [211] Mendosam membranarum scripturam οὔτε νομίζειν βουλόμενον, ἔν τινι τῶν ἐν τῷ βούλεσθαι ἰδικῶν ὄντα, διὰ τὸ μὴ κρίνειν τι αὐτῷ παρεῖναι ὧν χρή ita correxi, ut ponerem οὔτε ἐπιποθεῖν βουλόμενον ἕν τι τῶν ἐν τοῖς βουλητοῖς ἰδικῶν ὄντων, διὰ τὸ μὴ κρίνειν τι αὐτῷ ἀπεῖναι ὧν χρή. Quum pauci semper fuerint Stoicæ sapientiæ assectatores, qui quidem eo nomine digni viderentur, probabile est Stoicos quærentibus ubi tandem esset philosophus qualem ipsi perfectum tam litteris quam moribus putarent, id fere respondisse quod hoc loco traditur. Statuebant igitur talem olim exstitisse, sed eum ignotum cæteris hominibus vixisse. At Chrysippum quem Diogenes Laertius VII, 198 περὶ τοῦ διαλελῃθότος πρὸς Ἀθηνάδην scripsisse prodit hoc argumentum uberius tractasse, conjicienti Heerenio nemo credat. — [212] Edidi ἕτοιμον ἐπιμένειν; codd. ἴσον τῷ ἐπιμένειν. — [213] Posui ἐπιβολήν; codd. ἐπιβουλήν. — [214] Hesiodi verba leguntur Op. et D. vs. 408 et 411. — [215] Restitui ἀτὰρ καὶ; codd. καὶ γάρ. — [216] Rejecta membranarum scriptura ὑπογραμμῇ recepi Heerenii conjecturam ὑπογραφῇ, propterea quod Diogenes Laertius VII, 199 inter Chrysippi scripta numerat ὑπογραφὴν τοῦ λόγου τοῦ πρὸς Θεόσπορον. — [217] Expositis hactenus Stoicorum placitis, pergit jam Didymus ad Peripateticorum præcepta quæ simili ordine in certos quosdam locos digesta explicat, ita tamen ut universam philosophiam activam illorum rationi consentaneam brevi in conspectu ponat. Postquam enim eam philosophiæ partem quæ virtutis, officii et bene vivendi disciplinam continet, Aristotelis, Theophrasti cæterorumque istius familiæ principum scitis illustravit, simul de rerum domesticarum dispensatione ac de republica agit. — [218] Ipse Aristoteles hic intelligendus. Vid. Ethic. II, 1 et Magn. Moral. I, 5, 6. — [219] τὰ λοιπὰ hoc loco sunt τὰ ἄλογα ζῷα. — [220] Edidi περὶ τὰ ἀΐδια; codd. περὶ τὰ ἴδια. — [221] Duplex ponit Aristoteles virtutum genus, unum λογικόν quod in moderandis affectionibus cernitur atque ad φρόνησιν refertur, ἄλογον alterum quod circa πάθη, quæ ad ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς pertinent versatur. Vid. Ethic. lib. I fin. Cæterum illas vocat ἀρετὰς διανοητικάς, has contra ἠθικάς. — [222] Sequentia conferenda imprimis sunt cum præclara Ciceronis disputatione de Finib. V, 9, qua Peripateticorum de moribus placita explicat. — [223] Scripsi ἀσμενίζειν ἐπὶ τοῖς; libri ἀσμενίζειν ἐν τοῖς. — [224] Reposui παρακλίνειν; membranæ περικλίνειν. — [225] Vulgavi ἡμῖν; libri ἡμῶν. — [226] Posui μόνην; codd. μόνοις vel μόνοι. — [227] Subaudiendum hoc loco e præcedentibus συμβέβηκε. — [228] Versus hos inter Euripidis fragmenta ex incertis fabulis petita edidit Barnesius vol. VII pag. 714 ed. Glasguensis. Neque est quod ei refragemur. Sunt enim illo poeta digni. Sed nemo veterum scriptorum diserte eos Euripidi tribuit. Priorem versum omisso auctoris nomine citant Dio Cassius LVIII, c. 23, p. 636, et Suetonius in Ner. c. 38, commemorat etiam latine Seneca de Clement. lib. II cap. 2; posteriorem solus Didymus hic servavit. — [229] Pindarus Nem. VI init.: ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι, quæ verba sine dubio intacta reliquit Didymus. Itaque pro γαστρὸς quod in codicibus legitur restitui ματρός. Cæterum quæ sequuntur comparari convenit cum copiosa Ciceronis de eadem re disputatione. Vid. lib. V de Fin. bon. et mal. cap. 5 ubi se Theophrasti maxime de felicitate commentarium secutum esse profitetur. — [230] Scripsi ὥστε ταύτῃ μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἔξω ἀγαθῶν ὅτι pro codd. lectione ὥστε ταύτην μὲν τὰ λεγόμενα τῶν ἀγαθῶν, ἐξ ὧν ὅτι. — [231] Cicero de Fin. V, 13: Nam cui proposita sit conservatio sui, necesse est, huic partes quoque sui caras esse, cariores-que, quo perfectiores sint, et magis in suo genere laudabiles etc. — [232] Cicero de Fin. lib. V, 13: Quibus expositis, facilis est conjectura, ea maxime esse expetenda ex nostris quæ plurimum habent dignitatis: ut optimæ cujusque partis, quæ per se expetatur, virtus sit expetenda maxime. — [233] Addidi ἀρετάς quod post εἶπεῖν deesse Heerenius animadvertit. — [234] Cicero de Fin. V, 17: et quoniam hæc deducuntur de corpore, quid est cur non recte pulchritudo

etiam ipsa propter se expetenda ducatur. — [235] Rescripsi maximam partem cum Heerenio θεασαμένη διότι αὐτῇ τὰ κατὰ ψυχὴν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀγαθῶν ᾠκειώθη, οὕτως ᾠκειώθη πρὸς ἑαυτήν, ὥσπερ δι' αὑτὴν αἱρετή; codd. θεασαμένη διότι καὶ αὕτη τῶν κατὰ φύσιν πολὺ μᾶλλον τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν ᾠκειώθη πρὸς ἑαυτήν, ὡς πρὸς δι' αὑτὴν αἱρετήν. Conf. Cicero de Fin. V, 12 et aliis locis. — [236] Senarius est τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ, quem Menandri esse vult Sextus Empiricus Pyrrh. hyp. I, 108, p. 29 ed Fabr. Eundem inter fragmenta incerta [34] recensuit Meinekius. — [237] Finem i. e. felicitatem proprie quidem in animi bonis poni contendit, sed tamen corporis bona et externa eatenus ad eum pertinere, ut iis detractis plena felicitas esse nequeat. — [238] Cf. Aristot. Ethic. Nicom. I, 5 seqq. ubi de beatitudine disserit. — [239] Posui τῶν δι' ἑαυτὴν καὶ τῶν διὰ τὰς ἄλλας; codd. alii τῶν ὑφ' ἑαυτὴν καὶ τῶν ὑπὸ τὰς ἄλλας, alii τῶν ὑφ' ἑαυτῶν ὑπὸ τὰς ἄλλας κτλ. — [240] Ἀρχαίους hoc loco intelligit Aristotelem ejusque successores. Nam subtilius posteriores philosophi, imprimis Stoici, de his rebus disputaverant. — [241] Recepi optimorum codd. lectionem οὗ πάντ' ἐφίεται, improbata vulgata scriptura οὗ πάντες ἐφίενται. Nam ne πάντες ἐφίενται reponendum esse suspicemur, ipse obstat Aristoteles Ethic. Nicom. lib. I cap. 1 scribens : διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθόν, οὗ πάντα ἐφίεται. His consentanea sunt quæ Rhet. lib I, 6 dicit : ἔστω δὴ ἀγαθὸν ὃ ἂν αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα ᾖ αἱρετόν, καὶ οὗ ἕνεκα ἄλλο αἱρούμεθα, καὶ οὗ ἐφίεται πάντα ἢ πάντα τὰ αἰσθησιν ἔχοντα ἢ νοῦν. — [242] Reposui τὸ τοιοῦτον; codd. ἑκάτερον. — [243] Restitui ὡς δὲ ex Stob. Flor. CIII, 28 ubi idem locus exstat; libri οὐδὲ. De felicitate quæ recte hic dicitur constare ex honestis i. e. animi bonis atque e productis i. e. bonis corporis et externis, disserit Aristoteles Ethic. Nicom. lib. I cap. 7 et alibi. Sunt autem in præcedentibus τὰ ὑλικά, quæ alio nomine vocantur τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ καὶ τὰ ἔξω ac felicitatis complementa habentur. — [244] Idem argumentum pluribus verbis exponit Aristoteles in Ethicis Nicomacheis atque in Rhet. lib. I, 6 quæ cum hac disputatione contendere operæ pretium est. — [245] Idem exemplum affert Aristoteles Ethic. Nicom. lib. I, cap. 6, pag. 1098 ed. Bekk.: ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ. Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα, οὐδὲ ὀλίγος χρόνος. — [246] Sic et Aristoteles Ethic. Nicom. lib. I, cap. 11, pag. 1100 ed. Bekker. κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν. — [247] Scripsi τὸ δὲ πᾶν γένος; vulgo τὸ δὲ γένος. — [248] Posui ζητητέα εἶναι; codd. ζητεῖν. De divisione ipsa disputat Aristoteles Magn. moral. I, 2. — [249] Cf. Aristot. l. c. cap. 3. — [250] Exaravi καθάπερ δὴ ; libri καθάπερ γάρ. — [251] Restitui τὰ δ' ἐξ ἐπιμελείας; codd. τὰ δ' ἐξῆς ἐπιμελείας. — [252] Edidi τὸν δὲ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος λόγον ἕτερον; libri τὸν δὲ κατὰ τ' ὄνομα λόγον ἕτερον. — [253] Delevi ἔχουσαν post λογικόν. Vulgo enim legitur : τὸν μὲν λογικὸν ἔχουσαν, τὸ δ' ἄλογον. Cæterum Peripatetici omnem de moribus doctrinam ad virtutes ethicas quæ in moderandis cupiditatibus et affectibus positæ sunt, rettulerunt. Etenim mediocritatem, quæ est inter nimium et parum, tenendam esse ajunt. Vide Aristotelem in libris ad Nicomachum atque in Magnis moralibus. — [254] Cf. Aristot. Ethic Nicom. I, 2. — [255] Posui πλειόνων; codd. πολλῶν. — [256] Vulgavi συμμέτρων; codd. συμμέτρους. — [257] Scripsi τὰς μὲν οὔσας γὰρ κατὰ πάντα ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις φθείρειν φασίν; codd. τὰς μὲν οὔσας κατὰ ταύτας (al. πάντας) ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις, φθείρειν αὐτάς. — [258] Locum de voluptate et dolore copiose tractat Aristoteles Eth. Nic. VII, 12 seq. — [259] Disserit de his Aristoteles Eth. Nic. II, 4 : τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα τρία ἐστί, πάθη, δυνάμεις, ἕξεις κτλ. ubi virtutem esse habitum diserte docet. — [260] Restitui μηδὲ ; libri μήτε. — [261] Posui ὅπερ; codd. ὡς. Cæterum similiter Aristoteles Eth. Nicom. lib. II, 5 : ἐν παντὶ δὲ συνεχεῖ καὶ διαιρέτῳ ἔστι λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον, τὸ δ' ἔλαττον, τὸ δ' ἴσον, καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ καθ' ἡμᾶς κτλ. Sed sequentia inprimis quæ huc transcribere non vacat ad Didymi locum illustrandum valent. Quod igitur in re ipsa medium est, id non semper convenit naturæ nostræ, eoque nobis non est medium. In hac autem disputatione medium quod nobis videtur, non illud ipsius rei medium spectari apertum est — [262]. Cf. Aristot. Ethic. Nicom. II, 6. Videntur Heerenio verba αὕτη μεσότης usque ad ὁρίσειεν e margine in textum irrepsisse, quibus ejectis recte procedit oratio, si cum illo pro membranarum scriptura μὴ τὸν καιρὸν ἔλαβεν legas : μηδὲ τὸν καιρὸν λαβών· εἶτα παραθέμενος. At ego parenthesin istam damnare nolui. Jam quæ sequuntur συζυγίαι ita comparatæ sunt, ut singulis virtutibus bina vitia opponantur. Cum hoc autem loco plenior Aristotelis de eadem re disputatio quæ exstat Magn. Mor. II cap. 3 utiliter ab antiquæ sapientiæ studiosis contendi poterit. — [263] Post δικαιοσύνη lacunam esse nemo negabit. Desiderantur enim duo vitia quæ huic virtuti respondeant. Quippe Aristoteles justitiam a reliquis virtutibus in eo differre docet, quod etsi justum (τὸ δίκαιον) medium sit inter lucrum (τὸ κέρδος) et damnum

(τὴν ζημίαν), tamen justitia ipsa non sit reliquarum virtutem instar mediocritas, sed tantum quatenus medium teneat inter injustitiam ab utraque parte oppositam. Sic enim Ethic. V, 9 : ἡ δὲ δικαιοσύνη μεσότης ἐστὶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσον ἐστίν, ἡ δὲ ἀδικία τῶν ἄκρων. Quamvis igitur, quid omissum sit, facile conjicias, tamen lacunam explere nolui. — [264] Posui ὃ δεῖ; codd. ᾧ δεῖ. — [265] Inserui verba οὔτε τὸν ἐπὶ μηδενὶ ὀργιζόμενον. — [266] Lacunam cum Heerenio explevi et ἀπροαίρετον in ἀπροαιρέτως mutavi, quum membranarum lectio οὔτε τὸν προαιρετικὸν ἀλλὰ τὸν ἀπροαίρετον ferri non posset. — [267] Ἀνταχολουθίαν intelligit mutuum virtutum comitatum quæ non ad animi partem ratione carentem ipsasque perturbationes pertinent, sed ad partem ratione præditam in qua prudentia dominatur. Ita vero prudentia a reliquis virtutibus moralibus differt, ut quum ipsa necessario sua natura illis comes adhæreat, reliquæ prudentiam quæ nullius auxilio eget forte fortuna tantum comitentur. — [268] Conf. Aristot. Rhet. lib. II cap. 7. — [269] Restitui εἴτε βασιλεῖ δίοι συμβιοῦν; codd. εἴτ' ἐπὶ βασιλεῖ δέοι συμβιοῦν. — [270] Diogenes Laertius lib. V, 31 : καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφόν, καὶ πολιτεύσεσθαι, γαμήσειν τε μὴν καὶ βασιλεῖ συμβιώναι. — [271] Diogenes Laertius lib. V, 31 : βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινε, ubi observandum τὸν ἡδονικὸν βίον dici qui hic ἀπολαυστικὸς appellatur, et apud Aristotelem Eth. Nicom. I, 3 : τὸ γὰρ ἀγαθὸν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως ἐοίκασιν ἐκ τῶν βίων ὑπολαμβάνειν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι τὴν ἡδονήν, διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν. Τρεῖς γάρ εἰσι μάλιστα οἱ προύχοντες, ὅ τε νῦν εἰρημένος καὶ ὁ πολιτικὸς καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. Sed Aristoteles πολιτικὸν βίον esse vult qui a Didymo πρακτικὸς nominatur. — [272] Edidi Heerenium magna ex parte secutus τὴν δὲ τέχνην καὶ ἐπιστήμην καὶ τὸν νοῦν κοινὴν ἀκρότητα; codd. τὴν δὲ κοινὴν καὶ τοῦ ἐπιστημονικοῦ κοινὴν ἀκρότητα. Conf. Aristot. Ethic. Nicom. lib. VI cap. 1—4, qui cap. 3 ait : ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι πέντε τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δ' ἐστὶ τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς· ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. Hinc enim Heerenii emendatio petita est. — [273] Codicum scripturam μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας ferri non posse omnes consentiunt. Nam lacunam hic esse manifestum est. Ea autem facile expletur verbis Aristoteleis ex Magn. Moral. I cap. 27 : μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα ἀλαζονείας καὶ μικροπρεπείας· νέμεσιν δὲ μεσότητα φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας. Quippe Aristotele judice l. c. νέμεσις est περὶ ἀγαθὰ ἃ τυγχάνει ὑπάρχοντα ἀναξίῳ ὄντι λύπη τις. Itaque Heerenii exemplo hæc inserui. — [274] Reposui κολακείας ex Aristot. Magn. Moral. I, 32; codd. καλοκαγαθίας. Comparanda autem sunt cum his tum superiora tum quæ Stagirites Magn. Mor. I cap. 21-34 de singulis virtutibus dedita opera disserit. — [275] Edidi ex Heerenii conjectura ἐν κοινωνίᾳ; libri ὅθεν κοινωνία. — [276] Scripsi καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς οἰκονομικῆς εἰρημένα ἀπόχρη; in codicibus manu exaratis post καπηλικῆς nihil legitur nisi ἀπόχρη. — [277] Similiter Aristoteles Polit. lib. 3 cap. 1 : πολίτης δ' ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς. — [278] Restitui νομοθετικὸν δέ, τὸ περὶ τὴν θέσιν κατνῶν νόμων, πολιτικὸν δέ, τὸ τῆς πόλεως διοικητικόν, στρατηγικὸν δέ, τὸ περὶ τὴν θεωρίαν. Nam in libris manu scriptis lacuna est inter νομοθετικὸν δέ et τὸ περὶ τὴν θεωρίαν, ita ut τοῦ νομοθετικοῦ et τοῦ πολιτικοῦ definitiones desiderentur. — [278] Reposui μονιμωτέρας; codd. μονιμωτέρους. Sic enim Aristoteles Polit. lib. IV cap. 12 : ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον ἡ πολιτεία μιχθῇ, τοσούτῳ μονιμωτέρα. Neque enim puto fore qui hic μονιμωτέρους defendant analogia exempli Thucydidei lib. V cap. 110, ἀπονώτερος ἡ λῆψις, vel similium quæ rara sunt in soluta oratione ac poetis relinquenda. — [279] Edidi e Gaisfordii conjectura θῆτας; libri θέτας. — [280] Quod hic Didymus olim apud Ægyptios majorum instituto bene ac sapienter receptum fuisse ait, ut privatorum hominum agri partim suburbani essent, partim ab urbe remoti : id fortasse in deperdito aliquo Aristotelis opere repperit. Apud Herodotum certe aliosque scriptores qui Ægyptiorum res aut latius perscripserunt aut data occasione attigerunt, nihil hujusmodi legitur. — [281] Quæ Didymus de republica hoc capite disputat, ea magnam partem consentiunt cum Stagiritæ præceptis vel potius, si a paucis locis discesseris, mutata Aristoteleæ orationis forma, ex Politicorum libris excerpta videntur. Quamquam autem singula imitationis vestigia persequi non attinet, annotabo tamen quæ de causis seditionum ac de rerum publicarum commutationibus supra breviter dicuntur, ea ab Aristotele Politicorum libro quinto uberrime tractari.)

4. Περὶ δὲ τῶν ἰδεῶν Πλάτων ὡδὶ διεξήρχετο, τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν κατὰ γένος ὡρισμένα τινὰ παρα-

4. De ideis autem ita disserebat Plato, ut rerum sub sensus cadentium generalia quædam exempla diceret formas esse, ex quibus scientiæ ac definitiones orirentur; nam præter omnes homines hominem quendam intelligi, et præ-

δείγματα φάμενος εἶναι τὰς ἰδέας, ἀφ' ὧν τὰς ἐπιστήμας γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὅρους· παρὰ πάντας γὰρ ἀνθρώπους ἄνθρωπόν τινα νοεῖσθαι, καὶ παρὰ πάντας ἵππους ἵππον, καὶ κοινῶς παρὰ τὰ ζῷα ζῷον ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον. Ὃν τρόπον δὲ σφραγῖδος μιᾶς ἐκμαγεῖα γίγνεσθαι πολλά, καὶ συχνὰς εἰκόνας ἑνὸς ἀνδρός, οὕτω καὶ μιᾶς ἑκάστης ἰδέας αἰσθητῶν σωμάτων φύσεις παμπληθεῖς, τῆς μὲν ἀνθρώπων ἀνθρώπους ἅπαντας, τῆς δὲ ἵππων ἵππους ἅπαντας, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν. Εἶναι δὲ τὴν ἰδέαν αἴτιον οὐσίαν, αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τοῦ ἕκαστον εἶναι τοιοῦτον οἷα ἐστὶν αὐτή. Καθάπερ οὖν τὰ κατὰ μέρος εἴδη ὥσπερ ἀρχέτυπα τῶν αἰσθητῶν προηγεῖσθαι συμβέβηκε σωμάτων, οὕτω τὴν πάσας ἐν ἑαυτῇ περιέχουσαν καλλίστην καὶ τελειοτάτην οὐσίαν ὑπάρχειν τοῦδε παράδειγμα τοῦ κόσμου· πρὸς γὰρ ταύτην ἁρμοσιωθέντα ὑπὸ τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὸν ἀπειργάσθαι θεοῦ κατὰ πρόνοιαν ἐκ τῆς πάσης οὐσίας. Λέγει γοῦν καὶ ἐν τῷ Παρμενίδῃ· « Ἀλλ', ὦ Παρμενίδη, μάλιστα ἔμοιγε καταφαίνεται ὧδε ἔχειν· τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δ' ἄλλα τούτοις ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα· καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τις ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς. »

(Eusebius Præp. Evang. XI, a3 : τὴν δὲ τῶν εἰρημένων διάνοιαν ἐκ τῶν Διδύμῳ περὶ τῶν ἀρεσκόντων Πλάτωνι συντεταγμένων ἐκθήσομαι· Περὶ τῶν ἰδεῶν κτλ. cf. Stobæus Eclogar. lib. I cap. 13, p. 33o ed. Heeren. Ceterum verbis καθάπερ οὖν τὰ κατὰ μέρος ὥσπερ ἀρχέτυπα inserui nomen εἴδη quod sententia flagitabat.)

ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΑΣΠΕΝΔΙΟΥ.

Τινὲς κατ' εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐνόμισαν κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀόρατον (πεπλάσθαι).

(Theodoretus Quæst. in Genesin p. 19 tom. I ed. Sirmond. Διοδώρου. Τινὲς κατ' εἰκόνα κτλ.)

ΕΥΡΥΣΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ.

1. Τὸ δὲ σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιον, οἷα γεγονὸς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένον λώστω [1], ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸ [2] ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V p. 559 ed. Sylburg.: ναὶ μὴν λεγούσης τῆς γραφῆς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, ἄξιον ἡγοῦμαι καὶ τὴν Εὐρύσου τοῦ Πυθαγορείου παραθέσθαι φωνήν, οὕτως ἔχουσαν· ὃς ἐν τῷ Περὶ τύχας τὸν δημιουργὸν φήσας αὐτῷ χρώμενον παραδείγματι ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπήγαγεν· Τὸ δὲ σκᾶνος κτλ. Reposui : [1] ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένον λώστω, codd. ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένον λώστῳ quod in soluta oratione non ferendum. — [2] αὐτὸ; libri αὐτὸν.)

2. Δοκεῖ δέ μοι τύχα καὶ τὸ ἀπὸ τᾶς τύχας γινόμενον πᾶν οὐχ ὡς ὑπό τινος αἰτίας ἀφωρισμένας καὶ ὡς ὑποκειμένας γίνεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐπισυμβαῖνον καὶ ἐπισυνιστάμενον ἀτέραις τισὶν αἰτίαις. Ἃ τύχα ὦν καὶ τὸ ἀπὸ τύχας γινόμενον οὔθ' ὡς φύσις ἐντὶ ὑπὸ φύσιός τε γινόμενον οὔθ' ὡς τέχνα καὶ φρόνασίς τις ἀνθρωπίνα καὶ θεία, ἀλλὰ τὸ ἐπισυμβαῖνον παραλόγως τε καὶ ἀπροαισθήτως τούτοις. Ἐπεὶ γὰρ δύο φύσιες ἐν τῷ ὅλῳ τῷδε καὶ τῷ παντὶ ἐνυπάρχοντι ἐναντίαι ἀλλάλαις, καὶ ταυτᾶν [1] ἁ μὲν ἔντι ῥητὰ καὶ τεταγμένα καὶ λόγον ἔχουσα [2] ποτὶ πάντα, ἁ δ' ἄῤῥητος καὶ ἄτακτος καὶ ἄλογος καὶ οὐδεμίαν σύνταξιν ἔχουσα, αὐταυτόθεν φανερὸν ὅτι τὸ μὲν ἀπὸ τύχας καὶ τῶ αὐτομάτω γινόμενον γίνεται ἐμπεσούσας τᾶς ἀλόγω καὶ ἀτάκτω φύσιος ἐς τὰ πρά-

---

ter equos omnes equum, atque in commune præter animalia simul animal tum ortus tum interitus expers. Quemadmodum autem unius signi multa redderentur simulacra multæque unius viri fierent imagines, sic etiam uniuscujusque ideæ plurimas corporum sub sensus cadentium naturas exsistere, hominis quidem homines omnes, equi vero equos omnes, parique ratione in ceteris rebus naturæ convenientibus evenire. Ideam vero esse naturam æternam, singularum rerum ex ipsa effictarum causam ac principium. Quomodo igitur singulas ideas quasi præcursoria corporum sensus nfoventium exemplaria esse convenit: sic pulcherrimam illam et perfectissimam naturam, quæ cunctas naturas suo sinu complectatur, hujus mundi esse exemplum; qui ad istius formæ similitudinem rerum parentis dei providentia ex omni materia effectus sit. Quocirca etiam in Parmenide sic ait : « Sed, o Parmenides, ita maxime mihi videtur res se habere, has quidem species tanquam exemplaria in rerum natura consistere, cetera vero ad earum similitudinem accedere iisque similia esse simulacra neque aliam inter ista formarum esse communionem, quam conformationem illis similem. »

DIODORI ASPENDII.

Quidam propter animi vim quæ oculorum aciem fugit ad imaginem dei hominem creatum esse arbitrati sunt.

EURYSI PYTHAGOREI.

1. At corpus reliquis simile est, ut quod factum sit ex eadem materia et quidem a præstantissimo effectum artifice, qui illud est fabricatus se ipso usus exemplari.

2. Videtur autem mihi fortuna et quidquid fortuitum est non ex certa aliqua causa ac subjacente nasci, sed tanquam superveniens aliquid atque ad reliquas causas accedens esse. Fortuna igitur et res fortuita neque ut natura est et res naturalis, neque ut ars vel scientia sive humana sive divina, sed ut accedens aliquid illis inopinato atque improviso. Etenim quum duæ in hac tota mundi com-

γματα. Πάντα δὲ τὰ σύστοιχα ταῖς καθόλω φύτεσιν ἀεὶ κατὰ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον ἀντιδιαιρέονται τὰ πράγματα, τὰ μὲν ὡς ἀγαθοποιῶ τινος φύσιος καὶ βασιλικᾶς ἐπικρατευσάσας, τὰ δ' ὡς κακοποιῶ καὶ τυραννικᾶς.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 7, pag. 210 seq. ed. Heeren. Restitui: [1] ταυτᾶν; codd. τούτων. — [2] cum Meinekio ἔχουσα; libri ἔχοντι.)

ΕΚ ΤΩΝ ΜΙΛΩΝΟΣ ΦΥΣΙΚΩΝ.

Ἀστραπαί εἰσι δίτται, ἡ μὲν ἡμερινὴ ἡ δὲ νυκτερινή. Γίγνεται δὲ ἡ μὲν ἡμερινὴ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ὅταν ῥαγῇ τὸ ὕδωρ ὑποφαινομένου αὐτοῦ, λαμπρὰ δ' οὐ φαίνεται ὥσπερ ἡ νυκτερινή, ὅτι ἐν φάει γίγνεται. Ἡ δὲ νυκτερινὴ ὑπὸ τῶν ἄστρων γίγνεται, ὅταν ῥαγῇ τὸ ὕδωρ ὑπερφαινομένων αὐτῶν· λαμπρὰ δὲ φαίνεται, ὅτι ἐν ζόφῳ γίγνεται.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 30, p. 610 ed. Heeren.)

ΕΚ ΤΟΥ ΣΚΥΘΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ.

Χρόνος ἐστὶ [1] ὕστατον καὶ πρῶτον πάντων, καὶ ἔχει ἐν ἑωυτῷ [2] πάντα, καὶ ἔστι εἷς αἰεί [3], καὶ οὐκ ἔστι ὁ παροιχόμενος ἐκ τοῦ ἐόντος αὐτῷ ἐναντίην ὁδὸν παρ' ἐνιαυτὸν πορευόμενος [4]. Τὸ γὰρ αὔριον ἡμῖν τῷ ἔργῳ χθές ἐστι, τὸ δὲ χθὲς αὔριον.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 9, p. 264 ed. Heeren. Scripsi: [1] ἐστὶ quater; codd. ἐστὶν. — [2] ἑωυτῷ; libri ἑαυτῷ. — [3] αἰεὶ; membranæ ἀεί. — [4] παρ' ἐνιαυτὸν πορευόμενος; libri παρ' ἐνιαυτῶν.)

ONATOY EK TOY ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΘΕΙΟΥ.

Ὁ μὲν θεὸς τὰ τῶν ἄλλων ζῴων ἐπαΐει, οὔτε ὁρατὸς ὢν οὔτε ἐπαΐστος, εἰ μή τισι πάγχυ ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἐντι νόος καὶ ψυχὰ καὶ τὸ ἀγεμονικὸν τῷ σύμπαντος κόσμω. Ταὶ δυνάμιες δ' αὐτῶ αἰσθηταὶ τά τ' ἔργα, ὧν οἶμαι νομεύς, καὶ ταὶ πράξιες καὶ ταὶ κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπιστρωφάσιες. Ὁ μὲν ὢν θεὸς αὐτὸς οὔτε ὁρατὸς οὔτε αἰσθητός, ἀλλὰ λόγῳ μόνον καὶ νόῳ θεωρατός· τὰ δ' ἔργα αὐτῶ καὶ ταὶ πράξιες ἐναργέες τε καὶ αἰσθηταί ἐντι πάντεσιν ἀνθρώποις. Δοκέει δέ μοι καὶ μὴ εἷς εἶμεν θεός, ἀλλ' εἷς μὲν ὁ μέγιστος καὶ καθυπέρτερος καὶ ὁ κρατέων τῶ παντός, τοὶ δ' ἄλλοι πολλοὶ διαφέροντες κατὰ δύναμιν· βασιλεύειν δὲ πάντων αὐτῶν ὁ καὶ κράτει καὶ μεγέθει καὶ ἀρετᾷ μάζων. Οὗτος δέ κα εἴη θεὸς ὁ περιέχων τὸν σύμπαντα κόσμον, τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ οἱ θέοντές ἐντι κατ' οὐρανὸν σὺν τᾷ τῶ παντὸς περιαγήσι, κατὰ λόγον ὀπαδέοντες τῷ πράτῳ καὶ νοατῷ. Τοὶ δὲ λέγοντες ἕνα θεὸν εἶμεν ἀλλὰ μὴ πολλὼς ἁμαρτάνοντι. Τὸ γὰρ μέγιστον ἀξίωμα τᾶς θείας ὑπεροχᾶς οὐ συνθεωρεῦντι. Λέγω δὴ τὸ ἄρχειν καὶ καθαγέεσθαι τῶν ὁμοίων, καὶ κράτιστον καὶ καθυπέρτερον εἶμεν τῶν ἄλλων. Τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ ποτὶ τὸν πρᾶτον θεὸν καὶ νοατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥσπερ χορευταὶ ποτὶ χορυφαῖον, καὶ στρατιῶται ποτὶ στραταγόν, καὶ λοχῖται καὶ συν-

---

page et rerum universitate cernantur inter se contrariæ naturæ, earumque altera sit certa et composita rationemque ad omnia habeat, altera incerta, incomposita et ratione destituta sit neque in ullum ordinem digesta, hinc patet quæcunque casu et fortuito fiunt, natura rationis experte et incomposita in res incidente contingere. Ceterum res omnes naturis universalibus cognatæ, prout meliore vel deteriore loco sunt, distinguuntur, aliæ ut benefica et regia, aliæ ut malefica et tyrannica dominante natura.

E MILONIS DE RERUM NATURA LIBRIS.

Duplicia fulgura sunt, alia diurna, alia nocturna. Ac diurna quidem per solem eveniunt, quum eo lucente aqua rumpitur, eaque non splendent ut nocturna, quoniam luce cernuntur. Nocturna vero per stellas accidunt, quum illis lucentibus aqua rumpitur, eaque quoniam in tenebris animadvertuntur, splendent.

E SCYTHINI DE RERUM NATURA LIBRO.

Tempus est ultimum et primum omnium, cunctaque in se complectitur, ac semper unum est, neque præteritum tempus ex præsenti oritur diversum ab eo iter per annum conficiens. Nam crastinus dies nobis re ipsa hesternus est, hesternus autem crastinus.

ONATI EX LIBRO DE DEO AC DEORUM NUMINE.

Deus ceterorum animalium res animadvertit, quamvis ipse a nemine nec conspiciatur nec audiatur, nisi a perpaucis mortalium. Ipse enim deus mens est et animus ac totius mundi princeps. At vires ejus sensibus percipi possunt, item opera, quorum ut opinor auctor est, et facta, et quæ in toto mundo fiunt rerum mutationes. Deus igitur ipse neque oculis nec reliquis sensibus percipi potest, sed ratione tantum et mente spectatur; opera autem ejus et facta conspicua sunt et aperta omnibus hominibus. Videtur porro mihi non unus esse deus, verum unus quidem tum maximus et summus, tum universi rector, reliquorum autem multitudo virium dissimilitudinem habere, sed imperare istis omnibus qui vi et magnitudine et virtute iis præstat. Hic vero fuerit deus qui totum continet mundum, ceteri autem dii qui cœlum cum universi conversione percurrunt, ut decet, comitantes primum nec nisi mente comprehendendum. Errant autem qui unum, non plures esse deos affirmant. Etenim supremam divinæ præstantiæ dignitatem simul contemplari omittunt. Intelligo vero imperium ac dominationem in similes eamque vim qua ceteris præstat iisque superior est. Præterea reliqui dii ad primum illum deum et intelligentia comprehendendum ita se habent, ut saltatores ad præsulem, et milites

τεταγμένοι ποτὶ ταξιάρχαν καὶ λοχαγέταν, ἔχοντες φύσιν ἕπεσθαι καὶ ἐπακολουθῆν τῷ καλῶς καθαγεομένῳ. Ξυνὸν μὲν ὦν αὐτῶν τὸ ἔργον ἐντὶ καὶ τῶ ἄρχοντος καὶ τῶν ἀρχομένων, ἀλλ' οὔ κα ἔτι δύναιντο συντετάχθαι τοὶ ἀρχόμενοι ποτὶ τὸ ἔργον ἀπολειφθέντες ἀγεμόνος, ὥσπερ οὐδὲ ἀοιδοὶ ποτὶ συναοιδίαν οὐδὲ στρατιῶται ποτὶ στραταγίαν ἀπολειφθέντες τοὶ μὲν στραταγῶ τοὶ δὲ κορυφαίω.

Τοιαύτα δὲ φύσις οὐδενὸς ποτιδεῖται οὔτε συγγενέος οὔτε ἔξωθεν, διόπερ οὔτε ἐκ δυοῖν ἄρμοσται ψυχᾶς καὶ σώματος, καὶ γὰρ διόλω ἐντὶ ψυχά, οὔτ' ἐναντίων τινῶν, τὰ γὰρ ἐναντία καὶ κρατεῖν καὶ κρατεῖσθαι πέφυκεν. Ἁ δέ γα τῶ σώματος κρᾶσις μιαίνει τὸ καθαρὸν τᾶς ψυχᾶς· ἁ μὲν γὰρ ἀκήρατος καὶ θεῖός ἐντι, τὸ δὲ θνατὸν καὶ θολομιγές. Οὕτω δὲ μιαίνει καὶ μόλυβδος χρυσὸν καὶ πᾶν τὸ τᾷ φύσι γνήσιον τὸ νόθον. Ὅλως δὲ τὸ σῶμα τοῖς θνατοῖς δέδωκεν ὁ θεὸς ζώοις δι' αἰτίαν ἀνάγκαν καὶ ἄρυκτον. Φύσι γὰρ ἄπορον καὶ πτωχὸν πᾶν τὸ γενέσιος κεχοινωνηκός.

Θεὸς μὲν ὦν ἐντι, καθάπερ ἐν ἀρχᾷ τῶ λόγω εἶπον, αὐτὸς ἀρχὰ καὶ πρᾶτον· θεῖος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δινεύμενα πάντα. Ὡς ὁμοίως δὲ καὶ δαίμων ἐντὶ ἁ ψυχά, αὐτὰ γὰρ ἄρχει καὶ κινεῖ τὸ διόλω ζῷον. Δαιμόνιον δὲ τὸ σῶμα καὶ τὰ τούτω δὲ πάντα. Δεῖ ὦν οὕτω διαιρέν, θεὸν καὶ θεῖον, καὶ δαίμονα καὶ δαιμόνιον.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 3, pag. 92 seqq. ed. Heer; cap. 2, pag. 25 seq. ed. Meinek.)

ΑΛΚΜΑΙΩΝΟΣ.

1. Λέγει δὲ τὰς νόσους συμπίπτειν ἃς μὲν ὑφ' οὗ δι' ὑπερβολὴν θερμότητος ἢ ξηρότητος, ἃς δὲ ἐξ οὗ διὰ πλῆθος τροφῆς ἢ ἔνδειαν, ἃς δὲ ἐν οἷς, αἷμα ἢ μυελὸν ἢ ἐγκέφαλον. Γίνεσθαι δέ ποτε καὶ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν, ὑδάτων ποιῶν ἢ χώρας ἢ κόπων ἢ ἀνάγκης ἢ τῶν τούτοις παραπλησίων.

(Stobæus Flor. C, 25. Reposui e Gesneri conjectura ἃς μὲν—ἃς δὲ—ἃς δὲ pro codicum lectionibus ὡς μὲν—ὡς δὲ—ὡς δὲ. In sequentibus aut requiritur αἵματι ἢ μυελῷ ἢ ἐγκεφάλῳ aut subaudiendum est δι' ante αἷμα. Itaque nihil mutavi.)

2. Ἀλκμαίων ἔφη τῆς μὲν ὑγιείας εἶναι συνεκτικὴν τὴν ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων ὑγροῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, θερμοῦ, πικροῦ, γλυκέος καὶ τῶν λοιπῶν, τὴν δ' ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν νόσου παρασκευαστικὴν εἶναι.

(Stobæus Flor. CI, 2.)

3. Ἀλκμαίων κατὰ τὴν τοῦ διαφανοῦς ἀντίληψιν [τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν πάθος].

(Excerpta e codice Florentino Joann. Damasc. in Stob. Eclog. ed. Gaisford. tom. II p. 711.)

4. Ἀλκμαίων ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ εἶναι τὸ ἡγεμονικόν· τούτῳ οὖν ὀσφραίνεσθαι ἕλκοντι διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς.

(Excerpta e codice Florentino Joann. Damasc. in Stob. Eclog. ed. Gaisford. tom. II p. 714).

5. Ἀλκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ ἠχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος εἰσβολήν· πάντα γὰρ τὰ κοῖλα ἠχεῖ.

(Excerpta e codice Florentino Joann. Damasc. in Stob. Eclog. ed. Gaisford. tom. II p. 769. Conf. Plutarch. de plac. phil. IV, 16.)

---

ad ducem, et gregarii milites instructaque acies ad ordinum ductores et cohortium præfectos, quorum natura ita comparata est, ut sequantur bonum ducem eique obediant. Commune igitur opus est tam imperatoris quam militum, verum a duce destituti gregarii milites componi ad opus non amplius possunt, sicut nec ad concentum cantores neque ad virtutem imperatoriam milites, si alteri imperatore alteri præcentore careant.

Talis vero natura nihil neque cognatum neque externum desiderat, ideoque neque ex duobus partibus composita est, animo et corpore, quippe quæ tota sit anima, neque ex contrariis, quia contraria et vincere et vinci solent. Certe corporis temperatio animi integritatem polluit, quoniam hic sincerus est ac divinus, illud contra mortale atque impurum. Sic autem et aurum plumbo contaminatur et quidquid natura verum est fucato. Omnino corpus mortalibus animantibus dedit deus ex æterna et inevitabili necessitate. Siquidem omne, quod ortum habuit, natura inops est et egenum.

Deus igitur, quemadmodum in principio disputationis dixi, ipse est principium et primum; divinus vero hic mundus et quæ in eo volvuntur omnia. Nam similiter animus etiam genius est, quoniam ipse totum animal regit et movet. Admirandum vero corpus ejusque partes omnes. Quare sic hæc dividere oportet, in deum et divinum, genium et admirandum.

ALCMÆONIS.

1. Morbos animantibus ingruere dicit alios effectu quodam ob caloris aut siccitatis abundantiam, alios causa certa propter alimenti copiam aut inopiam, alios in quibusdam corporis partibus, ut sanguine vel medulla vel cerebro. Aliquando autem eos nasci etiam causis externis, aquis quodam modo affectis, regione, lassitudine, necessitate vel aliis rebus harum similibus.

2. Alcmæon ait sustentari valetudinem æquabilitate virium humoris, siccitatis, frigoris, caloris, amaritudinis, dulcedinis et reliquarum, sed unius ex his dominationem facere morbum.

3. Alcmæon perceptis rebus pellucidis nos videre arbitratur.

4. Alcmæon in cerebro animi principatum posuit, ejusque ope, dum per respirationem odores trahit, censuit nos odorari.

5. Alcmæon audire nos inani quod intra aurem est; id

6. Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης τάδε ἔλεξε, Πειρίθου υἱός, Βροντίνῳ καὶ Λέοντι καὶ Βαθύλλῳ· περὶ τῶν ἀφανέων καὶ περὶ τῶν θνητῶν σαφήνειαν μὲν θεοὶ ἔχοντι, ὡς δὲ ἀνθρώποις τεκμαίρεσθαι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 83 : ἦν δὲ Πειρίθου υἱός, ὡς αὐτὸς ἐναρχόμενος τοῦ συγγράμματός φησιν· Ἀλκμαίων κτλ.)

7. Ἔτι δὲ κεφαλῆς μόριον, δι' οὗ ἀκούει, ἄπνουν, τὸ οὖς· Ἀλκμαίων γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγει, φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα.

(Aristoteles Hist. animal. lib. I cap. XI.)

ΘΕΑΝΟΥΣ.

1. Καὶ συχνοὺς μὲν Ἑλλήνων πέπυσμαι νομίσαι φάναι Πυθαγόραν ἐξ ἀριθμοῦ πάντα φύεσθαι. Οὗτος δὲ ὁ λόγος ἀπορίαν παρέχει ἡμῖν, πῶς ἃ μηδὲ ἔστιν ἐπινοεῖται καὶ γεννᾶν. Ὁ δὲ οὐκ ἐξ ἀριθμοῦ, κατὰ δὲ ἀριθμὸν ἔλεγε πάντα γίγνεσθαι, ὅτι ἐν ἀριθμῷ τάξις πρώτη, ἧς μετουσίᾳ κἀν τοῖς ἀριθμητοῖς πρῶτόν τι καὶ δεύτερον καὶ τἆλλα ἑπομένως τέτακται.

(Stobæus Eclog. I cap. XI, 13 p. 30a seqq. ed. Heer. Θεανοῦς ἐκ τοῦ περὶ εὐσεβείας. Reposui πέπυσμαι cum Meinekio pro membranarum lectione πέπεισμαι; in sequentibus autem codicum scripturam αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἀπορήσας ἔρχεται mutavi in οὗτος δὲ ὁ λόγος ἀπορίαν παρέχει ἡμῖν. [Fort. ἀπορήσεως ἔχεται.])

2. Θεανὼ ἡ Πυθαγόρειος ἐρωτηθεῖσα πῶς ἔνδοξος ἔσται, ἔφη· « ἰστὸν ἐποιχομένη καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσα. »

(Stobæus Floril. LXXIV, 32 Θεανοῦς.)

3. Ἡ Θεανὼ παρέφηνε τὴν χεῖρα περιβαλλομένη τὸ ἱμάτιον· εἰπόντος δέ τινος « καλὸς ὁ πῆχυς », « Ἀλλ' οὐ δημόσιος » ἔφη. Δεῖ δὲ μὴ μόνον τὸν πῆχυν, ἀλλὰ μηδὲ τὸν λόγον δημόσιον εἶναι τῆς σώφρονος, καὶ τὴν φωνήν, ὡς ἀπογύμνωσιν αἰδεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐκτός. Ὁρᾶται γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ πάθος καὶ ἦθος καὶ διάθεσις τῆς λαλούσης.

(Plutarchus Conjug. præc. vol. VII p. 421 ed. Hutten. Eadem verba leguntur apud Stobæum Flor. LXXIV, 49a. Similiter Clemens Alexandrinus Strom. IV p. 522 : Τί δαί; οὐχὶ Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ εἰς τοσοῦτον ἦκεν φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα καὶ εἰπόντα, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος ἀποκρίνασθαι. Theodoretus serm. XII : Θεανὼ ἡ Πυθαγορική, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτὴν καὶ εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀπεκρίνατο.)

4. Θεανὼ ἐρωτηθεῖσα ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, « ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου » εἶπε « παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. »

(Stobæus Floril. LXXIV, 53 Θεανοῦς. Eadem habet Diogenes Laertius lib. VIII, 43. Clemens Alexandrinus Strom. V. l. c.: τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τὸ ἀπόφθεγμα· ἐρωτηθεῖσα γάρ, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου καὶ παραχρῆμα, ἔφη, ἀπὸ δὲ ἀλλοτρίου οὐδεπώποτε. Theodoretus serm. XII : ἐρωτηθεῖσα δὲ πάλιν, Ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἔφη, ἀπὸ δὲ ἀλλοτρίου οὐδεπώποτε. Aliter Jamblichus de vit. Pyth. lib. I cap. 26 : ἧς ἐστι καὶ τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, τὸ τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημερὸν ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρός. Ceterum apud Diogenem Laertium lib. VIII, 43 hæc adduntur : τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι παρήνει, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι, ἀνισταμένην τε πάλιν ἅμα αὐτοῖς ἀναλαμβάνειν. Ἐρωτηθεῖσα, Ποῖα; ἔφη, Ταῦτα δι' ἃ γυνὴ κέκλημαι.)

5. Θεανὼ γὰρ ἡ Πυθαγορικὴ γράφει· Ἦν γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐωχία ὁ βίος, πονηρευσαμένοις,

---

enim personare irrumpente aere, siquidem omnia vacua sonant.

6. Alcmæon Crotoniates, Pirithi filius, hæc dixit Brontino et Leonti et Bathyllo : « *Dii quidem in plena rerum obscurarum et mortalium cognitione versantur, quantum vero hominibus conjicere licet.* »

7. Est præterea capitis pars, qua audimus, non spiramus, auris; neque enim Alcmæonis sententia vera est qui capras auribus spirare affirmavit.

HEANUS.

1. Multos quoque Græcorum audivi existimasse, dicere Pythagoram ex numero cuncta oriri. Hæc vero res dubitationem injicit nobis, quomodo ea quæ ne sunt quidem vim genitalem habere putentur. At ille non ex numeris, sed ad numerorum normam nasci cuncta dicebat, quia in numero primus cernitur ordo, cujus communicatione etiam in iis quæ numerari possunt primum, secundum et reliqua deinceps ponuntur.

2. Theano Pythagoricæ sapientiæ studiosa interroganti, quomodo gloriam consecutura esset, respondit : « *Telam percurrendo meumque lectum curando.* »

3. Theano vestem induens brachium exseruit, et quum quidam dixisset : « *Pulcher hic cubitus est,* » respondit « *At non publicus.* » Ceterum pudicæ mulieris non modo cubitus, sed ne sermo quidem publicus esse debet, voceque ad alienos, tanquam parum conveniente nudatione, ei abstinendum est. Namque in voce cernuntur loquentis et perturbatio et mores et animi affectio.

4. Theano interrogata, quot diebus mulier post viri congressionem pura fieret : *A suo*, inquit, *utro confestim, ab alieno vero nunquam.*

5. Quippe Theano Pythagorica scribit : « Esset enim revera vita convivium improbis, qui moriuntur postquam

ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχή.

(Clemens Alexandrinus Stromat. lib. IV p. 492 A.)

6. Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ἐρωτηθεῖσα τί πρέπον εἴη γυναικί, τὸ τῷ ἰδίῳ ἔφη ἀρέσκειν ἀνδρί.

(Stobæus Floril. LXXIV, 55 Θεανοῦς.)

7. Θεανὼ ἔφη· κρεῖττόν ἐστιν ἵππῳ ἀχαλίνῳ ἑαυτὸν πιστεύειν ἢ γυναικὶ ἀλογίστῳ.

(Floril. Monac. 268 in Stob. Flor. vol. IV p. 289 ed. Meinek.)

8. Θεανὼ ἔφη· περὶ ὧν λέγειν καλόν, περὶ τούτων σιωπᾶν αἰσχρόν, καὶ περὶ ὧν αἰσχρὸν λέγειν, περὶ τούτων σιωπᾶν ἄμεινον.

(Floril. Monac. 269 in Stob. Flor. vol. IV p. 289 seq. ed. Meinek.)

9. Ἡ αὐτὴ ἐρωτηθεῖσα τί ἐστιν ἔρως, ἔφη πάθος ψυχῆς σχολαζούσης.

(Floril. Monac. 270 in Stob. Flor. vol. IV p. 290 ed. Meinek.)

ΣΕΞΤΟΥ ΓΝΩΜΑΙ. *)

1. Μὴ ὀνειδίσῃς τὰς τῶν φίλων σου χάριτας· ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς.

(Excerpt. Vindobon. 45 in Stob. Flor. vol. IV p. 293 ed. Meinek.)

2. Μυστήριον ἐν φιλίᾳ ἀκούσας, ὕστερον ἐχθρὸς γενόμενος μὴ ἐκφήνῃς· ἀδικεῖς γὰρ οὐ τὸν ἐχθρὸν ἀλλὰ τὴν φιλίαν.

(Excerpt. Vindobon. 46 in Stob. Flor. vol. IV p. 293 ed. Meinek.)

3. Ταῶν εἰς δεῖπνον παρασκευάζεσθαι μελλων, ἁπλώσας τὰ πτερὰ εἶπεν· Εἰ μὲν πολλῶν χρεῶν ὁρᾷς με μετέχοντα, θῦσον, εἰ δὲ τῇ τῶν πτερῶν ποικιλίᾳ χαίρεις, φεῖσαι σαρκὸς ὀλίγης κεκοσμημένης.

(Excerpt. Vindobon. 47 in Stob. Flor. vol. IV p. 293 ed. Meinek. Post ποικιλίᾳ addidi χαίρεις; nam hujusmodi verbum hic desideratur. Præterea φεῖσον mutavi in φεῖσαι.)

4. Ἀδύνατόν ἐστι τὸν ὀρθῶς βιοῦντα καὶ ὀρθῶς φρονοῦντα περιπεσεῖν πταίσμασιν αἰσχύνης ἢ πλάνῃ δαιμόνων. Ὥσπερ δὲ σκώληξ ἀναλίσκει τὸ ξύλον ὅπου εἰσέρχεται, οὕτως καὶ ἡ ἁμαρτία μένουσα ἐν τῷ ποιήσαντι αὐτήν.

(Excerpt. Vindobon. 48 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

5. Ὁ αὐτὸς θεασάμενος ἐπὶ θύραις εὐπρεποῦς γυναικὸς οἰκοφθόρον μειράκιον, ἔφη· Ὦ μειράκιον, σπούδασον τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταγαγεῖν.

(Excerpt. Vindobon. 49 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek. At in Flor. Monac. 178 ibid. p. 281 hæc de Diogene leguntur: ὁ αὐτὸς θεασάμενος μειράκιον εὔμορφον καὶ διὰ τοῦτο φιλούμενον ἔφη, Ὦ σπούδασον τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταγαγεῖν.)

6. Ἀπαιδεύτου τὸ ἄλλῳ ἐγκαλεῖν ἐφ' οἷς ἂν αὐτὸς πράσσῃ κακῶς.

(Excerpt. Vindobon. 50 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek. Inserui ἂν particulam quæ in codice deest.)

7. Ἄνθρωπος μιαρολογῶν πολὺ ἀλογώτερος τῶν κτηνῶν ὑπάρχει· οὐ γὰρ τῆς ἀνάγκης ὁ μισθός, ἀλλὰ προαιρέσεως,

(Excerpt. Vindobon. 51 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

8. Ὅταν λοιδορηθῇς περί τινος, ἄνθρωπε, σκόπευσον ἀκριβῶς μή τί σοι πέπρακται τῆς λοιδορίας ἄξιον, εἰ δ' οὐ πέπρακται, καπνὸν καὶ ἄνεμον τὴν λοιδορίαν νόμιζε.

---

omni malitiæ dediti fuerunt, nisi animus esset immortalis.»

6. Theano, mulier Pythagoricam sectam professa, interroganti, quid deceret matronam, respondit: *Viro suo placere.*

7. Theano ait satius esse equo effreni, quam mulieri inconsideratæ se committere.

8. Theano ait, de quibus dicere honestum sit, de iis turpe esse silere, de quibus autem turpe sit dicere, de iis silere melius esse.

9. Eadem interrogata, quid esset amor, animi otiosi affectionem esse respondit.

SEXTI SENTENTIÆ.

1. Ne exprebra amicis tuis beneficia in ipsos collata; nam nullo eos beneficio affecisse videberis.

2. Arcanum ab amico creditum postquam inimicitias cum eo suscepisti noli prodere; neque enim injuriam infers inimico, sed amicitiam violas.

3. Pavo quum jam in eo esset, ut convivantibus cibus pararetur, extentis pennis ita locutus est: Si me carnosum esse vides, macta; sin autem pennarum varietate gaudes, parce exiguæ carnis ornamento.

4. Fieri non potest, ut qui bene vivit recteque sentit quidquam vel turpiter faciat vel impie in deos hominesque committat. Quemadmodum vero linea lignum, quæ parte intrat, consumit: sic delictum auctori perpetuo hærens perniciem affert.

5. Idem ad formosæ mulieris fores adolescentem nebulonem conspicatus: O adolescens, inquit, corporis amatores ad animum traducere stude.

6. Inculti hominis est, alteri objicere ea omnia propter quæ ipse miseriis premitur.

7. Homo spurcidicus multo minus intelligentiæ habet quam quævis bestia; neque enim necessitatis, sed consilii constituta est merces.

8. Quando reprehenderis de re aliqua, diligenter tibi, homo, videndum est, ne quid feceris quod sit reprehen-

*) Conf. Philos. Græc. Fragm. vol. I p. 522.

(Excerpt. Vindobon. 52 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

9. Ἀνὴρ ἐπίφθονος μέγα κακόν· εἰ δὲ καὶ τὸ γείτων εἶναι κεκλήρωται, ἀπαραίτητον τὸ δυστύχημα καὶ τῷ θανάτῳ μόλις παυσόμενον.

(Excerpt. Vindobon. 53 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

10. Οἱ νέοι καὶ σφριγῶντες ἀκόλαστοι καὶ τρυφῶντές εἰσιν ἀκρατέστεροι.

(Excerpt. Vindobon. 54 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

11. Τί δῆτα τὸ κενὸν τοῦτο δοξάριον τὸν πήλινον ἀσκὸν ἐπὶ τοσοῦτον διεφύσησεν;

(Excerpt. Vindobon. 55 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek. Addidi ἐπὶ τοσοῦτον e Theophylacti epist. 79 ubi eadem sententia exstat. Est autem hoc loco *luteus uter* vel venter vel corpus humanum. Cf. Timon. fr. vs. 12-14, vol. I p. 85.)

12. Ὁδίτου χεῖρες ἀκόλαστοι καὶ γεωργικοὺς ἰδρῶτας ἀδικεῖν ἑτοιμότατοι.

(Excerpt. Vindobon. 56 in Stob. Flor. vol. IV p. 294 ed. Meinek.)

ΑΛΛΑ ΑΡΧΥΤΟΥ ΤΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ. *)

1. Ποῖον ἓν ἐρωτᾷς; τὸ ἀρχηγικὸν ἢ τὸ ὡς ἐν μορίοις ἐλάχιστον; δῆλος δὲ διαφορᾶς οὔσης παρ' αὐτοῖς ἑνὸς καὶ μονάδος, περὶ ἧς καὶ τῶν πρεσβυτέρων Πυθαγορείων πολλοὶ διελέχθησαν, ὥσπερ Ἀρχύτας ὅς φησιν ὅτι « τὸ ἓν καὶ ἡ μονὰς συγγενῆ ἐόντα διαφέρει ἀλλήλων » κτλ.

(Syrianus ad Aristot. Metaph. XIII, 8. Idem Archytam *causam ante causam* statuisse dicit initio commentarii ad Metaph. XIV (XII). Verba ejus hæc sunt: δῆλος δὲ οὐδὲ ἀπὸ τῶν ὡσανεὶ ἀντικειμένων οἱ ἄνδρες ἤρχοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν δύο στοιχείων τὸ ἐπέκεινα ἦσαν, ὡς μαρτυρεῖ Φιλόλαος τὸν θεὸν λέγων πέρας καὶ ἀπειρίαν ὑποστῆσαι, διὰ μὲν τοῦ πέρατος τὴν τῷ ἑνὶ συγγενεστέραν ἐνδεικνύμενος πᾶσαν συστοιχίαν, διὰ δὲ τῆς ἀπειρίας τὴν ταύτῃ ὑφειμένην, καὶ ἔτι πρὸ τῶν δύο ἀρχῶν τὴν ἑνιαίαν αἰτίαν καὶ πάντων ἐξῃρημένην προέταττον ἣν Ἀρχαίνετος (leg. Ἀρχύτας) μὲν « αἰτίαν πρὸ αἰτίας » εἶναί φησι, Φιλόλαος δὲ τῶν πάντων ἀρχὰν εἶναι διισχυρίζεται. Paulo aliter Theo Smyrnæus Arithm. p. 27: Ἀρχύτας δὲ καὶ Φιλόλαος ἀδιαφόρως τὸ ἓν καὶ μονάδα καλοῦσι καὶ τὴν μονάδα ἕν· οἱ δὲ πλεῖστοι προστιθέασι τῷ μονάδα αὐτὴν τὴν πρώτην μονάδα, ὡς οὔσης τινὸς οὐ πρώτης μονάδος ἣ ἐστι κοινότερον καὶ αὐτὴ μονὰς καὶ ἕν.)

2. Ἀρχύτας δέ, ὥς φησιν Εὔδημος, οὕτως ἠρώτα τὸν λόγον· « ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἦγουν τῷ ἀπλανεῖ οὐρανοῦ γενόμενος πότερον ἐκτείναιμι ἂν τὴν χεῖρα ἢ τὴν ῥάβδον εἰς τὰ ἔξω, ἢ οὐκ ἄν· τὸ μὲν οὖν μὴ ἐκτείνειν ἄτοπον· εἰ δὲ ἐκτείνω, ἤτοι σῶμα ἢ τόπος τὸ ἐκτὸς ἔσται. »

(Simplicius in Aristot. Phys. f. 108 a, qui hæc adjicit: διοίσει δὲ οὐδέν, ὡς μαθησόμεθα· ἀεὶ οὖν βαδιεῖται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τὸ ἀεὶ λαμβανόμενον πέρας καὶ ταυτὸν ἐρωτήσει, καὶ εἰ ἀεὶ ἕτερον ἔσται, ἐφ' ὃ ἡ ῥάβδος, δῆλον ὅτι καὶ ἄπειρον. Καὶ εἰ μὲν σῶμα, δέδεικται τὸ προκείμενον· εἰ δὲ τόπος, ἐστὶ δὲ τόπος τὸ ἐν ᾧ σῶμα ἐστὶν ἢ δύναιτ' ἂν εἶναι, τὸ δὲ δυνάμει ὡς ὂν χρὴ τιθέναι ἐπὶ τῶν ἀϊδίων, καὶ οὕτως ἂν εἴη σῶμα ἄπειρον καὶ τόπος. Ad intelligendam Pythagoreorum sententiam valent etiam ea quæ Simplicius ad Aristotelis Phys. f. 152 a ex Porphyrio annotavit: ἀχώριστον μὲν γὰρ ἔθεντο, φησὶν (ὁ Πορφύριος), αὐτὸ (τὸ κενὸν) οἱ περὶ Δημόκριτον, διόπερ μηδὲ συνεχὲς τὸ πᾶν, μεσολαβουμένων τῶν σωμάτων ὑπὸ τοῦ κενοῦ· χωριστὸν δὲ οἱ λέγοντες ἔξω τοῦ κόσμου κενόν, συνεχὲς δὲ ἀπολείποντες τὸ πᾶν, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι.)

3. Τῷ μὲν τόπῳ ἴδιόν ἐστι τὸ τὰ μὲν ἄλλα ἐν αὐτῷ ἦμεν, αὐτὸν δὲ ἐν μηδενί. Εἰ γὰρ ἔν τινι τόπῳ ἔσται,

---

dendum; quod si nihil hujusmodi fecisti, convicium pro fumo et vento habeto.

9. Homo invidus magnum malum est; cui si etiam vicina habitatio sorte obvenit, pestis inevitabilis est, quæ vix morte exstinguatur.

10. Adolescentes vegeti, intemperantes et voluptarii libidinosiores sunt.

11. Quid tandem inanis hæc gloriola luteum utrem tantopere inflavit?

12. Viatoris manus incontinentes etiam ad corrumpendas agricolarum res multo sudore partas paratissimæ sunt.

*) Conf. Philos. Græc. Fragm. vol. I p. 553—575.

ALIA ARCHYTÆ TARENTINI FRAGMENTA.

1. Quale unum a me exquiris? principale illud an tanquam partium vel membrorum omnium minimum? Quum autem omnino apud eos unius et unitatis differentia sit, de qua antiquiorum Pythagoreorum multi disseruerunt, velut Archytas qui ait *unum et unitatem, quamvis cognata sint, tamen inter se differre* etc.

2. Archytas autem, ut ait Eudemus, sic interrogabat: « Ad ultimam, id est, inerrantem cœli partem delatus utrum manum vel baculum ad extera extendam, an non? jam vero non extendere absurdum; sin autem extendam, aut corpus aut locus quod extra est erit. »

3. Spatii hoc proprium habetur, quod cetera quidem in ipso sunt, ipsum autem nulla in re est. Nam si quo in

καὶ ὁ τόπος πάλιν αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ, καὶ τοῦτο μέχρις ἀπείρω συμβασεῖται. Ἀνάγκα τοιγαρῶν [a] τὰ μὲν ἄλλα ἐν τόπῳ ἦμεν, τὸν δὲ τόπον ἐν μηδενί, ἀλλ' οὕτω ποττὰ ὄντα, ὥσπερ καὶ τὰ πέρατα πρὸς τὰ περατούμενα· ὁ γὰρ τῷ παντὸς κόσμῳ [b] τόπος πέρας ἁπάντων τῶν ὄντων ἐστί.

(Simplicius ad Aristot. Categ. f. 135 ex Archytæ libro περὶ τοῦ παντός. Scripsi : [a] τοιγαρῶν; libri τοιγαροῦν. — [b] κόσμω; cod. κόσμου.)

4. Ὁ μὲν θεῖος Ἰάμβλιχος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰς κατηγορίας ὑπομνημάτων τὸν Ἀρχύταν ὁρίζεσθαί φησι τὸν χρόνον ὡς ἐστὶ « κινάσιός τις ἀριθμὸς ἢ καὶ καθόλω διάσταμα τᾶς τῶ παντὸς φύσιος. »

(Simplicius ad Aristot. Phys. f. 186 b. Similiter ad Phys. f. 163 a : οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτὸν (χρόνον) τοῦ οὐρανοῦ (φασιν), ὡς τοὺς Πυθαγορικοὺς ἱστοροῦσι λέγειν οἱ παρακούσαντες ἴσως τοῦ Ἀρχύτου λέγοντος καθόλου τὸν χρόνον διάστημα τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Adde eundem in Categ. f. 129 a, ubi tamen κινάσιός τινος ἀριθμὸς legitur pro κινάσιός τις.)

5. Τὸ δὲ πόκα καὶ ὁ χρόνος καθόλου μὲν ἴδιον ἔχει τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ ἀνυπόστατον· τὸ γὰρ νῦν ἀμερὲς ἐὸν καὶ λεγόμενον ἅμα καὶ νοεύμενον παρελήλυθε καὶ οὐκ ἔντι παραμένον· γινόμενον γὰρ συνεχῶς τωυτὸ μὲν οὐδέποκα σώζεται κατ' ἀριθμόν, κατὰ μέντοι γε τὸ εἶδος. Ὁ γὰρ ἐνεστὼς νῦν χρόνος καὶ ὁ μέλλων οὐκ ἔντι ὠὐτὸς τῷ προγεγονότι· ὁ μὲν γὰρ ἀπογέγονε καὶ οὐκ ἔτι ἐντί· ὁ δὲ ἅμα νοεύμενος καὶ ἐνεστακὼς παρώχηκε. Καὶ οὕτως ἀεὶ συνάπτει τὸ νῦν, συνεχῶς ἄλλο καὶ ἄλλο γινόμενον καὶ φθειρόμενον, κατὰ μέντοι γε τὸ εἶδος τωυτό. Ἢν γὰρ τὸ νῦν ἀμερὲς καὶ ἀδιαίρετον, πέρας μέν ἐντι τῶ προγεγονότος, ἀρχὰ δὲ τῶ μέλλοντος· ὥσπερ καὶ γραμμᾶς εὐθείας κλασθείσας τὸ σαμεῖον, περὶ ὃ ἁ κλάσις, ἀρχὰ μὲν γίνεται τᾶς ἑτέρας γραμμᾶς, πέρας δὲ τᾶς ἑτέρας. Συνεχὴς δὲ ὁ χρόνος καὶ οὐ διωρισμένος, ὥσπερ ἀριθμὸς καὶ λόγος καὶ ἁρμονία· τῶ μὲν γὰρ λόγω ταὶ συλλαβαὶ τὰ μόρια· ταῦτα δὲ διωρισμένα· καὶ τᾶς ἁρμονίας τοὶ φθόγγοι καὶ τῶ ἀριθμῶ ταὶ μοναδες. Γραμμὰ δὲ καὶ χωρίον καὶ τόπος συνεχῆ· τὰ γὰρ μόρια τούτων κοινὰ τμάματα ποιέει διαιρεύμενα· τέμνεται γὰρ γραμμὰ μὲν κατὰ στιγμάν, ἐπίπεδον δὲ κατὰ γραμμάν, στερεὸν δὲ κατὰ ἐπίπεδον. Ἔντι ὦν ὁ χρόνος συνεχής· οὐ γὰρ ἦς ποκα φύσις, ὁπόκα χρόνος οὐκ ἦς, οὐδὲ κίνασις, ὁπόκα τὸ νῦν οὐ παρῆς· ἀλλ' ἀεὶ ἦς καὶ ἐσσεῖται καὶ οὐδέποκα ἐπιλείψει τὸ νῦν; ἄλλο καὶ ἄλλο γινόμενον, καὶ ἀριθμῶ μὲν ἄτερον, εἴδει δὲ τωυτόν. Διαφέρει δὲ γραμμὰ τῶν ἄλλων συνεχέων, ὅτι τᾶς μὲν γραμμᾶς καὶ τῶ χωρίω καὶ τῶ τόπω τὰ μέρεα ὑφέστακε, τῶ δὲ χρόνω τὰ μὲν γενόμενα ἔφθαρται, τὰ δὲ γενασόμενα φθαρήσεται.

(Simplicius in Aristotelis Phys. f. 186 a. Eundem Archytæ locum in Comm. ad Categ. f. 130 b affert, ita tamen ut pro doricis vocum formis atticas vel communes substituat. Sequitur Archytas, vel quicunque hujus fragmenti auctor est, in temporis natura definienda Aristotelem Phys. ausc. lib. IV cap. 10—14, p. 217 b. — 224 a ed. Bekker. hanc materiam copiosissime tractantem.)

6. Οἱ δὲ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύταν τὸν λόγον τῶν συμφωνιῶν ἐν ἀριθμοῖς ὤφοντο εἶναι, ὁμολογοῦντες καὶ αὐτῶν ἐν κινήσεσιν εἶναι τοὺς λόγους· καὶ τὴν μὲν ταχεῖαν κίνησιν ὀξεῖαν εἶναι, ἅτε πλήττουσαν συνεχὲς

---

spatio sit, spatium etiam ipsum rursus in altero sit necesse est, idque in immensum pertinebit. Necesse igitur est, cetera quidem in spatio, spatium vero nulla in re esse, sed eandem habere rationem ad res, quam fines ad finita, quoniam universitatis spatium omnium rerum finis est.

4. Jamblichus, homo divinus, in primo commentariorum in categorias Archytam ait tempus ita definire, ut esse dicat *motus quendam numerum vel etiam omnino creatarum omnium rerum intervallum.*

5. Illud autem *quando* et tempus omnino propriam habet naturam tum individuam tum non subsistentem; ipsum enim *nunc*, quum individuum sit, simul dictum et cogitatum præteriit neque consistit; quippe perpetuo nascens nunquam quidem numero, sed tamen specie idem manet. Etenim tempus nunc præsens et futurum non est idem quod præteritum; siquidem hoc abiit neque amplius est, illud simul cogitatum et præsens exactum est. Ita semper instat ipsum *nunc*, continenter aliam atque aliam naturam induens ideoque exstinctum, specie tamen idem manens. Omne enim istud *nunc*, ut individuum et indiscretum, finis quidem præteriti, initium autem futuri temporis est; quemadmodum etiam rectæ lineæ flexæ punctum, circa quod deflexio sit, alterius quidem lineæ initium, alterius autem finis est. Est autem tempus perpetuum neque definitum, ut numerus et verbum et harmonia, siquidem verbi partes syllabæ sunt, quæ sunt definitæ, item harmoniæ partes soni et numeri monades. Sed linea et figuræ area et spatium continua sunt; namque harum rerum partes constitutæ communia segmenta efficiunt, quoniam linea puncto, planum linea, solidum denique plano secatur. Est igitur tempus perpetuum; neque enim unquam fuit rerum ortus, quum tempus non esset, neque motus, quum ipsum *nunc* non adesset, sed semper fuit atque erit neque unquam deficiet hoc *nunc*, aliam atque aliam naturam induens, et numero quidem variatum, specie autem idem manens. Ceterum eo differt linea a reliquis rebus continuis, quod tam lineæ quam areæ et spatii partes exstant, at sicut præteriti temporis hominum facta exoleverunt, ita futuri exolescent.

6. At Eudoxus et Archytas rationem concentuum in numeris esse positam censuerunt, concedentes etiam in

καὶ ὠκύτερον κεντοῦσαν τὸν ἀέρα, τὴν δὲ βαρεῖαν βραδεῖαν, ἅτε νωθεστέραν οὖσαν.

(Theo Smyrnæus Music. pag. 94 ed. Bulliald. Conf. Philos. Græc. Fragm. Vol. I p. 564 seq.)

7. Μέσαι δέ ἐντι τρεῖς τᾷ μωσικᾷ· μία μὲν ἀριθμητικά, δευτέρα δὲ ἁ γεωμετρικά, τρίτα δὲ ὑπεναντία, ἃν καλέοντι ἁρμονικάν. Ἀριθμητικὰ μέν, ὅκκα ἔωντι [a] τρεῖς ὅροι κατὰ ταυτὰν ὑπεροχὰν ἀνάλογον, ὧν ὅσῳ πρᾶτος δευτέρῳ ὑπερέχει, τόσῳ δεύτερος τρίτῳ ὑπερέχει. Καὶ ἐν ταύτᾳ τᾷ ἀναλογίᾳ συμπίπτει ἦμεν [b] τὸ τῶν μειζόνων ὅρων διάστημα μεῖον, τὸ δὲ τῶν μειόνων μεῖζον. Ἁ γεωμετρικὰ δέ, ὅκκα ἔωντι [c] ὡς ὁ πρᾶτος ποτὶ τὸν δεύτερον, καὶ ὁ δεύτερος ποτὶ τὸν τρίτον· τούτων δὲ οἱ μείζονες ἴσον ποιοῦνται τὸ διάστημα καὶ οἱ μείους. Ἁ δὲ ὑπεναντία, ἃν καλοῦμεν ἁρμονικάν, ὅκκα ἔωντι τοιοῦτοι, ὥστε ᾧ ἂν πρᾶτος ὅρος τῷ δευτέρῳ ὑπερέχῃ ἑαυτῷ μέρει [d], ταύτῳ ὁ μέσος τῷ τρίτῳ ὑπερέχει τῷ τρίτῳ μέρει. Γίνεται δὲ ἐν ταύτᾳ τᾷ ἀναλογίᾳ τὸ τῶν μειζόνων ὅρων διάστημα μεῖζον, τὸ δὲ τῶν μειόνων μεῖον.

(Porphyrius Comment. ad Ptolem. Harmonica in Jo. Wallisii Opp. Mathem. Oxonii 1699 editis vol. III pag. 267: Ἀρχύτας περὶ μεσοτήτων λέγων γράφει· Μέσαι δέ ἐντι κτλ. Emendavi: [a] ἔωντι; codd. ἔοντι — [b] ἐν ταύτᾳ τᾷ ἀναλογίᾳ συμπίπτει ἦμεν; codd. ἐν ταύτᾳ ἀναλογίᾳ συμπίπτει εἶμεν. — [c] ἔωντι; libri ἔοντι. — [d] ὅκκα ἔωντι τοιοῦτοι, ὥστε ᾧ ἂν πρᾶτος ὅρος τῷ δευτέρῳ ὑπερέχῃ ἑαυτῷ μέρει; libri ὅκκα ἔοντι, ᾧ πρᾶτος ὅρος ὑπερέχει τῷ δευτέρῳ ἂν ἑαυτῷ μέρει. Medietas (μεσότης) Græcis erat medium proportionis continuæ (ἀναλογίας συνεχοῦς) membrum. Quærebant enim, quam necessitudinem duo numeri cum tertio eoque interposito habituri essent. Ita tres constituebant medietates, arithmeticam, geometricam, harmonicam. His utebantur antiquiores a Platone usque ad Eratosthenem. Cf. Porph. ad Ptolem. p. 159, 163, 168. Theo Smyrnæus de Mus. cap. 32 et 33. Bulliald. ad Theon. p. 274: Gelder. ad ejusd. Arithm. p. 148. Boeth. Arithm. II, 45. Ceterum rei inventores Hippasum et Archytam ferebant. Medietas igitur arithmetica oritur, si duobus numeris tertius ita interponitur, ut quanto primus secundum magnitudine antecedit, tanto secundus tertium antecedat. Exempli causa ponantur numeri 6. 4. 2. quorum quum differentia sit binarius (2), summa extremorum membrorum æquat duplum medii ($6+2=4\times2$). Medietas geometrica locum habet, quando, quoties secundum membrum primo, toties tertium secundo continetur. Qua in re paulo obscurius loquitur Archytas, geometricam appellans medietatem, quum primus ad secundum eandem rationem habet, quam secundus ad tertium. Talis rationis exempla sint numeri 8. 4. 2, item 27. 9. 3, quorum quum priores duplo, posteriores triplo inter se differant, summa e membrorum extremorum multiplicatione effecta medii quadratum æquat ($8\times2=4^2$; $27\times3=9^2$). Harmonica denique invenitur, ubi qua sui parte primus terminus secundum, eadem secundus tertium tertii parte superat. Ejus rei exempla afferam numeros 12. 8. 6, quorum quum primus medium tertia sui parte, id est, triente superet, eadem parte tertii medius tertium superat. Addo numeros 12. 6. 4, qui inter se comparati semisse invicem superiores sunt. His ea contigit natura, ut summa extremorum terminorum per medium multiplicata duplo superet summam e sola membrorum extremorum multiplicatione effectam:

$$6+12=18\times8=6\times12\times2=144.$$
$$4+12=16\times6=4\times12\times2=96.$$

Sunt autem singula medietatum illarum membra proportionis varietate temperata. Namque arithmeticæ medietatis ratio ita comparata est, ut majorum intervallum minus, minorum majus sit, verbi causa $=1\frac{2}{3}<=2$. Geometricæ conditio ea est, ut majores termini et minores paribus intervallis disjungantur, ut: $\frac{8}{4}=\frac{4}{2}=2$. Harmonica denique majorum terminorum intervallum majus, minorum minus habet, exempli gratia: $\frac{12}{8}=1>\frac{6}{5}=1\frac{1}{5}$. Cf. Theo Smyrnæus c. 56-58 ibique Bulliald. p. 291. Vide etiam Bœckhii dissertationem *über die Bildung der platon. Weltseele* in Daub. et Creuzeri Studiis III,

---

motibus eorum rationes cerni; ac celerem quidem motum esse acutum [sonum], quippe qui continenter feriat ac citius perrumpat aerem; contra gravem [sonum] tardum esse, quia lentior sit.

7. Tres in musica medietates comparent, una arithmetica, alia geometrica, tertia contraria quam harmonicam appellant. Arithmetica existimatur, quando tres sunt termini pro rata parte invicem superiores, e quibus quanto primus secundum, tanto secundus tertium magnitudine antecedit. Qua proportione fit, ut majorum terminorum intervallum minus, minorum majus sit. Porro geometrica est, quum primus ad secundum eandem rationem habet, quam secundus ad tertium: horum autem majores et minores paribus intervallis disjunguntur. Denique contraria quam harmonicam vocamus illa est, quum tales sunt termini, ut qua sui parte primus secundum superat, hac medius tertium tertii parte superet. Hac vero proportione fit, ut majorum terminorum intervallum majus, minorum minus sit.

p. 56. Quæ vero antea contraria medietas dicebatur, eam primi Archytas et Hippasus harmonicam vocarunt, si locuples testis videtur Jamblichus in Nicom. p. 141 ita scribens : ὑπὸ δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀρχύταν καὶ Ἵππασον ἁρμονικὴ μεταχληθεῖσα, ὅτι τοὺς κατὰ τὸ ἡρμοσμένον καὶ ἐμμελὲς ἐφαίνετο λόγους περιέχουσα. Quod reliquum est, Porphyrius in Commentario ad Ptolemæi Harmonica Archytæ fragmentum de quo hîc agitur eo consilio affert, ut probet quod posteriores Græci τὸν λόγον (rationem) appellarunt, id priores διάστημα (intervallum) nominasse.

8. Φιλοσοφίαν φαντὶ [1] ὄρεξιν ἦμεν τῶ̃ ἀναλαμβάνεν ἢ συνέχεν αὔταυτον ἐν ἀρετᾷ̃ πρακτικᾷ̃ καττὰν ἔφεσιν τᾶς σοφίας δι' αὐταύταν [2]· ταύτας δ' ἀρχὰν μὲν τὰν φύσιν προδιδάσκεν [3], μέσα δὲ τὰν ἄσκησιν, τέρμα δὲ τὰν εἴδησιν φέρεν [4]. Εὐτυχὲς μὲν ὦν ἦμεν φῦναι εὖ τραφᾶ̃μέν [5] τε καὶ ἀχθᾶ̃μεν καττὸν ὀρθὸν νόμον καθ' ὁμολογά τε τᾷ̃ φύσι ἔθεα· δεῖ δ' ἀσκηθᾶ̃μεν ὑπὸ [6] γενέτορας ἢ ἐπιτρόπως [7] παιδευτάς τε σώφρονας γενέσθαι. Καλὸν δὲ τὸ αὐτὸν [8] αὐτῷ̃ προστάσσεν τὰ ἄριστα μηδὲ ποτιδέεσθαι ἀνάγκας, εὐπειθέα δ' ἦμεν τοῖς ὑφαγεομένοις τὰ ἄριστα ποτὶ πρᾶξιν καὶ εἴδησιν. Ταὶ γὰρ εὐφυίαι καὶ ταὶ καλαὶ τροφαὶ πολλάκις φθάνοντι τὰς διδασκαλίας ἐς ὀρθότατα ἄγοισαι, ἀποδέοντι δὲ μόνον λόγω ἀγεμόνος, τὸν ἐντίθητι ἐπιστάμα [9]. Δύο μὲν ὦν ἐντι βίοι ἀντίπαλοι τοὶ τῶν πρατήων ἀντιποιεύμενοι, πρακτικός τε καὶ φιλόσοφος· πολὺ δὲ κάρρων δοκέει ἦμεν ὁ ἐξ ἀμφοτέρων κεκραμένος ποτὶ καιρὼς τὼς ἁρμόσδοντας συντεταγμένος καθ' ἑκατέραν διέξοδον. Γεγόναμες γὰρ ποτ' ἐνέργειαν νοερὰν, ἂν καλέομες πρᾶξιν· τᾶς δὲ διανοίας ἁ μὲν πρακτικὰ ἐπὶ τὰν πολιτικὰν φέρεται, ἁ δὲ ἐπισταμονικὰ [10] ἐπὶ τὰν θέαν τῶν συμπάντων, αὐτὸς δ' ὁ καθόλω νόος ταύτας τὰς δύο δυνάμιας ἀμπέχων ἐπὶ τὰν εὐδαιμονίαν, τάν φαμες ἐνέργειαν ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ ἦμεν, οὔτε πρακτικὰν ἔασαν μόνον ὥστε καὶ μὴ τὰν ἐπιστάμαν [11] περιέχεν, οὔτε θεωρητικὰν ὡς ἄπρακτον ἦμεν. Ἁ γὰρ τέλῃος [12] διάνοια ποτὶ δύο ἀρχὰς ἐπικρατέας ῥέπει, ποθ' ἃς καὶ ὁ ἄνθρωπος πέφυκε, τάν τε κοινανικὰν [13] καὶ τὰν εἰδημονικάν. Καὶ γὰρ αἱ [14] κατὰ τοίας ἀντιλήψιας δοκέοντι ἀντιθλίβεν ἀλλάλας ταὶ ἀγωγαί, ταὶ [15] μὲν γὰρ πολιτικαὶ ἀφέλκοισαι τᾶς θεωρίας, ταὶ δὲ θεωρητικαὶ [16] ἀπὸ τᾶς πολιτείας μετάγοισαι ἐς ἀσυχίαν, ἀλλ' ὦν [17] τὰ πέρατα συναψαμένα [18] ἁ φύσις ἀπέδειξεν ἐν τωυτῷ̃ ἀνωμένα [19]· οὐ γὰρ ἀντιπαθέες ἐντὶ ταὶ ἀρεταί [20], ἀλλ' ἁρμονίας ἁπάσας συμφωνότεραι. Αἱ δὲ κά τις ἐκ νέω [21] ὁρμαθεὶς αὐτὸς ἁρμόσδηται [22] ἐς τὰς ἀρχὰς τᾶν ἀρετᾶν [23] καὶ ἐς [24] τὸν θεῖον νόμον τᾶς τῶ̃ κόσμω ἁρμονίας, εὕροον βίον διαξεῖ [25]· αἱ δέ κα αὐτὸς καθ' αὑτὸν πλαζόμενος τύχῃ ἀγεμόνων καρρόνων, ἀπευθύνει [26] τὸν ὁρόμον δυνασεῖται [27] ποτὶ μακαριότατα, ὥσπερ τοὶ εὐτυχέοντες ἐν πλοίῳ ἀνύοντι τὰν θάλασσαν διὰ τᾶς κυβερνατικᾶς [28] εὐπλοίας ἐφιέμενοι, ἅπερ [29] ἐν βίῳ τᾶς εὐδαιμονίας. Αἱ δὲ μήτ' αὐτὸς νοέοι τὰ ποτίφορα [30] μήτ' ἐπιτρόπων τύχοι ἐμφρόνων, οὐδὲν ὄφελος χοραγίας ἀρθόνω· ἀφροσύνα γάρ, αἱ καὶ ἐς τἆλλα εὐτυχεῖ [31], κακοδαίμων ἐσαεί ἐστιν. Ἐπεὶ δ' ἐν ἁπάντεσσι [32] πρᾶτον ἀνάγκα σκοπῆν μὲν τὸ τέλος (τοῦτο γὰρ ποιέοντι κυβερνᾶται μὲν λιμένα [33] ἐς ὃν

8. Philosophiam esse ajunt cupiditatem sui vel colligendi vel in virtutis actuosæ studio continendi pro desiderio sapientiæ propter se expetendæ : hujus autem initium naturam docere, medios locos exercitationem aperire, finem denique scientiam afferre. Esse igitur in fortunæ donis ingenii sollertiam educationemque atque institutionem conjunctam cum recto more et consuetudine naturæ consentanea ; sed danda est opera, ut sub parentum imperio simus vel honestis tutoribus et magistris committamur. Est vero pulchrum sibi ipsi injungere munus optima quæque faciendi neque egere quadam præclaræ rei gerendæ necessitate, sed obsequi iis qui utilissima ad rerum actionem et cognitionem suadent. Namque ingenii sollertia rectusque cultus sæpe prius quam doctrina in rectam viam deducunt, carentes tantum ratione duce quam scientia mortalibus indit. Sunt igitur duo vitæ genera contraria eaque principatus quasi cupida, alterum actuosum, alterum philosopho dignum; sed his longe præstare videtur tertium ex ambobus conflatum, quod ad tempora opportuna, prout utriusque ratio fert, accommodatum est. Nati enim sumus ad mentis agitationem, quam actionem appellamus; animus autem partim rebus gerendis intentus ad prudentiam civilem fertur, partim scientiæ amore incensus ad contemplandam rerum universitatem incumbit, ipsa vero mens omnino duplici hac facultate prædita ad felicitatem tendit, quam dicimus quidem esse virtutis in rebus secundis exercitationem, sed neque in agendo tantum positam, ut scientiam non habeat, neque contemplativam solam, ut plane nihil agat. Quippe animus perfectus duarum rerum earumque gravissimarum, ad quas homo etiam natus est, principatum appetit, societatis ac scientiæ. Nam si propter ejusmodi præmia vitæ rationes mutuo officere videntur, quia publica negotia a rerum contemplatione abstrahunt, vita autem contemplativa a reipublicæ administratione ad otium traducit, tamen fines natura quum uno vinculo copularit, conjunctos esse ostendit ; neque enim contrariæ sunt virtutes, sed quovis concentu convenientiores. Quodsi quis ipse ab ineunte ætate prompto animo virtutum fundamentis divinisque harmoniæ hujus mundi legibus assuescit, vitam fortunatam deget; sin autem ipse per se errans duces meliores nanciscatur, cursum suum ad beatitudinem dirigere poterit, quemadmodum homines prospero fortunæ flatu utentes in navigio cursum maritimum gubernandi arte conficiunt, secundæ navigationis cupidi, ut in vita felicitatis. At si neque ipse commoda sua intelligat neque prudentes curatores nanciscatur, magni sumtus nul-

οὔθ', alios scriptores secutus. Timon Phliasius fragm. vs. 46-50 (vid. vol. I p. 88) : ὡς καὶ μετέπειτα σοφιστῶν οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀκυλίστῳ Πρωταγόρῃ· ἔθελον δὲ τέρρην συγγράμματα θεῖναι, ὅττι θεοὺς κατίγραψ' οὔτ' εἰδέναι, οὔτε δύνασθαι, ὁπποῖοί τινές εἰσι καὶ οἵτινες, ἀθρήσασθαι κτλ. Sextus Empiricus adv. Math. IX, 57 : ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας· Περὶ θεῶν οὐκ εἰ εἰσίν, οὐθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Eusebius Præpar. Evang. lib. XIV, cap. 3 : ὁ μὲν γὰρ Δημοκρίτου γεγονὼς ἑταῖρος ὁ Πρωταγόρας ἄθεον ἐκτήσατο δόξαν. Λέγεται γοῦν τοιᾶδε χεχρῆσθαι εἰσβολῇ ἐν τῷ περὶ θεῶν συγγράμματι· « Περὶ μὲν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσίν, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. » Id. lib. XII cap. 19: τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κεκλῆσθαι ἄθεον· γράφων γε καὶ αὐτὸς περὶ θεῶν εἰσβολῇ τοιᾷδε ἐχρήσατο· « Περὶ μὲν οὖν θεῶν οὐκ οἶδα οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι. » Theodoretus Græc. Affect. cur. disp. II (tom. IV p. 758 ed. Schulz.) : βδελύξεται δὲ καὶ Πρωταγόρου τοὺς ἀμφιβόλους περὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἀπίστους λόγους. Ἐκείνου γάρ ἐστι τὰ τοιάδε· « Περὶ μὲν οὖν τῶν θεῶν οὐκ οἶδα οὔτε εἰ εἰσίν, οὐθ' ὡς οὐκ εἰσίν, οὐδ' ὁποῖοί τινες τὴν ἰδέαν εἰσίν. » Theophilus Ad Autol. lib. III cap. 7 : καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Suidas s. v. Πρωταγόρας· τοῦ δὲ Πρωταγόρου τὰ βιβλία ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκαύθη, διότι λόγον ποτὲ εἶπεν οὕτως ἀρξάμενος· Περὶ θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσὶν οὔτε ὡς οὐκ εἰσίν. Josephus Contra Apion. lib. II cap. 37 : καὶ Πρωταγόρας εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαί τι δόξας οὐχ ὁμολογούμενον τοῖς Ἀθηναίοις περὶ θεῶν. Maximus Tyrius diss. I (XVII) cap. 5 : κἂν ἀγνοεῖν τι φῇς, ὡς Πρωταγόρας. Philostratus Vit. Protag. ed. Kayser. p. 15 : τὸ δὲ ἀπορεῖν φάσκειν εἴτε εἰσὶ θεοὶ εἴτε οὐκ εἰσί, δοκεῖ μοι Πρωταγόρας ἐκ τῆς Περσικῆς παιδεύσεως παρανομῆσαι. Cyrillus Contra Julianum lib. VI p. 189 D : Πρωταγόρᾳ δὲ γεγραφότι περὶ θεῶν, ἃ μὴ τοῖς ἀκροωμένοις εὖ ἔχειν ἐδόκει δυσσεβείας ἐπῆγον γραφήν· μικροῦ καὶ διόλωλεν, εἰ μὴ φθάσας ᾤχετο πρὸς ἑτέρους τὴν Ἑλλήνων ἀρείς. Joann. Chrysostomus in Pauli epist. ad Corinth. I hom. IV cap. 5 : Καὶ γὰρ Πρωταγόρας παρ' αὐτοῖς ἐπειδὴ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ οἶδα θεούς, οὐ τὴν οἰκουμένην περιὼν καὶ κηρύττων, ἀλλ' ἐν μιᾷ πόλει περὶ ἐσχάτων ἐκινδύνευσεν. Galenus De phil. hist. cap. 8 : τοὺς μὲν τῶν πρότερον φιλοσοφησάντων εὑρήκαμεν θεοὺς ἠγνοηκότας, ὡς Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην καὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον καὶ Θεόδωρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐήμερον τὸν Τεγεάτην. Οἱ γὰρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκασιν. Epiphanius Adv. hær. lib. III, tom. 2 p. 1088 B : Πρωταγόρας ἔφη μὴ θεοὺς εἶναι μηδὲ ὅλως θεὸν ὑπάρχειν. Cicero De nat. deor. lib. I, cap. 1, 2 : In hac quæstione plerique (quod maxime verisimile est et quo omnes duce natura vehimur) deos esse dixerunt : dubitare se Protagoras. Id. cap. 12, 29 : Nec vero Protagoras qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint, quidquam videtur de natura deorum suspicari. Porro cap. 23, 63 : Nam Abderites quidem Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, quum in principio libri sic sui posuisset, *De diis neque ut sint neque ut non sint, habeo dicere*, Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus librique ejus in concione combusti. Denique cap. 42, 117 : Ego ne Protagoram quidem (censeo superstitiosum esse potuisse), cui neutrum liquerit, nec esse deos nec non esse. Valerius Maximus lib. I cap. I ext. 7 : Athenienses Diagoram (leg. Protagoram) philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se an dii essent : deinde si sint, quales sint. » Minucius Felix Octav. cap. VIII : Cum Abderiten Protagoram Athenienses viri consulte potius quam profane de divinitate disputantem et expulerint suis finibus et in concione ejus scripta deusserint etc. Lactantius De ira dei cap. IX : Primus omnium Protagoras exstitit temporibus Socratis qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua divinitas necne. Quæ disputatio ejus adeo impia et contra veritatem et religionem judicata est, ut et ipsum Atheni enses expulerint suis finibus, et libros ejus in concione, quibus hæc continebantur, exusserint. Id. De falsa religione lib. I cap. 2 : Protagoras qui deos in dubium vocavit. Joannes Sarisberiensis Policr. lib. V cap. 4 pag. 261 ed. Lugd. Bat. 1639: Protagoræ libros ab Atheniensibus combustos ipsumque in exsilium pulsum esse ait, quia dubitasset an de diis vera essent quæ vulgo dicerentur.)

3. Τῶν γὰρ υἱέων, νεηνιέων ἐόντων [a] καὶ καλῶν, ἐν ὀκτὼ δὲ τῇσι [b] πάσῃσι ἡμέρῃσι ἀποθανόντων νηπενθέως ἀνέτλη. Εὐδίης γὰρ εἴχετο, ἐξ ἧς πολλὸν ὤνητο κατὰ πᾶσαν ἡμέρην ἐς [c] εὐποτμίην καὶ ἀνωδυ-

3. Quum enim filii ejus ætate florentes atque egregii intra diem octavum e vita excessissent, casum illum sine luctu sustinuit. Erat enim animi tranquillitate præditus quæ ei quotidie multum profuit ad felicitatem, doloris

νίην καὶ τὴν ἐν τοῖσι [d] πολλοῖσι δόξαν. Πᾶς γάρ τίς μιν ὀρέων [e] τὰ ἑωυτοῦ [f] πένθεα ἐῤῥωμένως φέροντα, μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρήιον [g] ἐδόκεε εἶναι καὶ ἑωυτοῦ κρέσσω, [h] κάρτα εἰδὼς τὴν ἑωυτοῦ [i] ἐν τοιοῖσδε πρήγμασι [k] ἀμηχανίην.

(Plutarch. Consolat. ad Apoll. cap. 33, vol. VII pag. 360 seq. ed. Hutten. : Περικλέα δὲ τὸν καὶ Ὀλύμπιον προσαγορευθέντα διὰ τὴν περὶ τὸν λόγον καὶ τὴν σύνεσιν ὑπερβεβλημένην δύναμιν, πυθόμενον, ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς μετηλλαχέναι τὸν βίον, Πάραλόν τε καὶ Ξάνθιππον, ὥς φησι Πρωταγόρας, εἰπὼν οὕτως· Τῶν γὰρ υἱέων κτλ. τοῦτον γὰρ εὐθὺς μετὰ τὴν προσαγγελίαν ἀμφοτέρων τῶν υἱέων οὐδὲν ἧττον ἐστεφανωμένον κατὰ τὸ πάτριον ἔθος καὶ λευχειμονοῦντα δημηγορεῖν, βουλάς τε ἐξάρχοντα ἀγαθάς, πρός τε τὸν πόλεμον ἐπιπαρορμῶντα τοὺς Ἀθηναίους. Scripsi [a] νεηνιέων ἐόντων; codd. νεηνιῶν ὄντων. — [b] τῇσι; codd. ταῖς. — [c] ἐς; codd. εἰς. — [d] τοῖσι; libri τοῖς. — [e] ὀρέων; libri ὁρῶν. — [f] ἑωυτοῦ; codd. ἑαυτοῦ. — [g] ἀνδρήιον ἐδόκεε, codd. ἀνδρεῖον ἐδόκει. — [h] ἑωυτοῦ κρέσσω; libri ἑαυτοῦ κρείσσω. — [i] ἑωυτοῦ; codd. ἑαυτοῦ. — [k] πρήγμασι; codd. πράγμασι.)

4. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε θεοὶ μὲν ἦσαν, θνητὰ δὲ γένη οὐκ ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν εἱμαρμένος γενέσεως, τυποῦσιν αὐτὰ θεοὶ γῆς ἔνδον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες καὶ τῶν ὅσα πυρὶ καὶ γῇ κεράννυται. Ἐπειδὴ δ' ἄγειν αὐτὰ πρὸς φῶς ἔμελλον, προσέταξαν Προμηθεῖ καὶ Ἐπιμηθεῖ κοσμῆσαί τε καὶ νεῖμαι δυνάμεις ἑκάστοις ὡς πρέπει. Προμηθέα δὲ παραιτεῖται Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι· νείμαντος δ' ἐμοῦ, ἔφη, ἐπίσκεψαι. Καὶ οὕτω πείσας νέμει. Νέμων δὲ τοῖς μὲν ἰσχὺν ἄνευ τάχους προσῆπτε, τὰ δ' ἀσθενέστερα τάχει ἐκόσμει· τὰ δὲ ὤπλιζε, τοῖς δ' ἄοπλον διδοὺς φύσιν ἄλλην τιν' αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο δύναμιν εἰς σωτηρίαν. Ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν σμικρότητι ἤμπισχε, πτηνὸν φυγὴν ἢ κατάγειον οἴκησιν ἔνεμε· ἃ δ' ηὔξε μεγέθει, τῷδε αὐτῷ αὐτὰ ἔσωζε· καὶ τἆλλ' οὕτως ἐπανισῶν ἔνεμε. Ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο εὐλάβειαν ἔχων μή τι γένος ἀϊστωθείη. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἀλληλοφθοριῶν διαφυγὰς ἐπήρκεσε, πρὸς τὰς ἐκ Διὸς ὥρας εὐμάρειαν ἐμηχανᾶτο ἀμφιεννὺς αὐτὰ πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν, ἱκανοῖς μὲν ἀμῦναι χειμῶνα, δυνατοῖς δὲ καὶ καύματα, καὶ ἐς εὐνὰς ἰοῦσιν ὅπως ὑπάρχοι τὰ αὐτὰ ταῦτα στρωμνὴ οἰκεία τε καὶ αὐτοφυὴς ἑκάστῳ· καὶ ὑπὸ ποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς, τὰ δὲ θριξὶ καὶ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναίμοις. Τοὐντεῦθεν τροφὰς ἄλλοις ἄλλας ἐξεπόριζε, τοῖς μὲν ἐκ γῆς βοτάνην, ἄλλοις δὲ δένδρων καρπούς, τοῖς δὲ ῥίζας· ἔστι δ' οἷς ἔδωκεν εἶναι τροφὴν ζώων ἄλλων βοράν. Καὶ τοῖς μὲν ὀλιγογονίαν προσῆψε, τοῖς δ' ἀναλισκομένοις ὑπὸ τούτων πολυγωνίαν, σωτηρίαν τῷ γένει πορίζων. Ἅτε δὴ οὖν οὐ πάνυ τι σοφὸς ὢν ὁ Ἐπιμηθεὺς ἔλαθεν αὐτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις εἰς τὰ ἄλογα. Λοιπὸν δὴ ἀκόσμητον ἔτι αὐτῷ ἦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ ἠπόρει ὅ,τι χρήσαιτο. Ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ἔρχεται Προμηθεὺς ἐπισκεψόμενος τὴν νομήν, καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα ἐμμελῶς πάντως ἔχοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον. Ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν,

---

vacuitatem et consequendam apud imperitum vulgus gloriam. Quicunque enim videbat eum suos casus oblitmato animo ferre, magnanimum eum fortemque judicabat ac multo quam ipse esset præstantiorem, probe sibi conscius suæ in tali re imbecillitatis.

4. Nam fuit aliquando tempus, quo dii quidem erant, mortalium autem genera non erant. Sed quum his quoque fatale generationis tempus venisset, ipsa dii in terræ visceribus e terra ignique finxerunt additis iis quæ igni terræque miscentur. Quum vero illa in lucem prolaturi essent, mandarunt Prometheo atque Epimetheo, ut ea ornarent viresque singulis convenientes tribuerent. Prometheum igitur Epimetheus rogavit, ut sibi distribuendarum virium licentiam daret, distributas ipse inspiceret. Quam licentiam assecutus ille distribuit. In eo negotio quibusdam robur sine celeritate indidit, alia eaque imbecilliora velocitate instruxit : alia armavit, ipsis denique inermibus aliam expediendæ salutis viam inventam ostendit. Quæ enim in exiguo corpore incluserat, partim per aerem pennis attolli, partim sub terra habitare jussit : quæ vero corporis magnitudine auxerat, illa hac ipsa re ad salutem suam munivit, cæteraque sic æquabiliter dispertiit. Hæc autem excogitavit religiose cavens, ne quod exstingueretur. Postquam vero iis mutuæ cædis effugia præbuit, quatuor anni temporum, quæ e Jove, tolerationem facilem reddit, siquidem vestivit ea densis setis durisque pellibus ad pellendam frigoris vim et ardores solis arcendos accommodatis, quæ simul cubitum ituris propria singulis et naturalia essent strata. Prælerea eorum pedibus partim ungulas addidit, partim setas pellesque callorum instar duras et exsangues. Deinde aliis alios comparavit pastus, quibusdam ex terra herbas, nonnullis fructus arborum, aliis radices ; nec defuerunt quibus ad famem explendam alia animalia voranda daret. Cæterum carnivoris animalibus quodammodo sterilitatem, at reliquis quæ istorum pabula sunt fecunditatem generis conservandi causa dedit. Quum vero non admodum prudens esset Epimetheus, inscius facultates omnes in bruta animalia profudit. Quocirca restabat ei adhuc hominum genus nulla re instructum, ideoque quid ageret nesciebat. Dubitanti supervenit Prometheus partitionem illam consideraturus, viditque cætera animalia plane concinne vestita, hominem autem nudum, discalceatum, intectum atque inermem. Jam vero et fatalis aderat dies, quo oportebat hominem quoque e terra in lucem edi. Quum igitur incertus esset Prometheus, quam hominibus ferret

ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἄνθρωπον ἐξιέναι ἐκ γῆς εἰς φῶς. Ἀπορίᾳ οὖν ἐχόμενος ὁ Προμηθεύς, ἥντινα σωτηρίαν τῷ ἀνθρώπῳ εὕροι, κλέπτει Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρί (ἀμήχανον γὰρ ἦν ἄνευ πυρὸς αὐτὴν κτητὴν τῳ ἢ χρησίμην γενέσθαι), καὶ οὕτω δὴ δωρεῖται ἀνθρώπῳ. Τὴν μὲν οὖν περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν· ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διί, τῷ δὲ Προμηθεῖ εἰς μὲν τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς οἴκησιν οὐκέτι ἐνεχώρει εἰσελθεῖν· πρὸς δὲ καὶ αἱ Διὸς φυλακαὶ φοβεραὶ ἦσαν· εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα τὸ κοινόν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται, καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς δίδωσιν ἀνθρώπῳ. Καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται, Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον, ἥπερ λέγεται, κλοπῆς δίκη μετῆλθεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέσχε μοίρας, πρῶτον μὲν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν ζῴων μόνον θεοὺς ἐνόμισε, καὶ ἐπεχείρει βωμούς τε ἱδρύεσθαι καὶ ἀγάλματα θεῶν· ἔπειτα φωνὴν καὶ ὀνόματα ταχὺ διηρθρώσατο τῇ τέχνῃ, καὶ οἰκήσεις καὶ ἐσθῆτας καὶ ὑποδέσεις καὶ στρωμνὰς καὶ τὰς ἐκ γῆς τροφὰς εὕρετο. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι κατ' ἀρχὰς ἄνθρωποι ᾤκουν σποράδην, πόλεις δὲ οὐκ ἦσαν. Ἀπώλλυντο οὖν ὑπὸ τῶν θηρίων διὰ τὸ πανταχῇ αὐτῶν ἀσθενέστεροι εἶναι, καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφὴν ἱκανὴ βοηθὸς ἦν, πρὸς δὲ τὸν τῶν θηρίων πόλεμον ἐνδεής· πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὔπω εἶχον, ἧς μέρος πολεμική. Ἐζήτουν δὴ ἀθροίζεσθαι καὶ σώζεσθαι κτίζοντες πόλεις. Ὅτ' οὖν ἀθροισθεῖεν, ἠδίκουν ἀλλήλους ἅτε οὐκ ἔχοντες τὴν πολιτικὴν τέχνην, ὥστε πάλιν σκεδαννύμενοι διεφθείροντο. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοί, φιλίας συναγωγοί. Ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις. Πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται, οὕτω καὶ ταύτας νείμω; Νενέμηνται δὲ ὧδε· εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοί. Καὶ δίκην δὴ καὶ αἰδῶ οὕτω θῶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἐπὶ πάντας νείμω; Ἐπὶ πάντας, ἔφη ὁ Ζεύς, καὶ πάντες μετεχόντων· οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλίγοι αὐτῶν μετέχοιεν ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν. Καὶ νόμον γε θὲς παρ' ἐμοῦ, τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν κτείνειν ὡς νόσον πόλεως.

(Plato Protag. p. 320 C seqq. ex quodam Protagoræ libro. Respiciunt hunc locum Themistius Orat. XXVII p. 338, Julianus Orat. VI p. 194 et diligentior rerum verborumque custos Himerius Orat. XXI, 10. Ionicas vocum formas a Platone ubique deletas sublato attici sermonis habitu restituere nolui. Multa tamen Protagoreæ dictionis vestigia hic apparent, maxime poeticæ locutiones, velut ἄοπλος φύσις, μικρότητι ἀμπισχεῖν, πτηνὸς φυγή, quas Heindorfius ad p. 320 E notavit. Idem totum orationis colorem a Platonis stilo abhorrere recte animadvertit. — Posui καὶ ὁρᾷ τὰ μὲν ἄλλα ζῷα ἐμμελῶς πάντως ἔχοντα pro membranarum lectione ἐμμελῶς πάντων ἐχόντα, quæ ferri non potest. Similiter Aristoteles Eth. Nicom. lib. I cap. II p. 1100 b ed. Bekker.: καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντῃ πάντως ἐμμελῶς.)

---

salutem, eruditam Vulcani et Minervæ sapientiam cum igne surripuit (neque enim fieri poterat, ut illa sine igne cuiquam contingeret vel prodesset), eamque sic homini donavit. Itaque bene vivendi rationem eo modo homo adeptus est, sed prudentia civili carebat: habitabat enim illa apud Jovem, cujus arcem, tanti regis sedem, Prometheo intrare non amplius licebat, præterquam quod etiam custodes Jovis horribiles erant; sed communem Minervæ et Vulcani officinam, in qua artes suas exercebant, clam ingressus furatusque ignipotentis dei artificium cæterasque Minervæ artes homini tradidit. Hinc vivendi quidem facilitatem homo consecutus est; Prometheus autem propter Epimetheum postea, ut dicitur, furti pœnas dedit. Quoniam vero homo divinæ sortis particeps factus est, primum solus ex omnibus animantibus ob dei cognationem deos esse putavit arasque illis ac statuas statuere aggressus est; deinde cito vocem lingua distinxit ac verba arte explanavit, simul domos ædificavit, vestes calceosque confecit, strata sibi comparavit, ex terra denique alimenta petiit. Ita igitur ab initio rerum homines instructi raris locis habitabant, quum urbes non exstarent. Quare a feris laniabantur, quippe quibus usque quaque imbecilliores essent, et quamquam in artium scientia satis magnum ipsis erat ad vitam quoque modo tolerandam præsidium, tamen ad feras subsistendas non valebat; nam civilis prudentiæ, cujus par habetur ars bellica, adhuc expertes erant. Quapropter congregati erant, alii alios injuriis afficiebant, quum civili prudentia destituti essent, ita ut rursus dispersi perirent. Quamobrem Jupiter veritus ne universum genus nostrum deleretur, Mercurium misit pudorem et justitiam hominibus allaturum, quæ res civitatis cum frena et vincula essent, tum amicitiæ conciliatrices. Interrogavit igitur Mercurius Jovem quomodo justitiam et pudorem hominibus injiceret. Utrum quemadmodum artes distributæ sunt, sic et has res distribuam? Illæ videlicet ita sunt distributæ, ut unus homo medicinæ peritus imperitis hominibus multis sufficiat, quæ et reliquorum opificum ratio est. Utrum igitur justitiam et pudorem ita singulis hominibus injiciam, an universis distribuam? Universis, inquit Jupiter; nam omnes harum rerum participes esse debent. Neque enim constituantur civitates, si pauci earum rerum ut aliarum

5. Δύο λόγοι εἰσὶ περὶ παντὸς πράγματος ἀντικείμενοι ἀλλήλοις.

(Diogenes Laertius lib. IX, 51 e Protagoræ libris Ἀντιλογιῶν. Clemens Alexandrinus Strom. VI p. 674 A : καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρεσκευάσθαι. Stephanus Byzantius v. Ἄβδηρα· πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται, Νικαίνετος ἐποποιὸς καὶ Πρωταγόρας, ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὸν ἥσσω λόγον κρείσσω πεποιηκέναι καὶ τοὺς μαθητὰς δεδιδαχέναι τὸν αὐτὸν καὶ ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν. Seneca Epist. LXXXVIII : Protagoras ait de omni re in utramque partem disputari posse ex æquo.)

6. Τὸν ἥσσω λόγον κρέσσω ποιεῖν.

(Aristoteles Rhet. lib. II cap. 24, vol. II p. 1402 ed. Bekker.: καὶ τὸ τὸν ἥττω δὲ λόγον κρείττω ποιεῖν τοῦτ' ἐστίν· καὶ ἐντεῦθεν δικαίως ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα. Gellius Noct. Att. lib. V cap. 3 : « Is tamen Protagoras, insincerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit; pecuniam quippe ingentem quum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior, quam rem Græci ita dicebant : τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. » Tzetzes Chiliad. v. 696 : ἥττων λόγος καθέστηκεν ὁ τῶν ἀσθενεστέρων. Eandem rem Socrati tribuit Aristophanes Nub. v. 113 : εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὼ λόγω, τὸν κρείττον' ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα. Τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥττονα, νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτερα. Ἢν οὖν μάθῃς μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον, ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί. Sed poetam reprehendit enarrator græcus ad Nub. v. 113 his verbis : ψεύδεται ὁ κωμικὸς λέγων παρὰ Σωκράτει εἶναι τὸν ἄδικον λόγον· οὐ γὰρ Σωκράτης ἀλλὰ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ἐφεῦρεν αὐτὸν καὶ ἐδίδασκεν. Quintilianus lib II cap. 16, 3 : « Nam et Socrati objiciunt comici, docere eum, quomodo pejorem causam meliorem faciat : et contra, Tisiam et Gorgiam similia dicit polliceri Plato. » Conf. Plat. Apol. Socr. p. 19 B et Ælian. Var. hist. lib. II, cap. 113.)

7. Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης.

(Stobæus Flor. XXIX, 80. Excerpt. Vindob. 32 in Stob. Floril. tom. IV p. 292 ed. Meinek. Maximus tom. II p. 587 ed. Combefis.)

8. Φύσεος καὶ ἀσκήσεος [a] διδασκαλίᾳ δέεται [b] καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖ [c] μανθάνειν.

(Cramer. Anecd. Paris. vol. I pag. 171, ubi Protagoras hæc ἐν τῷ μεγάλῳ λόγῳ dixisse perhibetur. Scripsi : [a] φύσιος καὶ ἀσκήσιος; codd. φύσεως καὶ ἀσκήσεως. — [b] δέεται; cod. δεῖται. — [c] δεῖ; cod. δεῖν.)

---

artium participes sint. Quin etiam legem meo nomine condas, qua quisquis omnis pudoris et justitiæ expers est tanquam pestis civitatis morte multetur.

5. Duæ sunt de omni re disputationes contrariæ inter se.

6. Efficere ut causa inferior superior fiat.

7. Protagoras dicere solebat, nihil esse neque artem sine exercitatione neque exercitationem sine arte.

8. Doctrina ingenio et exercitatione indiget, sed ita discere debemus, ut jam ab adolescentia studiorum initium faciamus.

ΠΡΟΔΙΚΟΥ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧνδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι. Φησὶ γὰρ Ἡρακλέα ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὥρμᾶτο (ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας) ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται· καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι [a] μεγάλας· τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ ἰδεῖν καὶ ἐλευθερίαν φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαριότητι [b], τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ· τὴν δὲ ἑτέραν τεθραμμένην εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπαλότητα, κεκαλλωπισμένην τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι, τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα, ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ἡ ὥρα διαλάμποι· κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτήν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν αὐτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. Ὡς δὲ ἐγένοντο πλησιαίτερον τοῦ Ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν ῥηθεῖσαν εἶναι τὸν αὐτὸν τρόπον, τὴν δὲ ἑτέραν φθάσαι βουλομένην προσδραμεῖν τῷ Ἡρακλεῖ καὶ εἰπεῖν, Ὁρῶ σε, ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ. Ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος [d], ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥᾳστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσῃ, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσῃ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ σκοπούμενος διέσῃ [c], τί ἂν χαριζόμενον ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ ἀκούσας [f] τερφθείης, ἢ τίνων ἂν ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης, καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. Ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπάνεως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα, οὐ φόβος μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι, ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζωνται, τούτοις σὺ χρῆσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι κερδᾶναι. Πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς ἐμοὶ συνοῦσιν ἐξουσίαν ἐγὼ παρέχω. Καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, Ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἡ δέ, Οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσί με Κακίαν. Καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν· Καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σέ, ὦ Ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα· ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο, σφόδρα ἄν σε τῶν καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν φανῆναι. Οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ἥπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν, τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις· ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πό-

PRODICI
FRAGMENTA.

Quin et Prodicus ille sapiens in libro de Hercule, quem plurimis solet recitare, similiter de virtute pronuntiat, in hunc fere modum, quantum equidem memini, dicens. Ait enim Herculem, quum ex pueris excessisset pubertatemque ingrederetur (in qua jam adolescentes sui juris facti declarant, virtutisne via ad vitam agendam perrecturi sint, an ignaviæ) exisse in solitudinem atque ibi sedentem dubitasse, utram viam iniret. Tum visas ipsi esse duas mulieres corporis proceritate insignes in conspectum prodire, alteram quidem decora facie et liberali ingenio præditam, cujus corpus munditie esset ornatum, oculi verecundia, gestus modestia notabiles essent, eamque candida veste indutam : alteram vero nutrimento corpulentam teneramque redditam et quidem sic fucatam, ut candidior et rubicundior, quam esset, videretur, porro in eum habitum compositam, ut procerior, quam esset a natura, existimaretur, simul oculos apertos habentem talique utentem veste, ex qua venustas maxime pelluceret : eandem crebro se contemplatam esse, ac num quis ipsam spectaret, considerasse, sæpe ad umbram quoque suam respexisse. Quum vero propius ad Herculem accessissent, ambulasse illam de qua prius diximus eodem modo : at alteram prævenire volentem accurrisse ad Herculem ac dixisse : Video te, o Hercules, ambigere, qua via ad vitam agendam proficiscaris. Quapropter si me tibi amicam feceris, dux tibi ero itineris et amœnissimi et commodissimi, ut ea quæ jucunda sunt omnia gustes vitamque molestiis vacuam degas. Nam primum neque bella neque negotia curabis, sed perpetuo considerabis tecum, quem tibi gratum vel cibum vel potum invenire possis, qua re vel oculis vel auribus vel naribus vel tactu percepta delectari queas, quibus amoribus deditus valde

λεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον· εἴτε ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν Ἑλλάδα πειρατέον εὖ ποιεῖν· εἴτε τὴν γῆν φέρειν σοι βούλει καρποὺς ἀφθόνους, τὴν γῆν θεραπευτέον· εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον· εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευθεροῦν καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον· εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. Καὶ ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὡς φησι Πρόδικος, Ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. Καὶ ἡ Ἀρετὴ εἶπεν, Ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις; ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένεις, ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίουσα, πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα· καὶ ἵνα μὲν ἡδέως φάγῃς, ὀψοποιοὺς μηχανωμένη, ἵνα δὲ ἡδέως πίῃς [b], οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα [i] περιθέουσα ζητεῖς· ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακάς [k], ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα [l] ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. Οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὃ, τι ποιήσεις ὕπνου ἐπιθυμεῖς· τὰ δὲ ἀφροδίσια πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις, πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρωμένη. Οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς σεαυτῆς φίλους, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δὲ ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον καταχοιμίζουσα. Ἀθάνατος δὲ οὖσα ἐκ θεῶν μὲν ἀπέῤῥιψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ. Τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου σεαυτῆς, ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων ἡδίστου θεάματος ἀθέατος· οὐδὲν γὰρ πώποτε σεαυτῆς ἔργον καλὸν τεθέασαι. Τίς δ' ἄν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι· ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες· τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι, τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαῤῥαμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. Ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς· ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον οὔτε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται. Τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις οἷς προσήκει· ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις, εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. Ἔστι δὲ τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις· ἀνέχονται γὰρ ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν· ὕπνος δὲ αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων ἢ τοῖς ἀμόχθοις, καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. Καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται· καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες, δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν. Ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. Τοιαῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κε-

---

gaudeas, quo pacto quam placidissime dormias et quemodo hæc omnia facillime consequaris. Sed si quando tibi injiciatur suspicio, fore ut deficiant ea unde sumtus isti fieri possint : non est quod metuas, ne rem huc deducam, ut illa tuo labore variisque tam animi quam corporis ærumnis perpetiendis tibi comparas, sed aliorum labore partis tu frueris, neque ulla re abstinebis ex qua lucri aliquid facere queas. Nam equidem familiaribus meis undique lucrandi potestatem defero. His auditis Hercules : O mulier, inquit, quod tibi nomen est? Illa vero, Amici mei, inquit, Felicitatem me appellant; at qui oderunt obtrectando vocant Ignaviam. Quum interim altera mulier accessisset : Ego quoque, inquit, ad te venio, mi Hercules, quæ et parentes tuos novi et quæ tua esset natura in puerili institutione animadverti. Unde spero fore ut si ea quæ ad me ducit via incesseris, pulchra et præclara facinora gloriose efficias atque ut ego longe honestior bonorumque a me profectorum causa illustrior videar. Neque vero te decipiam exordiis a voluptate ductis, sed quemadmodum dii res ipsas ordinarunt, sic eas vere commemorabo. Nihil enim bonum ac præclarum sine labore ac studio dii hominibus tribuunt; sed sive deos tibi propitios esse vis, colendi sunt dii : sive ab amicis diligi vis, beneficia in amicos conferenda sunt : sive a civitate aliqua honorari cupis, utilitatis aliquid civitati afferendum est : sive Græciæ universæ virtutis nomine tui admirationem injicere vis, tentandum est, ut de Græcia bene mereris : sive terram tibi fructus uberes ferre vis, colendi erunt agri : sive re pecuaria divitias quærendas tibi esse arbitraris, pecuariam facias oportet : sive bello potentior fieri gestis ac facultatem consequi vis tum amicos liberandi, tum subigendi hostes, non solum artes bellicæ ab earum peritis tibi discendæ sunt, sed etiam quomodo iis utendum sit exercitatione disci necesse est. Denique si etiam corpore vis esse validus, necesse est corpus consuefacias animo obedire laboribusque ac sudore exerceas. Tum ejus sermonem excipiens Ignavia, quemadmodum Prodicus ait, Videsne, inquit, mi Hercules,

κτῆσθαι. Οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν. Ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν.

(Xenophon Memorab. lib. II cap. 1 § 21-34, ex Prodici libro qui Ὧραι inscribebatur et Stobæus Floril. I, 101. Suidas in Πρόδικος et Ὧραι· Φέρεται καὶ βιβλίον Προδίκου ἐπιγραφόμενον Ὧραι, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸν Ἡρακλέα τῇ Ἀρετῇ καὶ τῇ Κακίᾳ συντυγχάνοντα. Veteres scriptores qui hanc de Hercule fabulam vel commemorant vel imitantur supra enumeravi. Verborum contextum consultis recentioribus editionibus recensui, ita tamen ut multas virorum doctorum conjecturas, quæ minime necessariæ videbantur, negligerem. De paucis tantum locis agam. Posui : [a] προϊέναι cum vet. edd.; vulgo προσιέναι, quod est in cod. Paris. — [b] καθαριότητι cum Valckenario; vulgo καθαρότητι. — [c] ἡ ὥρα ex Stobæo; ὥρα Xen. — [d] ποιησάμενος cum vett. edd. cf. Matthiæ Gramm. § 556. adn. 2; vulgo ποιήσῃς quam Aldinæ editionis scripturam Dindorfius recte mutavit in ποιήσῃ. — [e] διαίσῃ cum codd. et antiquis testibus; cujus loco alii διοίσεις, alii διάξεις legi jusserunt. — [f] ἢ ἀκούσας; vulgo ἤ τί ἀκούσας. — [g] τίνων ἂν ὀσφραινόμενος cum Cobeto; codd. τίνων ὀσφραινόμενος. — [h] ἡδέως πίῃς ex Stobæo; ἡδέως πίνῃς Xen. — [i] τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς, ad vinum æstatis tempore et diluendum et refrigerandum. Vid. Athen. III p. 124, ibique Casaub. p. 236. Veteres enim nivem et glaciem in subterraneis scrobibus ad hunc usum recondebant. Itaque Plinius lib. XIX c. 4 de luxu Romanorum loquens : Hi nives, inquit, illi glaciem potant, pœnasque montium in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor æstibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. Cf. Gell. Noct. Att. XIX, 5 et Macrob. Sat. VII, 12. — [k] στρωμνὰς μαλακὰς illustrat Ruhnkenius allato Varronis loco de Hercule Socratico apud Non. Marcell. p. 539 : « in omnibus rebus bonis cotidianis : cubo in Sardianis tapetibus : chlamydas et purpurea amicula, » ubi corrigit: In omnibus rebus bonis quotidiano (i. e. quotidie) cubo in Sardianis tapetibus », *Sardiana tapetia* intelligens quæ Sardibus purpura tingebantur. — [l] ὑπόβαθρα non sunt lectulorum fulcra, quæ πόδας vocant, sed tapetia vel stragula quibus homines delicati solebant spondarum pedes imponere, ut mollius cubarent. Huc pertinet locus

---

quam longam viam ac difficilem ad voluptates hæc tibi mulier demonstret? ego vero facili brevique via ad beatitudinem te ducam. Tum Virtus, Misera vero tu, ait, quid boni habes? aut quam delectationem nosti, quum nihil horum causa facere velis? quæ jucundorum appetitum ne exspectas quidem, sed priusquam appetas, omnibus te comples : priusquam esurias, comedis : priusquam sitias, bibis : atque ut suaviter comedas, conditores instructoresque convivii excogitas : ut suaviter bibas, magno pretio vina tibi comparas, atque æstate nivis quærendæ causa circumcursas : ut suaviter dormias, non stragula tantum mollia, sed etiam lectulos lectulisque supposita tapetia mollia paras. Non enim propter labores somno te dare desideras, sed quia nihil habes quod agas. Venerem vero antequam ea indigeas omnibus machinis irritas, ipsis viris tanquam feminis utens. Ita enim amicos tuos instituis, ut noctu eos stupris polluas et utilissima diei parte somno opprimas. Cæterum quamvis sis immortalis, tamen simul a diis projecta es, simul ab honestis hominibus contumeliis laceraris. Jam quod omnium auditu jucundissimum est, tuam ipsius laudem nullam audis : nec, quod spectaculum jucundissimum est, spectare potes. Quippe nullum unquam præclarum facinus tuum vidisti. Quis vero tibi aliquid dicenti fidem habeat? Quis rei alicujus indigenti quidquam suppeditet? Quis mentis compos ex tuo sodalitio esse audeat? quum tui, si juvenes sint, corporibus sint debiles, si ætate processerint, desipiant ac mente capti sint; sine labore nitidi adolescentiam in conviviis conterunt, cum labore squalidi senectutem transigunt : ante actorum eos pudet; agendorum onus ægre ferunt : jucundis in adolescentia velut cursim gustatis molesta senectuti seponunt. Ego vero diis familiariter utor et cum probis hominibus mihi consuetudo est : nec ullum præclarum facinus, sive divinum sive humanum, sine me efficitur. Maxime omnium vero a diis et hominibus probis, a quibus laudari convenit, cohonestor; artificibus cara operum socia, fida domorum custos heris, adjutrix benigna servis, laborum pace suscipiendorum fautrix egregia, constans in negotiis bellicis auxiliatrix, amicitiæ consors optima. Est etiam amicis meis ciborum potionumque usus suavis pariter ac non magno parabilis : exspectant enim, donec appetant. Iidem somnum capiunt suaviorem quam otiosi; ac neque experrectos se moleste ferunt, neque somni causa officia sua detrectant. Ac juvenes quidem laudibus gaudent, quibus a senibus efferuntur, senes vero honoribus quos juvenes ipsis tribuunt delectantur. Iidem jucundam rerum olim gestarum recordationem habent, nec minori cum voluptate in præsenti quæ agenda sunt agunt, quum mea causa diis accepti sint, amicis cari, honesti in patria. Denique quum fatalis vitæ exitus adest, non inhonorati in oblivione jacent, sed sempiterna hominum memoria celebrati florent. Talibus laboribus exantlatis, mi Hercules, fortium parentum progenies, licet tibi ea felicitate uti quæ ab omnibus maxime prædicatur. Ita fere Prodicus persequitur præcepta et instituta, quibus Virtus Herculem informavit. Sed ille verbis magnificentioribus, quam ego nunc feci, sententias ornavit.

Xenophontis Cyrop. VIII, 8, 16 de luxu Persarum : ἐκείνοις γὰρ πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἁρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέασιν, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ ταπίδες. Conf. Xenoph. Ages. c. 9.)

2. Τί μέρος [a] τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν [b]; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλ' ἢ δι' ἔνδειαν ἢ περιψυγμὸν ἢ θάλπος ἢ πληγὴν ὀδυνᾶται, λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυριζόμενον δὲ καὶ ταύτην τῆς δυσαρεστήσεως μίαν ἔχον φωνήν. Ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἐπταετίαν ἀφίκηται πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, ἐπέστησαν παιδαγωγοὶ καὶ γραμματισταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξανομένῳ δὲ κριτικοί, γεωμέτραι, τακτικοί, πλῆθος δεσποτῶν. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χειρῶν ἦν [c], τὸ Λύκειον καὶ Ἀκαδημία καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι καὶ κακῶν ἀμετρία. Καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν [d] τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἄντικρυς ὑπέδυσαν καὶ διαλογισμοί τίνα τις τοῦ βίου ὁδὸν ἐναντήσεται, καὶ τοῖς ὕστερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα· στρατεῖαί τε γὰρ καὶ τραύματα καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες. Εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. Κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω. Κἂν ἐπιμείνῃ τις, παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρησεν. Ἄλλοι [e] πολυγήρῳ ἀκμάζουσι, καὶ τῷ νῷ δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. Ἀγαμήδης γοῦν καὶ Τροφώνιος οἱ δειμάμενοι τὸ Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν· οἵ τε τῆς Ἀργείας ἱερείας υἱεῖς, ὁμοίως εὐξαμένης αὐτοῖς τῆς μητρὸς γενέσθαι τι τῆς εὐσεβείας παρὰ τῆς Ἥρας γέρας, ἐπειδὴ τοῦ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδύντες αὐτοὶ διήνεγκαν αὐτὴν εἰς τὸν νεών, μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλλαξαν. Μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι τὰ τῶν ποιητῶν, οἳ ποιήμασι θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν· ἑνὸς δὲ μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου, λέγοντος,

ὡς [f] γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν
ζώειν ἀχνυμένοις,

καὶ

οὐ [g] μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.

Τὸν δ' Ἀμφιάραον τί φησιν;

τὸν [h] περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων

---

2. Quæ vitæ hominum pars molestiis vacat? nonne in ipso quasi ortus vestibulo infans plorat vitamque a dolore auspicatur? Quippe a nullo cruciatu immunis est, sed vel rerum necessariarum penuria, vel frigore, vel calore, vel plaga aliqua turbatur, quum tamen nondum fari nec quæ patiatur declarare, sed solo vagitu atque ejulatu mœstitiam suam significare possit. Deinde ubi ad septimum annum multis laboribus exantlatis pervenerit, præceptores, literatores et ludimagistri cum crudeli imperio ei præficiuntur, adolescenti vero critici, geometræ, rei militaris doctores, denique reliqua dominorum turba. Postquam autem in ephebborum numerum ascriptus est : tum vero gravior metus ingruit, Lyceum, Academia, gymnasiarchæ severitas, virgæ, nimia malorum magnitudo. Ita omne adolescentis tempus sub moderatorum illorum imperio ex Areopagi erga juventutem voluntate traducitur. At quum his molestiis levatus est, manifesto animum cura et cogitatio de vitæ genere eligendo subit, ita ut priores illæ difficultates cum posterioribus comparatæ pueriles plane et revera infantium terriculamenta videantur. Expeditiones enim et vulnera et perpetua certamina sequuntur. Hinc inscienti obrepit senectus, in quam omnis humanæ naturæ fragilitas atque illa remediis ægre cedens imbecillitas confluit. Quod nisi quis citius debili instar vitam naturæ reddiderit, hæc tanquam fœneratrix instans atque urgens velut pignus ab alio visum, ab alio auditum, sæpe etiam utrumque aufert. At si quis diutius maneat in vita, ejus membra debilitat, mutilat, prope luxat. Sunt qui grandævi corporibus vigeant senesque animo bis pueri fiant. Quamobrem etiam dii, rerum humanarum intelligentes, quos maximi faciunt, eos citius emigrare e vita patiuntur. Nam Agamedes et Trophonius quum Pythii Apollinis templum exædificavissent, precati adeo ut quod optimum esset ipsis contingeret, postquam somno se dedere, non amplius surrexerunt. Idem Argivæ sacerdotis filiis evenit, ubi primum eorum mater Junonem venerata similiter a dea petivit, ut filiis suis pietatis præmium daret. Quum enim jumenta in tempore non venissent, ipsi currum subierunt matremque ad fanum advexerunt, sed post illas preces nocte exspirarunt. Longum est explanare, qua ratione poetæ, divinis carminibus vaticinati, vitam humanam deplorent. Sed unius tantum carminum conditoris memoria dignissimi mentionem faciam, cujus hæc sunt verba :

Quam superi miserum stamen mortalibus ævi
nevere, ut vivi deflenda per omnia durent,

et

Nil magis infelix fuerit mortalibus ægris
e cunctis terram quæ supra flantque meantque.

De Amphiarao vero quid ait :

Juppiter hunc totis animis, hunc Phœbus amabat,

παντοίᾳ φιλότητι· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.

Ὁ δὲ κελεύων

τὸν[i] φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,

τί σοι φαίνεται; ἀλλὰ παύομαι, μή ποτε παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν μηκύνω καὶ ἑτέρων μιμνησκόμενος. Ποίαν δέ τις ἑλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην οὐ μέμψεται καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπαίνει; Τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα, καὶ μόλις ποριζομένους ταπιτήδεια, κατοδυρομένους τε αὑτοὺς καὶ πᾶσαν ἀγρυπνίαν ἀναπιμπλάντας ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων; Ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα, περαιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν; ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρωπος ὡς ἀμφίβιος αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος πᾶς. Ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ; ὄῆλον. Ἀλλ' οὐχ ὅλον, ὥς φασιν, ἕλκος, ἀεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκόμενον; κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμόν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίαν, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δὲ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον ἢ κρύος; Ἀλλ' ἡ πολυτίμητος πολιτεία (πολλὰ γὰρ ὑπερβαίνω) διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν; τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα, φλεγμονῆς δίκην, παλλομένην καὶ σφυγματώδη, τὴν δὲ ἀπότευξιν ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω. Τίς γὰρ ἂν εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη δήμου παίγνιον ἐκβαλλόμενον, συριττόμενον, ζημιούμενον, θνῆσκον, ἑλεσύμενον; ἐπεί τοί γε, Ἀξίοχε πολιτικέ, ποῦ τέθνηκε Μιλτιάδης; ποῦ δὲ Θεμιστοκλῆς; ποῦ δὲ Ἐφιάλτης; ποῦ δὲ οἱ πρώην δέκα στρατηγοί[k];

(Pseudoplato Axioch. p. 366 extr. ex quodam Prodici libro. Ait enim: καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα, τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυεῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου. Προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος οὐδένα διδάσκει, διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον, ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάβε τι. Καὶ πρώην γοῦν παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου ποιούμενος ἐπίδειξιν τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥστε ἐγώγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον, καὶ ἐξ ἐκείνου θανατᾷ μου ἡ ψυχή, Ἀξίοχε. ΑΞ. Τίνα δὲ ἦν τὰ λεχθέντα; ΣΩ. Φράσαιμι ἄν σοι ταῦτα ἃ μνημονεύσω. Ἔφη γάρ, Τί μέρος τῆς ἡλικίας κτλ. Idem caput sive ex Prodici libro sive e Platone petitum servavit Stobæus Florileg. XCVIII, 75. Quum autem et Platonis et Stobæi codices hic illic depravati videantur, modo hunc modo illum auctorem in recensendo textu secutus sum. Præterea locos aliquot corruptos emendavi. Scripsi igitur: [a] τί μέρος cum codd. Plat.; ποῖον μέρος Stob. — [b] ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν cum Stob.; οὐ τῶν ἀνιαρῶν Plat. — [c] ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων ἦν, τὸ Λύκειον κτλ. (conf. Matthiæ Gramm. Græc. § 505, 2) quum apud Platonem legatur ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ καὶ φόβος χείρων ᾖ (vel ἦ, Steph. εἴη), τὸ Λύκειον, apud Stobæum vero ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, κοσμητὴς καὶ φόβος χείρων, ἔπειτα Λύκειον κτλ. — [d] κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν; vulgo apud utrumque scriptorem καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν. — [e] ἄλλοι πολυγήρῳ ἀκμάζουσι, καὶ τῷ νῷ ὡς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται cum Toupio Cur. Post. in Theocr. p. 15 pro vulgata lectione ἄλλοι πολυγήρως κτλ. Ita videlicet Platonis exemplaria; nam Stobæi membranæ habent ἀλλ' οἱ πολλοὶ γήρως ἀπαχμάζουσι καὶ τῷ νῷ, καὶ ὡς παῖδες οἱ γέροντες κατὰ τὴν παροιμίαν. — [f] Homer. Iliad. XXIV, 525-526. — [g] Id. Iliad. XVII, 446-447. — [h] Id. Odyss. XV, 245-246. — [i] Euripides in Cresphonte apud Ciceron. Tusc. I, 48. Cf. Eurip. Fragm. p. 594 vol. VII ed. Glasg. — [k] ποῦ δὲ οἱ πρώην δέκα στρατηγοί; vulgo apud Platonem scri-

---

ille tamen justi metas non attigit ævi.

Qui vero nos jubet

lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,

humanæ vitæ varia reputantes mala

quam recte tibi videtur dicere? Sed finem dicendi facio, ne dum alios etiam commemoro, contra quam pollicitus sum, longiorem orationem efficiam. Quis porro mortalium est qui illud vitæ institutum eamve artem, cui deditus sit, non incuset ac de sua conditione non queratur? Adeamus primum fabros et opifices, qui diurnos nocturnosque labores sustinendo vix victum sibi comparant, nonne illi suam sortem vehementer deplorant atque omnes suas vigilias lamentis et lacrimis complent? Nautarumne vitam exponamus, qui tot tantisque periculis perfunguntur, ac neque in mortuis, ut Bias affirmavit, neque in vivis sunt? Homo enim terrenus, velut bestia anceps in utraque sede vivens, in mare se præcipitat totumque se fortunæ committit. Verum agricultura jucunda est. Est sane. Nonne tamen tota, ut ajunt, ulcus est, semper doloris causam reperiens, quum videlicet modo siccitatem deploret, modo imbres, modo uredinem, modo rubiginem, modo calorem intempestivum vel frigus? Jam vero honestissima illa reipublicæ administratio, ut multa prætermittam, in quot pericula adducitur! quippe quæ gaudium habeat furunculi instar palpitans atque micans, repulsam vero tum gravem tum ipsa morte sexcentis partibus pejorem. Quis enim ad vulgi arbitrium vivens beatus esse possit, si permulceatur verbis et plausu excipiatur, quamvis paulo post ludibrio sit populo futurus ideoque nunc e civitate ejiciatur, nunc exsibiletur, nunc mulctetur, nunc morte afficiatur, nunc miserandus videatur? Ubi enim, Axioche, vir civilis, mortuus est Miltiades? ubi Themistocles? ubi Ephialtes? ubi denique decem illi qui nuper fuere prætores?

bitur ποῦ δ' οἱ πρώην στρατηγοί; vel ποῦ δ' οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ στρατηγοί; apud Stobæum autem ποῦ δὲ πρώην οἱ δέκα στρατηγοί.)

3. Ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Πρωδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντάς ἐστιν οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας.

(Pseudoplato Axioch. p. 369. Hæc sententia in sequentibus sic illustratur: ΑΞ. Πῶς φῄς, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. Ὥστε οὔτε περὶ σὲ νῦν ἐστιν, οὐ γὰρ τέθνηκας, οὔτε εἴ τι πάθοις, ἔσται περὶ σέ· σὺ γὰρ οὐκ ἔσει. Μάταιος οὖν ἡ λύπη περὶ τοῦ μήτε ὄντος μήτε ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι, καὶ ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο, τῶν μήτε ὄντων νῦν περὶ σὲ μήτε ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν ἐσομένων. Τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσίν ἐστι· τοῖς δ' οὐκ οὖσι πῶς ἂν εἴη; Priora inde a verbis ὅτι ὁ θάνατος usque ad οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν exstant etiam apud Stobæum Floril. CX, 34. Similiter Epicurus de morte judicabat teste Diogene Laertio X, 125. Ait enim: οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν τῷ ζῆν δεινόν, τῷ κατειληφότι γνησίως τὸ μηδὲν ὑπάρχειν ἐν τῷ μὴ ζῆν δεινόν. Ὥστε μάταιος ὁ λέγων δεδιέναι τὸν θάνατον, οὐχ ὅτι λυπήσει παρών, ἀλλ' ὅτι λυπεῖ μέλλων. Ὃ γὰρ παρὸν οὐκ ἐνοχλεῖ, προσδοκώμενον κενῶς λυπεῖ. Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἐπειδήπερ, ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. Οὔτε οὖν πρὸς τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας· ἐπειδήπερ περὶ οὓς μὲν οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ οὐκέτι εἰσίν. Denique Prodici vel Epicuri disciplinæ consentanea sunt, quæ Cicero Tusc. I, 38 scripsit: « Natura vero, inquit, sic se habet, ut quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Ut nihil pertinuit ad nos ante ortum: sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, quum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? Alteri nulli sunt; alteros non tangit. »)

4. Καταμαθὼν δ' ἐγὼ οὕτως ἔχοντα τὸν Ἐρυξίαν, καὶ εὐλαβούμενος μὴ πορρωτέρω τις λοιδορία καὶ ἐναντίωσις γένοιτο, Τουτονὶ μὲν τὸν λόγον, ἔφην ἐγώ, πρώην ἐν Λυκείῳ ἀνὴρ σοφὸς λέγων Πρόδικος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν οὕτως, ὥστε μηδένα δύνασθαι πεῖσαι τῶν παρόντων ὡς ἀληθῆ λ γοι. Καὶ δῆτα καὶ μειράκιόν τι σφόδρα νέον προσελθὸν καὶ στωμύλον, προσκαθιζόμενον, κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε καὶ ἔσειεν αὐτόν, βουλόμενον λόγον λαμβάνειν ὧν ἔλεγε· καὶ μέντοι καὶ πολὺ μᾶλλον εὐδοκίμησε παρὰ τοῖς ἀκροωμένοις ἢπερ ὁ Πρόδικος. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ἔχοις ἂν ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τὸν λόγον; Πάνυ μὲν οὖν, ἐὰν ἄρα ἀναμνησθῶ. Ὠδὶ γάρ πως, ὡς ἐγῷμαι, εἶχεν. Πρώτα γὰρ αὐτὸν τὸ μειράκιον πῶς οἴεται κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, καὶ ὅπως ἀγαθόν. Ὁ δ' ὑπολαβών, Ὥσπερ καὶ σὺ νῦν δή, ἔφη, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀγαθόν, καὶ τοῖς ἐπισταμένοις ὅπου δεῖ χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τούτοις μὲν ἀγαθόν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ ἀνεπιστήμοσι κακόν. Ἔχει δ', ἔφη, καὶ τἆλλα πράγματα οὕτω πάντα· ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. Καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι·

Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν[a] ἐργμασιν[b].

Νῦν ἄρ', ἔφη τὸ μειράκιον, εἴ τις ἐμὲ σοφὸν ποιοῖ ταύτην τὴν σοφίαν ἣν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες σοφοί εἰσιν, ἅμα ἀνάγκη καὶ τὰ ἄλλα πράγματ' αὐτὸν ἀγαθὰ ἐμοὶ ποιεῖν, πρὸς μὲν αὐτὰ ἐκεῖνα μηδὲν πραγματευσάμενον, ὅτι δ' ἐμὲ ἀντ' ἀμαθοῦς σοφὸν πεποίηκεν· ὥσπερ εἴ τις ἐμὲ νυνὶ γραμματικὸν ποιήσειεν, ἀνάγκη αὐτὸν καὶ τἆλλα πράγματα γραμματικὰ ἐμοὶ ποιεῖν, καὶ εἰ μουσικόν, μουσικά· ὥσπερ ὅταν ἀγαθὸν ἐμὲ ποιήσῃ, ἅμα ἀγαθὰ καὶ τὰ πράγματα πεποιηκέναι μοι. Οὐ

---

3. Audivi præterea Prodicum aliquando dicentem, mortem neque ad vivos neque ad mortuos pertinere.

4. Ego vero quum Eryxiam ita affectum esse intellexissem, ac vererer ne concertationis studio conviciis insuper alterum consectaretur: Hoc, inquam, sermone nuper in Lyceo habito vir sapiens Prodicus Ceus ita nugari præsentibus videbatur, ut eorum nemini se vera dicere posset persuadere. Ac sane etiam homo quidam peradolescens insigni loquacitate ipsum aggressus assidebat, deridebat, ludificabatur, calumniabatur, eo consilio ut dictorum rationem acciperet; atque is quidem multo etiam magis aud entium sermonibus celebrabatur quam Prodicus. Potesne igitur nobis, inquit Erasistratus, sermonem istum referre? Omnino, si forte meminero. Sic enim fere, ut ego arbitror, se habebat. Interrogabat enim ipsum adolescentulus, quomodo putaret malum esse, divitiis abundare, et quomodo bonum. Is autem sermonem excipiens, quemadmodum et tu nunc, ait, probis et honestis hominibus bonum esse; item his qui scirent ubi divitiis uti oporteret, bonum esse, improbis autem atque illud ignorantibus malum. Habent vero, inquit, etiam cæteræ res omnes se hoc modo ut quales fuerint qui iis utuntur, tales etiam res ipsis esse necesse sit. Ac recte, inquit, mihi videtur illud Archilochi dictum esse:

et ita animati sunt, ut se habent res in quas incurrunt.

Nunc igitur, inquit adolescentulus, si quis me peritum faciat ejus sapientiæ, qua viri boni præditi sunt, simul necesse est eum etiam cæteras res mihi bonas præstare, ita ut nihil negotii in illis ipsis ad meum usum accommodandis habuerit, quia me ex imperito peritum fecit: quemadmodum si quis me nunc grammaticum faciat, ne-

μέντοι ταῦτά γε ξυνέφη ὁ Πρόδικος, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὁμολόγει. Πότερον δέ σοι δοκεῖ, ἔφη, ὥσπερ οἰκίαν ποιεῖν ἀνθρώπου ἔργον εἶναι, οὕτω καὶ πράγματα ἀγαθὰ ποιεῖν; ἢ ἀνάγκη, ὁποῖ' ἄττ' ἂν τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε καλὰ εἴτε ἀγαθά, τοιαῦτα διατελεῖν ὄντα αὐτά; Ὑποπτεύσας δέ μοι δοκεῖ ὁ Πρόδικος, ᾗ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῶν, σφόδρα πανοῦργος, ἵνα μὴ πάντων παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου· μόνῳ μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο παθεῖν οὐδὲν ὤετο διαφέρειν· ἔφη ἀνθρώπου ἔργον εἶναι. Πότερον δέ σοι, ἔφη, δοκεῖ εἶναι διδακτὸν ἡ ἀρετὴ ἢ ἔμφυτον; Διδακτόν, ἔφη, ἔμοιγε. Οὐκοῦν, ἔφη, ἂν δοκοῖ σοι ἠλίθιος εἶναι εἴ τις οἴοιτο τοῖς θεοῖς εὐχόμενος γραμματικὸς ἂν γενέσθαι ἢ μουσικός, ἢ ἑτέραν τινὰ ἐπιστήμην λαβεῖν, ἣν ἀνάγκη μαθόντα παρ' ἑτέρου ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; Συνέφη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν, ἔφη τὸ μειράκιον, σύ, ὦ Πρόδικε, ὅταν εὔχῃ τοῖς θεοῖς εὖ πράττειν καὶ ἀγαθά σοι εἶναι, τότε οὐδὲν ἕτερον εὔχει ἢ καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι, εἴπερ τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ πράγματα τυγχάνει ἀγαθὰ ὄντα, τοῖς δὲ φαύλοις μοχθηρά. Εἴπερ οὖν τυγχάνει ἡ ἀρετὴ διδακτὸς οὖσα, οὐδὲν ἕτερον φαίνοιτο ἂν εὐχόμενος ἢ διδαχθῆναι ἃ οὐκ ἐπίστασαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ πρὸς τὸν Πρόδικον ὅτι μοι δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ τυγχάνει τούτου διημαρτηκώς, εἰ οἴεται, ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. Εἰ καὶ σὺ ἑκάστοτε σπουδῇ βαδίζων εἰς πόλιν, προσευχόμενος αἰτεῖς παρὰ τῶν θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά, οὐ μέντοι οἶσθα εἰ οἷοί τέ σοι ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ φοιτῶν θύρας ἀντιβολοίης σοι δοῦναι γραμματικὴν ἐπιστήμην μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἥντινα λαβὼν παραχρῆμα καὶ δυνήσει πράττειν τὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἔργα. Ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος ὁ Πρόδικος ἀντανήγετο πρὸς τὸ μειράκιον, ὡς ἀμυνούμενος, καὶ ἐπιδείξων ταῦτα ἅπερ σὺ νῦν δή, ἀγαναχτῶν εἰ φαίνοιτο μάτην τοῖς θεοῖς εὐχόμενος. Εἶτα προσελθὼν ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκέλευεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς νέοις διαλεγόμενον· εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δῆλον ὅτι μοχθηρά.

(Pseudoplato in Eryxia p. 397-399 et Stobæus Flor. XCII, 21 usque ad Archilochi versiculum. De hoc pauca annotanda. Archilochus scripserat : τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω παῖ, γίγνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ, καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν teste Theone Progymn. I, p. 153 ed. Walz. cujus verba sunt : Ὅμηρον μεταφράζων, ὅτε φησί· « Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε » ὁ Ἀρχίλοχος· « Τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς κτλ. Homeri locus legitur Odyss. XVIII, 135-136. Cum Theone consentit interpres græcus Hermog. VII, p. 934 qui falso vs. 1 ἀνθρώποις νόος et vs. 2 ὁκοῖον habet. Adde Diog. Laert. IX, 71 ubi scriptum reperitur ἀνθρώποις νοῦς, mutatum a Cobeto in ἀνθρώποισι θυμός. Præterea Suidas v. Πυρρώνειοι· τοῖς ἀνθρώποις νοῦς γίνεται ὁκοίην Ζεὺς ἡμέρην ἄγει. Rectius Stobæus Ecl. Phys. I p. 38 τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, κτλ. Similiter Plutarchus De nobil. c. 22, vol. XIV p. 429 ed. Hutten. τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ θυμὸς κτλ.

---

cesse est cum et cæteras res grammaticas mihi præstare, et si musicum, musicas; ut quum bonum me præstiterit, simul necesse est ipsum cæteras res bonas mihi præstitisse. Non tamen de his assensus est Prodicus, sed illa concedebat. Utrum tibi videtur, inquit, sicut domum ædificare hominis opus esse, ita etiam res bonas præstare, an necesse est, qualescunque a principio fuerint, sive malæ sive bonæ, tales ipsas perpetuo permanere. Sed quum Prodicus, ut mea fert opinio, animadverteret, quo sermo ipsorum processurus esset, admodum callide, ne coram omnibus qui aderant ab adolescentulo redargui videretur : soli enim sibi hoc accidere, nihil sua interesse opinabatur : hominis opus esse dixit. Utrum vero, inquit, videtur tibi virtus doceri posse an ingenerata hominibus esse. Doceri posse, inquit, mihi videtur. Nonne tibi videtur, inquit, stolidus esse, si quis precibus deorum numini adhibitis putet se grammaticum vel musicum fore, vel aliam quandam scientiam consecuturum esse, quam necessario aut ab alio traditam aut nostro ingenio inventam consequimur? Assensus est et hæc. Nonne, inquit adolescentulus, tu, o Prodice, quum a diis precaris prosperum successum et ut bona tibi contingant, tum nihil aliud precaris, quam ut probus et bonus fias, siquidem probis et bonis hominibus res etiam sunt bonæ, improbis autem malæ. Si igitur virtus doceri potest, nihil aliud videris precari a diis, quam ut discas quæ nescis. Ego igitur Prodico dixi, existimare me, nihil mali ipsi accidisse, si in hoc peccasset, quod nobis ea quæ a diis precamur, simul etiam contingere arbitraretur. Etsi enim tu semper ad urbem properanter pergis et venerabundus a diis petis, ut dent tibi bona, tamen non habes exploratum, posse illos tibi dare, quæ tu petis, tanquam si ad literatoris fores accedas eumque etiam atque etiam ores, ut tibi grammaticam artem tradat nihil aliud ejus rei gratia meditato, sed qua arrepta statim etiam literatoris munera exsequi possis. Hæc me dicente Prodicus invehi in adolescentulum paratus erat, ea mente, ut injuriam sibi illatam ulcisceretur eaque quæ tu nunc demonstraret, quippe cui ægre esset, quod frustra deos precibus invocare videretur. Deinde quum gymnasiarchus propius accessisset, discedere eum e gymnasio jussit, ut qui non idonea juvenibus dissereret : sin autem non idonea, nimirum mala.

item auctor vitæ Homeri apud Galeum opusc. p. 366 et Apostolius XII, 97. Porro Sextus Empiricus adv. Math. VII, 218 ed. Bekker.: καὶ Ἀρχίλοχος δέ φησι τοὺς ἀνθρώπους τοιαῦτα φρονεῖν, ὁποίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. Cf. Archilochi fragm. in Bergkii Poetis Lyricis p. 551 seq. Ad Homeri locum quem imitatus est Archilochus hanc notam scholiastes apposuit: οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐκδέχονται ὅτι οἷον ἂν ᾖ τὸ κατάστημα τοῦ ἀέρος, τοιαύτην καὶ τὴν ἡμέραν διατελοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. Ὁ δὲ ποιητὴς λέγει, ὁποῖα ἂν ᾖ τὰ προσπίπτοντα, τούτοις ἐξομοιούμεθα. Eustathius autem poetæ mentem sic declarat: ὁποῖα ἂν ᾖ τὰ προσπίπτοντα, τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ νοῦς· ἐν εὐτυχίαις συνεξαιρόμενος, ἐν δὲ τοῖς ἀνάπαλιν ταπεινούμενος. In eandem sententiam Euripides Suppl. vs. 734-736: ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα ὁρῶμέν τε τοιαῦθ' ἃ 'ν σὺ τυγχάνῃς θέλων, cujus verbis usi sunt Diogenes Laertius IX, 71 et Plutarchus De Stoicor. repugn. cap. 47, vol. XIII p. 399 ed. Hutten. Similia dicta apud Latinos quoque scriptores exstant. Nam Cicero apud Augustinum De Civitate dei lib. V cap. 8 ait: Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse Juppiter auctiferas lustravit lumine terras. Terentius Hecyr. act. III, scen. III, 20: Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Virgilius Georgicorum lib. I, 421-423: Vertuntur species animorum, et pectora motus nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat, concipiunt. Reposui autem hoc loco: [a] ἐγκυρίωσιν cum optimis codd.; Steph. ἐσκυρίωσιν. — [b] ἔργμασιν cum Stephano; codd. ἐρύμασιν. — [c] ὀχοῖ; codd. ὀχῇ.)

ΓΟΡΓΙΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Ὑπὸ πολλῶν ἄξιοι θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες [οἱ πρῶτοι τὰς τοιαύτας πανηγύρεις συναγαγόντες].

(Aristoteles Rhet. lib. III cap. 14, pag. 1414 b ed. Bekk.: λέγεται δὲ τὰ τῶν ἐπιδεικτικῶν προοίμια ἐξ ἐπαίνου ἢ ψόγου· οἷον Γοργίας μὲν ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ λόγῳ· Ὑπὸ πολλῶν ἄξιοι θαυμάζεσθαι, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες· ἐπαινεῖ γὰρ τοὺς τὰς πανηγύρεις συνάγοντας· Ἰσοκράτης δὲ (orat. 4 init.) ψέγει, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων ἀρετὰς δωρεαῖς ἐτίμησαν, τοῖς δ' εὖ φρονοῦσιν οὐθὲν ἆθλον ἐποίησαν. Verbis ab Aristotele servatis adjeci οἱ πρῶτοι τὰς τοιαύτας πανηγύρεις συναγαγόντες, quia in exordio orationis ait Gorgiam laudibus extulisse eos qui primi hujusmodi conventus instituissent. Huc accedit Quintiliani auctoritas qui lib. III, 8, 9, quum Aristotelem in Rhetoricis sequatur, *Gorgias*, inquit, *in Olympico laudans eos qui primi tales instituerunt conventus*. Ceteroqui nisi forte præcessit aliquid, ad quod referretur τὰς τοιαύτας, verisimile est scriptorem simpliciter posuisse τὰς πανηγύρεις. Sed rem incertam injudicatam relinquam.)

2. Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς.

(Longinus De sublimitate III, 1, 2 pag. 10 ed. Weisk. ex funebri Gorgiæ oratione.)

3. Γύπες ἔμψυχοι τάφοι.

(Longinus De sublimitate III, 1, 2 pag. 10 ed. Weisk. ex funebri Gorgiæ oratione.)

GORGIAE

FRAGMENTA.

4. Ἔτι τοίνυν Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνός φησι, τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μέν, ὡς χρῶτο, χρῆσθαι δέ, ὡς τιμῷτο.

(Plutarchus vit. Cimon. cap. 10, vol. III p. 259 ed. Hutten. fortasse ex funebri Gorgiæ oratione.)

5. Διονύσιος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ χαρακτήρων περὶ Γοργίου τάδε φησίν, ὅτι τῆς ἰδέας τῶν αὐτοῦ λόγων τοιοῦτος ὁ χαρακτήρ· ἐγκωμιάζει δὲ τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύσαντας Ἀθηναίων. « Τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν, ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι; εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δὲ ἃ δεῖ, λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον. Οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετήν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν· πολλὰ μὲν δὴ τὸ παριὲν [a] ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες, πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας λόγων ὀρθότητα· τοῦτο νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον, τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν· καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ, γνώμην καὶ ῥώμην [b], τὴν μὲν βουλεύοντες, τὴν δὲ ἀποτελοῦντες· θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον, ἀόργητοι [c] πρὸς τὸ πρέπον, τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον, ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι εἰς τοὺς κομίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. Μαρτύρια δὲ τούτων τροπαῖα ἑστήσαντο τῶν πολεμίων, Διὸς μὲν ἀγάλματα, τούτων δὲ ἀναθήματα· οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου Ἄρεος, οὔτε νομίμων Ἐρώ-

---

1. Merito, Græci, multis admirabiles ii videri debent, qui primi tales conventus instituerunt.

2. Xerxes Persarum Jupiter.

3. Vultures viva sepulcra.

4. Porro Gorgias idcirco Cimonem ait pecuniam quæsivisse, ut ea uteretur, usum esse autem, ut in honore haberetur.

5. Dionysius in secundo de dicendi generibus ita de Gorgia pronuntiat, quia formæ ejus orationum talis character sit; laudibus autem prosequitur eos Athenienses qui bellica virtute præstiterunt. « quid enim deerat his viris earum rerum, quas viris inesse oportet? Quid vero etiam inerat, quod non oporteat inesse? Utinam et possem dicere quæ volo, et vellem dicere quæ oportet, et ita quidem, ut tam deos indignantes laterem, quam hominum invidiam effugerem. Hi enim tum divina virtute, tum humana fragilitate præditi erant, quum summo juri moderationem æquitatemque et legis duritiæ rationes certas atque illustres longe anteponerent, quia divinam hanc et communem omnium legem esse arbitrabantur, ut in tempore id quod decet modo dicerent, modo tacerent, modo facerent, quumque earum quæ requiruntur virtutum duas maxime exercuissent, prudentiam et fortitudinem, alteram deliberando, alteram cœpta efficiendo, simul eorum qui immerito cum adversa fortuna conflictantur adjutores, simul hominum immeritis opibus superbientium punitores, porro arrogantes sui compendii causa, lenes ad decorum custodiendum, prudenti consilio imprudentiam tollentes, injuriosi in injuriosos, comes et humani erga comes et humanos, intrepidis intrepidi atque in periculis atroces. Quippe ea-

των, οὔτε ἐνοπλίου Ἔριδος, οὔτε φιλοκάλου Εἰρήνης· σεμνοὶ μὲν εἰς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ, δίκαιοι πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει. Τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος οὐκ ἀσωμάτοις σώμασι [d] ζῇ οὐ ζώντων. » Σεμνὰς γὰρ ἐνταῦθα συμφορήσας λέξεις ὁ Γοργίας, ἐννοίας ἐπιπολαιοτέρας ὑπεξαγγέλλει, τοῖς τι παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καὶ ὁμοιοκατάρκτοις καλλωπίζων δι' ὅλου πρὸς κόρον τὸν λόγον.

(Schol. ad Hermog. De form. orat. libros, ex funebri oratione. Cf. Spengelii Συναγωγὴ τεχνῶν p. 80. Scripsi cum Fossio : [a] παριὲν; vulgo παρόν. — [b] μάλιστα ὧν δεῖ, γνώμην καὶ ῥώμην, τὴν μὲν βουλεύοντες; vulgo μάλιστα ὧν δὴ γνώμην, τὴν μὲν βουλεύοντες. — [c] ἀόργητοι; vulgo ἀόρτητοι. Cæterum — [d] οὐκ ἀσωμάτοις σώμασι i. e. corporum non incorporeorum sive aspectabilium beneficio Gorgias mortuos vivere affirmat, eo nomine appellans simulacra (ἀναθήματα) et signa a civibus ad illorum memoriam æternitati æquandam posita.)

6. Ἦλις πόλις εὐδαίμων.

(Aristoteles Rhet. lib. III cap. 14 pag. 1415 b ed. Bekker.: τούτων δὲ ἕνεκα προοιμίου δεῖται, ἢ κόσμου χάριν, ὡς αὐτοκάβδαλα φαίνεται, ἐὰν μὴ ἔχῃ. Τοιοῦτον γὰρ τὸ Γοργίου ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους· οὐδὲν γὰρ προεξαγωνίσας οὐδὲ προαγωνιάσας εὐθὺς ἄρχεται· Ἦλις κτλ.)

7. Ἀνεμίσγοντο δὲ λιταῖς ἀπειλαὶ καὶ εὐχαῖς ὁλμωγαί.

(Schol. ad Hom. Iliad. lib. IV, 450 ex illa, ut videtur, Gorgiæ oratione qua Achillis laudes celebratæ erant.)

8. Πτωχόμουσος κόλαξ—ἐπιορκήσαντας καὶ κατευορκήσαντας.

(Aristoteles Rhet. III, 3 pag. 1405 ed Bekker. τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν, ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν.... ὡς Γοργίας ὠνόμαζε, πτωχόμουσος κτλ.)

9. Χλωρὰ καὶ ἄναιμα τὰ πράγματα· σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας.

(Aristoteles Rhet. III, 3, pag. 1406 ed. Bekker.: καὶ ἔτι τέταρτον τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται· εἰσὶ γὰρ καὶ μεταφοραὶ ἀπρεπεῖς, αἱ μὲν διὰ τὸ γελοῖον (χρῶνται γὰρ καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ μεταφοραῖς), αἱ δὲ διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν· ἀσαφεῖς δέ, ἂν πόρρωθεν· οἷον Γοργίας « χλωρὰ καὶ ἄναιμα κτλ. » ποιητικῶς γὰρ ἄγαν. Similiter Plato Phædr. p. 260 : ποῖόν τινα οἴει μετὰ ταῦτα τὴν ῥητορικὴν καρπόν, ὧν ἔσπειρε, θερίζειν; ad quem locum hæc refertur veteris interpretis annotatio : καρπὸν ὃν ἔσπειρας θέριζε, ἐπὶ τῶν τοιαῦτα πασχόντων, οἷα ἑόρασαν. Παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ στίχου· Εἰ δὲ κακὰ σπείραις, κακά κεν ἀμήσαιο, καὶ πάλιν· Ὅς δὲ κακὰ σπείρει, θερίειν κακὰ κήδεα παισίν. Quamobrem Hermias in Commentario p. 18a ed. Ast. ait : καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ παροιμίας εἴρηται, ὅτι ὁ κακὰ σπείρων κακὰ θερίζει.)

10. Ἦν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω....

(Xenophon Conviv. cap. II, 26. Conf. Athenæus lib. XI p. 504 et Stobæus Floril. XIX, 18. Eodem fere modo dixit etiam Lucianus De mercede cond. cap. 27 : αἰτιᾷ τὴν τύχην, οὐδ' ὀλίγα σοι τῶν χαρίτων ἐπιψεκάσασαν. Xenophontis autem locum spectavit Cicero Cat. maj. cap. 14, ita scribens : « Me vero et magisteria delectant a majoribus instituta, et is sermo qui more majorum a summo adhibetur in poculis, et pocula, sicut in symposio Xenophontis, *minuta* atque *rorantia* ».)

11. (Γοργίαν) ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν εἰπεῖν, διὰ τὸ οὐδὲν μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις.

(Lucianus Longæv. cap. 23. Aliter Valerius

---

rum rerum ut darent testimonia, cives tropæa de hostibus posuerunt, quæ partim Jovis signa, partim horum simulacra essent, non expertes illi quidem neque insiti ad bellum ardoris, neque legitimorum amorum, neque prœlii atrocis, neque pacis omni elegantia tinctæ, sed venerabiles justis honoribus deorum numini tributis, pii parentibus summa observantia cultis, justi in cives semper juris æquabilitate servata, religiosi denique in amicis fideli amore prosequendis. Quamobrem defunctorum desiderium ac nomen nequaquam simul cum ipsis deletum est, sed corporum aspectabilium beneficio post mortem immortalitati commendatum viget. » Quamvis enim hic magnifica verba congesserit Gorgias, sententias tamen futiles enuntiat, qua membris æqualibus qua vocibus simiiem exitum vel simile initium habentibus ad satietatem omnino orationem distinguens atque illustrans.

6. Elis civitas beata.

7. Admiscebantur autem supplicationibus minæ et precibus ejulatus.

8. Indoctus adulator — pejerantes et vere jurantes.

9. Res pallidas et exsangues; tu vero ut turpem hanc sementem fecisti, ita male messuisti.

10. At si pueri minutis poculis crebro nobis guttatim quasi rorantes infundant, ut et ipse Gorgiæ verbis utar....

11. Hunc interrogatum causam tam longæ senectutis et sensuum omnium integritate commendabilis ajunt respondisse, quod nunquam aliorum convivilis interfuisset.

Maximus lib. VIII cap. 13, 2 de Gorgiæ senectute disserit. « Gorgias etiam, inquit, Leontinus Isocratis et complurium magni ingenii virorum præceptor sua sententia felicissimus. Nam quum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus quapropter tam diu vellet in vita remanere : Quia nihil, inquit, habeo, quod senectutem meam accusem. Quid isto tractu ætatis aut longius aut beatius? Jam alterum sæculum ingressus neque in hoc querelam ullam invenit, neque in illo reliquit. » Athenæus lib. XII p. 548 c : πόσῳ γὰρ τούτων βελτίων Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, περὶ οὗ φησιν ὁ αὐτὸς Κλέαρχος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν βίων ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν σχεδὸν ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσε. Καὶ ἐπεί τις αὐτὸν ἤρετο τίνι διαίτῃ χρώμενος οὕτως ἐμμελῶς καὶ μετὰ αἰσθήσεως τοσοῦτον χρόνον ζήσειεν, Οὐδὲν πώποτε, εἶπεν, ἡδονῆς ἕνεκεν πράξας. Δημήτριος δὲ ὁ Βυζάντιος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιημάτων « Γοργίας, φησίν, ὁ Λεοντῖνος ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ γέγονεν αἴτιον τοῦ βιῶσαι πλείω τῶν ἑκατὸν ἐτῶν, ἔφη, Τὸ μηδὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκεν πεποιηκέναι. » Conf. Eustathius ad Hom. Odyss. p. 1413, 47.)

12. Γοργίας ἐρωτηθεὶς ποίᾳ διαίτῃ χρώμενος εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθεν· Οὐδὲν οὐδέποτε, ἔφη, πρὸς ἡδονὴν οὔτε φαγὼν οὔτε δράσας.

(Stobæus Flor. CI, 21.)

13. Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐπὶ τέρματι ὢν τοῦ βίου καὶ γεγηρακὼς εὖ μάλα, ὑπό τινος ἀσθενείας καταληφθείς, κατ' ὀλίγον εἰς ὕπνον ὑπολισθαίνων ἔκειτο· ἐπεὶ δέ τις αὐτῷ προσῆλθε τῶν ἐπιτηδείων ἐπισκοπούμενος καὶ ἤρετο ὅ,τι πράττοι, ὁ Γοργίας ἔφη, Ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παραλαμβάνειν τῷ ἀδελφῷ.

(Ælianus Var. hist. lib. II cap. 35. Cf. Stobæus Flor. CXVIII, 23. Scripsi αὐτῷ προσῆλθε rejecta membranarum lectione αὐτὸν παρῆλθε.)

14. Λέγεται δὲ ὡς καὶ ὁ Γοργίας αὐτὸς ἀναγνοὺς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ διάλογον πρὸς τοὺς συνήθεις ἔφη, Ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν. Ἕρμιππος δὲ ἐν τῷ περὶ Γοργίου « Ὡς ἐπεδήμησε (φησὶ) ταῖς Ἀθήναις Γοργίας μετὰ τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνος, εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος ὅτε εἶδεν αὐτόν, Ἥκει ἡμῖν ὁ καλός τε καὶ χρυσοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας, Ἢ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι καὶ νέον τοῦτον Ἀρχίλοχον ἐννηόχασιν. » Ἄλλοι δέ φασιν ὡς ἀναγνοὺς ὁ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν ὅτι οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἤκουσε παρὰ Πλάτωνος.

(Athenæus lib. XI pag. 505.)

15. Γοργίας μὲν οὖν ὁ Λεοντῖνος, τὰ μὲν ἴσως ἀπορῶν τὰ δ' εἰρωνευόμενος, ἔφη, καθάπερ ὅλμους εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ὁλμοποιῶν πεποιημένους, οὕτω καὶ Λαρισσαίους τοὺς ὑπὸ τῶν δημιουργῶν πεποιημένους· εἶναι γάρ τινας λαρισσοποιούς.

(Aristoteles Politic. III, 2 : Ὁρίζονται δὴ πρὸς τὴν χρῆσιν πολίτην τὸν ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν καὶ μὴ θατέρου μόνον, οἷον πατρὸς ἢ μητρός· οἱ δὲ καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλέον ζητοῦσιν, οἷον ἐπὶ πάππους δύο ἢ τρεῖς ἢ πλείους. Οὕτω δὴ ὁριζομένων πολιτικῶς καὶ ταχέως, ἀποροῦσί τινες τὸν τρίτον ἐκεῖνον ἢ τέταρτον, πῶς ἔσται πολίτης. Γοργίας μὲν οὖν κτλ. Ἔστι δ' ἁπλοῦν· εἰ γὰρ μετεῖχον κατὰ τὸν ῥηθέντα διορισμὸν τῆς πολιτείας, ἦσαν ἂν πολῖται· καὶ γὰρ οὐ δυνατὸν ἐφαρμόττειν τὸ ἐκ πολίτου ἢ ἐκ πολίτιδος ἐπὶ τῶν πρώτων οἰκησάντων ἢ κτισάντων.)

16. Τὸ μὲν εἶναι ἀφανές, μὴ τυχὸν τοῦ δοκεῖν· τὸ δὲ δοκεῖν ἀσθενές, μὴ τυχὸν τοῦ εἶναι.

(Proclus ad Hesiod. Opp. p. 340 ed. Gaisford. ex aliquo Gorgiæ libro.)

17. Ἡμῖν δὲ κομψότερος μὲν ὁ Γοργίας φαίνεται, κελεύων μὴ τὸ εἶδος ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός.

---

12. Gorgias interrogatus, qua vitæ degendæ ratione ad summam senectutem venisset, se nihil unquam animi causa neque comedisse neque fecisse dixit.

13. Gorgias Leontinus quum morti propinquus ac senectute confectus esset, morbo aliquo implicatus, paullatim somno oppressus jacebat; quumque ex amicis quidam accedens invisendi causa ab ipso, quid ageret, sciscitaretur, Jam, inquit, me somnus incipit fratri suo tradere.

14. Fertur etiam Gorgias ipse quum cognominem sibi dialogum pervolutasset, familiaribus dixisse : « Quam bene Plato scit sinistris sermonibus carpere. » Hermippus autem in libro de Gorgia scribit Gorgiam Athenis commorantem, postquam auream sibi ipsi statuam Delphis posuerit positamque deo consecrarit, Platoni obviam facto dicentique : « *bonus et aureus Gorgias ad nos venit* » sic respondisse : « *profecto Athenæ alterum hunc et bonum Archilochum tulerunt.* » Alii vero ajunt Gorgiam lecto Platonis dialogo præsentibus familiaribus asseverasse, nihil horum neque se prolocutum esse, neque e Platone audivisse.

15. Gorgias igitur Leontinus, partim fortasse dubitanter partim dissimulanter loquens, dixit, quemadmodum mortaria essent a mortariorum opificibus effecta, sic et Larissæos esse ab effectoribus sive parentibus procreatos : esse enim quosdam Larissæorum effectores et quasi opifices.

16. Ipsum quidem *esse*, si non videtur, obscuritate; ipsum autem *videri*, si non est, imbecillitate laborat.

17. Mihi autem venustior videtur Gorgiæ sententia, qui mulieris non formam sed famam vult multis esse notam.

(Plutarchus De mulierum virtt. init. vol. VIII p. 263 ed. Hutten.)

18. Ὁ μὲν γὰρ φίλος οὐχ, ὥσπερ ἀπεφαίνετο Γοργίας, αὐτῷ μὲν ἀξιώσει τὰ δίκαια τὸν φίλον ὑπουργεῖν, ἐκείνῳ δ' αὐτὸς ὑπηρετήσει πολλὰ καὶ τῶν μὴ δικαίων.

(Plutarchus De adul. et amic. discr. cap. 34 vol. VII p. 207 ed. Hutten.)

19. Γοργίας τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην, ἣν ὅ τε ἀπατήσας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος.

(Plutarchus De audiend. poet. cap. 1 vol. VII, p. 59 ed. Hutten. Cf. De glor. Athen. cap. 5 vol. IX p. 91.)

20. Ὥσπερ καὶ τὸν Αἰσχύλον ἱστοροῦσι τὰς τραγῳδίας ἐμπιόντα ποιεῖν καὶ οὐχ, ὡς Γοργίας εἶπεν, ἓν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μεστὸν Ἄρεως εἶναι, τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου.

(Plutarchus Symposiac. lib. VII. quæst. X cap. 2, vol. XI p. 336 ed. Hutten.: πολλοῖς δ' ἰταμότητα θάρσους συνεργὸν ὁ ἄκρατος, οὐ βδελυρὰν οὐδ' ἄκρατον, ἀλλ' εὔχαριν καὶ πιθανὴν προστίθησιν· ὥσπερ καὶ τὸν Αἰσχύλον κτλ.)

21. Δεῖν ἔφη Γοργίας τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν· τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ.

(Aristoteles Rhet. lib. III cap. 18. His consentanea sunt quæ leguntur apud veterem Platonis interpretem. Namque ad Gorg. p. 348 hujusmodi annotationem scripsit : τοῦτο παράγγελμα Γοργίου, τὸ τὰς σπουδὰς τῶν ἀντιδίκων γέλωτι ἐκλύειν, τὰ δὲ γελοῖα ταῖς σπουδαῖς ἐκκρούειν.)

22. Τὸ δὲ Γοργίου εἰς τὴν χελιδόνα, ἐπεὶ κατ' αὐτοῦ πετομένη ἀφῆκε τὸ περίττωμα, ἄριστα τῶν τραγικῶν· εἶπε γὰρ « αἰσχρόν γε ὦ Φιλομήλα. » Ὄρνιθι μὲν γάρ, εἰ ἐποίησεν, οὐκ αἰσχρόν, παρθένῳ δὲ αἰσχρόν. Εὖ οὖν ἐλοιδόρησεν εἰπὼν ὃ ἦν, ἀλλ' οὐχ ὃ ἔστιν.

(Aristoteles Rhet. lib. III cap. 3. De Philomela in hirundinem vel ut alii volunt in luscinam conversa fabulose multa veteres retulerunt. Vid. Hygin. fab. 45. Apollod. III, 14, 8. Ovid. Met. VI, 424 seqq.)

---

18. Neque enim verum est quod Gorgias dixit, amicum ab amico in rebus tantum justis opem petiturum, ipsi autem in multis etiam injustis rebus operam daturum.

19. Gorgias tragœdiam appellavit fraudem, qua et qui deciperet non decipiente justior, et qui deciperetur non decepto sapientior esset.

20. Sic et Æschylum narrant bene potum suas scripsisse tragœdias, neque verum est quod Gorgias dixit, unum ex dramatibus quod inscribitur septem adversus Thebas, Martis esse plenum, sed omnia Bacchum redolent.

21. Gorgias seria adversariorum verba risu discutienda, at risum seriis refutandum esse ajebat.

22. Illud autem Gorgiæ in hirundinem, quum devolans merda ipsum inquinasset, mire decet tragicos; dixit enim : « *turpe utique o Philomela.* » Nimirum avi, si id fecisset, non esset turpe; virgini vero turpe foret. Recte igitur illi convicium fecit, commemorans quod fuit, non quod est.

CHALCIDII TIMÆUS

EX PLATONIS DIALOGO

TRANSLATUS ET IN EUNDEM COMMENTARIUS

CUM GRÆCO PLATONIS EXEMPLO

ET LATINA CICERONIS INTERPRETATIONE.

De Chalcidio.

Antequam de Cynicorum principibus Antisthene, Diogene, Cratete, Demonacte disserere aggrediamur eorumque fragmenta subjiciamus; visum nobis est Chalcidium tum collatis superioribus editionibus, tum consultis membranis Florentinis recognitum hoc loco inserere. Hujus interpretationem partis prioris Timæi Platonici cum commentario, qui præclarum antiquæ philosophiæ monumentum haberi solet, primus e bibliothecarum latebris in lucem protulit Aug. Justinianus Lutetiæ Parisiorum anno 1520. Secutæ sunt duæ editiones longe præstantiores. Earum altera fuit Jo. Meursii quæ Lugduni Batavorum anno 1617 excusa est. Altera insigni Jo. Alb. Fabricii diligentiæ debetur, qui Chalcidium paullo accuratius recensitum suisque et Meursii annotationibus illustratum S. Hippolyti operibus Hamburgi anno 1718 emissis adjecit. Nos paucis diebus codices Mediceos Florentiæ nuper percurrimus, ut si quid utile continerent, quod ad emendandum hunc scriptorem adhiberi posset, id festinanter in itinere excerperemus. Itaque quædam codicum ope, alia nostro Marte correximus.

De Chalcidii ætate rerumque sacrarum formula vetus inter viros doctos controversia est. Namque alii eum Christianum, alii Hebræum, alii denique antiquorum deorum cultorem fuisse rati sunt. Ac Fabius quidem Planciades Fulgentius, scriptor Christianus, Marciano Capella ætate posterior, qui *Allegoriam librorum Virgilii* Chalcidio inscripsit eum *Levitarum sanctissimum* vocare non dubitavit. Accedit quod in inscriptione libelli *de prisco sermone*, quem idem Fulgentius ad Chalcidium misit, in editionibus Hadriani Junii et Dionysii Gothofredi dicitur *Grammaticus*, *Timæi Platonici Ecphrastes*. At hæc verba a recentiore manu addita videntur, quum in multis veterum exemplarium tam editorum quam calamo exaratorum non compareant. Quocirca licebit Levitam illum a nostro Chalcidio diversum existimare. Omitto varias eruditorum hominum de hoc argumento sententias, quas, si tanti est, vide in Fabricii Bibl. Lat. lib. III cap. VII, tom. III pag. 105 seqq. ed. Ernesti. Nos Chalcidium quarti sæculi scriptorem nullam sectam professum, sed plenam veteris sapientiæ cognitionem consecutum de sacrorum ritibus ita judicasse arbitramur, ut nulli formulæ quasi addictus et consecratus partim Græcos Romanosque deos, partim peregrina sacra colenda esse statueret ideoque in his rebus medium quiddam teneret ac temperamentum servaret.

CHALCIDII V. C.

IN TIMÆUM PLATONIS

PROOEMIUM.

CHALCIDIUS OSIO SUO

SALUTEM.

Socrates in exhortationibus suis virtutem laudans, quum bonorum omnium totiusque prosperitatis causam consistere penes eam dice-

ret, addidit, solam esse quæ res impossibiles redigeret ad possibilem facilitatem. Præclare. Quid enim generosam magnanimitatem vel aggredi pigeat, vel cœptum fatiget, ut tanquam victa difficultatibus temperet a labore? Eadem est, opinor, vis amicitiæ parque impossibilium pæne rerum extricatio, quum alter ex amicis jubendi religione, alter parendi voto, complaciti operis adminiculentur effectum. Conceperas animo florente omnibus studiis humanitatis excellentique ingenio tuo spem dignam proventu operis ad hoc tempus intentati, ejusque usum a Græcis Latio mutuandum statueras. Et quamquam ipse hoc cum facilius, tum commodius facere posses, credo propter admirabilem verecundiam, ei potius maluisti injungere, quem te esse alterum judicares. Possemne, oro te, quamvis res esset ardua, tanto honore habito, de quo ita senseras, injunctum excusare munus? et qui nunquam, ne in solennibus quidem et usitatis voluntatibus ullum officium recusassem, huic tanto tamque honesto desiderio contradicere? In quo declinatio speciosi muneris excusatione ignorationis callida esset scientiæ futura simulatio. Itaque parui, certus, non sine divino instinctu id mihi a te munus injungi. Propterea que alaciore mente speque confirmatiore primas partes Timæi Platonis aggressus, non solum transtuli, sed etiam partis ejusdem commentarium feci : putans reconditæ rei simulacrum sine interpretationis explanatione aliquanto obscurius ipso exemplo futurum. Causa vero in partes dividendi libri operis fuit prolixitas, simulque quod cautius videbatur esse, si tanquam libamen aliquod ad degustandum auribus atque animo tuo mitterem, quod si non displicuisse rescriberetur, faceret audendi majora fiduciam.

PLATONIS TIMÆUS

CHALCIDIO V. C. INTERPRETE.

INTERLOQUUNTUR SOCRATES, TIMÆUS, HERMOCRATES, CRITIAS.

§ 1. SO. Unus, duo, tres. Quartum ex numero, Timæe, vestro requiro; ut qui hesterni quidem epuli conviva fueritis, hodierni præbitores invitatoresque, ex condicto resideatis.

TI. Languor eum repente, ut fit, ortus moratur. Neque enim sponte se tali cœtu tantæque rei tractatu et communione fraudaret.

SO. Ergo tui, et item horum, erit officii, complere id quod deest participis absentia.

TI. Æquum postulas, denique enitemur omnes pro viribus: neque enim fas est, laute acceptos heri, minoris tibi apparatus repræsentare convivium.

SO. Tenetis certe memoria præscriptam vobis a me tractatus normulam.

TI. Partim tenemus, in quibus porro nutabit memoria, præsens ipse in tempore suggeres: immo, nisi sit molestum, breviter ab exordio dicta demum retexe, quo digestus ordo solidetur.

SO. Ita fiet. Cardo, ni fallor, hesternæ disputationis res erat publica: qualis mihi, quibusque institutis, et civium moribus, videretur optima.

TI. Nobis certe qui audiebamus, o Socrates, ad arbitrium probata.

II. SO. Quid illud? nonne inter initia agrorum cultores, cæterarumque artium professores, a destinata bellicis negotiis juventute secrevimus?

TI. Sic factum est.

SO. Tributo nempe cuiclis, quod unicuique eximium a natura datum est; solis iis, qui pro salute omnium bella tractarent, unum hoc munus injunximus protegendæ civitatis: vel adversum externos, vel adversum intestinos ac domesticos hostes: mitibus quidem judiciis erga obedientes, utpote consanguineos naturaque amicos: asperis autem contra armatas acies in congressionibus martiis. Biformi siquidem natura præditos; in tutela patriæ, civiumque, ferociore: porro in pacis officiis, et religione, sapienti: propterea mites suis, adversum alienigenas feroces.

TI. Memini.

SO. Quid? Hujus ipsius ancipitis naturæ magisterium, et quasi quandam nutricationem, nonne in exercitio corporum gymnasiorumque luctamine, animorum item placiditatem constituebamus in delinimentis, et affabilitate musicæ, cæterarumque institutionum, quas adolescentes ingenuos scire par est?

TI. Procul dubio.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΤΙΜΑΙΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΡΙΤΙΑΣ ΤΙΜΑΙΟΣ ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

§ 1. Εἷς, δύο, τρεῖς. Ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν, ὦ φίλε Τίμαιε, ποῦ, τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, τὰ νῦν δ' ἑστιατόρων;

ΤΙ. Ἀσθένειά τις αὐτῷ ξυνέπεσεν, ὦ Σώκρατες· οὐ γὰρ ἂν ἑκὼν τῆσδε ἀπελείπετο τῆς ξυνουσίας.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὸν τῶνδέ τε ἔργον καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος;

ΤΙ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ κατὰ δύναμίν γε οὐδὲν ἐλλείψομεν· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισθέντας οἷς ἦν πρέπον ξενίοις μὴ οὐ προθύμως σὲ τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἀντεφεστιᾶν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν μέμνησθε ὅσα ἡμῖν καὶ περὶ ὧν ἐπέταξα εἰπεῖν;

ΤΙ. Τὰ μὲν μεμνήμεθα, ὅσα δὲ μή, σὺ παρὼν ὑπομνήσεις. Μᾶλλον δέ, εἰ μή τί σοι χαλεπόν, ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων πάλιν ἐπάνελθε αὐτά, ἵνα βεβαιωθῇ μᾶλλον παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Ταῦτ' ἔσται. Χθὲς που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἷα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι.

ΤΙ. Καὶ μάλα γε ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ τῶν γεωργῶν, ὅσαι τε ἄλλαι τέχναι, πρῶτον ἐν αὐτῇ χωρὶς διειλόμεθα ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ τῶν προπολεμησόντων;

ΤΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ κατὰ φύσιν ὀρθῶς δόντες τὸ καθ' αὑτὸν ἑκάστῳ πρόσφορον ἓν μόνον ἐπιτήδευμα καὶ μίαν ἑκάστῳ τέχνην, τούτους οὓς πρὸ πάντων ἔδει πολεμεῖν εἴπομεν, ὡς ἄρα αὐτοὺς δέοι φύλακας εἶναι μόνον τῆς πόλεως, εἴ τέ τις ἔξωθεν ἢ καὶ τῶν ἔνδον ἴοι κακουργήσων, δικάζοντας μὲν πρᾴως τοῖς ἀρχομένοις ὑπ' αὐτῶν ἅτε φύσει φίλοις οὖσι, χαλεποὺς δὲ ἐν ταῖς μάχαις τοῖς ἐντυγχάνουσι τῶν ἐχθρῶν γιγνομένους.

ΤΙ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Φύσιν γὰρ οἶμαί τινα τῶν φυλάκων τῆς ψυχῆς ἐλέγομεν ἅμα μὲν θυμοειδῆ, ἅμα δὲ φιλόσοφον δεῖν εἶναι διαφερόντως, ἵνα πρὸς ἑκατέρους δύναιντο ὀρθῶς πρᾶοι καὶ χαλεποὶ γίγνεσθαι.

ΤΙ. Ναί.

SO. At vero hac educatione altis, auri argentique, et cæteræ supellectilis, possessionem cujusque propriam nullam esse, aut existimari licere, prædiximus : sed sola mercede contentos, exhibentibus quorum salutem tuerentur, uti communiter tanta quanta sit satis : occupatis erga custodiam communis salutis, et a cætera functione operis cessantibus.

TI. Dicta hæc omnia in hunc modum sunt.

§ 2. SO. De fœminis quoque opinor habitam mentionem : quas similes ejusdemque naturæ maribus conveniat effingi, sine ulla morum differentia : quo uterque sexus iisdem et communibus institutis regatur. Quid de procreandis suscipiendisque liberis? An vero hoc ita, ut cætera, quæ præter opinionem hominum, consuetudinemque vitæ, dici videntur, memorabile, vivaciorisque tenacitatis, de existimandis communibus nuptiis, communique prole; si suos quisque minime internoscat affectus, propterea que omnibus omnes consanguinitatis exhibeant religionem : dum æquales quidem fratrum et sociorum caritate benivolentiaque ducuntur : majoribus vero parentum religio; eorumque antiquioribus, avorum exhibeatur atque atavorum, reverentia : infraque filiis et nepotibus debita caritas, atque indulgentia, convalescat?

TI. Hæc quoque facilia memoratu; et a nobis retinentur optime.

SO. Quid illud, quod sine odio, et sine æmulatione, nubentium, melioribus procis melius moratæ virgines sortito obveniant; inferiores porro inferioribus, non tenetis saluberrimam sortis fraudem, curantibus in utroque sexu præfectis nuptiarum : quo suam quisque fortunam sortis improsperam culpet, nec prælationem doleat alterius?

TI. Hoc quoque memoria tenemus.

SO. Illud etiam promulgatum puto, lectorum fœtus parentum, summa cura, utpote naturale privilegium bonitatis præferentes, in patria alendos.

TI. Id ipsum.

SO. Cæteros ablegandos, sed cuidam usui futuros patriæ processu ætatis, nihilo remissiore cura habendos. Notanda pueritiæ, et item adolescentiæ, merita : quo tam ex secundi ordinis populo provehantur ad primum ordinem propugnatorum, qui merebuntur; quam ex iis, qui a parentum virtute degenerarint, ad ordinem secundæ dignitatis relegentur. Ecquid ergo, Timæe, satis videtur factum recepto, cunctis partibus orationis hesternæ, licet strictim compendioque decursis, an aliquid etiam vultis addi?

TI. Nihil sane.

§ 3. SO. Scisne igitur quid ego de ista republica sentiam; quodve et quantum animi desiderium feram?

TI. Quid illud?

SO. Ut si quis visis animalibus eximiæ pulchritudinis ac venustatis, pictis, vel etiam viventibus quidem, sed

---

ΣΩ. Τί δαὶ τροφήν; ἆρ' οὐ γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ μαθήμασί τε, ὅσα προσήκει τούτοις, ἐν ἅπασι τεθράφθαι;

ΤΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τοὺς δέ γε οὕτω τραφέντας ἐλέχθη που μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε ἄλλο ποτὲ μηδὲν κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν δεῖν, ἀλλ' ὡς ἐπικούρους μισθὸν λαμβάνοντας τῆς φυλακῆς παρὰ τῶν σωζομένων ὑπ' αὐτῶν, ὅσος σώφρωσι μέτριος, ἀναλίσκειν τε δὴ κοινῇ καὶ ξυνδιαιτωμένους μετ' ἀλλήλων ζῆν, ἐπιμέλειαν ἔχοντας ἀρετῆς διὰ παντός, τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἄγοντας σχολήν.

ΤΙ. Ἐλέχθη καὶ ταῦτα ταύτῃ.

§ 2. ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ γυναικῶν ἐπεμνήσθημεν, ὡς τὰς φύσεις τοῖς ἀνδράσι παραπλησίας εἴη ξυναρμοστέον καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα πάντα κοινὰ κατά τε πόλεμον καὶ κατὰ τὴν ἄλλην οἴαιταν δοτέον πάσαις.

ΤΙ. Ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο.

ΣΩ. Τί δὲ δὴ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας; ἢ τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἀήθειαν τῶν λεχθέντων εὐμνημόνευτον, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν γάμων καὶ τὰ τῶν παίδων πᾶσιν ἁπάντων ἐτίθεμεν, μηχανωμένοις ὅπως μηδεὶς ποτε τὸ γεγεννημένον αὐτῷ ἰδίᾳ γνώσοιτο, νομιοῦσι δὲ πάντες πάντας αὐτοὺς ὁμογενεῖς, ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφοὺς ὅσοι περ ἂν τῆς πρεπούσης ἐντὸς ἡλικίας γίγνωνται, τοὺς δ' ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν γονέας τε καὶ γονέων προγόνους, τοὺς δὲ εἰς τὸ κάτωθεν ἐκγόνους παῖδάς τ' ἐκγόνων;

ΤΙ. Ναί, καὶ ταῦτα εὐμνημόνευτα ἦ λέγεις.

ΣΩ. Ὅπως δὲ δὴ κατὰ δύναμιν εὐθὺς γίγνοιντο ὡς ἄριστοι τὰς φύσεις, ἆρ' οὐ μεμνήμεθα ὡς τοὺς ἄρχοντας ἔφαμεν καὶ τὰς ἀρχούσας δεῖν εἰς τὴν τῶν γάμων σύνεξιν λάθρᾳ μηχανᾶσθαι κλήροις τισὶν ὅπως οἱ κακοὶ χωρὶς οἵ τ' ἀγαθοὶ ταῖς ὁμοίαις ἑκάτεροι ξυλλήξονται, καὶ μή τις αὐτοῖς ἔχθρα διὰ ταῦτα γίγνηται, τύχην ἡγουμένοις αἰτίαν τῆς ξυλλήξεως;

ΤΙ. Μεμνήμεθα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν θρεπτέον ἔφαμεν εἶναι, τὰ δὲ τῶν φαύλων εἰς τὴν ἄλλην λάθρᾳ διαδοτέον πόλιν; ἐπαυξανομένων δὲ σκοποῦντας ἀεὶ τοὺς ἀξίους πάλιν ἀνάγειν δεῖν, τοὺς δὲ παρὰ σφίσιν ἀναξίους εἰς τὴν τῶν ἐπανιόντων χώραν μεταλλάττειν;

ΤΙ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν δὴ διειλήλυθαμεν ἤδη, καθάπερ χθές, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν; ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων, ὦ φίλε Τίμαιε, ἀπολειπόμενον;

ΤΙ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα, ὦ Σώκρατες.

§ 3. ΣΩ. Ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας ἣν διήλθομεν, οἷόν τι πρὸς αὐτὴν πεπονθὼς τυγχάνω. Προσέοικε δὲ δή τινί μοι τοιῷδε τὸ πάθος, οἷον εἴ τις ζῷα καλὰ που θεασάμενος, εἴτε ὑπὸ γραφῆς εἰργασμένα εἴτε καὶ ζῶντα ἀληθινῶς, ἡσυχίαν

immobiliter quiescentibus; motus actusque et certamen aliquod eorum spectare desideret: sic ego nunc urbis informatæ adumbratumque sermone populum, agentem aliquid cum finitimis civitatibus in pace, aut bello, dignum tanta fama, et educatione, magna quadam expectatione deposco. Quippe fateor, o Critia et Hermocrate, non eum esse me, qui tantam indolem digne laudare possim. Nec mirum, non posse me; quando nec veteres quidem oratores, vel præsentis seculi poetas, posse confidam. Non quod contemnam poeticam nationem: sed quod evidens perspicuumque sit, imitandi peritos ea demum æmulari posse perfecte, quorum ab ineunte ætate habeant usum experientiamque, et in quibus propemodum sint educati. At vero incogniti moris peregrinæque institutionis imitationem, effictam præsertim oratione, seu versibus, præclaris licet præstantibusque ingeniis esse difficilem. Sophistas, quanquam verborum agmine atque sermonis inundatione beatos judico, vereor tamen ne ut sunt vagi palantesque, nec certis propriisque sedibus ac domiciliis, philosophos mores et instituta civilis prudentiæ nec conjectura quidem assequi valeant: nec demonstrare cæteris, cujusmodi debeant esse officia pacata; et item in bellis fides provecti ad sapientiam populi. Superest igitur solum vestræ eruditionis ingenium, nutritum cura publica, philosophiæque naturali studio flagrans. Siquidem Timæus iste ex Locris, quæ urbs Italiæ flos est, nobilitate, divitiis, rerum gestarum gloria facile princeps: idemque ad hoc tempus arcem obtinet amoris sapientiæ. Critiam vero, utpote civem, scimus in studiis humanitatis omnibus apprime vigere. De Hermocratis porro natura, educatione factâ, et accommodatâ rebus iis, de quibus agimus, explicandis, dubitare nullum puto. Ideoque vobis jubentibus hesterna die facile parui; quæque mihi visa sunt de publicis rebus disserenda esse, impigre sum exsecutus: illud cogitans, reliquas partes instituti operis a nullo alio commodius posse tractari. Denique expleto competenter officio, finitoque sermone, contendi a vobis quoque mutuum fieri; vosque imperatum munus recepistis: et adsum, ut videtis, paratus ad desponsam dapem.

§ 4. HER. Nos quoque omnes, ut pollicitus est modo Timæus, injunctum nobis a te munus pro viribus exsequemur: præsertim cum nulla excusandi competat ratio. Namque et præterito die mox conventu soluto, cum ad hospitium rediremus, quo suscepti a Critia sumus; et ibidem postea de ipsa re habuimus tractatum non otiosum. Hic igitur nobis ex historia vetere narrationem recensuit: quam velim, Critia, repetas: ut cum cognoverit Socrates, æstimet, sitne futura utilis ad imperatæ remunerationis effectum.

δὲ ἄγοντα, εἰς ἐπιθυμίαν ἀφίκοιτο θεάσασθαι κινούμενά τε αὐτὰ καί τι τῶν τοῖς σώμασι δοκούντων προσήκειν κατὰ τὴν ἀγωνίαν ἀθλοῦντα. Ταὐτὸν καὶ ἐγὼ πέπονθα πρὸς τὴν πόλιν ἣν διήλθομεν· ῥᾴδιος γὰρ ἄν του λόγῳ διεξιόντος ἀκούσαιμ' ἄν, ἄθλους οὓς πόλις ἀθλεῖ, τούτους αὐτὴν ἀγωνιζομένην πρὸς πόλεις ἄλλας, πρεπόντως εἴς τε πόλεμον ἀφικομένην καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προσήκοντα ἀποδιδοῦσαν τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ κατά τε τὰς ἐν τοῖς ἔργοις πράξεις καὶ κατὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις διερμηνεύσεις πρὸς ἑκάστας τῶν πόλεων. Ταῦτ' οὖν, ὦ Κριτία καὶ Ἑρμόκρατες, ἐμαυτοῦ μὲν αὐτὸς κατέγνωκα μή ποτ' ἂν ὑνατὸς γενέσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ τὴν πόλιν ἱκανῶς ἐγκωμιάσαι. Καὶ τὸ μὲν ἡμὸν οὐδὲν θαυμαστόν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δόξαν εἴληφα καὶ περὶ τῶν πάλαι γεγονότων καὶ τῶν νῦν ὄντων ποιητῶν, οὔ τι τὸ ποιητικὸν ἀτιμάζων γένος, ἀλλὰ παντὶ δῆλον ὡς τὸ μιμητικὸν ἔθνος, οἷς ἂν ἐντραφῇ, ταῦτα μιμήσεται ῥᾷστα καὶ ἄριστα, τὸ δ' ἐκτὸς τῆς τροφῆς ἑκάστοις γιγνόμενον χαλεπὸν μὲν ἔργοις, ἔτι δὲ χαλεπώτερον λόγοις εὖ μιμεῖσθαι. Τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος αὖ πολλῶν μὲν λόγων καὶ καλῶν ἄλλων μάλα ἔμπειρον ἥγημαι, φοβοῦμαι δὲ μή πως, ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διωκημός, ἄστοχον ὅμα φιλοσόφων ἀνδρῶν ᾖ καὶ πολιτικῶν, ὅσ' ἂν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες ἔργῳ καὶ λόγῳ προσομιλοῦντες ἑκάστοις πράττοιεν καὶ λέγοιεν. Καταλέλειπται δὴ τὸ τῆς ὑμετέρας ἕξεως γένος, ἅμα ἀμφοτέρων φύσει καὶ τροφῇ μετέχον. Τίμαιός τε γὰρ ὅδε, εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς τῶν ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίας δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε· Κριτίαν δέ που πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν· τῆς δ' Ἑρμοκράτους αὖ πέρι φύσεως καὶ τροφῆς, πρὸς ἅπαντα ταῦτ' εἶναι ἱκανῆς πολλῶν μαρτυρούντων πιστευτέον. Διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν προθύμως ἐχαριζόμην, εἰδὼς ὅτι τὸν ἐξῆς λόγον οὐδένες ἂν ὑμῶν ἐθελόντων ἱκανώτερον ἀποδοῖεν· εἰς γὰρ πόλεμον πρέποντα καταστήσαντες τὴν πόλιν ἅπαντ' αὐτῇ τὰ προσήκοντα ἀποδοῖτ' ἂν μόνοι τῶν νῦν. Εἰπὼν δὴ ταπιταχθέντα ἀντεπέταξα ὑμῖν ἃ καὶ νῦν λέγω· ξυνωμολογήσατ' οὖν κοινῇ σκεψάμενοι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς εἰς νῦν ἀνταποδώσειν μοι τὰ τῶν λόγων ξένια, πάρειμί τε οὖν δὴ κεκοσμημένος ἐπ' αὐτὰ καὶ πάντων ἑτοιμότατος ὢν δέχεσθαι.

§ 4. EP. Καὶ μὲν δή, καθάπερ εἶπε Τίμαιος ὅδε, ὦ Σώκρατες, οὔτε ἐλλείψομεν προθυμίας οὐδὲν οὔτ' ἔστιν οὐδεμία πρόφασις ἡμῖν τοῦ μὴ ὀρᾷν ταῦτα, ὥστε καὶ χθὲς εὐθὺς ἐνθένδε, ἐπειδὴ παρὰ Κριτίαν πρὸς τὸν ξενῶνα, οὗ καὶ καταλύομεν, ἀφικόμεθα, καὶ ἔτι πρότερον καθ' ὁδὸν αὖ ταῦτα ἐσκοποῦμεν. Ὁ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς· ὃν καὶ νῦν λέγε, ὦ Κριτία, τῷδε, ἵνα ξυνδοκιμάσῃ πρὸς τὴν ἐπίταξιν εἴτ' ἐπιτήδειος εἴτ' ἀνεπιτήδειός ἐστιν.

SO. Sic fieri convenit, si tertio consorti muneris Timæo non aliter videtur.

CRI. Audi, o Socrates, miram quidem, sed plenam fidei veritatisque rem : ut e numero septem sapientium primarius ille Solo recensebat : quem avi mei, et consortis in nomine Critiæ, fuisse ajunt admodum familiarem. Quo referente puer ego accepi res gestas hujus urbis memorabiles, sed diuturnitate interituque hominum annullatas evanuisse; inter quas unam præter cæteras illustrem, cujus fiet commemoratio : quo tam penes te gratia collocetur, quam debita deæ, cujus hodierna pompa est, instauretur veneratio. Narrabat ergo grandis natu, ut qui ad nonagesimum jam appropinquaret annum, me tunc agente annum decimum, publicis cerimoniis, celebri die, orta causa commemorationis ex Solonis versuum cantilena. Erat enim solenne familiæ nostræ, festis diebus nos pueros ad certamen memoriæ propositis invitare præmiis puerilibus. Multis ergo carminibus, tam veterum quam novorum poetarum, memoriter pronuntiatis; inter quæ Solonis aliquanto pluribus, ut quæ novitas commendaret ad gratiam; memini quendam, sive quod ita judicaret, sive quod vellet Critiam promereri, dixisse plane : Solonem videri sibi non solum prudentia cæteris laude dignis, sed etiam carminibus præstitisse. Igitur senex, valde enim memini, lætatus eximie : quid? si non perfunctorie, sed dedita opera poeticam fuisset, inquit, exsecutus Solo, mi Amynander; vel sermonem, quem ab Ægypto reversus instituerat, implesset? a quo quidem, seditionibus, cæteraque intemperie civilis dissensionis impediente, descivit, non opinor minorem Hesiodo, vel Homero, futurum fuisse. SO. Quisnam iste fuit, o Critia, sermo : vel qua de re institutus? CRI. De maximo et famatissimo titulo eximiæ virtutis, quam gessit hæc civitas : cujus memoria extincta est, tam morte eorum qui gesserunt, quam impendio temporis. SO. Dic quæso, Critia, quod opus illud, et qualemus actum, et a quibus compertum, Solo tuus recensebat. [§ 5.] Est, inquit Critias, regio Ægypti Delta; cujus e vertice Nili scinduntur fluenta, juxta quam Sais nomine civitas magna; quam regit mos vetus, lex Saitica nuncupatus. Ex hac urbe Amasis fuit Imperator. Conditrix vero urbis dea Ægyptiaca lingua censetur Neith : Græca dicitur Athena. Ipsi porro homines amatores sunt Atheniensium, istiusque urbis cognatione sese nobilitarii præ se ferunt. Quo Solo profectum se satis hospitaliter honoratum esse referebat : expertumque liquido, quod de vetustatis memoria nullus

---

ΚΡ. Ταῦτα χρὴ ὀρθῶν, εἰ καὶ τῷ τρίτῳ κοινωνῷ Τιμαίῳ ξυνδοκεῖ.

ΤΙ. Δοκεῖ μήν.

ΚΡ. Ἄκουε δή, ὦ Σώκρατες, λόγου μάλα μὲν ἀτόπου, παντάπασί γε μὴν ἀληθοῦς, ὡς ὁ τῶν ἑπτὰ σοφώτατος Σόλων ποτ' ἔφη. Ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει· πρὸς δὲ Κριτίαν τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν, ὡς ἀπεμνημόνευεν αὖ πρὸς ἡμᾶς ὁ γέρων, ὅτι μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τῇσδ' εἴη παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως ὑπὸ χρόνου καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ἠφανισμένα, πάντων δὴ ἓν μέγιστον, οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη σοί τε ἀποδοῦναι χάριν καὶ τὴν θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγύρει δικαίως τε καὶ ἀληθῶς οἷόν περ ὑμνοῦντας ἐγκωμιάζειν.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. Ἀλλὰ δὴ ποῖον ἔργον τοῦτο Κριτίας οὐ λέγομενον μέν, ὡς δὲ πραχθὲν ὄντως ὑπὸ τῆσδε τῆς πόλεως ἀρχαῖον διηγεῖτο κατὰ τὴν Σόλωνος ἀκοήν;

ΚΡ. Ἐγὼ φράσω παλαιὸν ἀκηκοὼς λόγον οὐ νέου ἀνδρός. Ἦν μὲν γὰρ δὴ τότε Κριτίας, ὡς ἔφη, σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν, ἐγὼ δὲ πῃ μάλιστα δεκέτης· ἡ δὲ Κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα ἐτύγχανεν Ἀπατουρίων. Τὸ δὴ τῆς ἑορτῆς σύνηθες ἑκάστοτε καὶ τότε ξυνέβη τοῖς παισίν· ἆθλα γὰρ ἡμῖν οἱ πατέρες ἔθεσαν βαψῳδίας. Πολλῶν μὲν οὖν δὴ καὶ πολλὰ ἐλέχθη ποιητῶν ποιήματα, ἅτε δὲ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος πολλοὶ τῶν παίδων ἤσαμεν. Εἶπεν οὖν δή τις τῶν φρατόρων, εἴτε δὴ δοκοῦν αὐτῷ τότε εἴτε καὶ χάριν τινὰ τῷ Κριτίᾳ φέρων, δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. Ὁ δὴ γέρων, σφόδρα γὰρ οὖν μέμνημαι, μάλα τε ἥσθη καὶ διαμειδιάσας εἶπεν· Εἴ γε, ὦ Ἀμύνανδρε, μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατεχρήσατο, ἀλλ' ἐσπουδάκει καθάπερ ἄλλοι, τόν τε λόγον ὃν ἀπ' Αἰγύπτου δεῦρο ἠνέγκατο ἀπετέλεσε, καὶ μὴ διὰ τὰς στάσεις ὑπὸ κακῶν τε ἄλλων, ὅσα εὗρεν ἐνθάδε ἔχων, ἠναγκάσθη καταμελῆσαι, κατά γ' ἐμὴν δόξαν οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Ὅμηρος οὔτε ἄλλος οὐδεὶς ποιητὴς εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἄν ποτε αὐτοῦ.

Τίς δ' ἦν ὁ λόγος, ἦ δ' ὅς, ὦ Κριτία; Ἢ περὶ μεγίστης, ἔφη, καὶ ὀνομαστοτάτης πασῶν δικαιότατ' ἂν πράξεως οὔσης, ἣν ἥδε ἡ πόλις ἔπραξε μέν, διὰ δὲ χρόνον καὶ φθορὰν τῶν ἐργασαμένων οὐ διῆρκεσε δεῦρο ὁ λόγος. Λέγε ἐξ ἀρχῆς, ἦ δ' ὅς, τί τε καὶ πῶς καὶ παρὰ τίνων ὡς ἀληθῆ διακηκοὼς ἔλεγεν ὁ Σόλων. [§ 6.] Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον, ἦ δ' ὅς, ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός, τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς· καὶ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός τίς ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηίθ, Ἑλληνιστὶ δέ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ· μάλα δὲ φιλαθήναιοι καί τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδ' εἶναί φασιν. Οἷ δὴ Σόλων ἔφη πορευθεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν τοὺς μάλιστα περὶ ταῦτα τῶν ἱερέων ἐμπείρους σχεδὸν οὔτε αὐτὸν οὔτε ἄλλον Ἕλληνα οὐδένα οὐδὲν ὡς ἔπος εἰπεῖν εἰδότα περὶ τῶν

nostræ nationis vir ne tenuem quidem habeat scientiam. Denique cum in conventu sacerdotum, penes quos præcipua sit memoria vetustatis, eliciendi studio quæ sciremus, verba faceret de antiquissimis historiis Athenarum, Phoroneo et Niobe; postque inundationem mundi de Pyrrha et Deucalione docte studioseque prosequi pergeret : prosapiam renovatæ gentis humanæ usque ad memoriam parentum, annorumque numerum recenseret : irrisum se esse dicebat a quodam ex Sacerdotibus, qui diceret, O Solo, Græci pueri semper estis : nec quisquam est in Græcia senex. Cur ita diceret, percunctato Solone; quia rudi novellaque estis memoria semper : nec est, inquit, ulla penes vos cana scientia. Nec immerito. Multæ quippe neces hominum, partim conflagratione, partim inundationibus vastantibus, acciderunt. Denique illa etiam fama, quæ vobis quoque comperta est, Phaethontem quondam, Solis filium, affectantem officium patris, currus ascendisse luciferos : nec servatis solemnibus aurigationis orbitis exussisse terrena : ipsumque flammis cœlestibus conflagrasse : fabulosa quidem putatur, sed est vera. Fit enim longo intervallo mundi circumactionis exorbitatio : quam vastitas inflammationis consequatur necesse est. Tunc igitur ii, qui in siccis et editis locis mansitant, magis pereunt, quam vicini littoribus et fluviis. Nobis porro Nilus cum in plerisque rebus salutaris, tum adversum hujusmodi pericula meatu irriguo perennique gurgite objectus, arcet exitium. Item cum terra erit humore abluenda, pastores quidem nostri montium edita capessentes, periculo non continguntur. At vero civitates, in planitie sitæ, cum populis suis rapiuntur ad maria. Quibus periculis regio ista minime contingitur. Non enim, ut in cæteris regionibus, humor in planitiem superne manat, sed ex imo per eandem planitiem tranquillo reditu stagnis detumescentibus remeat. Quæ causa monimentorum publicorum et privatorum perseverantiam nutrit : studioseque tam nostræ nationis rerum gestarum memoria, quam cæterarum gentium, quas vel fama nobis per cognitionem tradit, descripta, templorum custodiis continetur. Apud vos et cæteros nunc plane et nuper, refectæ monimentorum ædes, ictæ cœlesti demum liquore procumbunt : involutaque literis publicis cum antiquioris historiæ memoria dissipantur; ut necesse sit, novo initio vitæ, novoque populo, novam condi memoriam literarum. Qua ratione fit, ut neque res vestras proprias antiquas, nec aliorum sciatis. Eaque ipsa, quæ recensere memoriter arbitrabare, non multum distent a puerilibus fabulis. Principio, quod unius modo memineris inundationis, cum infinitæ præcesserint : deinde, quod optimum vestrorum

---

τοιούτων ἀνευρεῖν. Καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους, τῶν τῇδε τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας ὡς διεγένοντο μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν, καὶ τὰ τῶν ἐτῶν ὅσα ἦν οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν· καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν, Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούτας οὖν, Πῶς τι τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστέ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Τὸ δὲ τούτων αἴτιον τόδε· πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ' ὑμῖν λεγόμενον, ὡς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν τά τ' ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη, τοῦτο μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται, τὸ δ' ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. Τότε οὖν ὅσοι κατ' ὄρη καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις καὶ ἐν ξηροῖς οἰκοῦσι, μᾶλλον διόλλυνται τῶν ποταμοῖς καὶ θαλάττῃ προσοικούντων· ἡμῖν δὲ ὁ Νεῖλος εἰς τε τἆλλα σωτὴρ καὶ τότε ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας σώζει λυόμενος. Ὅταν δ' αὖ οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι διασώζονται βουκόλοι νομεῖς τε, οἱ δ' ἐν ταῖς παρ' ὑμῖν πόλεσιν εἰς τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν ποταμῶν φέρονται· κατὰ δὲ τήνδε τὴν χώραν οὔτε τότε οὔτε ἄλλοτε ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ἀρούρας ὕδωρ ἐπιῤῥεῖ, τὸ δ' ἐναντίον κάτωθεν ἐπανιέναι πέφυκεν· ὅθεν καὶ δι' ἃς αἰτίας τἀνθάδε σωζόμενα λέγεται παλαιότατα. Τὸ δὲ ἀληθές, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις ὅπου μὴ χειμὼν ἐξαίσιος ἢ καῦμα ἀπειργει, πλέον, τοτὲ δὲ ἔλαττον ἀεὶ γένος ἐστὶν ἀνθρώπων· ὅσα δὲ ἢ παρ' ὑμῖν ἢ τῇδε ἢ καὶ κατ' ἄλλον τόπον ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, εἴ πού τι καλὸν ἢ μέγα γέγονεν ἢ καί τινα διαφορὰν ἄλλην ἔχον, πάντα γεγραμμένα ἐκ παλαιοῦ τῇδ' ἐστὶν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ σεσωσμένα. Τὰ δὲ παρ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρτι κατεσκευασμένα ἑκάστοτε τυγχάνει γράμμασι καὶ ἅπασιν ὁπόσων πόλεις δέονται, καὶ πάλιν δι' εἰωθότων ἐτῶν ὥσπερ νόσημα ἥκει φερόμενον αὐτοῖς ῥεῦμα οὐράνιον καὶ τοὺς ἀγραμμάτους τε καὶ ἀμούσους ἔλιπεν ὑμῶν, ὥστε πάλιν ἐξ ἀρχῆς οἷον νέοι γίγνεσθε, οὐδὲν εἰδότες οὔτε τῶν τῇδε οὔτε τῶν παρ' ὑμῖν, ὅσα ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις. Τὰ γοῦν νῦν δὴ γενεαλογηθέντα, ὦ Σόλων, περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἃ διῆλθες, παίδων βραχύ τι διαφέρει μύθων, οἳ πρῶτον μὲν ἕνα γῆς κατακλυσμὸν μέμνησθε πολλῶν ἔμπροσθεν γεγονότων, ἔτι δὲ τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον γένος ἐπ' ἀνθρώπους ἐν τῇ χώρᾳ παρ' ὑμῖν οὐκ ἴστε γεγονός, ἐξ ὧν σύ τε καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἔστι τὰ νῦν ὑμῶν περιλειφθέντος ποτὲ σπέρματος βραχέος, ἀλλ' ὑμᾶς λέληθε διὰ τὸ τοὺς περιγενομένους ἐπὶ πολλὰς γενεὰς γράμμασι τελευτᾶν ἀφώ-

genus majorum nesciatis : ex quo tu, et Athenienses cæteri, facti estis : exiguo semine tunc superstite publicæ cladi. Fuit enim olim Atheniensium civitas longe cæteris præstans morum bonitate, ac potentia virium, belloque ac pace memoranda ; ejusque opera magnifica, omnem, sicut nos accepimus, quamvis præclaræ gloriæ illustrationem obumbrantia. [§ 6.] Tum admiratum Solonem orare, atque obsecrare, ut sibi omnia sacerdos de veteribus civibus revelaret : et respondisse illum : Nulla est invidia, præsertim cum tibi sit mos gerendus, et honor debitus amicæ civitati referendus : et id cogat me facere veneratio Deæ, quæ utramque urbem condidit, educavit, instituit ; priorem vestram annis fere mille, ex indigete agro, et Vulcanio semine ; posteriorem hanc nostram octies mille annis post, ut sacris delubrorum apicibus continetur. De his ergo majoribus vestris audies, o Solo, qui ante novem millia annorum vixerunt ; quibus sint usi legibus, quamque amplis, et quam præclaris facinoribus nobilitati. Si probationem desiderabis, post ex otio sacras literas recensebimus. Ac primum leges intuere. Forsan enim reperies multa indicia germanitatis, vel quod sacerdotiis præditi, separatim a cetero populo manent, ne contagione aliqua profana castitas polluatur : vel quod varia opificii genera ita inter se discreta sunt, ut promiscue nullus operetur. Pastores vero, et item penes quos est venandi, colendique ruris exercendique scientia ; disparatas habent sedes a propugnatorum, armataeque juventutis, castris, et insignibus. Ipsorumque insignium idem usus et eadem differentia tam hic, quam apud vos, etiam nunc habetur ; clypeorum tegmen, thoracum indumenta, jaculorum amentata missilia. Prudentiæ vero curam ubi majorem leges habendam sanciunt ? aut honestas apud quos tantam dignitatem obtinet in vitæ muneribus et officiis ? Quid divinatio ? quid medela ? Nonne ad homines instinctu conditricis Deæ commearunt ? Hac quippe exornatione priorem urbem vestram sepsit honestavitque Numen illud, quod condidit ; electo salubri, subtiliumque ingeniorum et prudentiæ feraci loco. Utpote enim bellicosa et sapiens, Dea regionem talem censuit eligendam, quæ sui similes viros esset editura. His ergo legibus vel honestioribus etiam institutis, ad omnem virtutem eruditi veteres Athenienses ; utpote qui divinæ prosapiæ germani, maximis et ultra humanæ gloriæ captum, titulis laudum nobilitati sunt, e quibus unum eminens et prædecorum facinus in monimentis veteribus invenimus : immanem quandam injuriis, et inexpugnabilem numero manum ; quæ prope jam cunctam Europam atque Asiam subegisset, a vestris legionibus esse deletam : ex Atlantico mari bellum omnibus gentibus et nationibus inferentem. Tunc enim fretum illud, opinor, erat commea-

---

νους. Ἦν γὰρ δή ποτε, ὦ Σόλων, ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασιν ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη πρός τε τὸν πόλεμον καὶ κατὰ πάντα εὐνομωτάτη διαφερόντως· ἥ κάλλιστα ἔργα καὶ πολιτεῖαι γενέσθαι λέγονται κάλλισται πασῶν, ὁπόσων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα. [§ 5.] Ἀκούσας οὖν ὁ Σόλων ἔφη θαυμάσαι καὶ πᾶσαν προθυμίαν σχεῖν, δεόμενος τῶν ἱερέων πάντα δι' ἀκριβείας οἱ τὰ περὶ τῶν πάλαι πολιτῶν ἐξῆς διελθεῖν. Τὸν οὖν ἱερέα φάναι, Φθόνος οὐδείς, ὦ Σόλων, ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ καὶ τῆς πόλεως ὑμῶν, μάλιστα δὲ τῆς θεοῦ χάριν, ἣ τήν τε ὑμετέραν καὶ τήνδ' ἔλαχε καὶ ἔθρεψε καὶ ἐπαίδευσε· προτέραν μὲν τὴν παρ' ὑμῖν ἔτεσι χιλίοις, ἐκ Γῆς τε καὶ Ἡφαίστου τὸ σπέρμα παραλαβοῦσα ὑμῶν, τήνδε δὲ ὑστέραν. Τῆς δὲ ἐνθαδὶ διακοσμήσεως παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτακισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται. Περὶ δὴ τῶν ἐνακισχίλια γεγονότων ἔτη πολιτῶν σοι ὀλιγώσω διὰ βραχέων νόμους τε καὶ τῶν ἔργων αὐτοῖς ὃ κάλλιστον ἐπράχθη· τὸ δ' ἀκριβὲς περὶ πάντων ἐφεξῆς εἰσαῦθις κατὰ σχολήν, αὐτὰ τὰ γράμματα λαβόντες, διέξιμεν. Τοὺς μὲν οὖν νόμους σκόπει πρὸς τοὺς τῇδε· πολλὰ γὰρ παραδείγματα τῶν τότε παρ' ὑμῖν ὄντων ἐνθάδε νῦν ἀνευρήσεις, πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφωρισμένον, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ τῶν δημιουργῶν, ὅτι καθ' αὑτὸ ἕκαστον ἄλλῳ δὲ οὐκ ἐπιμιγνύμενον δημιουργεῖ, τό τε τῶν νομέων καὶ τὸ τῶν θηρευτῶν τό τε τῶν γεωργῶν. Καὶ δὴ καὶ τὸ μάχιμον γένος ἤσθησαί που τῇδε ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν κεχωρισμένον, οἷς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ νόμου προσετάχθη μέλειν. Ἔτι δὲ ἡ τῆς ὁπλίσεως αὐτῶν σχέσις ἀσπίδων καὶ δοράτων, οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ὡπλίσμεθα, τῆς θεοῦ, καθάπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, παρ' ὑμῖν πρώτοις ἐνδειξαμένης. Τὸ δ' αὖ περὶ τῆς φρονήσεως, ὁρᾷς που τὸν νόμον τῇδε ὅσην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο εὐθὺς κατ' ἀρχὰς περί τε τὸν κόσμον ἅπαντα, μέχρι μαντικῆς καὶ ἰατρικῆς πρὸς ὑγίειαν, ἐκ τούτων θείων ὄντων εἰς τὰ ἀνθρώπινα ἀνευρών, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἕπεται μαθήματα, πάντα κτησάμενος. Ταύτην οὖν δὴ τότε ξύμπασαν τὴν διακόσμησιν καὶ σύνταξιν ἡ θεὸς προτέρους ὑμᾶς διακοσμήσασα κατῴκισεν, ἐκλεξαμένη τὸν τόπον ἐν ᾧ γεγένησθε, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν ἐν αὐτῷ κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἄνδρας οἴσοι. Ἅτ' οὖν φιλοπόλεμός τε καὶ φιλόσοφος ἡ θεὸς οὖσα τὸν προσφερεστάτους αὐτῇ μέλλοντα οἴσειν τόπον ἄνδρας, τοῦτον ἐκλεξαμένη πρῶτον κατῴκισεν. Ὡκεῖτε δὴ οὖν νόμοις τε τοιούτοις χρώμενοι καὶ ἔτι μᾶλλον εὐνομούμενοι πάσῃ τε πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβηκότες ἀρετῇ, καθάπερ εἰκὸς γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν ὄντας. Πολλὰ μὲν οὖν ὑμῶν καὶ μεγάλα ἔργα τῆς πόλεως τῇδε γεγραμμένα θαυμάζεται, πάντων μὴν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ· λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὕβρει πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους.

bile : habens in ore atque in vestibulo sinus insulam : quod os a vobis Herculis censentur columnæ. Quæ quidem insula fertur major aliquanto fuisse, quam Libya atque Asia. Simul ergo per eam, perque contiguas alias insulas, iter tunc illud agentibus, commeatus patebat usque ad defectum insularum, et initium terræ continentis, vicinæ vero mari : quippe hoc intra os, sive Herculeas columnas, fretum angusto quodam littore, in quo etiam nunc veteris portus apparent vestigia, dividitur a continenti. At vero illud pelagus, immensæ atque inæstimabilis magnitudinis, verum est mare. Igitur in hac Atlantide insula maxima et admirabilis potentia Regum extitit, omnem insulam finitimasque alias obtinentium; dominantiumque maximæ parti continentis. Si quidem tertiæ parti mundi, quæ Libya dicitur, usque ad Ægyptum imperarunt; Europæ vero, usque ad Tyrrhenum mare. Quæ quidem vis potentiaque collecta, et armata, nostram, o Solo, vestramque regionem, et hoc amplius, eas gentes, quæ intra Herculis columnas consistunt, adoriri et expugnare gestiit. Tunc ergo vestræ civitatis virtus ultra omnem gloriam enituit : quæ pro communi omnium salute, ac libertate, desperantibus deserentibusque metu communem custodiam cæteris cunctis, magnitudine animi, bellicisque artibus, assecuta est; ut per extrema discrimina erumpens, hostes humani generis primo fugaret, deinde funderet; libertatem subjugatis redderet, intactos in sua genuinaque libertate conserveret. Neque ita multo post accidit, ut motu terræ, et illuvione diei noctisque jugi, præclara illa vestra militaris juventus periret : et Atlantis insula tota, sine indicio prioris existentiæ, submergeretur : nisi quod pelagus illud pigrius quam cætera, crasso debiscentis insulæ limo, et superne fluctibus concreto, habetur.

§ 7. Hæc sunt, o Socrates, quæ Critias vetus a Solone sibi relata et exposita narravit. Sed cum superiore die de rebus publicis deque pacatis officiis militaribusque tractares, subiit quædam me ex recordatione miratio : non sine deo dici quæ diceres. Siquidem quam constituebas oratione rempublicam eadem, aut certe proximæ similitudinis, videretur ei, quam ex Critiæ relatione compereram. Reticui tamen veritus ne, si quæsitum aliquid a me foret, dehinc oblivionis incommodo minime expedirem, ridiculus essem : maluique de memoria apud memetipsum prius experiri. Ex quo factum est, ut cito consentirem imperio tuo : quia confidebam facile me, si recordatione memoriam exercuissem, posse reminisci. Itaque, ut hic modo dixit, tam hesterno die post digressum protinus ad præsentes retuli, quam nocturnis vigiliis scrutabundus omnia recuperavi : certumque illud expertus sum, tenaciorem fere memoriam rerum, quæ in primâ discuntur ætate. Quippe haud ita confidam, quæ pridie audierim, an referre possim postridie : cum ea, quæ puer cognoverim, inco-

---

Τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν τὸ ἐκεῖ πέλαγος· νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ στόματος εἶχεν, ὃ καλεῖτε, ὡς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους στήλας· ἡ δὲ νῆσος ἅμα Λιβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων, ἐξ ἧς ἐπιβατὸν ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότ' ἐγίγνετο πορευομένοις, ἐκ δὲ τῶν νήσων ἐπὶ τὴν καταντικρὺ πᾶσαν ἤπειρον τὴν περὶ τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον πόντον. Τάδε μὲν γάρ, ὅσα ἐντὸς τοῦ στόματος οὗ λέγομεν, φαίνεται λιμὴν στενόν τινα ἔχων εἴσπλουν· ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ παντελῶς ἀληθῶς ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος. Ἐν δὲ δὴ τῇ Ἀτλαντίδι νήσῳ ταύτῃ μεγάλη συνέστη καὶ θαυμαστὴ δύναμις βασιλέων, κρατοῦσα μὲν ἁπάσης τῆς νήσου, πολλῶν δὲ ἄλλων νήσων καὶ μερῶν τῆς ἠπείρου· πρὸς δὲ τούτοις ἔτι τῶν ἐντὸς τῇδε Λιβύης μὲν ἦρχον μέχρι πρὸς Αἴγυπτον, τῆς δὲ Εὐρώπης μέχρι Τυρρηνίας. Αὕτη δὴ πᾶσα ξυναθροισθεῖσα εἰς ἓν ἡ δύναμις τόν τε παρ' ὑμῖν καὶ τὸν παρ' ἡμῖν καὶ τὸν ἐντὸς τοῦ στόματος πάντα τόπον μιᾷ ποτ' ἐπεχείρησεν ὁρμῇ δουλοῦσθαι. Τότε οὖν ὑμῶν, ὦ Σόλων, τῆς πόλεως ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανὴς ἀρετῇ τε καὶ ῥώμῃ ἐγένετο· πάντων γὰρ προστᾶσα εὐψυχίᾳ καὶ τέχναις ὅσαι κατὰ πόλεμον, τὰ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἡγουμένη, τὰ δ' αὐτὴ μονωθεῖσα ἐξ ἀνάγκης τῶν ἄλλων ἀποστάντων, ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους ἀφικομένη κινδύνους, κρατήσασα μὲν τῶν ἐπιόντων τρόπαια ἀνέστησε, τοὺς δὲ μήπω δεδουλωμένους διεκώλυσε δουλωθῆναι, τοὺς δ' ἄλλους, ὅσοι κατοικοῦμεν ἐντὸς ὅρων Ἡρακλείων, ἀφθόνως ἅπαντας ἠλευθέρωσεν. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθούσης, τό τε παρ' ὑμῶν μάχιμον πᾶν ἀθρόον ἔδυ κατὰ γῆς, ἥ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάττης δῦσα ἠφανίσθη· διὸ καὶ νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τοὐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ κάρτα βαθέος ἐμποδὼν ὄντος, ὃν ἡ νῆσος ἰζομένη παρέσχετο.

N. § 7. Τὰ μὲν δὴ ῥηθέντα, ὦ Σώκρατες, ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ Κριτίου κατ' ἀκοὴν τὴν Σόλωνος, ὡς συντόμως εἰπεῖν, ἀκήκοας· λέγοντος δὲ δὴ χθὲς σοῦ περὶ πολιτείας τε καὶ τῶν ἀνδρῶν οὓς ἔλεγες, ἐθαύμαζον ἀναμιμνησκόμενος αὐτὰ ἃ νῦν λέγω, κατανοῶν ὡς δαιμονίως ἔκ τινος τύχης οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ξυνηνέχθης τὰ πολλὰ οἷς Σόλων εἶπεν. Οὐ μὴν ἐβουλήθην παραχρῆμα εἰπεῖν· διὰ χρόνου γὰρ οὐχ ἱκανῶς ἐμεμνήμην. Ἐνενόησα οὖν ὅτι χρεὼν εἴη με πρὸς ἐμαυτὸν πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα λέγειν οὕτως. Ὅθεν ταχὺ ξυνωμολόγησά σοι τἀπιταχθέντα χθές, ἡγούμενος, ὅπερ ἐν ἅπασι τοῖς τοιοῖσδε μέγιστον ἔργον, λόγον τινὰ πρέποντα τοῖς βουλήμασιν ὑποθέσθαι, τούτου μετρίως ἡμᾶς εὐπορήσειν. Οὕτω δή, καθάπερ ὅδ' εἶπε, χθές τε εὐθὺς ἐνθένδε ἀπιὼν πρὸς τούσδε ἀνέφερον αὐτὰ ἀναμιμνησκόμενος, ἀπελθών τε σχεδόν τι ἅπαντα ἐπισκοπῶν τῆς νυκτὸς ἀνέλαβον. Ὡς δή τοι τὸ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνη-

lumi memoria plane retexam. Nisi forte major in illa ætate cognitionis delectatio altius infigit mentibus insita. Forsque etiam, quod studiosa senis et assidua relatio meracam quandam et inobsoletam impresserit animo notam. Quare ut id, ad quod omnia pertinent, quæ dicta sunt, eloquar : dicere sum paratus. Non ut narrationem retexam : sed, ut ostendam rempublicam et populum, sermone Socratis hesterna disputatione adumbratum, non picturatam effigiem beatæ civitatis, sed vere beatam civitatem, et unum populum quondam fuisse, propugnatoresque, quos iste instituebat ad tolerantiam laborum, virtutemque animi, gymnasiis et musica mansuetudine, majores nostros fuisse, quos ille sacerdos Ægyptius prædicaret : quando facta eorum nutrimentis ab hoc memoratis institutisque conveniant. Imperato quippe nobis à Socrate muneri non aliter satisfieri posse arbitror ; nisi consensu omnium participum officii recepti prohibitur illam, quam vario ipse sermone depinxit, urbem, veteres Athenas fuisse. Quare, mi Socrates, remuneratione hujuscemodi fieri contentus æstima.

SO. Nullam vero aliam, Critia, magis approbo, quam istam ipsam, quæ propria est præsentium feriarum. Magnificum vero illud, non fictam commentitiamque fabulam; sed veram historiam vitæ possibilis fato quodam a me vestris animis intimatam. Quare fortuna prosperante pergite iter institutæ orationis : ego, ut probum auditorem decet, attento silentio mentem atque aures parabo.

§ 8. CRI. Etiamne consideras, o Socrate, si est commoda dispositio debiti apparatus tibi. Placuit enim nobis Timæum quidem, utpote in astronomia cæteris eminentem, naturæque rerum arcana rimatum, principe loco dicere, orsum a mundi sensilis constitutione, usque ad hominum genus generationemque, me vero susceptis ab hoc hominibus, ejusdemque oratione formatis, tua porro ad egregiam frugem imbutis, et eruditis sanctiori legum moderamine; juxta Solonem vero, vel sacros Ægyptiorum libros, revocare cives clarissimos veteres : et ante hos constituere spectaculum venerabile populi, quem inundatione submersum profundo maris, Ægyptiorum monimentorum fama celebravit, atque ita, ut de majoribus nostris, sermonem contexere.

SO. Na ego magnifice sum invitatus hodie, ut ex ordinatione apparatus intelligi datur. Ergo age, o Timæe, deliba coptum, vocata, ut mos est, in auxilium divinitate.

TI. Vere, mi Socrate. Nam cum omnibus mos sit, et quasi quædam religio, qui vel de maximis, vel de minimis, rebus acturi aliquid sunt, precari ad auxilium divinitatem : quanto nos æquius est, qui universitatis naturæ, substantiæque, rationem præstaturi sumus, invocare divinam opem : nisi

---

μεῖον. Ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδ' εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἃ πάμπολυν χρόνον διακήκοα, παντάπασι θαυμάσαιμ' ἂν εἴ τί με αὐτῶν διαπέφευγεν. Ἦν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδικῆς τότε ἀκουόμενα, καὶ τοῦ πρεσβύτου προθύμως με διδάσκοντος, ἅτ' ἐμοῦ πολλάκις ἐπανερωτῶντος, ὥστε οἷον ἐγκαύματα ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. Καὶ δὴ καὶ τοῖσδε εὐθὺς ἔλεγον ἑωθεν αὐτὰ ταῦτα, ἵνα εὐποροῖεν λόγων μετ' ἐμοῦ. Νῦν οὖν, οὗ περ ἕνεκα πάντα εἴρηται, λέγειν εἰμὶ ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ μόνον ἐν κεφαλαίοις ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσα καθ' ἕκαστον. Τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν ἣν χθὲς ἡμῖν ὡς ἐν μύθῳ διήεισθα σύ, μετενεγκόντες ἐπὶ τἀληθὲς δεῦρο θήσομεν ὡς ἐκείνην τήνδε οὖσαν, καὶ τοὺς πολίτας οὓς διενοοῦ φήσομεν ἐκείνους τοὺς ἀληθινοὺς εἶναι προγόνους ἡμῶν οὓς ἔλεγεν ὁ ἱερεύς· πάντως ἁρμόσουσι, καὶ οὐκ ἀπασόμεθα λέγοντες αὐτοὺς εἶναι τοὺς ἐν τῷ τότε ὄντας χρόνῳ. Κοινῇ δὲ διαλαμβάνοντες ἅπαντες πειρασόμεθα τὸ πρέπον εἰς δύναμιν οἷς ἐπέταξας ἀποδοῦναι. Σκοπεῖν οὖν δὴ χρή, ὦ Σώκρατες, εἰ κατὰ νοῦν ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος, ἤ τινα ἔτ' ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ ζητητέον.

XI. ΣΩ. Καὶ τίν' ἄν, ὦ Κριτία, μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν, ὃς τῇ τε παρούσῃ τῆς θεοῦ θυσίᾳ διὰ τὴν οἰκειότητα ἂν πρέποι μάλιστα, τό τε μὴ πλασθέντα μῦθον ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον εἶναι πάμμεγά που. Πῶς γὰρ καὶ πόθεν ἄλλους ἀνευρήσομεν ἀφέμενοι τούτων; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν μὲν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ ἀντὶ τῶν χθὲς λόγων νῶν ἡσυχίαν ἄγοντα ἀνακούειν.

§ 8. ΚΡ. Σκόπει δὴ τὴν τῶν ξενίων σοι διάθεσιν, ὦ Σώκρατες, ἣ διέθεμεν. Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μέν, ἅτε ὄντα ἀστρονομικώτατον ἡμῶν καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτᾶν δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ μετὰ τοῦτον, ὡς παρὰ μὲν τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους τῷ λόγῳ γεγονότας, παρὰ σοῦ δὲ πεπαιδευμένους διαφερόντως αὐτῶν τινας, κατὰ δὲ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον εἰσαγαγόντα αὐτοὺς ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς ποιῆσαι πολίτας τῆς πόλεως τῆσδε ὡς ὄντας τοὺς τότε Ἀθηναίους, οὓς ἐμήνυσεν ἀφανεῖς ὄντας ἡ τῶν ἱερῶν γραμμάτων φήμη, τὰ λοιπὰ δὲ ὡς περὶ πολιτῶν καὶ Ἀθηναίων ὄντων ἤδη ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

ΣΩ. Τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικα ἀνταπολήψεσθαι τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν. Σὸν οὖν ἔργον λέγειν ἂν εἴη, ὦ Τίμαιε, τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐπικαλέσαντα κατὰ νόμον θεούς.

TI. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν· ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντὸς λόγους ποιεῖσθαί πῃ μέλλοντας, ἢ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους εὔχεσθαι πάντα κατὰ νοῦν ἐκείνοις μὲν μάλιστα, ἑπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. Καὶ τὰ

plane sævo quodam furore atque implacabili raptamur amentia. Sit igitur meis precibus comprehensum, maxime quidem, ut ea dicantur a nobis, quæ placeant deo : tum ut nobis quoque ipsis convenienter, propositoque operi decenter, profemur : et, quatenus vos quidem facile assequamini, ego juxta anticipatam animo speciem orationis expediam.

§ 9. Est igitur, ut mihi quidem videtur, inprimis disserendum quid sit, quod semper est, carens generatione : quid item, quod gignitur, nec semper est. Alterum, intellectu perceptibile; et ductu, et investigatione rationis, semper idem. Porro alterum, opinione, cum irrationabili sensu, opinabile, propterea que incertum nascens, et occidens : neque unquam in exsistenti conditione constanti et rata perseverans. Omne autem, quod gignitur, ex aliqua causa necessario gignitur. Nihil enim fit, cujus ortum non legitima causa, et ratio, præcedat. Operi porro dat formam opifex suus, quippe ad immortalis quidem, et in statu genuino persistentis, exempli similitudinem, atque æmulationem, formans operis effigiem, honestum efficiat simulacrum necesse est. At vero ad nativum respiciens, generatumque contemplans minime decorum. Omne igitur cœlum, vel mundus, seu quo alio dignatur nomine, (faciendum est enim, quod in omni tractatu fieri decet; ut inter initia consideretur, quid sit quo de agitur : item mundus fuerit ne semper, citra exordium temporis : an sit originem sortitus ex tempore, considerandum) factus est, utpote corporeus; et qui videatur, atque tangatur : meta est siquidem hujusmodi sensilis corporeaeque naturæ. Sensilia porro ea, quæ opinio sensu aliquo commota præsumit : eaque omnia facta sunt, habentque ex aliqua genefatione substantiam. At vero ea quæ fiunt habere auctorem suum constitit. Igitur opificem genitoremque universitatis tam invenire difficile est, quam inventum impossibile digne profari. Porro non est dubium ad cujusmodi exemplum animadverterit mundani operis fundamenta constituens : utrum ad immutabile, perpetuamque obtinens proprietatem; an ad factum, atque elaboratum. Nam si est, ut quidem est, pulchritudine incomparabili mundus; opifexque et fabricator ejus optimus : perspicuum est, quod juxta sinceræ atque immutabilis propietatis exemplum, mundi sit instituta molitio. Sin vero,

---

μὲν περὶ θεῶν ταύτῃ παρακεκλήσθω· τὸ δ' ἡμέτερον παρακλητέον, ᾗ ῥᾷστ' ἂν ὑμεῖς μὲν μάθοιτε, ἐγὼ δὲ ᾗ διανοοῦμαι μάλιστ' ἂν περὶ τῶν προκειμένων ἐνδειξαίμην.

XII. § 9. Ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε. Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεί, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Ὅτου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. Τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι.

XIII. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκτανόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς τὸ γεγονός. Εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δέ, ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. Παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. Οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ

Cicero.

§ 9. Quid est quod semper sit neque ullum habeat ortum et quod gignatur nec unquam sit? Quorum alterum intelligentia et ratione comprehenditur; quod unum semper atque idem est : alterum quod affert opinionem per sensus rationis experles; quod totum opinabile est; id gignitur, et interit nec unquam esse vere potest. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is, qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur atque id sibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat necesse est. Sin autem eam, quæ gignitur: nunquam illam, quam expetei, pulchritudinem consequetur. Omne igitur cœlum sive mundus sive quo alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit. De quo id primum consideremus, quod principio est in omni quæstione considerandum, semperne fuerit, nullo generatus ortu : an ortus sit ab aliquo temporis principatu. Ortus est; quandoquidem cernitur et tangitur et est undique corporatus. Omnia autem talia sensum movent : sensus moventia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt; quæ ortum habere gignique diximus : nihil autem gigni posse

quod ne cogitari quidem, aut mente concipi, fas est, ad elaboratum : quod cum sit rationis alienum, liquet opificem deum venerabilis exempli normam in constituendo mundo secutum, quippe hic generatorum omnium speciosissimus, ille auctor maximus, operisque sui ratione prudentiaque iis, quæ exsistunt eadem semper, accommodatus, imago est, opinor, alterius. Et quoniam rationem originis explicare non est facile, distinguendæ sunt imaginis, exemplique, naturæ. Causæ, quæ, cur unaquaque res sit, ostendunt, earundem rerum consanguineæ sunt. Itaque constantis quidem generis, stabilisque naturæ, et intellectui prudentiæque perspicuæ rei, causa et ratio constans, perspicuaque, et inexpugnabilis, reperitur. At vero ejus, quæ ad similitudinem constantis perpetuæque rei facta est ratio, utpote imaginis imaginaria, simulacrumque rationis, perfunctoriam similitudinem mutuatur. Quantoque melior est essentia generatione, tanto famæ, et opinionis incerto præstantior veritas. Quare jam nunc, o Socrate, prædico : si, dum de natura universæ rei disputatur, minime inconcussas, et inexpugnabiles, rationes afferre valuerim, ne mireris. Quin potius illud intueare; si nihilo minus, quam quivis alius, consentaneas rationes afferam. Memento enim tam me, qui loquor, quam vos, qui judicatis, homines esse : atque in rebus ita sublimibus mediocrem explanationem magni cujusdam esse onus laboris.

SO. Omnes tibi, o Timæe, veniam largimur volentes : et tamen principium orationis admiror. Superest, ut leges quoque sacri certaminis exsequaris.

§ 10. TI. Dicendum igitur, cur rerum conditor, fabricatorque genituræ, omne hoc instituendum putaverit. Optimus erat : ab optimo porro longe relegata est invidia. Itaque consequenter cuncta sui similia, prout cujusque natura capax beatitudinis esse poterat, effici voluit. Quam quidem voluntatem Dei originem rerum certissimam si quis ponat, recte eum putare consentiam. Volens siqui-

---

φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται. Τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. Μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν· ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧν πέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας. Τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν· τοὺς δὲ τοῦ πρὸς μὲν ἐκεῖνο ἀπεικασθέντος, ὄντος δὲ εἰκόνος, εἰκότας ἀνὰ λόγον τε ἐκείνων ὄντας· ὅ, τι γὰρ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. Ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντῃ πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή, μεμνημένον ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρέπει τούτου μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.

XIV. ΣΩ. Ἄριστα, ὦ Τίμαιε, παντάπασί τε ὡς κελεύεις ἀποδεκτέον. Τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου, τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε.

§. 10. TI. Λέγωμεν δὴ δι' ἣν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅτι μάλιστα γενέσθαι

---

sine causis. Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire, difficile : et quum jam inveneris, indicare in vulgus nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis utrum sit imitatus exemplar, idne, quod semper unum et idem et sui simile, an id, quod generatum ortumque dicimus. Atqui, si pulcher est hic mundus, si probus ejus artifex, profecto speciem æternitatis imitari maluit : sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro æterno secutus. Non igitur dubium, quin æternitatem maluerit exsequi, quandoquidem neque mundo quidquam pulchrius neque ejus ædificatore præstantius. Sic ergo generatus, ad id est effectus, quod ratione sapientiaque comprehenditur atque immutabili æternitate continetur. Ex quo efficitur, ut sit necesse hunc, quam cernimus, mundum simulacrum æternum esse alicujus æterni. Difficillimum autem est in omni inquisitione rationis exordium. De iis igitur, quæ diximus, hæc sit prima distinctio : Omni orationi cum iis rebus, de quibus explicat, videtur esse cognatio. Itaque quum de re stabili et immutabili disputat, oratio talis sit, qualis illa, quæ neque redargui neque convinci potest. Quum autem ingressa est imitata et effecta simulacra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Quantum enim ad id, quod ortum est, æternitas valet : tantum ad fidem veritas. Quocirca si forte de deorum natura ortuque mundi disserentes minus id, quod avemus, omnino consequemur, ut tota dilucide et plane exornata oratio sibi constet et ex omni parte secum ipsa consentiat : haud sane erit mirum; contentique esse debebitis, si probabilia dicentur. Æquum est enim meminisse et me, qui disseram, hominem esse et vos, qui judicetis : ut, si probabilia dicentur, ne quid ultra requiratis. [§ 10.] Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, ut originem rerum et molitionem novam quæreret. Probitate videlicet præstabat : probus autem invidet nemini. Itaque omnia sui similia generavit. Hæc nimirum gignendi mundi causa justissima. Nam quum constituisset deus bonis omnibus

dem deus bona quidem omnia provenire; mali porro nullius, prout eorum quæ nascuntur, natura ferl, relinqui propaginem : omne visibile, corporeumque, motu importuno fluctuans, neque unquam quiescens, ex inordinata jactatione redegit in ordinem : sciens ordinatorum formam confusis inordinatisque præstare. Nec vero fas erat bonitati præstanti quidquam facere, nisi pulchrum; eratque certum divinitati tantæ, nihil eorum, quæ sentiuntur, hebes duntaxat, nec intelligens, esse melius intelligente. Intellectum porro non nisi animæ provenire. Hac igitur reputatione, intellectu in anima, porro anima in corpore collocata, totum animantis mundi ambitum cum veneranda illustratione composuit. Ex quo apparet, sensilem mundum animal intelligens esse divinæ providentiæ sanctione.

§ 11. Hoc ita posito, quæ sequuntur expedienda sunt; ad cujus animantis similitudinem constituerit eum suus conditor. Speciali quidem nemini similem, (siquidem perfectio in genere, non in specie : propterea que mundus imperfectæ rei similis, minime perfectus esset :) at vero ejus, in quo omnia genera, et quasi quidam fontes, continentur animalium intelligibilium. Siquidem animalium genera mundus alter complectitur, perinde ut hic nos continet, et cætera subjecta visui, et cæteris sensibus. Ergo intelligibili substantiæ præcellenti, principalique naturæ, omnifariam quoque perfectæ, Deus opifex gigni simile volens, sensile animal unum, et visibile constituit : naturæ suæ convenientia cuncta, quæ vita fruuntur, intra conseptum, et limitem, suum continens.

Nunc utrum recte unum mundum dixerimus, an plures dici oportuerit, aut innumerabiles, etiam considerandum est. Unum plane; quoniam juxta unum exemplum formatus est. Id enim, quod universa continet intelligibilia, cum alio secundum esse non poterat. Utrum enim ex duobus contineret omnia; non, opinor, liqueret : nec esset

---

ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ. Ταύτην δὴ γενέσεως καὶ κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. Βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενος οὖν εὗρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. Διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. Οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.

XV. § 11. Τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἑρεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε. Τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει περυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν· ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν· οὗ δ' ἔστι τἆλλα ζῷα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μόρια, τούτῳ πάντων ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τιθῶμεν. Τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῷα πάντα ἐκεῖνα ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα ξυνέστηκεν ὁρατά. Τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κατὰ πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν ὁ θεὸς ὁμοιῶσαι βουληθεὶς ζῷον ἓν ὁρατόν, πάνθ' ὅσα αὐτοῦ κατὰ φύσιν ξυγγενῆ ζῷα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, ξυνέστησε.

XVI. Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα ξεδημιουργημένος ἔσται. Τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῷα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἂν ποτ' εἴη· πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἶναι τὸ περὶ ἐκείνω δέοι ζῷον, οὗ μέρος ἂν εἴτην ἐκείνω,

---

explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur : quidquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum et quietum, sed immoderate agitatum et fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit. Hoc enim judicabat esse præstantius. Fas autem nec est nec unquam fuit quidquam, nisi pulcherrimum, facere ei, qui esset optimus. Quum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quæ natura cernerentur, non intelligens intelligente in toto genere præstantius : [intelligentiam autem ulli rei adjunctam esse sine animo, nefas esse.] Quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo investigari aliquid conjectura potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens et divina providentia constitutum.

§ 11. Hoc posito, quod sequitur, videndum est, cujusnam animantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profecto, eorum quidem, quæ sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum esse nihil potest. Cujus ergo omne animal quasi particula quædam est, sive in singulis sive in universo genere cernatur, ejus similem mundum esse dicamus. Omnes igitur, qui animo cernuntur et ratione intelliguntur animantes complexu rationis et intelligentiæ, sicut homines, hoc mundo et pecudes et omnia, quæ sub adspectum cadunt, comprehenduntur. Quod enim pulcherrimum in rerum natura intelligi potest et quod ex omni parte absolutissimum est, ei quum deus similem mundum efficere vellet, animal unum, aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Rectene

unum, nec simplex, initium cuncta continens, sed conjugatio copulata. Ut igitur exemplari, cujus æmulationem mutuabatur, etiam in numero similis esset; idcirco nec innumerabiles mundi : sed unicus a Deo factus est. Et quia corpulentus, visibilisque, et contiguus, merito erat futurus; sine igne porro nihil visibile sentitur; nec vero quidquam tangi potest sine soliditate; soliditas porro nulla sine terra : ignem terramque corporis mundi fundamenta jecit Deus. Quoniamque nulla duo sine adjunctione tertii firme et indissolubiliter cohærent : nexu enim medio extrema nectenle opus est : nexus vero firmissimus ille certe est, qui et seipsum, et ea quæ secum vinciuntur, facit unum : hoc porro efficit modus, et congrua mensura partium. Cum enim ex tribus vel numeris, vel moltibus, vel alia potentia, medietas imo perinde quadrat; ut summitas medio : rursumque ut imum medio, sic medietas summo; tum certe medietas a summo, et item imo, nihil differt : rursumque extimis illis ad medietatis conditionem atque ejusdem parilitatem redactis : cum medietas quoque extimorum vicem suscipit : fit, opinor, ut tota materia una et eadem ratione societur, eoque pacto, eadem sibi erunt universa membra : quippe cum eorum sit una conditio. Unis porro effectis membris, unum erit, atque idem, totum. Quare, si corpus universæ rei longitudinem et latitudinem solas, crassitudinem vero nullam habere deberet; esseique hujusmodi, qualis est solidorum corporum superficies : una medietas sufficeret ad semetipsam vinciendam et extimas partes. Nunc vero quoniam soliditate opus erat mundano corpori; solida porro nunquam una, sed duabus medietatibus vinciuntur : idcirco mundi opifex inter ignem et terram aera et aquam inseruit, libratis iisdem

καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοιν ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ περιέχοντι τόδ' ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. Ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὴν μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζῴῳ, διὰ ταῦτα οὔτε δύο οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς ἔστι τε καὶ ἔτ' ἔσται. Σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι. Χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο, οὐδὲ ἁπτὸν ἄνευ τινὸς στερεοῦ, στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς· ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος ξυνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. Δύο δὲ μόνω καλῶς ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίγνεσθαι. Δεσμῶν δὲ κάλλιστος ὃς ἂν αὑτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. Τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν· ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὠντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅ, τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ' ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται, ταὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται.

XVII. Εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μέν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὑτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν· νῦν δέ — στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ ἀεὶ μεσότητες ξυναρμόττουσιν· οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θείς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι περ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο ὕδωρ πρὸς γῆν, ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. Καὶ διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὑτῷ ξυνελθὸν ἄλυτον ὑπό του ἄλλου πλὴν ὑπὸ τοῦ

igitur unum mundum diximus? an plures et innumerabiles dictu verius et melius? Unus profecto, si quidem factus est ad exemplum. Quod enim omnes animantes eos, qui ratione intelliguntur, complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui eum contineat, sit necesse est, cujus partes sint animantes superiores, cælumque hoc simulacrum illius ultimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret atque ut hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso, quod solus atque unus esset, idcirco singularem deus hunc mundum atque unigenam procreavit. Corporeum autem et aspectabile itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Nihil porro igni vacuum videri potest : nec vero tangi, quod careat solido : solidum autem nihil, quod terræ sit expers. Quamobrem mundum efficere moliens deus, terram primum ignemque jungebat. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid anquirunt et quasi nodum vinculumque desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se atque de iis, quæ astringit, quam maxime unum efficit. Id optime assequitur, quæ græce ἀναλογία, latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest.

Quando enim trium vel numerorum vel figurarum vel quorumcunque generum contingit, ut, quod medium sit, ut ei primum proportione, ita id postremo comparetur, vicissimque, ut extremum cum medio, sic medium cum primo conferatur; id quod medium est, tum primum fit, tum postremum; postrema vero et prima media fiunt. Ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quæ disjuncta fuerant. Eadem autem quum facta sint, efficitur, ut omnia sint unum. Quod si universitatis corpus planum et æquabile explicaretur neque in eo quidquam esset requisitum : unum interjectum medium et se ipsum et ea, quibus esset interpositum, colligaret. Sed quum soliditas mundo quæreretur; solida autem omnia uno medio nunquam,

clementis salubri modo : ut quæ cognatio est inter ignem et aera, eadem foret inter aera et aquam : rursum quæ inter aera et aquam, hæc eadem in aquæ terræque societate consisteret. Atque ita ex quatuor supradictis materiis præclaram istam machinam visibilem, contiguamque, fabricatus est, amica partium æquilibritatis ratione sociatam, quo immortalis indissolubilisque esset adversus omnem casum, excepta sui fabricatoris voluntate. Igitur quatuor illa corpora integra, et sine ulla delibatione, ad mundi continentiam sumpta sunt. Ex omni quippe igni, et item ex totis illis reliquis, aere, aqua, terra, constructus est; nulla vel corporis, vel potentiæ, parte derelicta, contemptaque : propterea ut perfectum animal esset; utpote ex integris corporibus, perfectisque, conflatum : hoc amplius, ut æternæ compos incolumitatis foret. Vi-

debat enim, eam esse naturam corporis, ut ei facile importuna caloris accessione, vel contra frigoris, omniumque hujusmodi, quæ in magna sunt violentaque potentia, noceretur. Quo consilio, quaque reputatione, unum perfectum ex perfectis omnibus citra senium dissolutionemque composuit, formamque dedit ei congruam, quippe animali cuncta intra suum ambitum animalia, et omnes eorum formas, gesturo; globosam, et rotundam, quæ a medietate ad omnem ambitum extimarum partium spatiis æqualibus distat; quo totus sui similis foret, meliorem similitudinem dissimilitudine judicans, lævem porro globum undiqueversum extrinsecus expolivit non otiose. Siquidem neque videndi necessarius esset usus, cunctis extra globum visibilibus rejectis; intra nec auditus, nullo extra posito audiendi sono : nec opus respirandi adjumento, quippe omnis

---

ξυνδήσαντος γενέσθαι. Τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἵληφεν ἡ τοῦ κόσμου ξύστασις· ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἐξωθεν ὑπολιπών, τάδε διανοηθείς, πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῷον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη, πρὸς δὲ τούτοις ἕν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτον γένοιτ' ἄν, ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν ὡς ἃ ξυνιστᾷ τὰ σώματα, ψυχρὰ καὶ θερμὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περιστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως, λύει, καὶ νόσους γῆράς τε ἐπάγοντα, φθίνειν ποιεῖ. Διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτήνατο. Σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ τὸ ξυγγενές. Τῷ δὲ τὰ

πάντ' ἐν αὐτῷ ζῷα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὑτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. Διὸ καὶ σφαιροειδές, ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τελεώτατον ὁμοιότατόν τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. Λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο, πολλῶν χάριν. Ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν· πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον ἀναπνοῆς. Οὐδ' αὖ τινος ἐπιδεὴς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην ἀποπέμψοι πάλιν· ἀπῆει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προσῆει αὐτῷ πόθεν· οὐδὲ γὰρ ἦν. Αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον καὶ πάντα ἐν

---

duobus semper copulentur : ita contigit, ut inter ignem et terram aquam deus animamque poneret, eaque inter se compararet et proportione conjungeret, ut, quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ; quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Qua ex conjunctione cælum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat. Itaque et ob eam causam et ex iis rebus, numero quatuor, mundi est corpus effectum, ea constrictum comparatione, qua dixi : ex quo ipse se concordi quadam amicitia et caritate complectitur; atque ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat, nisi ab eodem, a quo est colligatus. Earum autem quatuor rerum, quas supra dixi, sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra atque in hoc universo inessent genera illa universa. Id ob eas causas, primum ut mundus animans posset ex perfectis partibus esse perfectus : deinde ut unus esset, nulla parte, unde alter gigneretur, relicta : postremo ne qui morbus eum posset aut senectus attingere. Omnis enim coagmentatio corporis vel calore vel frigore vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur et ad morbos senectutemque compellitur. Hanc igitur habuit rationem effector mundi molitorque deus, ut unum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveret, quod omni morbo senioque careret

Formam autem et maxime sibi cognatam et decoram dedit. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur : et globosum est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant; cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur; idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil incisum angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum : omnesque partes simillimas omnium, quod ejus præstabat judicio dissimilitudini similitudo. Omni autem totam figuram mundi levitate circumdedit. Nec enim oculis egebat, quia nihil extra, quod cerni posset, relictum erat : nec auribus, quia ne quod audiretur quidem : neque erant animâ circumfusa extrema mundi, ut respirationem requireret : nec vero desiderabat aut alimenta corporis aut detractionem confecti et consumpti cibi. Neque enim ulla decessio fieri poterat neque accessio : nec vero erat, unde. Ita se ipse consumptione et senio alebat sui, quum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia. Sic enim ratus est ille, qui ista junxit et condidit, ipsum se contentum esse

coercebatur spiritus intrinsecus. Nec membris quidem talibus, per quæ novo admisso cibo vetus liquore posito pelleretur. Neque enim quicquam ex eo recedebat; nec erat accedendi facultas cunctis coercitis : sed corruptela partium, intra se senescentium, vicem quandam obtinebat cibatus, idemque ut ageret patereturque etiam omnia mundi globus, partibus suis intra se agentibus, ac perpetientibus. Nec vero manus ei necessarias esse duxit, cum nihil superesset comprehendendum. Nec pedes, quoniam ex septem motibus non locularis ei quisquam, sed rationabilis, competebat, qui animarum proprius est circuitus. Neque ullum locum ex loco mutans : ideoque in orbem fertur, et velut fixo circumvolat cardine : propterea que rata inerrabilis ejus agitatio est.

§ 12. Hæc igitur æterni Dei prospicientia, juxta nativum et unquam futurum deum, lævem eum, et æquiremum indeclivemque; et a medietate undiqueversum æqualem, exque perfectis universisque totum perfectum progenuit. Animam vero in ejus medietate locavit, eandemque per omnem globum æquabiliter porrigi jussit : quo tectis interioribus partibus, extima quoque totius corporis ambitu animæ circumdarentur. Atque ita orbem teretem in orbem atque in suum ambitum voluit converti et moveri. Solum, præcipuum qui virtutum præstantia sufficeret conciliationi propriæ : nec extraordinario cujusquam indigeret auxilio : amicumque semper sibi : ideoque summe beatum, divina potentia præditum genuit.

Nec tamen eo quo nos ad præsens loquimur ordine, ortum animæ deus annuit : junioremque et posteriorem corporibus eam fecit. Neque enim decebat rem antiquiorem a postgenita regi. Sed hominibus mos est passim præpostereque et sine observatione ordinis fari. At vero deus tam antiquitate quam virtutibus præire animam corporis naturæ jussit : dominamque eam et principali jure voluit esse circa id quod tuetur. Itaque tertium genus animæ composuit hoc pacto. Ex individua semperque in suo statu perseverante substantia, itemque alia quæ inseparabilis corporum comes per eadem corpora scindere se putatur, tertium substantiæ genus mixtum locavit : medium inter utramque substantiam. Eodemque

---

ἑαυτῷ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ πάσχον καὶ ὁρῶν ἐκ τέχνης γέγονεν· ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ ξυντιθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων. Χειρῶν δέ, αἷς οὔτε λαβεῖν οὔτε αὖ τινα ἀμύνασθαι χρεία τις ἦν, μάτην. οὐκ ᾠήθη δεῖν αὐτῷ προσάπτειν· οὐδὲ ποδῶν οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπηρεσίας. Κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. Διὸ δὴ κατὰ ταὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι στρεφόμενον, τὰς δὲ ἓξ ἁπάσας κινήσεις ἀφεῖλε καὶ ἀπλανὲς ἀπειργάσατο ἐκείνων. Ἐπὶ δὲ τὴν περίοδον ταύτην ἄτ' οὐδὲν ποδῶν δέον ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐγέννησεν.

XVIII. § 12. Οὗτος δὴ πᾶς ὄντως ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησε· ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε ταύτῃ, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὑτῷ. Διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.

liebrem transferet. Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, gravius etiam jactabitur et in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur neque malorum terminum prius aspiciet, quam illam sequi cœperit conversionem, quam habebat in se ipse ejusdem et similis innatam et insitam. Quod tum eveniet, quum illa, quæ ex igni, anima, aqua atque terra turbulenta et rationis expertia insederint, denique ratione depulerit et ad primam atque optimam affectionem animi pervenerit. Quæ quum ita designasset seseque, si quid postea fraudis aut vitii evenisset, extra omnem culpam causamque posuisset : alios in Terram, alios in Lunam, alios in reliquas mundi partes, quæ sunt ad spatiorum temporis significationem notæ constitutæ, spargens quasi serebat. Post autem sationem eam diis, ut ita dicam, junioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent quantumque esset reliquum ex humano animo, quod deberet accedere, id omne, et quæ consequentia essent, perpolirent et absolverent : deinde ut huic animanti principes se ducesque præberent vitamque ejus pulcherrime regerent et gubernarent : nisi quatenus ipse bene factus sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. [§ 18.] Atque is quidem, qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu : qui autem erant ab eo creati, quum parentis ordinem cogno-

fluoque obligati, neque tenebant neque tenebantur; sed ita vi ferebant, et vi ferebantur invicem: ut totum quidem animal moveretur, præcipiti tamen et inordinata jactatione: quippe cum sex sine ratione motibus raptaretur: ultro, citro, dextrorsum, sinistrorsum, et item sursum deorsumque pergens atque oberrans. Immenso quippe irrigante, et immoderate effluente, gurgite; ex quo cibus et alimenta comparabantur; multo major extrinsecus turba conflictatioque vexabat: cum corpus aliquod in raptatu incurrisset ignis offensionem, vel etiam terrenam complosionem, similiter aquæ lubricas, violentasque ventorum procellas, hisque interpellationibus omnibus per corpus ad animam commeantibus, stimulata mens æstuaret. Qui quidem æstus propterea et initio, et nunc usque, sensus cognominantur, maximos violentosque motus cientes; cum naturali derivatione jugiter, et sine intermissione, effluente, circuitus animæ quasi quibusdam turbinibus simul quatiunt, illum quidem providum ejus consultumque motum, scilicet ejusdem circuli, cujus est orbiculata circumvolutatio, statuentes: et contra, quam illa movetur, operantes, imperiumque ejus respuentes. At vero diversi circuli diversis motibus incertisque famulantes, usque adeo ut, quia limites duplicis illius et triplicis quantitatis, et item intervalla terna, per utrumque latus epitritorum, sescuplorumque, et item epogdoorum, medietatibus confirmata, dissolvi a nullo, quam ab eo solo, qui junxerat, poterant: omni tamen jactationis genere diu vexarent, adversis motibus sibi invicem animam, totamque ejus substantiam, diverse distrahentes: ut una quidem feratur cum confirmationis suæ nexibus, verum sine ratione, utpote motibus discordantibus, et depravante rectum iter sensuum illecebra. Propterea varias inclinationes animæ exsistere, et obliquas, et contrarias, et item resupinis casibus similes: ut si quis, naturalem membris regionem mutans, caput pro pedibus solo figat; pedes in altum pro capite sustollat: tunc opinor tam ejus qui patitur, quam eorum qui spectant, dextræ quidem partes, sinistræ; sinistræ vero, dextræ videntur. Invicem id ipsum quoque animæ circuitus patiuntur. Propterea errant in ejusdem diversique generis contemplatione: cum quod diversum, idem: et quod idem est, diversum, imbecillitate discernendi autumant. Estque hæc earum plena erroris, et falsitatis, opinio; orta ex depravatione sensuum: nec habet ullum certum ducem talis peragratio. Cumque extrapositi sensus pulsarint animam vehementius, omnemque eam possederint; tunc illa subjugata, et serviens, pontificium aliquod, potestatemque, retinere falso putatur, eademque passionibus

---

ὑπῆσαι πολὺν οὔτ' ἐκράτουν οὔτ' ἐκρατοῦντο, βίᾳ δ' ἐφέροντο καὶ ἔφερον, ὥστε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῷον, ἀτάκτως μὴν ὅπῃ τύχοι προϊέναι καὶ ἀλόγως, τὰς ξ ἁπάσας κινήσεις ἔχον· εἴς τε γὰρ τὸ πρόσθε καὶ ὀπισθεν καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω καὶ πάντῃ κατὰ τοὺς ἓξ τόπους πλανώμενα προήειν. Πολλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ καταχλύζοντος καὶ ἀπορρέοντος κύματος, ὃ τὴν τροφὴν παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπειργάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἑκάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε τὸ σῶμά τινος ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ περιτυχὸν ἢ καὶ στερεῷ γῆς ὑγροῖς τε ὀλισθήμασιν ὑδάτων, εἴτε ζάλῃ πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ σώματος αἱ κινήσεις ἐπὶ τὴν ψυχὴν φερόμεναι προσπίπτοιεν· αἳ δὴ καὶ ἔπειτα διὰ ταῦτα ἐκλήθησάν τε καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις ξυνάπασαι κέκληνται. Καὶ δὴ καὶ τότε ἐν τῷ παρόντι πλείστην καὶ μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν, μετὰ τοῦ ῥέοντος ἐνδελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι καὶ σφοδρῶς σείουσαι τὰς τῆς ψυχῆς περιόδους, τὴν μὲν ταὐτοῦ παντάπασιν ἐπέδησαν ἐναντία αὐτῇ ῥέουσαι, καὶ ἐπέσχον ἄρχουσαν καὶ ἰοῦσαν, τὴν δ' οὖ θατέρου διέσεισαν, ὥστε

τὰς τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου τρεῖς ἑκατέρας ἀποστάσεις καὶ τὰς τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσότητας καὶ ξυνδέσεις, ἐπειδὴ παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος, πάσας μὲν στρέψαι στροφάς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ διαφορὰς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὅσαχῇ περ ἦν δυνατόν, ὥστε μετ' ἀλλήλων μόγις ξυνεχομένας φέρεσθαι μέν, ἀλόγως δὲ φέρεσθαι, τοτὲ μὲν ἀντίας, τοτὲ δὲ πλαγίας, τοτὲ δ' ὀπτίας, οἷον ὅταν τις ὄπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπὶ γῆς, τοὺς δὲ πόδας ἄνω προσβαλὼν ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων τά τε δεξιὰ ἀριστερὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. Ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς, ὅταν γέ τῳ τῶν ἔξωθεν τοῦ ταὐτοῦ γένους ἢ τοῦ θατέρου περιτύχωσι, τότε ταὐτόν τῳ καὶ θάτερόν του τἀναντία τῶν ἀληθῶν προσαγορεύουσαι ψευδεῖς καὶ ἀνόητοι γεγόνασιν, οὐδεμία τε ἐν αὐταῖς τότε περίοδος ἄρχουσα οὐδ' ἡγεμών ἐστιν· ἂν δ' αὖ ἔξωθεν αἰσθήσεις τινὲς φερόμεναι καὶ προσπεσοῦσαι ξυνεπισπάσωνται καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος, τόθ' αὗται κρατούμεναι κρατεῖν δοκοῦσι. Καὶ διὰ δὴ ταῦτα πάντα τὰ

---

vissent, hunc sequebantur. Itaque quum accepissent immortale principium mortalis animantis, imitantes genitorem et effectorem sui, particulas ignis et terræ et aquæ et animæ a mundo, quas rursus redderent, mutuabantur, easque inter se copulabant, haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter parvitatem, crebris quasi cuneolis illiquefactis, unum efficiebant ex omnibus corpus: itemque in eo influente atque effluente animi divini ambitus illigabant. Itaque illi in flumen [ingens] immersi, neque tenebant neque tenebantur, sed vi magna tum ferebant tum ferebantur. Ita totum animal movebatur illud quidem, sed

ægra, et initio cum incorporata est, et quamdiu perinde afficietur, amens erit. At postquam incrementi nutricationisque tenui jam rivo meatus effluet, animæque circuitus tranquilliore motu viam suam peraget, processuque temporis sedatiores erunt; utpote quæ a naturæ suæ motu competenti minime exorbitent : facile jam diversæ naturæ vitia, bonitatemque, et honestatem semper ejusdem, cum alterius appetitu; alterius vero detestatione, secernent : hominemque ita institutum plena, et incolumi, prudentia tuebuntur. Ac si ad hunc statum accedat auxiliatrix erudítionis honestæ, moderationisque, diligentia; immunis omni perturbatione, atque ægritudine, ducet ævum. Si negliget, claudum iter vitæ serpens cum familiari demum stultitia revocabitur ad inferna. Sed hæc quidem novissime provenient, meritis jam vitæ locatis. Nunc vero divinæ providentiæ pensum spectare convenit ex membrorum rationabili conformatione, quæ, suscipiendo vitali vigori, cœlestis apparabat prospicientia.

§ 19. Principio figuram capitis divinæ potestates, quibus informandi corporis erat officium concreditum, ex mundi figura mutuatæ, teretem globosamque finxerunt : eidemque duos circuitus venerandæ divinitatis innexuerunt. Est autem caput præter cæterum corpus honoratius, et optimati quadam eminentia, cui reliqua membra dominanti parent, atque obsequuntur, jure meritoque subjecta; ne sine sede humiliter in imo plane jacens, asperas, cum moveretur, terrenarum lacunarum offensiones proclivitatis, et item declivitatis, incurreret : maxime cui necesse esset cuncta motuum genera experiri. Hac igitur de causa vehiculo corporis, utpote arx, sustinetur. Addita est circum quoque et brachiorum porrigibilis, et flexuosa, substantia : ut tenendi, vel omittendi, progrediendi, resistendique usus ex arbitrio præsto foret; eminente divino capitis gestamine. Progrediendi porro commodius officium, quam recedendi, rata divina mens, ire ulterius mage, quam recessim voluit moveri. Priores quoque corporis partes meliores posterioribus judicans, in homine primo omnium e regione certa capitis, personam vultus subdidit : eamque appellavit faciem : eidemque instrumenta, quæ adminicularentur, providis animæ motibus assigna-

---

παθήματα νῦν κατ' ἀρχάς τε ἄνους ψυχὴ γίγνεται τὸ πρῶτον, ὅταν εἰς σῶμα ἐνδεθῇ θνητόν· ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὲ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν ἴωσι καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου, τότε ἤδη πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἰόντων σχῆμα ἑκάστων τῶν κύκλων αἱ περιφοραὶ κατευθυνόμεναι, τό τε θάτερον καὶ τὸ ταὐτὸν προσαγορεύουσαι κατ' ὀρθόν, ἔμφρονα τὸν ἔχοντα αὐτὰς γιγνόμενον ἀποτελοῦσιν. Ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθὴ τροφὴ παιδεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀποφυγὼν νόσον, γίγνεται· καταμελήσας δέ, χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωήν, ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς Ἅιδου πάλιν ἔρχεται. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερά ποτε γίγνεται· περὶ δὲ τῶν νῦν προτεθέντων δεῖ διελθεῖν ἀκριβέστερον. Τὰ δὴ πρὸ τούτων, περὶ σωμάτων κατὰ μέρη τῆς γενέσεως καὶ περὶ ψυχῆς, ὅτ' ἄς τε αἰτίας καὶ προνοίας γέγονε θεῶν, τοῦ μάλιστα εἰκότος ἀντεχομένοις, οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα πορευομένοις διεξιτέον.

§ 19. Τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο δ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, δ θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ὯΙ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοί, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο μετέχοι· ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης ἀποροῖ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν, ἔδοσαν. Ὅθεν δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν, ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα θεοῦ μηχανησαμένου πορεῖα, οἷς ἀντιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον διὰ πάντων τόπων πορεύεσθαι δυνατὸν γέγονε τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. Σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα προσέφυ πᾶσι· τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοὶ ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν. Ἔδει δὴ διωρισμένον ἔχειν καὶ ἀνόμοιον τοῦ σώματος τὸ πρόσθεν ἄνθρωπον. Διὸ πρῶτον μὲν περὶ

---

immoderate et fortuito, ut sex motibus veheretur. Nam et ante et pone, ad lævam et ad dextram, et sursum et deorsum, modo huc, modo illuc [sex oras regionesque versus errans procedebat].

§ 19. [Jam vero earum imaginum quæ finguntur et reddúntur in speculis eorumque quæ splendida et lævia sunt rationem perspicere, haud difficile est. Nam ex ignis utriusque externi atque interni communione inter ipsos, cum unus per singulas partes effectus et multis modis concors et aptus redditus in lævore consedit.] Sed si in splendore consedit, tum vel eadem species, vel interdum immutata redditur, [omniaque hujusmodi necessario in speculo refe-

---

runtur :] quum ignis oculorum cum eo igne qui est ob os offusus, [in re lævi et splendida] se confudit et contulit. Dextra autem videntur quæ læva sunt, quia contrariis partibus oculorum, contrarias partes attingunt [præter morem usitatum adjectionis et commissuræ]. Respondent autem dextra dextris, læva lævis, conversione luminum, quum ea inter se non cohærescunt. Id fit quum speculorum lævitas hinc illincque altitudinem assumpsit : et ita dextra detrusit in lævam partem oculorum lævaque in dextram. Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum, quæ convertens, inferiora reddit quæ sunt superiora. Atqui hæc omnia ex eo genere sunt quæ rerum adjuvant causas. Qui-

vit. Ex quibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac de causa dati. Duæ sunt, opinor, virtutes ignis, altera edax, et peremptoria; altera mulcebris innoxio lumine. Huic igitur, ex qua lux diem invehens panditur, domesticum et familiare corpus oculorum divinæ potestates commentæ sunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem; utpote germanum ignis pellucidi, sereni, et defæcati liquoris, per oculos fluere, ac demanare, voluerunt: ut per lævos, congestosque, et tanquam firmiore soliditate pandos orbes luminum, quorum tamen esset angusta medietas subtilior, serenus ignis per eandem effluaret medietatem. Itaque cum diurnum jubar se applicat visus fusioni, tunc nimirum incurrentia semet invicem duo similia in unius corporis speciem cohærent: quo concurrunt oculorum acies emicantes: quoque effluentis intimæ fusionis acies contiguæ imaginis occursu repercutitur. Totum igitur hoc similem eandemque sortitum passionem, et ob indifferentem similitudinem ejusdem passionis effectum, cum quid aliud tangit, vel ipsum ab alio tangitur, tactuum motu diffundens se per omne corpus, perque corpus usque ad animam porrigens, sensum efficit, qui visus vocatur. At postquam in noctem discesserit cognatus ignis, desertum lumen ejus auxilio, consortioque, velut viduatum habet, utpote ad dissimile procedens, propterea immutatum exstinguitur; nullam habens cum proximo tunc aere, naturæ communicationem; utpote splendore ignis carente: videreque desinit fractum illecebra somni. Etenim divinæ potestates salubre oculis tegmen palpebrarum machinatæ sunt: quibus obductis vis illa ignis intimi, conniventia tegminis coercetur, compressaque fundit se per membra; mollitisque, et relaxatis, convalescit quies. Quæ cum est vehementior motuum reliquiis, cujusmodi erunt, et quibus in locis, reliquiæ; talia, pariaque, somniorum simulacra nascentur: eorumque expergefactos quoque memoria comitabitur. At vero simulacrorum, quæ in speculis oboriuntur, umbrarum etiam, quæ in humida cernuntur superficie, facilis asseculio est. Siquidem utriusque ignis, tam intimi quam extrapositi, concursu incidente in tersam aliquam lævemque materiæ superficiem, formatique in multas et varias figuras, simulacra ex lævigati corporis conspectu resultant, dexteræ porro partes quæ sunt, sinistræ videntur in iisdem speculis, insolito quodam more: propterea quod dextris partibus visus contra sinistram partem speculi, sinistris item contra dextram positis, motu facto corporis ex adverso partis ejus, unde motus fit, gesticulatur motus imago. At vero dextræ corporis partes dextræ: ita ut sunt, in speculis quoque sinistræque item sinistræ videntur: cum ex coitu visus et splendoris e speculo corpulentior conglobata imago renidet. Quod fit, quoties teres speculi serenitas hinc inde tumidioribus, et provectis in molem, lateribus, dextram visus partem in læva speculi, lævam item in dexteriora dejecit. Cujus speculi demum, si talis facta erit conversio, ut elatiores

---

τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, ὑποθέντες αὐτόσε τὸ πρόσωπον, ὄργανα ἐνέδησαν τούτῳ πάσῃ τῇ τῆς ψυχῆς προνοίᾳ, καὶ διετάξαντο μέτοχον ἡγεμονίας τοῦτ' εἶναι τὸ κατὰ φύσιν πρόσθεν. Τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα ξυνετεκτήναντο ὄμματα, τοιᾶδε ἐνδήσαντες αἰτία. Τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν κάειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκεῖον ἑκάστης ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι. Τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν λεῖον καὶ πυκνὸν ὅλον μέν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων, ὥστε τὸ μὲν ἄλλο ὅσον παχύτερον στέγειν πᾶν, τὸ τομοῦτον δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. Ὅταν οὖν μεθημερινὸν ἢ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα οἰκειωθὲν ξυνέστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃ περ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τῶν ἔξω ξυνέπεσεν. Ὁμοιοπαθὲς δὴ δι' ὁμοιότητα πᾶν γενόμενον, ὅτου τε ἂν αὐτό ποτε ἐφάπτηται καὶ ὃ ἂν ἄλλο ἐκείνου, τούτων τὰς κινήσεις διαδιδὸν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα μέχρι τῆς ψυχῆς αἴσθησιν παρέσχετο ταύτην, ἣ δὴ ὁρᾶν φαμεν. Ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ ξυγγενοῦς πυρὸς ἀποτέτμηται· πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, ξυμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. Παύεταί τε οὖν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου· σωτηρίαν γὰρ ἦν οἱ θεοὶ τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργνυσι τὴν τοῦ πυρὸς ἐντὸς δύναμιν, ἡ δὲ διαχεῖ τε καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γίγνεται, γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει, καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἷαι καὶ ἐν οἷοις ἂν τόποις λείπωνται, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχοντο ἀφομοιωθέντα ἐντὸς ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα. Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν· ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς

---

bus utitur ministris deus, quum optimi speciem, quoad fieri potest, efficit. Sed existimant plerique non hæc adjuvantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant frigoris et caloris, concretionis et liquoris, careant autem omni intelligentia atque ratione: quæ nisi in animo, nulla alia in natura reperiantur. Animus autem sensum omnem effugit oculorum. At ignis et aqua et anima et terra corpora sunt, eaque cernuntur. Illum autem qui intelligentiæ sapientiæque se amatorem profitetur, necesse est intelligentis sapientisque naturæ primas causas conquirere: deinde secundas causas rerum earum quæ necessario movent alias, cum ipsæ ab aliis moven-

illæ partes, altera superior, altera inferior, locentur, resupini vultus apparebunt videntis, splendore luminis, e superiore margine cum summis oris partibus, et in ipso capite ad inferiora dejectis: similis porro, ut mento genisque ad superiora sublatis. Qui quidem sensus famulantur actibus opificis Dei, summam, optimamque, et primariam, speciem molientis: sed vulgo per semetipsos sentire existimantur, et agere aliquid: ut si quis non opifici, sed serræ, vel asciæ, tribuat effecti operis auctoritatem: cum a se plurimum distent causæ, et ea, quæ causam sequuntur. Licet enim corporea sint fundamenta omnium sensuum, quod tamen sentit, alienum a natura corporis, excipit sensus puro et incorporeo vigore. Quippe corpora, frigus, et calorem, astrictionem, et relaxationem recipiunt, non sentiunt. Nec vero rationem intellectumque in rebus ratione, prudentiaque, agendis sciunt. Sed quod ex omnibus, quæ sunt, intellectum prudentiamque habet, sola est anima. Hoc porro invisibile. At vero ignis, et aqua, cæteræque materiæ, visibilia sunt corpora. Oportet autem intellectus disciplinæ amatorem, prudentissimæ naturæ principalem causam, non adminicula causæ principalis, inquirere. Illas vero, quæ ab aliis motæ movent alias, secundas existimandum. Nobis quoque igitur in eundem modum faciendum est, et de utroque causarum genere disserendum. Sed separatim quidem de optimis, quæ cum intellectu, prudentiaque, cuncta honesta, et bona, moliuntur: seorsum vero de iis, quæ mente prudentiaque cassæ, temere, et ut libet, confusa, et inordinata, quæ faciunt, relinquunt.

§ 20. Et de oculorum quidem ministerii causa, ob quam nacti sunt eam, quam habent, videndi virtutem, satis dictum. De præcipua tamen utilitate operis eorum mox erit aptior disserendi locus. Visus enim, juxta meam sententiam, causa est maximi commodi plerisque non otiose natis, atque institutis, ob id ipsum quod nunc agimus. Neque enim de universa re quispiam quæreret, nisi prius stellis, sole, cœloque visis. At nunc diei noctisque insinuata nobis alterna vice, menses, annorumque obitus, et anfractus, nati sunt, eorumque ipsorum dinumeratio. Et ex dinumeratione perfectus et absolutus exstitit numerus. Tum temporis recordatio; quæ natu-

---

ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομένου· δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά, ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρεσι τῆς ὄψεως περὶ τἀναντία μέρη γίγνεται ἐπαφὴ παρὰ τὸ καθεστὸς ἔθος τῆς προσβολῆς· δεξιὰ δὲ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ ἀριστερὰ τοὐναντίον, ὅταν μεταπέσῃ ξυμπηγνύμενον ᾧ ξυμπήγνυται φῶς· τοῦτο δέ, ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὄψη λαβοῦσα, τὸ δεξιὸν εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἀπώσῃ τῆς ὄψεως καὶ θάτερον ἐπὶ θάτερον. Κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀτραφὲν τοῦ προσώπου ταὐτὸν τοῦτο ὕπτιον ἐποίησε πᾶν φαίνεσθαι, τὸ κάτω πρὸς τὸ ἄνω τῆς αὐγῆς τό τ' ἄνω πρὸς τὸ κάτω πάλιν ἀπῶσαν. Ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων, οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν· δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα. Λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν εἰς οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστί. Τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν· τοῦτο δὲ ἀόρατον, πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε. Τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων, ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας. Ποιητέον δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν· λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη, χωρὶς δ' ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοὶ καὶ ὅσαι μονωθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται.

§ 20. Τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ξυμμεταίτια πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἴληχεν εἰρήσθω· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, δι' ὃ θεὸς αὖθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον. Ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἂν ποτε ἐῤῥήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτ' οὐρανὸν ἰδόντων. Νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν· ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Λέγω δὴ

---

tur. Quocirca nobis sic cerno esse faciendum, ut de utroque nos quidem dicamus genere causarum, separatim autem de iis quæ cum intelligentia sunt efficientes pulcherrimarum rerum atque optimarum; et de iis quæ vacantes prudentia, inconstantia perturbataque efficiunt.

§ 20. Ac de oculorum quidem causis, ut haberent eam vim quam nunc habent, satis ferme esse dictum puto. Maxima autem eorum utilitas donata humano generi, deorum munere, deinceps explicetur. Rerum enim optimarum cognitiones nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ est habita de universitate oratio a nobis, haud unquam esset inventa, si neque sidera, neque sol, neque cœlum sub oculorum aspectum cadere potuissent. Nunc vero dies noctesque oculis cognitæ, tum mensium annorumque conversiones et numerum machinatæ sunt, et spatium temporis dimensæ, et ad quæstionem totius naturæ

ram universæ rei quæri docuit : curamque investigationis injecit mentibus, quasi quoddam seminarium philosophiæ pangens. Quo bono nihil majus unquam ad hominum genus a divina munificentia commeavit. Hoc igitur maximum beneficium visus oculorumque esse dico. Minora alia præterea : quibus, qui a philosophia remoti sunt, carentes, debiles, cæcique, mœstam vitam, lugubremque, agunt. Nobis vero causa dicenda demonstrandaque videtur, divini muneris quod providentia commenta est salubriter hactenus. Dedisse Deum idcirco oculos hominibus; ut mentis providentiæque circuitus qui fiunt in cœlo, notantes, eorum similes, cognatosque, in usum suæ mentis redigerent, circuitusque animæ, qui animadversiones, seu deliberationes, vocantur, quam simillimos efficerent divinæ mentis providis motibus, placidis, tranquillisque, perturbatis licet : confirmatoque ingeneratæ rationis examine, dum imitantur aplanes mundi intelligibilis circumactionem, suæ mentis motus erraticos corrigant. Eadem vocis quoque, et auditus, ratio est, ad eosdem usus, atque ad plenam vitæ hominum instructionem, datorum. Siquidem propterea sermonis est ordinata communicatio, ut præsto forent mutuæ voluntatis indicia : quantumque per vocem utilitatis capitur ex musica, tantum totum hoc constat hominum generi propter harmoniam attributum. Harmonia vero, est modulatio : utpote intentio modificata, cognatas, et velut consanguineas, habens commotiones animæ nostræ, circuitionibus prudenter utentibus Musarum munere; temperantiæque causa, potius quam oblectationis, satis commoda, quippe quæ discrepantes, et inconsonantes animæ commotiones ad concentum exornationemque concordiæ, Musis auxiliantibus, revocet. Rhythmus autem est datus ut medela contra illepidam, numerorumque et modorum nesciam, gratiæque expertem in plerisque, naturam.

§ 21. Nunc quoniam cuncta exceptis admodum paucis, executi sumus, quæ providæ mentis intellectus instituit : oportet etiam de illis, quæ necessitas invehit, dicere. Mixta siquidem mundi sensilis ex necessitatis intelligentiæque cœtu consistit generatio : dominante intellectu, et salubri persuasione, rigorem necessitatis assiduæ trahente ad optimos actus. Itaque evicta, et parente providis auctoritatibus necessitate, prima rerum mundique exordia constiterunt. Si quis ergo vere, juxtaque meram fidem, mundi hujus institutionem insinuaturus erit : hunc oportet erraticæ quoque causæ speciem demonstrare. Quod ita demum commode fiet, si ad eorum, quæ erroribus implicantur, originem facto recursu, perinde ut in iis, quæ ex mente sunt, fecimus : genituram, substantiamque, eorum ab exordio retexamus : naturamque ignis, et terræ, cæterarum item materiarum, ex quibus mundi sensilis coagmentata molitio est, consideremus. Nec naturam modo veram illam veterem, quæ fuit ante concretionem, sed antiquas etiam ipsorum elementorum perpessiones. Nullus quippe ad hoc usque tempus genituram eorum indicavit : sed tanquam scientibus quid sit ignis, et cætera :

τοῦτο ὀμμάτων μέγιστον ἀγαθόν· τἆλλα δέ, ὅσα ἐλάττω, τί ἂν ὑμνοῖμεν; ὧν ὁ μὴ φιλόσοφος τυφλωθεὶς ὀδυρόμενος ἂν θρηνοῖ μάτην. Ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν, αὕτη ἐπὶ ταῦτα αἰτία, θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ κατιδόντες τοῦ νοῦ περιόδους χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, ξυγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δὲ καὶ λογισμῶν κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετασχόντες, μιμούμενοι τὰς τοῦ θεοῦ πάντως ἀπλανεῖς οὔσας, τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταστησαίμεθα. Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. Λόγος τε γὰρ ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τέτακται, μεγίστην ξυμβαλλόμενος εἰς αὐτὰ μοῖραν, ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον, πρὸς ἀκοὴν ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν· ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.

§ 21. Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων, πλὴν βραχέων, ἐπιδέδειχται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα· δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι. Μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη· νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν. Εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε, κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἶδος αἰτίας, ᾗ φέρειν πέφυκεν. Ὧδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβοῦσιν αὐτῶν τούτων προσήκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν αὖθις αὖ, καθάπερ περὶ τῶν τότε, νῦν οὕτω περὶ τούτων πάλιν ἀρκτέον ἀπ' ἀρχῆς. Τὴν δὴ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως πυρὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν θεατέον αὐτήν τε καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. Νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ, τί ποτέ ἐστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν λέγομεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι στοιχεῖα

---

impulerunt. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum præstantius neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.

sic loquimur, et dicimus initia universitatis, constituentes ea, quæ ne syllabarum quidem locum, vicemque, pro veri examinis ratione obtinent. Nostra igitur hæc est professio, nihil ad præsens de universitatis vel initio, vel initiis, ut quidam putant, esse dicendum. Non quod sit ullum impedimentum, præter inextricabilem difficultatem : sed quod, ita instituto sermone, sit impossibile admodum perveniri ad explanationem rei. Neque igitur vos id exspectetis, nec ego mihi persuadeam, posse me tantum, et tanti oneris, sustinere. Atque illud potius observabo, quod initio sermonis precario petivi, in rebus imaginariis, proclivibusque ad fallendum rationibus, rerum earundem verisimilibus assertionibus, imaginariisque, contentus sim, initia singulorum, et universorum originem pandens. Deum ergo etiam nunc auxiliatorem invocamus ante auspicium dictionis, liberatorem ex turbida procellosaque cœpti sermonis jactatione.

§ 22. Erit ergo initium tale demum universæ imaginariæ rei, eademque magnificentius dividetur. Etenim tunc duæ modo species veniebant in divisionem; at nunc tertium quoque aliud oborietur genus. Quippe in prioribus duo nobis satis abunde sufficere videbantur. Unum, perpetuum, carens generatione, exemplaris eminentiæ; alterum, simulacrum, et imago ejus, æternitati propagata secundæ generationis, idque visibile : at vero tertium, tunc quidem, minime divisimus. At nunc impositura nobis necessitatem ratio videtur ire obviam, manumque conserere adversum inexpugnabilem omni ratione, et omni eloquio, fraudem, crassis tenebris involutam. Quam igitur ejus vim, quamve naturam esse putandum est? Opinor omnium, quæ gignuntur, receptaculum est, et quasi quædam nutricula. Atque hoc quidem, quod de ea dicitur, verum est quidem : sed dicendum videtur paulo apertius. Est tamen arduum, eo magis, quod præconfundi mentis aciem necesse est, et æstuare, tam de igni, quam de cæteris materiis, qui magis aquam jure aquam dici putarique oporteat, quam terram : cum nulla sit certa, stabilisque, proprietas corporum, quæ cujusque indicet naturalem germanitatem. Principio, ut de aqua, cujus modo fecimus mentionem, ordiamur : cum astringitur in glaciem, certe saxum, terrenæque solidilatis corpus, et minime fusile, apparet. Eadem hæc ignita, et diffluens, discretaque varie, in humorem, spiritum, et aereas auras dissolvitur. Aer porro exustus ignem creat, rursumque exstinctus ignis aera, corpulentior factus, instituit; aer item crassior factus, in nubes, nebulasque, concrescit : quibus elisis, et expressis, pluviæ, stagnorumque et fontium largitas, demumque terrenæ moles, ex aqua aggerantur. Atque ita circuitu quodam vires fomentaque generationis corporibus invicem sibi mutuantibus, [§ 23.] nec in una eademque forma perseverantibus, quæ tandem erit certa eorum, et a cunctatione semota, comprehensio? Nulla certe. Quapropter de cunctis hujusmodi mutabilibus ita est habendum. Hoc, quod sæpe alias aliter formatum

---

τοῦ παντός, προσῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι. Νῦν δὲ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὧδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἁπάντων εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς εἴτε ὅπῃ δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. Μήτ' οὖν ὑμεῖς οἴεσθε δεῖν ἐμὲ λέγειν, οὔτ' αὐτὸς αὖ πείθειν ἐμαυτὸν εἰμὶ ἂν δυνατὸς ὡς ὀρθῶς ἐγχειροῦμ' ἂν τοσοῦτον ἐπιβαλλόμενος ἔργον. Τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ῥηθὲν διαφυλάττων, τὴν τῶν εἰκότων λόγων δύναμιν, πειράσομαι μηδενὸς ἧττον εἰκότα, μᾶλλον δὲ καὶ ἔμπροσθεν ἀπ' ἀρχῆς περὶ ἑκάστων καὶ ξυμπάντων λέγειν. Θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπικαλεσάμενοι πάλιν ἀρχώμεθα λέγειν.

§ 22. Ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. Τότε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. Τὰ μὲν γὰρ δύο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθέν, νοητὸν καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, μίμημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρατόν. Τρίτον δὲ τότε μὲν οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες τὰ δύο ἕξειν ἱκανῶς· νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. Τίνα οὖν ἔχον δύναμιν κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα, πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτό, οἷον τιθήνην. Εἴρηται μὲν οὖν τἀληθές, ὀτὲ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. Χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς ἀναγκαῖον τούτου χάριν· τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως ὥστε τινὶ πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρήσασθαι λόγῳ, χαλεπόν. Πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῇ καὶ τί περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπορηθέντες ἂν λέγοιμεν; πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον, ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον αὖ ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ πῦρ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπὸν αὖθις ἀέρος, καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον τε οὕτω διαδιόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν.

§ 23. Οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο παγίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί τις ἑαυτόν; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀσφαλέστατον μακρῷ περὶ

nobis videtur, et plerumque juxta ignis effigiem, non est, opinor, ignis, sed ignecum quiddam; nec aer, sed aereum: nec omnino quicquam velut habens ullam stabilitatem. Denique ne pronominibus quidem ullis dignanda sunt, quibus in demonstratione uti solemus: cum dicimus, hoc, vel illud. Fugiunt enim, nec exspectant eam appellationem, quæ de iis, tanquam de exsistentibus, habetur. Igitur ignem quoque eum vere esse putandum, qui semper idem est: et omne, cujus proprietas manet. At vero id, in quo fieri hæc singula videntur, et demum dissolvi, percuntiaque ad alias inde transire formas, solum illud appellandum puto certo pronomine. Recte quippe posse dici de eo, hoc, vel illud. Porro, quod recipit qualitatem, vel etiam verti potest in contrarias qualitates, calidum dici, vel candidum; proprioque, et certo, nomine appellari, quod sit incertum et mutabile minime convenire. Sed opinor, etiam nunc apertius de eodem erit dissertare conandum. Si quis enim cunctas formas, figurasque, ex una eademque auri materia fictas, jugiter, et sine intermissione, in alias, atque alias, reformet: tunc, si quis electa una qualibet figura, quærat quæ sit: opinor, posse firme, et diligenter, ac sine reprehensione, responderi, aurum illud esse: nec addere trianguli, cylindrive, cujusve alterius formæ videbitur. Eadem et consimilis ratio, difficultasque, in ea natura, quæ cuncta recipit corpora, reperitur, hæc quippe minime recedit ex conditione propria. Recipit enim cuncta, nec ullam ex iisdem formam trahit; et, cum velut intra gremium ejus formentur, quæ recipiuntur, ipsa informis manet: estque usus ejus similis molli cedentique materiæ, in quam imprimuntur varia signacula: moveturque, et conformatur, omnimode ab introeuntibus, ipsa nec formam, nec motum, habens ex natura sua. Quæ vero ingrediuntur, formas mutant; aliasque alia, et diversa, cernuntur: eademque, quæ introeunt, et egrediuntur, simulacra sunt vere exsistentium rerum, miro quodam, vixque explicabili, modo formata ab iisdem vere exsistentibus rebus, quemadmodum mox demonstrare enitemur pro viribus.

§ 24. At vero nunc trinum genus animo sumendum est, quod gignitur, item aliud, in quo gignitur; præterea tertium, ex quo similitudinem trahit, mutuaturque, quod gignitur. Decet ergo facere comparationem, similitudinemque impertiri, illi quidem, quod suscipit, matris; at vero unde obvenit, patris: illi autem naturæ, quæ inter hæc duo est, prolis. Simul ita intelligendum, fieri non posse, ut una exsistat facies, quæ omnes rerum omnium formas, vultu sque, contineat; variaque corporis undique ora demonstret, nisi subjecto informi prius aliquo corporum gremio: perinde, ut quæ in picturis substernitur infectio decolor ad colorum lumina subvehenda. Etenim si erit alicujus eorum, quæ in se recipit, simile receptaculum; cum quid obveniet dissimile iis, quibus simile est,

---

τούτων τιθεμένους ὧδε λέγειν· ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλη γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἀεί, μηδὲ ἄλλο ποτὲ μηδὲν ὡς τιν' ἔχον βεβαιότητα, ὅσα δεικνύντες τῷ ῥήματι τῷ τόδε καὶ τοῦτο προσχρώμενοι δηλοῦν ἡγούμεθά τι· φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τὴν τοῦ τόδε καὶ τὴν τούτου καὶ τὴν τῷδε καὶ πᾶσαν ὅση μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται φάσις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕκαστα μὴ λέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον ἀεὶ περιφερόμενον ὅμοιον ἑκάστου πέρι καὶ ξυμπάντων οὕτω καλεῖν· καὶ δὴ καὶ πῦρ τὸ διὰ παντὸς τοιοῦτον, καὶ ἅπαν ὅσον περ ἂν ἔχῃ γένεσιν. Ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἀεὶ ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο αὖ προσαγορεύειν τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι, τὸ δὲ ὁποιονοῦν τι, θερμὸν ἢ λευκὸν ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάνθ' ὅσα ἐκ τούτων, μηδὲν ἐκεῖνο αὖ τούτων καλεῖν. Ἔτι δὲ σαφέστερον αὐτοῦ πέρι προθυμητέον αὖθις εἰπεῖν. Εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύοιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα, δεικνύντος δή τινος αὐτῶν ἓν καὶ προσερομένου τί ποτ' ἐστί, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν ὅτι χρυσός, τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἅ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τὸ τοιοῦτον μετ' ἀσφαλείας ἐθέλῃ δέχεσθαί τινος, ἀγαπᾶν. Ὁ αὐτὸς δὴ λογος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. Ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον· ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. Δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. Φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. Τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα, τυπωθέντα ἀπ' αὐτῶν τρόπον τινὰ δύσφραστον καὶ θαυμαστόν, ὃν εἰσαῦθις μέτιμεν.

§ 24. Ἐν δ' οὖν τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. Καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρί, τὸ δ' ὅθεν πατρί, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ, νοῆσαί τε ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας τοῦτ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν ἰδεῶν ὅσας μέλλοι δέχεσθαί ποθεν. Ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπεισιόντων τινὶ τὰ τῆς ἐναντίας τά τε τῆς τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως, ὁπότ' ἔλθοι, δεχόμενον κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παρεμφαῖνον ὄψιν. Διὸ καὶ πάντων ἐκτὸς εἰδῶν εἶναι χρεὼν τὸ τὰ πάντα ἐκδεξόμενον ἐν αὐτῷ γένη, καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα, ὁπόσα εὐώδη, τέχνῃ μηχανῶνται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπάρχον, ποιοῦσιν ὅτι μάλιστα ἀνώδη τὰ δεξόμενα ὑγρὰ τὰς

discordabit, opinor, vultus ejus cum introgressi corporis vultu, nullamque exprimet similitudinem. Ex quo fit, ut receptaculi sinus, nullam propriam naturaliter expressam habeat figuram, propterea informis intelligatur, omni quippe forma carens. Ut qui odora pigmenta conficiunt, ante omnia curant, ut nullius sint odoris proprii, quæ condentur, susceptura videlicet humidos succos odoraminum. Et qui materiis mollibus, impressionique cedentibus, insignire formas aliquas volunt, pure lævigatas apparant, nec ullam omnino formam in apparata lævigatione apparere patiuntur : sic ei, quod omnibus rerum omnium formis, et figuris, æternæ vitæ, mansurisque per secula, recte insignietur, nulla omnino propria species falsa opinione tribuenda est. Ideoque facti, generati, visibilis, matrem animalis, corporeæque substantiæ receptaculum, neque terram, neque aquam, nec vero ignem, vel aera, nec quidquam aliud, quod ex iis creatum est, nec vero ex quibus hæc ipsa sunt, appellandum, sed invisibilem potius speciem quandam, et informem capacitatem, mira quadam, et incomprehensibili, ratione inter nullam et aliquam substantiam, nec plane intelligibilem, nec plane sensilem, positam : sed quæ ex iis, quæ in ea commutantur, intelligi tamen posse videatur. Ignis quidem pars ejus ignita, humecta vero pars ejusdem aqua : si modo expertis rei pars ulla dici potest. Terra quoque, et aer, ratione illa, si forte quasi qua simulacra eorum recipit in se, [§ 25.] de quibus singulis hujusmodi tractatus instituendus videtur. Estne aliquis ignis seorsum positus, et incommunicabilis : item cæteræ species, quas concipientes mente, dicimus separatas a cœtu corporearum specierum fore archetypa exemplaria rei sensilis, an hæc sola sunt, quæ videntur, quæque corporis intentione sentimus. Nec præter hæc ulla sunt uspiam, sed frustra præsumitur esse intelligibiles species, quarum sint imagines sensiles, easque nihil aliud esse quam verba? Quod quidem neque inexaminatum relinqui placet, nec ad prolixum natura sua tractatum, minime pertinens ad rem agmen verborum addendum. At vero, si quis amplæ rei finis disceptationem compendio dirimet, hunc certe asciscere operæ pretium facientis est. Ipse igitur quid de hac re sentiam, dicam. Si intellectus, itemque vera opinio, quæ res sunt : necesse est hæc ipsa per semet esse intellectu, potius quam sensibus assequenda. Sin vero, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihil differt, omnia, quæ corporea sentimus, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda : propterea quod utraque magna differentia distant. Quippe quorum alterum doctrina nobis insinuet, alterum persuasionis assumptio; et alterum quidem semper cum ratione vera, porro sine ulla ratione alterum. Item alterum eorum nulla persuasione traducibile, alterum nutans, incertumque semper, et deviabile. Quid, quod rectæ opinionis omnis homo particeps, intellectus vero Dei proprius, et paucorum admodum lectorum hominum?

§ 26. Quod cum ita sit, fatendum est, esse ejusmodi speciem semotam a sensibus, in semet locatam sine ortu, sine occasu : quæ neque in se recipit quidquam aliunde, neque ipsa procedit ad aliud quidquam, invisibilem, insen-

---

ὁσμάς· ὅσοι τε ἔν τισι τῶν μαλακῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ παράπαν σχῆμα οὐδὲν ἔνδηλον ὑπάρχειν ἐῶσι, προομαλύναντες δὲ ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. Ταὐτὸν οὖν καὶ τῷ τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει πεφυκέναι τῶν εἰδῶν. Διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν· ἀλλ' ἀνόρατον εἰδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα. Καθ' ὅσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇδ' ἄν τις ὀρθότατα λέγοι, πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθὲν ὕδωρ, γῆν δὲ καὶ ἀέρα, καθ' ὅσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται.

§ 25. Λόγῳ δὲ δὴ μᾶλλον τὸ τοιόνδε διοριζομένοις περὶ αὐτῶν διασκεπτέον· ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πάντα περὶ ὧν ἀεὶ λέγομεν οὕτως αὐτὰ καθ' αὑτὰ ὄντα ἕκαστα, ἢ ταῦτα ἅπερ καὶ βλέπομεν ὅσα τε ἄλλα διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, μόνα ἐστὶ τοιαύτην ἔχοντα ἀλήθειαν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτα οὐδαμῇ οὐδαμῶς, ἀλλὰ μάτην ἑκάστοτε εἶναί τί φαμεν εἶδος ἑκάστου νοητόν, τὸ δὲ οὐδὲν ἄρ' ἦν πλὴν λόγος. Οὔτε οὖν δὴ τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα ἄξιον φάναι διισχυριζόμενον ἔχειν οὕτως, οὔτ' ἐπὶ λόγου μήκει πάρεργον ἄλλο μῆκος ἐπεμβλητέον· εἰ δέ τις ὅρος ὁρισθεὶς μέγας διὰ βραχέων φανείη, τοῦτο μάλιστα καιριώτατον γένοιτ' ἄν. Ὧδε οὖν τήν γ' ἐμὴν αὐτὸς τίθεμαι ψῆφον· εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα ἀληθὴς ἑστον δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὑτὰ ταῦτα, ἀναίσθητα ὑφ' ἡμῶν εἴδη, νοούμενα μόνον· εἰ δ' ὥς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει τὸ μηδέν. πάνθ' ὁπόσα αὖ διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, θετέον βεβαιότατα. Δύο δὴ λεκτέον ἐκεῖνω, διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομοίως τε ἔχετον. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται· καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἄλογον· καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ μεταπειστόν· καὶ τοῦ μὲν πάντα ἄνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι.

§ 26. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ὁμολογητέον ἓν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταὐτὰ εἶδος ἔχον, ἀγέννητον, καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο δ δὴ νόησις εἰληχεν ἐπισκοπεῖν· τὸ

silem, soli mentis intentioni, animadversionique, perspicuam. Porro quod ab hoc secundum est, nativum, sensibile, sustentabile, consistens aliquo in loco, et rursum cum immutatione et interitu recedens : sensibus, et opinione, noscendum. Tertium genus est loci, quod ne ad interitum quidem pertinet; sedem porro præbet iis, quæ generantur : sed ipsum sine sensu tangentis tangitur, adulterina quadam ratione opinabile. Denique, cum idem animo intuemur, patimur quod somniantes. Putamus enim necesse esse, ut omne, quod est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat ullam. Porro, quod neque in terra, neque in cœlo sit, minime exsistere. Oh quam depravationem, itemque alias consanguineas, nec in reputatione quidem, et consideratione, vere exsistentis vereque pervigilis naturæ mente consistimus, propter hujusmodi somnia; cum ne imaginari quidem ullam hujus lubricæ speciem, formamque, valeamus. Propriam quippe nullam habet, et habere omnes videtur, cum intra gremium ejus conversione ad aliud ex alio formæ transfigurantur. Idemque hoc inter alteram aliquam, et nullam, substantiam positum invenitur; suam nullam habet, nec tamen nihil est. At enim vere exsistentium rerum assertio perspicua rationis luce firmatur, dicendum quidem hoc erit aliud, itemque illud aliud; neutrum in altero posse consistere : nec simul idem unum et duo fieri.

§ 27. Hæc est meæ quidem sententiæ mens : esse, et ante mundi quoque sensilis exornationem fuisse, tria hæc; exsistens, locum, generationem. Igitur generationis nutriculam humectatam modo, modo ignitam; terræque item, et aeris, formas suscipientem; cæterasque pedissequas passiones perpetientem, omniformi visu videri. Quod tamen privatim neque similibus viribus, neque exæquatis potentiis, instruatur, nihil esse ejus æquale, sed undique vergentem, et in pronum, vel absonum, præponderantem. Agitari quidem materiis agitantibus; invicemque reciproco impulsu pulsare, atque agitare, materias. Ex quo fluctu turbatas materias in diversa raptari, discernique a se : perinde, ut quæ in frumenti purgatione pistoriis instrumentis motu, et excussione, discerni videmus : gravia quidem, et solida, deorsum; tenuia vero, et levia, in aliam partem. Sic illa quatuor veluti in Euripo fluctuante jactari : vel machina quadam facta ad motus ciendos dissimillima quæque a dissimillimis plurimum, aliqua vero similitudine sociata nequaquam disparari : propterea que sedibus fuisse divisa, ante mundi scilicet exornationem. At tunc quidem erat hujusmodi rationis expers rerum inordinata confusio. Sed ubi cuncta redigi ad modum placuit; ignem primo, terram, et aera, atque aquam, concinnavit opifex Deus : non talia ut nunc sunt, sed quæ præferrent elementorum vestigia, in eo squalore, ac deformitate, quæ apparet in

---

ὁμώνυμον ὁμοιόν τε ἐκείνῳ δεύτερον, αἰσθητόν, γεννητόν, πεφορημένον ἀεί, γιγνόμενόν τε ἔν τινι τόπῳ καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν· τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ, βάσις πιστόν, πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καί φαμεν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά, τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ μήτε που κατ' οὐρανὸν οὐδὲν εἶναι. Ταῦτα δὴ πάντα καὶ τούτων ἄλλ' ἀδελφὰ καὶ περὶ τὴν ἄϋπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχουσαν ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως οὐ δυνατοὶ γιγνόμεθα ἐγερθέντες διοριζόμενοι τἀληθὲς λέγειν, ὡς εἰκόνι μέν, ἐπείπερ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐφ' ᾧ γέγονεν ἑαυτῆς ἐστιν, ἑτέρου δέ τινος ἀεὶ φέρεται φάντασμα, διὰ ταῦτα ἐν ἑτέρῳ προσήκει τινὶ γίγνεσθαι, οὐσίας ἁμῶς γέ πως ἀντεχομένην, ἢ μηδὲν τὸ παράπαν αὐτὴν εἶναι, τῷ δὲ ὄντως ὄντι βοηθὸς ὁ δι' ἀκριβείας ἀληθὴς λόγος, ὡς ἕως ἂν τι τὸ μὲν ἄλλο ᾖ, τὸ δὲ ἄλλο, οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ ποτὲ γεγενημένον ἓν ἅμα ταὐτὸν καὶ δύο γενήσεσθον.

§ 27. Οὗτος μὲν οὖν δὴ παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὄν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῇ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι· τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέπεται πάσχουσαν, παντοδαπὴν μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι, διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτ' ἰσορρόπων ἐμπίπλασθαι κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσορροπεῖν, ἀλλ' ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτήν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν· τὰ δὲ κινούμενα ἄλλα ἄλλοσε ἀεὶ φέρεσθαι διακρινόμενα, ὥς περ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικνώμενα τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα ἄλλῃ, τὰ δὲ μανὰ καὶ κοῦφα εἰς ἑτέραν ἴζει φερόμενα ἕδραν· τότε οὕτω τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινουμένης αὐτῆς οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ἀφ' αὑτῶν ὁρίζειν, τὰ δ' ὁμοιότατα μάλιστα εἰς ταὐτὸν ξυνωθεῖν, διὸ δὴ καὶ χώραν ταῦτα ἄλλα ἄλλην ἴσχειν, πρὶν καὶ τὸ πᾶν ἐξ αὐτῶν διακοσμηθὲν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν δὴ πρὸ τούτου πάντα ταῦτ' ἔχειν ἀλόγως καὶ ἀμέτρως· ὅτε δ' ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν, πῦρ πρῶτον καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὑτῶν ἄττα, παντάπασι μὴν διακείμενα ὥς περ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν ὅταν ἀπῇ τινος θεός, οὕτω δὴ τότε πεφυκότα ταῦτα πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσί τε καὶ ἀριθμοῖς. Τὸ δὲ ᾗ δυνατὸν ὡς κάλλιστα ἄριστά τε ἐξ οὐχ οὕτως ἐχόντων τὸν θεὸν αὐτὰ ξυνεστάναι, παρὰ πάντα ἡμῖν ὡς ἀεὶ τοῦτο λεγόμενον ὑπαρχέτω. Νῦν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν ἐπιχειρητέον ἑκάστων καὶ γίνεσιν ἀήθει λόγῳ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ μετέχετε τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, δι' ὧν ἐν δείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, ξυνέψεσθε.

iis, in quibus deest divina prospicientia. Nunc vero singulis luce ac specie tributa, numerus quoque illustratorum omnium genituram sequebatur, pulchris omnibus ex non talibus quondam institutis. Nunc jam ordinationem, genituramque, eorum singillatim demonstrari convenit; novo quidem, et inusitato, genere demonstrationis : verum vobis, qui omnes eruditionis ingenuæ vias peragraveritis, neque incognito et ex levi admonitione perspicuo.

CHALCIDII V. C.

IN PLATONIS TIMÆUM

COMMENTARIUS.

I. Timæus Platonis a veteribus difficilis habitus est atque existimatus ad intelligendum : non ex imbecillitate sermonis obscuritate nata, (quid enim illo viro promptius?) sed quia legentes artificiosæ rationis, quæ operatur in explicandis rerum quæstionibus, usum non habebant : stili genere sic instituto, ut non alienigenis, sed propriis quæstionum probationibus, id quod in tractatum venerat, ostenderetur. Illa enim demum certa est probatio, quæ congruis accommodatisque rationibus quæstiones revelat. Ut, si de motu stellarum aliqua oriatur cunctatio, ex ea disciplina, quæ astrologia dicitur, demanet assertio. Si de fidium varietate, et de eo, qui ex diversis vocibus sonisque nascitur, concentu, tractatus habeatur : musicæ remediis cunctatio sopiatur. Et prorsus teneatur id institutum, quod a peritissimis medicis usquequaque observari solet, cum pro natura vulnerum auxilia medicamentorum adhibent in medendo.

II. In hoc porro libro cum de statu agatur universæ rei, omniumque eorum, quæ mundus complectitur, causa et ratio præstetur : necesse fuit multas, et varias, exsistere quæstiones; de planis figuris, de solidis corporibus, de incorporatione animæ vivificantis sensilem mundum; de motu ejus, et agitatione perpetua; de stellarum discursibus, ratis et errantibus. Cunctis certarum disciplinarum artificialibus remediis occurrendum erat, arithmeticis, astronomicis, geometricis, musicis : quo singulæ res domesticis, et consanguineis rationibus explicarentur. Ideoque iis, qui in artificialium usu non fuerant, tanquam alienigenum sermonem ignorantibus minime probabantur. Porro aliis, qui unam aliquam ex disciplinis perceperant, id solum, quod sciebant, recognoscentibus probabatur; cætera ignorationis obscuro latebant.

III. Ex quo apparet, hoc opus illis propemodum solis elaboratum esse, ac videri, qui fuerint in omnium hujusmodi scientiarum usu, atque exercitatione, versati : quos cum oporteret tantam scientiæ claritudinem communicare cum cæteris, infelicis invidiæ detestabili restrictione, largæ beatitudinis fusionem incommunicabilem penes se retinuerunt.

IV. Itaque quia jubentibus vobis mos erat gerendus, licet ea, quæ jubebantur, potiora essent, quam sustinere mediocre ingenium valeret, sola translatione contentus non fui; ratus obscuri, minimeque illustris, exempli simulacrum sine interpretatione translatum, in ejusdem, aut etiam majoris, obscuritatis vitio futurum. Et ea, quæ mihi visa sunt in aliqua difficultate, sic interpretatus sum, ut ea sola explanarem, quæ incognitarum artium disciplinarumque ignoratione tegerentur. Erat enim arrogantis, et velut ingeniis legentium diffidentis, ea quæ communi omnium intelligentiæ paterent, superstitiosa interrogatione frustra retexere. Denique de principio libri, quo simplex narratio continebatur rerum ante gestarum, et historiæ veteris recensitio, nihil dixi. Rationem tamen totius operis, et scriptoris propositum, et ordinationem libri, declaranda esse duxi.

V. Nam cum pridie Socrates decem libris omnibus de Republica disputasset; ad quem tractatum non ex principali causa, sed ex consequenti, descenderat : (siquidem cum de justitia quæri cœptum fuisset, quam definierat Thrasymachus orator, eam esse, quæ huic prodesset, qui plurimum posset : Socrates contra docuisset, immo eam potius, quæ iis prodesset, qui minimum possent;) ut illustriore uteretur exemplo, si eam non in unius hominis ingenio, sed in urbis alicujus populosæ frequentia populari scrutaretur : imaginem quandam depinxit urbis, quæ justis moribus institutisque regeretur; et convenienti legibus felicitate frueretur : contra, quod si quando degenerasset ab institutis, quam improspera esset ei civitati, quamque exitiabilis, mutatio morum futura.

VI. Igitur cum in illis libris quæsita, atque inventa videretur esse justitia, quæ versaretur in rebus humanis; superesset autem, ut naturalis æquitatis fieret investigatio, hujus tanti operis effectum, quod ingenio suo diceret onerosum, Socrates Timæo, et Critiæ, et Hermocrati, delegandum putavit : atque illi munus injunctum receperunt. Ex quo apparet, in hoc libro principaliter illud agi, contemplationem considerationemque institui, non positivæ, sed naturalis illius justitiæ, atque æquitatis, quæ scriptam constituendis legibus, describendisque formulis, tribuit ex genuina moderatione substantiam. Perindeque ut Socrates, cum de justitia dissereret, qua homines utuntur, induxit effigiem civilis reipublicæ, ita Timæus Locrensis ex Pythagoræ magisterio astronomiæ quoque disciplinæ perfecte peritus, eam justitiam, qua divinum genus adversum se utitur in mundi hujus sensilis et veluti quadam communi urbe ac republica, voluit inquiri.

VII. Nunc ordinatio libri et species revelanda est.

I. Quæritur primo de genitura mundi.

II. Dehinc de ortu animæ.

III. Tum de modulatione, sive harmonia.

IV. De numeris.

V. De stellis ratis, et errantibus; in quarum numero sol etiam constituitur et luna.

VI. De cœlo.

VII. De quatuor generibus animalium, hoc est cælestium, præpetum, nantium, terrenorum.

VIII. De ortu generis humani.

IX. De causa, cur hominum plerique sint sapientes, alii insipientes.

X. De visu.

XI. De imaginibus.

XII. Laus videndi.

XIII. De silva.

XIV. De tempore.

XV. De primis materiis silvestribus, et proprietatibus earum.

XVI. De diversis humoribus corporum et phlegmate.

XVII. De sensibus odorationis et gustatus.

XVIII. De colorum varietate et conversione ex alio in alium; quæque coloribus similia sunt.

XIX. De principali vitalis substantiæ.

XX. De anima, et partibus ejus, et locis.

XXI. De corporis membris, et artubus.

XXII. De nationibus diversarum gentium.

XXIII. De ægritudine corporis.

XXIV. De ægritudine animæ.

XXV. De medela utriusque materiæ.

XXVI. De universo mundo, et omnibus quæ mundus complectitur.

XXVII. De intelligibili deo. Quorum omnium sigillatim, secundum ordinem libri, expositio fiet.

VIII. Jam ut doceat mundi corpus perfectum esse : (perfecta porro corpora sunt solida, quæ ex tribus constant, longitudine, latitudine, crassitudine,) prius epipedas, hoc est planas figuras; quæ longitudinem modo, et latitudinem, nullam vero profunditatem habent, exponit. Quibus ait unam sufficere posse medietatem : quippe duo distantia una media interjectione continuari, habente aliquam inter duo illa distantia cognationem. Sic dicens :

Ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν εἴτε ὄγκων εἴτε δυνάμεων ὦντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον, καὶ πάλιν αὖθις ὅ, τι τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ μέσον, τοῦτο τὸ μέσον πρὸς τὸ πρῶτον, τότε τὸ μέσον μὲν πρῶτον καὶ ἔσχατον γιγνόμενον, τὸ δ' ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον αὖ μέσα ἀμφότερα, πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης ταὐτὰ εἶναι ξυμβήσεται, ταὐτὰ δὲ γενόμενα ἀλλήλοις ἓν πάντα ἔσται.

Cum enim ex tribus, vel numeris, vel molibus, vel potentiis, medietas imo perinde quadrat ut summitas medio; rursumque ut imum medio, sic medietas summo : tunc certe medietas a summo, et item imo, nihil differt. Rursumque extimis illis ad medietatis conditionem, atque ad ejusdem paritilatem, redactis : cum medietas quoque extimorum vicem suscipit, fit, opinor, ut tota materia una et eadem ratione societur : eoque pacto eadem sibi erunt universa membra : quippe quorum sit una conditio. Unis porro effectis membris, unum erit atque idem totum.

IX. Utitur probatione arithmetica. Sit ergo descripta trigemina figura, quæ ostendat quatenus si duo distent a se, una media continuentur cognata interjectione. (Vid. figur. 1.) Quadrati, quod principe loco descriptum est, sit unum latus in momentis, verbi causa, duobus. Aliud latus in momentis tribus. Hoc supputatum facit aream totius perfecti quadrati momentorum sex, bis enim tria sex sunt. Ultimi vero quadrati, et distantis primo, sit demum latus unum momentorum quatuor; aliud latus, momentorum sex : hoc supputatum facit arcem integri quadrati momentorum viginti quatuor. Quater enim sex, viginti quatuor sunt. Hæc autem medietas, quæ est in duodecim, et ita adhæret, ut impulsa extima quadrata continuatura videatur; cognata est extimis. Siquidem quota parte minor est imo, id est dimidia, tota major est summo. Siquidem duodecim dimidia viginti quatuor pars sit; summa rursum quatuor et viginti posita in imo, sit duodecim, quæ est in medio, dupla. Summa item mediæ, summæ superioris dupla : bis sex enim, duodecim.

X. Ita dimidietatis et dupli ratione sociantur; et fit extimorum limitum, et medietatis, una eademque conditio. Quid? quod medietas de extimis nascitur? sive enim summi limitis minorem summam cum imi limitis majore summa multiplicavero, seu contra summi limitis majorem summam cum imi limitis minore contulero, multiplicans utraque, hac via nascitur duodecim numerus. Tam enim bis sex, quam ter quatuor, duodecim fient.

XI. Hæc eadem distantium a se duum continuatio unius interjectu medietatis geometricis etiam probationibus revelatur. Sint ergo etiam nunc descriptæ figuræ. Duas ex adverso positas lineas, parallelogrammas Geometrici appellant, consequenter etiam planas quadraturas parallelogramma. Propositum est probare, quemadmodum duum parallelogrammorum similium unum medium inveniatur, quod ratione non careat. (Vide figur. 2.) Sint igitur duo similia parallelogramma, quibus assistunt Græcæ literæ β δ et γ θ habentia æquales angulos : unum, qui est sub β γ δ et, qui est sub η γ ζ. Porro ubi æquales anguli, latera pro competenti erunt : ut enim est β γ latus juxta γ ζ : ita δ γ latus juxta γ η latus. Dico duum horum similium parallelogrammorum inveniri medium aliud rationabile. Sic quippe directum β γ latus γ ζ lateri. Erit igitur etiam δ γ latus γ η lateri directum, et directis lineis α δ et θ ζ, agantur extimæ lineæ δ ε et ζ ε : compleaturque hoc pacto omnis figura. Ut igitur β γ latus juxta γ ζ latus, ita β δ parallelogrammum juxta δ ζ parallelogrammum. Sunt enim in eadem quadratura α ε, β ζ. Rursumque ut γ δ latus juxta γ η latus : sic et parallelogrammum γ ε juxta ζ η parallelogrammum. Sunt enim hæc quoque in quadratura δ η ε θ. Ut ergo β δ parallelogrammum juxta δ ζ parallelogrammum, sic item δ ζ parallelogrammum juxta id quod subter est γ θ parallelo-

grammum. Inventum est ergo unum medium, id est δ ζ parallelogrammum inter duo similia parallelogramma, quod fieri debuit.

XII. Nihilominus etiam in triangularibus formis medietatis insertio consideratur in hujusmodi forma. Propositum est probare, quemadmodum triangulorum similium unum medium competens inveniatur. (Vide figur. 3.) Sint duo similia triangula limitata Græcis literis α β γ α, alterum δ β ε δ æquis angulis : uno qui est sub α β γ; altero qui est sub δ β ε. Ubi enim æquales anguli, etiam latera pro competenti erunt : ut enim α β latus, juxta β ε latus : sic γ B latus, juxta B δ latus. Dico horum duum similium triangulorum unum medium competens inveniri. Si enim concessum, directum esse α B latus, B ε lateri : erit etiam γ B latus, directum B δ lateri : et conjungat ducta linea indirectum latus, quod est α δ. Ergo ut est α B latus, juxta B ε latus : sic B δ ε B triangulorum juxta δ B α δ triangulum. Sub eadem quippe altitudine sunt α δ literæ. Ut autem γ B latus juxta B δ latus, sic δ α B δ triangulus juxta α γ triangulum. Sunt enim sub eadem hæc quoque altitudine α literæ. Erit ergo ut δ β ε δ triangulus, juxta δ β α δ triangulum : sic idem δ β α δ triangulus, juxta α β γ α triangulum. Duum ergo similium triangulorum, id est α β γ α, et δ β ε δ, factum est tertium, id est δ β α δ triangulum, quod faciendum erat.

XIII. Εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μέν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, μία μεσότης ἂν ἐξήρκει τά τε μεθ' αὑτῆς ξυνδεῖν καὶ ἑαυτήν. Νῦν δέ, στερεὸν γὰρ αὐτὸ προσῆκεν εἶναι, (τὰ δὲ στερεὰ μία μὲν οὐδέποτε, δύο δὲ μεσότητες ἀεὶ συναρμόττουσιν,) οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι περ πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο ὕδωρ πρὸς γῆν.

XIII. *Igitur*, inquit, *si mundi corpus longitudinem et latitudinem solam, soliditatem vero nullam habere deberet, esseique hujusmodi, qualis est perfectorum corporum, superficies; una medietas sufficeret ad semet ipsam vinciendam, et extimas partes. Nunc quoniam soliditate opus erat mundano corpori, solida porro nunquam una, sed duabus medietatibus vinciuntur, idcirco mundi opifex inter ignem, terramque, aera et aquam inseruit, libratis iisdem elementis salubri modo, ut quæ cognatio est inter ignem et aera, eadem foret inter aera et aquam : rursum quæ inter aera et aquam, hæc eadem in aquæ terræque societate consisteret.*

Mundi corpus solidum esse dicit, et globosum. Hujusmodi autem corpora duabus medietatibus vinciuntur, quatenus ut in effigie pilæ et in illo ambitu : est quippe aliqua longitudo, est etiam latitudo, quas dimetimur impresso puncto in medietate summitatis, ad quam medietatem undique ab ambitu æquales lineæ porriguntur. Una igitur hæc medietas in superficie sita est, altera in profundo, ad quam punctum illud pervenit, si deprimatur usque ad altitudinem mediam.

XIV. Qua de causa geminis exsistentibus medietatibus, non, ut in planis figuris, semel est facienda multiplicatio, sed bis. Quippe illic duo latera describebamus, quorum alterum in duobus momentis, alterum in tribus constituebamus; duoque ad tria multiplicantes, inveniebamus nasci senarium numerum. At in his solidis formis, propter geminam medietatem, geminabitur multiplicatio : ut cum ex duobus et tribus multiplicatis, natus erit idem senarius juxta unius interim medietatis rationem : juxta alterius quoque medietatis, quæ forte erit in numero quaternario, quater sex supputemus : atque ita summa omnis, sive numeri, sive molis, seu qualitatis, in viginti quatuor partibus inveniatur. Et quoniam mundi summitas, id est ignis, solidum corpus exsistens habet illa tria, longitudinem, latitudinem, soliditatem : sed non peræque, siquidem in illo ignis plus est claritudinis, aliquanto minus moderati caloris, exiguum vero soliditatis : in terræ autem globo plus sit soliditatis, aliquantum vero humoris, perexiguum lucis : aeris et aquæ duæ medietates quam habent cognationem cum supra memoratis elementis, intelligamus.

XV. Sequitur descriptio solidarum figurarum cum numeris suis juxta arithmeticam disciplinam.

Harum solidarum formarum cognatio, numerorum indicatur consortio. Siquidem primi limitis summa, dimidia pars fit secundi limitis summæ. Nam viginti quatuor numerus, quadraginta octo numeri dimidia pars est. Secunda item tertiæ, et hæc quarti limitis summæ dimidietas. Æque retrorsum quoque postrema tertiæ dupla : tertia item secundæ dupla, et primæ secunda. Atque his mediis duabus, quæ inter duas formas extimas inseruntur, genitura est de hisdem extimis. Est enim primi limitis medietas in potiore numero, id est senario, qui nascitur ex multiplicatis summis minoribus, bis tribus. Est item novissimi limitis in minore numero medietas, id est octo. Igitur primi limitis majorem medietatem cum postremi limitis minore medietate multiplicans, creo secundi limitis totam in quadraginta octo numero positam substantiam. At vero si primi limitis minorem, quæ est quatuor, cum postremi limitis majore medietate, quæ est in quatuor et viginti, summa nata ex quater senis, comparavero, creabitur omnis substantia tertii limitis, quæ est posita in nonaginta sex. Sic duo extimi solidorum corporum duabus medietatibus vinciuntur, ut certa minimeque inficiabilis arithmeticæ disciplinæ confirmat auctoritas, testimonium præbens Platoni.

XVI. Hæc eadem solidorum duum corporum distantia, seu duplex medietas, conjungere distantia corpora geometricis etiam rationibus pro competenti modo sic ostenditur. Sed prius, quia est e re accommodatumque tractatui, quid sit hoc quod competens appellatur, ἀναλογίαν vero a Græcis, explicabo. Geminum est competens, unum continuum, alterum distans. Continuum competens est,

quod communi medio fine conjungit extima : distans, quod duobus mediis finibus separat extima. Ratio vero est duum finium juxta semetipsos habitus, et quasi quædam conventio. Itaque competens ex complurium rationum comparatione subsistit : et continuum quidem competens in tribus, ut parum, finibus invenitur : sicut primus juxta secundum, sic secundus juxta tertium; hoc est, ut octo juxta quatuor, sic quatuor juxta duo. Quorum quidem finium is, qui est medius, in se replicatus, æqualis est ei qui de multiplicatione nascitur extimorum, quadrato. Bis octoni siquidem sedecim et quaterni quater totidem. Distans autem competens in quatuor minimum limitibus reperitur; sicut primus juxta secundum, sic tertius juxta quartum : id est, ut octo juxta quatuor, ita sex juxta tria. Non enim possumus repetentes dicere, sic quatuor juxta sex. In quibus æque, ut in continui competentis finibus, is qui consit ab extimis, æqualis ei, qui nascitur ex supputatione mediorum. Ter enim octo viginti quatuor summam faciunt : æque sexies quatuor eandem summam creant.

XVII. Utitur ergo nunc ratione, ac remedio continui competentis, propterea quod natura ejus conjugabilis est et adunatrix distantium limitum, similis ejus rationis qua Deus mundi sensilis fabricator usus est, cum extimis mundi limitibus, igni atque terræ, aeris et aquæ insereret medietatem.

XVIII. Descriptio parallelepipedorum duum distantium, quæ parallelepipeda continuantur ad unam soliditatem insertis duobus juxta rationem continui competentis, quod a Græcis appellatur ἀναλογία συνεχής (vide figur. 6).

Quatenus ergo hæc descriptio demonstrat solida duo corpora quæ παραλληλεπίπεδα geometrici vocant, insertis aliis similibus solidis duobus continuari juxta rationem continui competentis, tam ex coagmentatione quam ex dissolutione, fiet palam. Describitur parallelogrammum, id est quadratura, quam limitant græcæ literæ quatuor hæ α β γ δ, et huic quadraturæ superimponitur aliud quadratum, quod continetur literis ε ζ η θ. Et connectuntur ε α literæ. Item ζ β. Item θ δ. Item η γ, et hoc facto completur unum solidum sive παραλληλεπίπεδον. Huic aliud simile describitur hoc modo per ε θ lineam, ejicitur θ λ, et item per δ θ ejicitur linea θ ξ, et per η θ ejicitur linea θ ×, et ex nota × extenditur linea × μ. Item ex nota μ deducitur linea μ λ : ex nota item ξ ejicitur linea ξ ο, et ex hisdem ξ item ο notis aguntur in directum duæ lineæ, una ξ ν, altera ο π, et sunt æquales, ε θ quidem lineæ θ λ linea, δ θ vero lineæ θ ξ linea, η θ lineæ θ × linea. Item æqualia parallelogramma × θ λ μ, ν ξ ο π : et connectuntur ν × π μ, ο λ ξ θ. Eritque hoc pacto solidum natum aliud ex hac descriptione. Dico igitur inter hæc duo similia solida duo alia similia solida juxta rationem continui competentis inveniri, deduco enim per ν ξ lineam, ξ υ lineam : per lineam π ο, ο φ lineam : per μ λ vero lineam, τ λ lineam : per α δ, item, δ ς lineam : per β γ lineam, γ ρ lineam, et sint æquales ν ξ linea, ξ υ lineæ : π ο linea, ο φ lineæ : μ λ linea, λ τ lineæ : α δ linea, δ ς lineæ : β γ linea, γ ρ lineæ. Parallelogramma item sunt æqualia, quæ in iisdem sunt quadraturis, et connectuntur υ η, ς λ, ρ τ, τ ρ, et si qua alia latera, eruntque expresse connexa quatuor solida.

XIX. Quatenus hoc probatur? Ut enim est ε θ latus, juxta θ λ latus, ita in longum erit ε ζ θ η parallelogrammum juxta θ η τ λ parallelogrammum. Erit ergo etiam δ γ ε ζ θ η β α solidum juxta θ η τ λ ξ υ φ ο solidum. At enim latera supra comprehensa habent adversum se competentem modum, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ item sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine et solida : ergo supradicta habebunt adversum se competentem parilitatem. Rursum ut est δ θ latus juxta θ ξ latus in altitudine, ita erit θ δ γ η parallelogrammum juxta θ ξ υ η parallelogrammum. Erit ergo etiam δ γ ε ζ θ η β α solidum juxta θ η τ λ ξ υ φ ο solidum. At enim latera supra comprehensa habent adversum se competentem modum, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ quoque sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine : et solida ergo supradicta habebunt adversum se competentem parilitatem. Rursum ut est η θ latus juxta θ × latus in altitudine, ita erit θ η γ δ parallelogrammum juxta × θ λ μ parallelogrammum. Erit ergo etiam θ η τ λ ξ υ φ ο solidum juxta × θ λ μ ν ξ ο π solidum. At enim latera supra comprehensa habent inter se analogiam, utpote quæ sub iisdem quadraturis sunt. Quadraturæ quoque sibi competunt, quia sunt sub eadem altitudine : et solida ergo supradicta habebunt adversum se competentem parilitatem. Ut ergo α β γ δ ε ζ η θ solidum, juxta δ γ ρ ς θ η τ λ, sic hoc ipsum solidum juxta θ η τ λ ξ ν φ ο solidum : et item hoc ipsum juxta × θ λ μ υ ξ ο π solidum. Quo pacto ostensum est duum solidorum parallelepipedorum similium duo media solida parallelepipeda juxta rationem continui competentis inveniri : quod oportebat ostendi.

XX. Dicet aliquis, duo quidem solida corpora intervallo longiore distantia conjungi duabus interjectis medietatibus juxta rationem continui competentis sufficienter probari sibi : sed inter ignem terramque, quæ sunt solida corpora, nullam apparere similitudinem, quando juxta ipsum Platonem ignis quidem forma et figura πυραμοειδὴς esse dicatur, id est, in modum pyramidis excrescat : terra vero cubus sit; hæ porro formæ nullam ex se similitudinem mutuentur, quia non sint æqualibus angulis, quippe cubus omnis rectis est angulis. Ergo quia terra in cubica est figura, rectos angulos habeat necesse est. At vero pyramidis anguli productiores sunt in cacumine. Ubi autem non sunt æquales anguli, nec latera quidem erunt pro competenti, propterea que similia sui non erunt. Quæ distantia corpora si alia duo solida interjecta continuabunt, impedietur hoc pacto continuatio. Siquidem inter duo non quælibet,

sed quæ similia sunt, invicem sibi solida corpora inseri debent.

XXI. Cui respondebitur, hactenus memores nos esse debere eorum quibus Plato hanc ipsam difficultatem multo ante prævidens, eos qui ita sensuri sunt, ab errore revocaverit. Dixit enim, si meminimus, similitudinem non solum in formis et figuris, sed etiam in potentiis et qualitatibus quæri oportere, cum ita dixit :

Ὁπόταν γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴτε ὄγκων, εἴτε δυνάμεων ὠντινωνοῦν ᾖ τὸ μέσον, ὅ, τι περ τὸ πρῶτον πρὸς αὐτό, τοῦτο αὐτὸ πρὸς τὸ ἔσχατον.

Cum in tribus sive numeris, seu molibus, seu potentiis, perinde erit medietas imo, quemadmodum summitas medio.

Quare si inter ignem et terram nulla est in specie et velut in vultu similitudo, quærenda erit in naturis ac qualitatibus ipsorum elementorum, juxta quas faciunt aliquid ac patiuntur, et in his proprietatibus ex quibus utriusque elementi vis et germanitas apprime designatur. Sunt igitur tam ignis quam terræ nullæ quidem et aliæ proprietates, sed quæ vel maxime vim earum proprietatum declarant, nimirum hæ. Ignis quidem acumen, quod est acutus et penetrans, deinde quod est tener et delicata quadam subtilitate, tum quod est mobilis et semper in motu. Terræ vero, quod est retusa, quod corpulenta, quod semper immobilis. Hæ vero naturæ licet sint contrariæ, habent tamen aliquam ex ipsa contrarietate parilitatem. Tam enim similia similibus, quam dissimilia dissimilibus comparantur: et hæc est analogia, id est ratio continui competentis. Quod enim est acumen adversum obtusitatem, hoc subtilitas juxta corpulentiam : et quod subtilitas juxta corpulentiam, hoc mobilitas adversus immobilitatem. Et, si verteris ut id quod medium est, extimum fiat, quæ vero sunt extima, singulatim in medio locentur, servabitur analogiæ norma.

XXII. Quatenus igitur inter hæc duo solida corpora, quorum est talis similitudo, qualem demonstravimus, alia duo solida interjecta facient continuationem juxta rationem continui competentis, docet arithmetica disciplina. Si enim vicinum igni elementum quod sit, et ex quibus conflatum voluerimus inquirere, sumemus ignis quidem de proximo duas virtutes, subtilitatem et mobilitatem : unam vero terræ, id est obtusitatem : et invenietur genitura secundi elementi, quod est subter ignem, id est aeris. Et enim aer obtusus, subtilis, mobilis. Rursumque si ejus elementi quod est vicinum terræ, id est aquæ genituram consideremus, sumemus duas quidem terræ virtutes, id est obtusitatem, et corpulentiam : unam vero ignis, id est motum, et exorietur aquæ substantia, quæ est corpus obtusum, corpulentum, mobile. Atque ita inter ignem et terram, aer et aqua de extimorum concretione nascentur, ex quibus constat mundi continuatio. Conservatur autem hoc pacto analogia quoque geometrica juxta rationem continui competentis. Ut enim ignis adversus aera, sic aer adversum aquam, et demum aqua juxta terram : retrorsumque, ut terra adversum aquam, sic aqua adversus aera : et aer adversum ignem.

XXIII. Hactenus de constitutione mundani corporis, et de materiarum ex quibus constat germanitate disseritur. Quem cum factum esse quia sit corporeus, affirmet, et eundem indissolubilem, cum quæque fiunt quæque nascuntur, facta dissolvantur, nata occidant : ut huic quod est præter opinionem hominum medeatur, dicit a quo factus sit, ex quibus constet, ad quod exemplum constitutus, qua de causa, quatenus æternitati propagatus. Omnia enim quæ sunt, vel Dei opera sunt, vel naturæ, vel naturam imitantis hominis artificis. Operum naturalium origo et initium semina sunt, quæ facta comprehenduntur vel terræ visceribus ad frugis arboreæ cerealisve proventum : vel genitalium membrorum fœcunditate conceptum animalium germen adolentium : quorum omnium ortus in tempore ; par enim et æquævum natale naturæ ac temporis. Ita naturæ opera, quia ortum habent ex eo quo esse cœperunt tempore, finem quoque et occasum intra seriem continuationemque ejus sortita sunt. At vero Dei operum origo et initium incomprehensibile. Nulla enim certa nota, nullum indicium temporis ex quo esse cœperunt. Sola si forte causa, et hæc ipsa vix intelligitur, cur eorum quid, quamve ob causam exsistat. Certum est siquidem nihil a Deo factum esse sine causa. Ut igitur illis quæ lege naturæ procreantur, fundamenta sunt semina, ita eorum quæ Deus instituit, fundamenta sunt causæ, quæ sunt perspicuæ divinæ providentiæ. Deus autem ante institutionem temporis, et per ævum ; simulacrum est enim tempus ævi. Causæ igitur operum omnium Dei, tempore antiquiores : et sicut Deus per ævum, sic etiam causæ per ævum. Quod sequitur, ut quidquid a Deo fit, temporarium non sit : quod temporarium non sit, nulla temporis lege teneatur. Et tempus immutationem ætatis, morbos, senectutem, occasum invehit. His ergo omnibus quod a Deo instituitur immune est, origoque ejus causativa est, non temporaria. Et mundus sensilis est opus Dei : origo igitur ejus causativa, non temporaria. Sic mundus, sensilis licet et corporeus, a Deo tamen factus atque institutus, æternus est.

XXIV. Constat porro ex materiis illibatis atque integris :

Ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἐξωθεν ὑπολείπων.

Ex omni, inquit, *igni et ex universo spiritu, et ex ceteris, sine ullius partis imminutione. Ita fit ut nulla ne minima quidem pars cujuslibet corporis extra ambitum mundi relicta sit.*

Quæ quia omnia corpora, partim frigida partim calida sunt, nulla importuna frigoris calorisve extrinsecus ac-

cessione moveant ægritudinem mundo. Igitur extra necessitudinem incommodi positus, æternus est. Sed natura corporis fluida est, et mundus constat ex corpore : sed et detrimentum et interitus partium non in fluxu est, sed in effluendo, id est extra fluendo. Amittitur quippe id quod ex universitate defecerit. Intra mundum vero regestis omnibus, nihil certe extra mundi ambitum est. Ita quod secundum naturam corporis fluit, quo effluat non habet. Influit ergo, non effluit : et ad summam universitatis jactura demum recurrens fatigatarum diuturnitate partium recreatio est.

XXV. Quid, quod institutus est ad exemplum alterius intelligibilis et immutabilis perennitatis? Jam illud nemo dubitat, quæ ad similitudinem instituuntur exempli sempiterni, habere similitudinem perpetuitatis, et perpetuitas in ævo est. Quare exemplum est intelligibilis mundus per ævum : id vero quod ad exemplum institutum est, sensilis scilicet mundus per tempora. Et temporis quidem proprium, progredi : ævi propria mansio, semperque in idem perseveratio. Temporis item partes, dies, menses, noctes, et anni : ævi partes nullæ. Temporis item species, præteritum, præsens, futurum. Ævi substantia uniformis in solo perpetuoque præsenti. Mundus igitur intelligibilis semper est. Hic simulacrum ejus, semper fuit, est et erit.

XXVI. Hinc ad animæ mundi tractatum pergens Plato, prius illud curat quod præpostere de corporis ejus constitutione, antequam de inspiratione animæ disputatum sit : cum animam corpore omni constet antiquiorem. Nec recedit ab instituto, ut quia mundum a Deo factum asseruit, animam quoque ejus factam esse a Deo dicat. Quod in hoc solo libro facere animadvertitur, æternarum rerum genituras comminisci : credo propterea, ne si audiant homines esse quædam quæ fuerint ex origine nata nunquam, principatui summi Dei derogari putent, si pari atque eadem sint qua Deus, antiquitatis præstantia, nescientes longe aliter dici originem rerum æternarum, et item caducarum. Siquidem mortalium auctoritas et origo illa est quæ præcedit ortum ceterorum, ut origo est pater filii, et populorum atque urbium, conditores earum. At vero divinorum generum æternarumque gentium origo et arx non in anticipatione temporis, sed dignitatis eminentia consideratur. Vel quod effecti operis pontificium et auctoritatem manibus magis quam dispositioni mentis soleamus ascribere : vel quod plerique ex mortali natura sua divinam naturam æstimantes, nasci omnia, neque esse quidquam, quod non natum sit, existiment. Quorum animis sic institutis difficile persuadeatur mundi esse auctorem Deum, nisi eum tanquam opifex aliquis manibus ceterarumque artium molitione construxerit. Certe propositum scriptoris considerandum puto. Nam si id ageret in hoc libro principaliter, ut immortalem esse animam probaret, non conveniret animæ genituram comminisci, propterea quod cuncta quæ gignuntur, intereunt. At vero cum de mundi, hoc est universæ rei, constitutione tractetur, ad præsens e re fuit, nascentem, et velut in lucem proditam, inducere animam ejus, quo audientes imaginarentur animæ formam aliquam, perinde ut eorum omnium, quæ nascuntur, vident.

Τοιῷδε τρόπῳ· τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θατέρου.

XXVII. *Itaque deus*, inquit, *tertium genus animæ excogitavit, hoc pacto. Ex individua semperque in suo statu perseverante substantia, itemque alia, quæ, inseparabilis corporum comes, per eadem corpora scindere se putatur, tertium genus substantiæ mixtum locavit, medium inter utramque substantiam* et cætera.

Quid est quod ait? docet nos substantiam, sive, ut Cicero dicit, essentiam duplicem esse : unam individuam, alteram per corpora dividuam. Et individuam quidem esse eam, cujus generis sunt omnia æterna, et sine corpore, quæ intelligibilia dicuntur : dividuam vero, quæ corporibus exsistendi causa est, unumquodque enim corpus est certe : quod vero est, habet essentiam. Et corpora multa sunt, una vero dividua essentia, quæ in cunctis corporibus invenitur. Quæ igitur una in multis invenitur, recte scindere se putatur, recteque dividua. Igitur ex his duabus ait opificem Deum tertium essentiæ genus miscuisse, idque medium locasse inter utramque essentiam. Similiter docet naturam quoque non esse simplicem, sed bimembrem : et his duobus facit opificis jussu tertium naturæ genus exstitisse, quod æque medium positum esset inter utramque essentiam, individuam videlicet atque dividuam.

XXVIII. Quatenus ergo bimembris est natura? Omnia inquit, naturalia, vel eadem sibi, vel diversa sunt : eadem genere, diversa specie, ut puta homo et item equus idem sunt. Nam et hoc et illud animal est. At vero specie diversa sunt. Alterum enim eorum rationabile animal est, alterum irrationabile et mutum : et alterum bipes, alterum quadrupes.

Καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν· τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ, μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἓν πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας εἰς ἃς προσῆκε διένειμεν· ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην.

Hæc igitur omnia exsistentia, ideŭ et essentiam et diversum, *in unam*, inquit, *Deus speciem commiscuit, et effecit ex tribus unum*, idem, diversum, dividuum, *diversa illa natura difficile se commodante concretioni atque adunationi generum. Rursumque unum illud ex tribus concretum divisit in partes, ita ut singulæ partes tres illas potentias obtinerent.*

Hoc est, ut idem non solum idem esset, sed etiam substantia, et haberet aliquid ex diversitate : essentia quoque et essentia esset, et idem, et diversum : diversum quoque, et diversum esset, et essentia, et haberet aliquid ex eo quod idem vocatur.

XXIX. Disceptatum est tamen a veteribus, quæ sit quæ a Platone dicitur individua, quæ item dividua substantia, ex quibus mundi sensilis fabricator Deus tertium substantiæ genus, quamve ob causam conflaverit. Num speciem intelligibilis mundi, ad cujus similitudinem formas mente conceptas ad corpora transferebat, individuam substantiam nuncupaverit? Dividuam vero, silvam quæ velut exordium et fons est corporum, ita ut tertium illud mixtum substantiæ genus, formam esse intelligendum sit qua informata sint tam mundi quam cetera quæ mundus complectitur, corpora? an potius individuam Plato substantiam censeat, eminentiorem animam, quæ nulli sit corporationi obnoxia, cujusque veneranda puritas nulla corporis contagione violetur? Dividuam vero substantiam, illam animam dicat, quæ non solum cunctis animalibus sed etiam stirpibus et arboribus dat vigorem vitalem? Ut sit ex duabus conflatum tertium animæ genus rationabile, idcirco, ne omnia muta essent, et ratione carerent, quæ vitam sortirentur corpora, videlicet animalia, sed esset præterea genus animantium hujusmodi, quod rationis disciplinæque et intellectus capax, divini operis admirandam rationem dispositionemque intelligens, veneraretur mundani operis auctorem.

XXX. Quod itaque ii qui speciem intelligibilis mundi, quod semper eadem sit, nec immutetur unquam, putabant a Platone individuam substantiam dici; dividuam porro silvam, negabant habere rationem, cum mundi esset instituta generatio, animantique quasi mox futuro quæreretur competens anima, illam animam, quæ tam mutis animalibus, quam stirpibus, et arboribus, vitam daret, esse uspiam dici a Platone, nondum natis animalibus, nec vero arboribus, et ceteris quibus datura vitas foret. Proptereaque individuam quidem substantiam, mundi intelligibilis speciem, ad cujus similitudinem formatus sit sensilis mundus, Platonem cognominasse dicebant : dividuam porro, silvam.

XXXI. At vero ii, qui individua substantia, id est immuni ab incorporatione anima, item alia inseparabili corporum comite, id est stirpea conflatum tertiæ animæ genus, id est rationabile asserebant, sic assistebant sententiæ propriæ. Primo omnium præposterum esse, cum de constitutione mundani corporis in superioribus tractatum esset, finitoque eo tractatu perventum foret ad animæ genituram, quæ vivificaret sensilem mundum : rursum ad priorem tractatum retrorsum iri, ut de silva, et corporibus mundi, formaque eorum, tractatus de integro fieret, et a genitura animæ recederet : deinde frustra dici animam stirpeam mundi esse posse, nondum esse posse propterea, quia quæ vivificatura erat animalia, nondum essent. Fuisse enim semper tam animæ, quam corporis vim; nec Deum ex his, quæ non erant, fecisse mundum, sed ea quæ erant sine ordine ac modo, ordinasse. Itaque potius ea, quæ exsistebant, exornasse, quam generasse ea quæ non erant. Inordinatos quippe animi errores, et agitationem fluctibus similem, intellectu assignato ex inordinata jactatione ad ordinem redegisse. Corporis etiam motum instabilem salubri moderataque agitatione frænasse, et eidem formam et figuram congruam et convenientem ornatum dedisse, ut ipse in superioribus dixit, *meliorem ordinatorum formam inordinatis* ratus. Quare cum sensili mundo conveniens anima instituatur, ortum ejus ex individua una, quæ mens intellectusque est, et alia quæ per universa corpora dividitur et scinditur, provenire : eamque inter individuam et dividuam, mediam animam locatam, scilicet ut immunis quidem ab incorporatione in mundo esset intelligibili semper, stirpea mutis et item nihil sentientibus opitularetur. Hæc vero media, quia necesse erat in mundo fore genus animalium quod ratione uteretur : huic eidem generi vitam et spiritum ministraret, interque duas posita naturas eandem diversamque modo ejusdem naturæ contemplaretur divinitatem, attollens aciem ad sublimia, modo ad ima, sedemque diversæ naturæ vergens : hæc etiam juxta opificis scita dispensaret, terrenisque impertiret providentiam.

XXXII. Deinde progrediens ultra Plato demonstrat ipsam partitionem.

Μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν· μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης· τὴν δ' αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης.

Unam, inquit, *sumpsit ex universo primitus portionem : post quam duplicem ejus quam sumpserat : tertiam vero sescuplam quidem secundæ, triplam vero primitus sumptæ : at vero quartam sumpsit duplicem secundæ : quintam, triplam tertiæ : sexta fuit assumptio partibus octo quam prima propensior : septima septem et viginti partibus quam prima major.*

In hac forma virium animæ tanquam e speculo simulacrum resultat. Partitio quippe consideratio est virium ordinatioque veluti membrorum, actuum ejus officiorumque, et omnium munerum designat congruentiam, tribus hoc asserentibus præcipuis disciplinis, geometria, arithmetica, harmonica : ex quibus geometria vicem obtinet fundamentorum, ceteræ vero substructionis. Etenim quod nullas partes habet, proptereaque sub nullos sensus venit, est tamen, et animo cernitur, geometræ notam appellant : lineam vero, sine latitudine prolixitatem, quæ in notas suas desinit : porro eam, in qua est latitudo aliqua, superficiem vocant; ut sit superficies, nacta latitudinem longitudo. Quod vero ex tribus constat, id est

longitudine, latitudine, profunditate, solidum corpus cognominant.

XXXIII. Ista ergo descriptio, quæ partium, ex quibus anima dicitur constare, genituram seu coagmentationem delineat, ostendit rationem animæ corporisque conjungi. Quippe corpus animalium, quod inspiratur animæ vigore, habet certe superficiem, habet etiam soliditatem. Quæ igitur cum vitali vigore penetratura erat tam superficiem quam soliditatem, similes soliditatis, similes etiam superficiei vires habere debuit. Siquidem paria paribus congregantur. *Unam igitur primitus sumpsit*, inquit, *ex universo portionem*. Quo universo? Quod ex tribus in unam speciem redactum, sicut supra demonstravit, *essentia*, videlicet et *eodem* et *diverso* dividebat. *Portionis* quoque elocutio notanda est. Non enim *partem*, quippe simplicis et incorporeæ rei, sed *portionem*, id est partis instar, dixit esse sublatam, quod est geometricæ illius notæ simile. Postea *duplicem ejus sumpsit quam sumpserat*, hoc est duo, quæ subter unum posita sunt in læva parte formulæ. *Tertio sescuplam quidem secunde, triplam vero primitus sumptæ*. Merito. Tria enim adversum duo, sescupli ratione præcellunt. Constant enim tria ex duobus et item uno, quod duum dimidia pars est. *Quarto duplicem secundæ*, ideo quia bis duo quatuor. *Quinto triplam tertiæ*, id est novem. Ter enim tria novem sunt. *Sexta fuit sumptio partibus septem quam prima propensior*, id est in numero octonario, qui est ultimus in eo latere, quod ex paribus numeris est ordinatum. *Septima sex et viginti partibus quam prima major*, hoc est, viginti septem; qui numerus tantundem valet quantum octonarius, ut docebo. Apex ergo numerorum, singularitas sine ullis partibus, ut geometrica nota : cujus duplum, linea, sine latitudine longitudo : lineæ duplum, superficies, quæ est prolixitas cum latitudine, cujus duplum cubus, corpus per longum, latum, profundumque divisum, bis duo bis, quod est octo. Eodemque modo juxta rationem tripli in altero latere, numerorum germanitas reperitur. Cubusque, qui est in summa viginti septem, primus est imparis numeri cubus. Ter enim tria ter conficiunt summam supradictam. Igitur secundum rationem continui competentis, quæ est ratio geometrica, quod valent octo adversum quatuor, hoc quatuor adversum duo, et duo adversum unum. Rursum quod valet viginti septem numerus adversum novem, hoc novem adversum tria, et tria adversum unum.

XXXIV. Quæritur hoc loco, primo quidem cur in tantum produxerit divisionem, ut septem constitueret limites : terna autem in utrisque lateribus intervalla tam in eo quod ex duplicibus et paribus numeris est ordinatum; quam in eo, quod ex triplicibus, et imparibus. Deinde quos oporteat numeros imponere partibus. Si enim partem primam singularitatem semper posuerimus, et deinceps cætera, secundum descriptionem : inter hos numeros duos alios, qui compleant universam intervallorum continuationem, sicut jubet fieri, minime inveniemus. Tertio, qualis debeat esse forma descriptionis.

XXXV. Quod igitur ex tribus principe loco diximus quæri solere, hoc primum demonstrandum erit; rationabiliter septem limites esse digestos, quibus intervalla sex continentur. Erit autem probatio auctoritatibus nixa. Etenim septem numerus laudatur a Pythagoreis, ut optimus et naturalissimus et sufficientissimus. Nam perfectus quidem numerus est decem : ideo quod a singularitate orsi usque ad decem numerum numeramus : residua vero numeratio non tam numeratio est, quam eorundem numerorum, quibus ante usi sumus, in numerando replicatio. Undecim enim, et duodecim, et cæteri tales, nascuntur ex præcedentium replicatione. Quem quidem decumanum numerum Pythagorici appellant primam quadraturam propterea, quod ex primis quatuor numeris confit, uno, duobus, tribus, quatuor. Symphoniæ quoque ratio ex eorundem numerorum, qui decumanum numerum complent, quasi quodam fonte demanat. Siquidem ex his epitriti, et sescuplares, et duplices, et triplices, et quadruplices numeri, sonique nascuntur. Epitriti quidem, ut quatuor adversum tres : habent enim totum numerum ternarium, et ejus tertiam partem, id est unum. Sescuplares vero, ut tres adversum duos : habent enim tres totum numerum dualem, et ejus partem dimidiam, id est unum. Duplices vero, ut sunt duo adversus unum. Triplices vero, ut sunt tres adversus unum. Et quadruplices, ut sunt quatuor ad unum. Epitritus autem in calculando idem est qui διὰ τεσσάρων dicitur in canendo. Sescuplaris vero idem est qui διὰ πέντε dicitur in canendo. Duplex vero, qui διὰ πασῶν. Quadruplex, qui δὶς διὰ πασῶν.

XXXVI. Deinde alia quoque septenarii numeri proprietas consideratur, quam cæteri numeri non habent. Si quidem cum alii, qui finibus decumani numeri continentur, partim alios ipsi pariant, partim ab aliis pariantur, partim et pariant alios, et pariantur ab aliis; solus septenarius numerus, neque gignat ex se alium numerum infra decumanum limitem, neque a quoquam ipse nascatur : etenim *duo* duplicati pariunt quatuor numerum. *Tria* nullo duplicato nascuntur : ipsa duplicata, pariunt senarium numerum. *Quatuor* numerus, et paritur, et parit. Paritur quidem a bis duobus, parit autem duplicatus octonarium numerum. Rursum *quinque* numerus a nullo nascitur bis supputato : ipse autem bis supputatus parit decem. Et item *sex* numerus, nascitur quidem ex duplicato ternario, parit autem infra decumanum limitem neminem. *Octavus* nascitur ex bis supputatis quatuor, ipse neminem parit. *Nonus* nascitur ex ter tribus, ipse autem neminem parit. *Decimus* nascitur ex duplicato numero quinque; ipse porro neminem parit. Itaque omnibus partim nascentibus, partim parientibus, partim et nascentibus et parientibus, solus septenarius

numerus, neque ex duplicatione nascitur alterius alicujus, nec infra decumanum limitem parit quemquam. Propterea quoque Minerva est a veteribus cognominatus, item ut illa, sine matre, perpetuoque virgo.

XXXVII. Naturalis vero atque optimus habetur idcirco, quia multa eorum, quæ naturæ lege proveniunt, juxta hunc numerum fieri notantur. Principio septimani partus ante cæteros legitimi sunt in generis humani fœtibus. Deinde quod post partum septimo mense dentes aguntur, septimo deinceps anno mutantur. Idem quoque secunda hebdomada pubertatem affert utrique sexui gignendi et pariendi maturitatem. Tertia vero hebdomada ostendit se flos et lanugo circa genas. Quarta vero hebdomada definiuntur incrementa staturæ. Quinta plenam juvenilis ætatis affert perfectionem. In ægritudinibus quoque juxta eundem numerum motus fieri, usus experientiaque docuit: et Hippocrates cum sæpe alias in plerisque libris suis, tum etiam in his evidenter quos de Hebdomadibus instituit. Dinumerantur quoque sensuum omnium qui sunt in capite, septem meatus, oculorum, aurium, narium atque oris. Vitalia quoque paris numeri, lingua, pulmo, cor, lien, hepar, duo renes. Vocalium quoque literarum numerus idem, ex quibus consonantium confragositas lævigatur. Lunæ quoque crescentis et senescentis multiformis illa transfiguratio in eodem numero ponitur. Siquidem de obscura, crescente luminè, fit bicornis, dehinc sectilis, deinde dimidiata major, dehinc plena: retrorsumque, major dimidiata, sectilis, bicornis. Quid? quod in mundo septem sunt planetæ, distantes a se musico modulamine, sicut ipse testatur, cum dicit; Deum *sexies scidisse* diversæ naturæ circulum, *septemque orbes impares* esse fabricatum, qui contrariis motibus agitationibusque vertantur, juxta *dupli* et *tripli* spatia, in quibus solem, et lunam, et ceteros erraticos ignes collocat.

XXXVIII. Et limitum quidem septem sic ratio præstatur. Intervallorum vero ternorum hanc dicunt esse rationem. Rursus enim tria numerus alio quodam genere habetur optimus. Primus enim, et ante omnes perfectus est, habens initium, linem, medietatem, quibus crescunt corpora, et juxta quæ corporea incrementa progrediuntur. Quippe cum intervallum unum lineam faciat, duo superficiem, tria corpus divisum atque dividuum, quo nihil est perfectius. Tria enim hæc intervalla corpus absolvunt, longitudo, latitudo, soliditas. Certe tria, primitus dicta sunt *omnia* quod de duobus dici non potest: *utrumque* enim dicitur de duobus. Hæc igitur terna intervalla in utroque latere descriptionis sita, sex intervalla conficiunt; et senarius numerus plenus et perfectus merito habetur: quippe qui sit æqualis his partibus ex quibus ipse constet. Habet enim dimidietatem in tribus, habet tertiam portionem in duobus, habet sextam in uno, quæ, simul atque in unum collecta, complent eundem. Denique qui ab eo quadratus nascitur, id est triginta et sex numerus, secunda dicitur quadratura, constans ex quatuor quidem imparibus numeris, hoc est uno, tribus, quinque, septem: et ex aliis paribus numeris quatuor æque, id est duobus, quatuor, sex, octo. Rursum quinquaginta quatuor numerus, qui nascitur ex triangulo supra descripto, tertia quadratura cognominatur, quia continet quatuor quidem limites in duplici latere, hoc est, unum, duo, quatuor, octo: quatuor vero alios in eo latere, quod ex triplicibus compositum est, uno, tribus, novem, viginti septem, communi videlicet accepta singularitate, quæ est utriusque lateris caput. Ideoque singularitas par atque impar habetur. Jure igitur septem quidem limites constituuntur. Terna vero per utrumque latus intervalla cernuntur. Nam singularitas initium est numerorum paris et imparis, propterea quod par et impar habetur, et omnes in se formas numerorum creditur continere, epipedam, triangularem, cubum. Quæ singula prosequi longum est. Sufficiat ergo demonstrasse rationem nascentis animæ quæ incorporationi erat destinata, quod orsa a singularitate individua, atque incorporea re, gradatim per lineam et superficiem increverit usque ad perfectum corpus, prolixitatis, latitudinis profunditatisque intervallis: propterea quam sublilia quam solida penetret mundi sensilis corpora.

XXXIX. Nunc præstanda est ratio formæ istius triangularis, in qua sunt limites septem, et sex intervalla duplicis et triplicis quantitatis. Nullam dico esse aptiorem figuram, quam est hæc, in qua singularitas cacumini superimposita summitatem atque arcem obtinere consideratur, ut per eam, velut emissáculum quoddam, tanquam e sinu fontis perennis, providæ intelligentiæ quasi quidam largus amnis effluoret: ipsaque singularitas, mens, sive intelligentia, vel ipse Deus opifex intelligatur esse. Cum enim sit origo numerorum, omnibusque ex se substantiam subministret, rationesque eorum tam simplices quam multiplicatas ipsa contineat, cæteris numeris, incrementis imminutionibusque mutatis atque ex propria natura recedentibus, sola inconcusso jure est atque in statu suo perseverat; semper eadem, semper immutabilis, et singularitas semper, quemadmodum divina omnia, quæ nulla temporis progressione mutantur, suntque semper impatibili felicitate.

XL. Deinde prosequitur Plato.

Μετὰ δὲ ταῦτα ξυνεπλήρωσε τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δ' ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην.

Quibus ita divisis consequenter complebat intervalla duplicis et triplicis quantitatis, ex universitate partes secans etiam nunc: et ex his intervallorum spatia complens, quo singula intervalla binis medietatibus fulcirentur. Medietatum porro altera, quota

parte limitis extimi præcellebat unum extimum limitem, tota præcellebatur ab alio extimo limite. Altera pari summa et æquali, ad numerum modo præcellebat et præcellebatur ab extimis.

Ut harmonici modulantes organa, inter duos extimanum fidium limites gravissimæ ὑπάτης et acutissimæ νήτης alias internectunt medias dispari strepitu tinnituque chordas, quæ mediæ sunt acutiores quidem primo limite, graviores autem ultimo, atque ita per accentum ad acuminis postremi sonum pervenitur, qua pererrant digitorum et pectinis pulsus : sic Deus animam mundi modulans, inducitur sex illa intervalla duplicis et triplicis quantitatis, singula binis medietatibus stipans, ita ut una ex duabus medietas potior sit minore limite tertia parte ejus, majore autem limite inferior eadem tertia parte majoris limitis. Describenda est itaque figura similis ejus quæ paulo superius exscripta est, solis ab ea numeris distans, ita ut majores numeri contineantur : quorum intervalla binam medietatum capiant interjectionem.

XLI. Quia sex numerus facit unum limitem, et item duodecim secundum efficit limitem, juxta rationem duplicis quantitatis, et a se distant, interponuntur duæ medietates, una octonarii numeri, altera novenarii. Ergo octo numerus adversum sex limitem comparatus, præcedit eum tertia ejusdem senarii limitis portione, id est duobus : ipse autem præceditur tertia portione duodecim limitis, id est quatuor. Sic una medietas octo numeri quota parte præcedit senarium limitem, tota præceditur a duodecim limite. Rursum novem medietas altera præcedit sex limitem tribus numeris, et præceditur a duodecim limite iisdem æque tribus : nec immerito. Octo enim adversus sex comparata, epitrito potiora sunt. Epitritum autem dicunt, intervallum, quoties numero ad numerum comparato, major minorem totum in se continet, et ejus tertiam portionem. Atque duodecim limes adversus novem, unam ex medietatibus, comparatus, epitritus ejus esse invenitur, continet enim totum novem, et ejus tertiam portionem. Rursumque duarum medietatum intervallum epogdoum est. Novenarius enim numerus totum octonarium in se continet, et ejus octavam portionem, id est, unum. Sic duæ medietates præcellunt limites, et a limitibus præcelluntur duplici diversaque ratione, altera partibus, altera numeris, sicut ostensum est.

XLII. Hæc eadem ratio etiam in triplicibus numeris invenitur. Sex enim limes unus distans a decem et octo altero limite, intervallum quod interjacet, triplum esse demonstrat in altero formulæ latere. Sunt hic quoque duæ medietates, una in novem, altera in duodecim numeris. Novenaria medietas, adversum sex limitem comparata, sesquplo superat. Habet enim totum sex, et ejus dimidiam portionem, id est, tria. Eadem adversum decem et octo limitem comparata, duplo præceditur. Bis enim novem, decem et octo sunt. Rursum alia medietas, id est duodecim, si adversus sex limitem comparetur, duplo præcellit : sin vero adversum alium, qui major est, id est octodecim, sex numeris minor invenitur, qui sex numeris æque potior erat senario limite. Hæc eadem ratio invenitur inter alios quoque duos limites, dupli ratione distantes, id est, duodecim et viginti-quatuor : nam et hic medietas sedecim, duodecim limitem epitriti ratione præcedit. Viginliquatuor quoque limes octodecim medietatem epitriti ratione præcellit. Et rursum viginliquatuor limes adversum quadraginta octo dupli ratione distat : et medietates habet, unam triginta duo, alteram triginta sex. Triginta duo medietas, adversum viginliquatuor limitem comparata, facit intervallum epitritæ quantitatis. Habet enim totum viginliquatuor, et ejus tertiam portionem, id est octo : quadraginta-octo vero limes trigintasex numeri, quæ medietas est altera, epitritus est. Continet enim in se totum trigintasex numerum, et ejus tertiam portionem, id est duodecim. Trigintasex enim, et duodecim, complent numerum quadragintaocto.

XLII. Hæc eadem ratio invenitur etiam in eo latere, quod ex triplicibus numeris est ordinatum. Quia igitur novem et octo epogdoum faciunt spatium, et ex his duo limites dupli ratione distantes, id est sex et duodecim complentur, recte dixit, *epogdoi spatio epitritorum omnium intervalla compleri.* Rursum enim decem et octo numerus adversum decem et sex numerum, epogdoi rationem obtinet : ex quibus duabus medietatibus epogdoum spatium habentibus duodecim limitis, et viginliquatuor æque limitis intervallum completur. Rursum viginliquatuor limitis et quadragintaocto spatium complent duæ medietates epogdoæ, id est trigintasex et trigintaduo. Evidenter itaque *epogdoi spatio epitritorum intervalla complentur.*

XLIII. Deinde prosequitur :

Λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης, ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἐξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια.

Ita ut ad perfectam cumulatamque perfectionem deesset aliquid epitrito, tantum scilicet quantum deest habita comparatione ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex.

Quid est quod vult intelligi? dicam : sed quæ ante dicenda sunt, prius explicabo. Etenim quemadmodum articulatæ vocis principales sunt et maximæ partes, nomina et verba : horum autem syllabæ, syllabarum litteræ, quæ sunt primæ voces individuæ atque elementariæ : ex his enim totius orationis constituitur continentia, et ad postremas easdem literas dissolutio pervenit orationis : ita etiam canoræ vocis, quæ a Græcis ἐμμελὴς dicitur, et est modis numerisque composita, principales quidem partes sunt hæ, quæ a musicis appellantur συστήματα. Hæc autem ipsa constant ex certo tractu pronuntiationis, quæ dicuntur διαστήματα. Diastematum porro ipsorum partes φθόγγοι

sunt, qui a nobis vocantur soni : hi autem soni, prima sunt fundamenta cantus. Est autem in sonis differentia juxta chordarum intensionem. Siquidem acuti soni vehementius et citius percusso aere excitantur : graviores autem, quoties leniores et tardiores pulsus erunt. Et accentus quidem exsistunt ex nimio incitatoque pulsu : succentus vero, leni et tardiore. Ex accentibus porro et succentibus, variata ratione musicæ cantilena, συμφωνία dicitur. Prima igitur symphonia quæ in quatuor primis modulis invenitur, quæ διὰ τεσσάρων dicitur : secunda vero quæ ex quinque primis modulis constat, διὰ πέντε cognominata est. Quibus compositis in ordinem, nascitur ea cantilena, quæ ἐπόγδοος et διὰ πασῶν vocatur. Propterea epogdous, quia veteres musici octo solis chordis utebantur ; quarum princeps erat ὑπάτη, edens gravissimum sonum : ultima vero νήτη, edens acutum. Qui duo diversi soni habent inter se miro quodam genere concentum, et consonantiam. Post vero aucta musica est assumptis in utramque partem pluribus fidibus : priores tamen symphoniæ perseverant in suo nomine, et ex his hæ, quæ addebantur, componebantur ; ut διὰ πασῶν adjuncta sibi ea quæ διὰ τεσσάρων dicitur, adjuncta quoque alia διὰ πέντε, accepit duplicem perfectionem, propterea que δὶς διὰ πασῶν vocatur.

XLIV. Hos igitur concinentes sibi invicem sonos, primus dicitur Pythagoras notasse et intellexisse, habere aliquam cum numeris germanitatem. Itaque διὰ τεσσάρων cantilenam dixit eandem habere rationem, quam habet epitritus in numeris. Rursum διὰ πέντε symphoniam habere rationem similem ejus quantitatis, quæ est sescuplaris in numeris : διὰ πασῶν vero, vim oblinere duplicis quantitatis. Itaque comparationem fecit hujusmodi, ut diapason, et diatessaron symphonias tantam habere differentiam diceret, quantam habent inter se octo et tria. Octo enim et duplex est, et bis epitritus trium numeri. Rursum diapason, et diapente, rationem dixit habere tripli ; at vero disdiapason, quadrupli : tonon vero, epogdoi. Hemitonium quod dicitur, a veteribus autem διέσις appellabatur, λεῖμμα cognominavit. Limma vero est, cum aliquid deest integritati. Hoc ipsum quod deest, id est, ἡμιτόνιον, sive λεῖμμα, dixit hanc habere rationem, quam habent inter se numeri, id est, ducentorum quinquaginta sex summa, adversus summam ducentorum quadraginta trium : experiendo ad disciplinam harum rerum atque intellectum vocatus. Suspendit enim, opinor, momenta ponderum certa chordis, æqualibus tam in prolixitate, quam in crassitudine : et invenit eum qui τόνος dicitur, in octo esse momentis.

XLV. Ita symphonia musicæ symphoniæ numerorum concinere invenitur. Quia igitur diapason ex duabus primigenis cantilenis, diatessaron et diapente constat ; ratio autem diapason quidem in duplici quantitate posita invenitur, diatessaron vero in epitrito, diapente autem in sescuplo : etiam is numerus, quem in duplici quantitate diximus inveniri, constet necesse est ex epitrito, et sescuplo. Etenim octo numerus sex numeri epitritus est, octo vero numeri, duodecim numerus sescuplaris. Duodecim igitur numerus, sex numeri duplex, qui dividitur in epitritam rationem, scilicet duodecim adversum novem : et aliam sescuplarem, scilicet novem adversus sex. Rursum diapente adversum diatessaron symphoniam præcellit uno tono. Quippe diapente constat ex tribus tonis, et hemitonio : diatessaron vero ex duobus tonis et hemitonio. Ex quo apparet, tonon in epogdoa ratione inveniri : et sescuplum modum epitrito modo potiorem esse ratione epogdoa. Siquidem ex sescuplo, utputa novem adversum sex, sublato epitrito octo adversum sex, superest epogdous modus, id est novem adversum octo. Item quia diapason symphonia in duplici modo posita invenitur, diatessaron autem in epitrita, quod ex his confit, in ea ratione positum dinoscitur, in qua est octo numerus adversum tria numerum : etenim trium epitrita sunt quatuor, horum duplicia octo. Diapason autem, et diapente, in ratione tripla. Sescuplaris enim, et duplex, simul compositi, efficiunt hunc eundem, id est, decem et octo, quippe novem adversum sex comparatus, sescuplaris invenitur ; cujus decem et octo numerus, duplex est : triplex vero, adversum sex comparatus. Similiter etiam ea symphonia quæ disdiapason appellatur, rationem oblinet quadrupli. Additus enim triplex numerus epitrito numero, complet quadruplam quantitatem : et diapente symphonia, addita diapason symphoniæ, triplam efficit quantitatem. Diatessaron vero symphonia, epitrita ratio est, ut sæpe jam diximus. Ex his autem, disdiapason constat symphonia. Etenim decem et octo numerus sex numerum triplo anteit. Hunc ipsum autem decem et octo numerum epitrita ratione præcellit vigintiquatuor numerus. Vigintiquatuor autem numerus adversum sex comparatus, quater tantus est. Rursumque sex numeri epitritus est octonarius numerus : hujus autem ipsius triplus est is, qui in vigintiquatuor momentis invenitur. Idem autem vigintiquatuor numerus, sex numeri quadruplus invenitur.

XLVI. His ergo hunc in modum peragratis, ad ordinationis ipsius considerationem revertamur.

Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο.

Natis itaque limitibus sescuplorum, et item eorum, quibus accedit pars sui tertia, quod genus a Græcis ἐπίτριτον *dicitur ; et item eorum, quibus accedit pars sui octava, qui numerus* ἐπόγδοος *ab eisdem vocatur, ex his nexibus illa prima spatia, id est epogdoi, spatiis epitritorum omnium intervalla complebat.*

Quæ igitur sunt illa prima spatia ? Illa scilicet, quæ continentur in primitus descripta forma, quæ ex duplicibus numeris est ordinata ; in qua nascuntur sescuplares, et epitriti. In hac vero quæ secundo loco descripta

est, inveniuntur nasci epogdoi numeri, qui toni sunt. Deinde ait, *epogdoi spatiis epitrita omnia compleri;* hoc est, illa etiam epitrita, quæ sunt in sescuplaribus numeris. Nam et in his epitritaratio continetur propterea, quod epogdoa supputatione major est sescuplaris numerus epitrito numero, id est, uno tono. Eadem epitrita ratio etiam in duplici, et triplici quantitate continetur necesse est; nec immerito.

Prima enim symphonia est hæc ipsa, quæ appellatur diatessaron, in epitrito modo posita; et quia epitritus non solum ex duobus epogdois constat, sed etiam ex alio quoque, aliquantulo scilicet, sicut diatessaron non ex solis duobus tonis constat, sed ex hemitonio, quod veteres λεῖμμα appellabant. Hujus quoque rationis tractatum habens, dixit, singulorum epitritorum esse quandam portiunculam reliquam, hanc ipsam scilicet rationem hemitonii designans, quod ait tantum esse, quantum desit ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex, quo minus sit plenus epogdous numerus.

XLVII. Quare rursum tertia est facienda descriptio, quæ subest; ut non solum intelligendo, sed videndo etiam assequamur, quid sit et quantum, illud quod epitritis deest epogdoa ratione dimensis. Sumuntur itaque majores numeri, ut totius vocis densitas, et omnis quasi quædam constipatio, procedat, admittente id fieri majorum summarum capacitate.

Descriptio tertia, quæ est harmonica, juxta epogdoam rationem modulans utramque symphoniam diatessaron et diapente.



XLVIII. Quis igitur primæ portionis numerus conveniet institutæ ratiocinationi? Nimirum centum nonaginta duo, quem sic invenio. Sumo eum, qui ante omnes numeros ex tribus partibus constat, id est ternarium. Hunc octies sibi complico: nascetur vigintiquatuor numerus. Hunc ipsum vigintiquatuor numerum octies supputo. Invenitur is qui quæritur, numerus centum nonaginta duo, cujus tertia pars est sexaginta quatuor, dimidia vero nonaginta sex. Sed quia epogdoi rationem discutere instituimus, adhibeo alium limitem, distantem ab eo, duplicem ejus qui est in summa, trecentos octoginta quatuor. Dico numerum, ducentos quinquaginta sex, epitritum esse ejus numeri, quem constituimus summum limitem, id est centum nonaginta duorum. Habet enim hunc ipsum numerum centum nonaginta duo, et tertiam partem ejus sexaginta quatuor, cujus limitis centum nonaginta duo epogdous numerus est ducenti sexdecim. Habet enim in se totum limitem centum nonaginta duo et ejus octavam partem viginti quatuor. Hujus ipsius ducentorum sexdecim numeri epogdous est is, qui est in summa, ducenti quadraginta tres. Continet enim ducentos sexdecim, et eorum partem octavam, id est, viginti septem. At vero ducentorum quinquaginta sex, quem epitritum diximus esse centum nonaginta duum numeri, epogdous est is, qui summam complet ducentorum octoginta octo. Habet enim eundem, et octavam partem ejus, hoc est triginta duo. Hujus ipsius numeri, qui est in ducentis octoginta octo, epogdous numerus est trecentorum vigintiquatuor, habens ipsum, et octavam partem ejus, hoc est triginta sex. Rursus ipsius numeri trecentorum vigintiquatuor epogdous numerus est is, qui habet summam trecentorum sexagintaquatuor semis. Habet enim ipsum, et ejus octavam portionem, quadraginta semis.

LXIX. Supersunt duæ summæ, una quæ est in ducentis quadraginta tribus; alia, quæ est in ducentis quinquaginta sex. Non possumus dicere, ducentos quinquaginta sex ducentorum quadraginta trium epogdoum esse. Non enim numero ducentis quinquaginta sex, numerus ducenti quadraginta tres totus continetur, et ejus octava pars. Est etenim octava pars ducentorum quadraginta trium, triginta et prope semis. At inter ducentos quinquaginta sex et item ducentos quadraginta tres soli intersunt tredecim numeri. Non igitur epogdoi ratio inter hos numeros conservari potest. Et quoniam epogdous in numeris idem est, qui est in musica tonus, perspicuum est quantum ad complendum tonum desit supradictis inter se numeris comparatis.

Nec vero integrum hemitonium conservari potest, unde recte addit, *ita ut ad perfectam cumulatamque perfectionem deesset aliquid epitrito, tantum scilicet, quantum deest habita comparatione ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex.* Quæ ratio invenitur etiam in certis numeris, qui sunt in formula. Certe conveniens oratio disputanti. Iste enim Timæus, qui in hoc libro tractat, ex Pythagoræ magisterio fuit, quem rationabiliter inducit Plato domesticis, et familiaribus sibi, probationibus utentem, docere animæ naturam congruere numeris, concinere etiam modulationibus musicæ.

L. Nunc quoniam ex quibus constet anima mundi virtutibus, velut ex partibus membrisque coagmentata, iisdem virtutibus, et quemadmodum natura ejus nume-

ris modisque conveniat, palam factum est : quod, illud propositum exsequens, ad hoc tractatum descenderit Plato, manifestandum est, ut rationabili ductu ad destinatum operis effectum ratione, hac via pervenerimus. Vult igitur animam sensilis mundi, tanquam permissa usurpandi licentia, nasci; cognitricem tamen rerum omnium, quæ sunt tam intelligibiles quam sensiles. Est porro Pythagoricum dogma, *similia non nisi a similibus suis comprehendi.* Quod etiam Empedocles sequens, ait in suis versibus :

Terram terreno comprendimus, æthera flammis,
Humorem liquido, nostro spirabile flatu,
Pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

Hæc quippe constituebat elementa, et initia universitatis, ex quibus animæ quoque censebat constare substantiam. Propterea que penes eam omnium rerum esse plenam scientiam, simili suo similitudinem habentia comprehendentem.

LI. Atque ipse etiam Plato hoc ipsum asserens, animam ex omnibus initiis conflat, ut et ipsorum initiorum, et quæ initia sequuntur, et prorsus omnium rerum exsistentium scia esset, ac de omnibus judicaret. Denique, postquam commiscuit eam ex iis virtutibus, ex quibus componendam putavit, et compositam divisit in partes, juxta quasdam geometricas, et arithmeticas, et musicas rationes, hoc addidit;

Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν ταὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων.

Ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἓν τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀνὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἂν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε ξυμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί.

Hanc ipsam unamque ejus seriem secuit in longum, et ex una duas fecit, easque mediam mediæ in speciem Græcæ litteræ coarctavit, curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita : orbemque orbi sic inseruit, ut alter eorum adverso, alter obliquo circuitu rotarentur.

Itaque ut ejusdem diversaque natura cum essentia mixtis coagmentata, indigete motu, et orbiculata circuitione, in se ipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit, quid sit ejusdem, individuæque, quid item diversæ dissolubilisque naturæ : causasque omnium, quæ proveniunt, videt; et ex iis quæ accidunt, quæ sint futuræ metitur.

LII. Ex quo perspicuum est, eum sint antiquissima initia rerum, essentia, sive substantia, et hæc duplex, altera individua, dividua altera, naturæque gemina diversitas longe vetustissima, conflatam animam ex utraque substantia, eademque et item natura diversa, constare ex omnibus originibus. Ideoque naturam ejus numerorum naturæ maxime convenire, quos constet antiquiores esse etiam ipsis geometricæ formis. Geometricæ formæ in aliquo numero inveniantur necesse est, ut trium, et quatuor, et item plurium laterum figuræ, rursum, quæ vocantur ἑξάεδρα, et ὀκτώεδρα initia : hæc quippe sine numeris esse non poterant : numeros vero sine his formis esse nihil impedit. Sic igitur antiquissima numerorum initia esse inveniuntur in omnibus rationibus. Ipsorum porro numerorum initia et principia sunt singularitas, et item duitas. Siquidem has duas ceterorum numerorum origines esse constat. Qua ratione concluditur, animam ex duplici concretam substantia, geminaque natura numerorum potentiæ concinentem, vivificantemque cœlestia corpora, animalique, in quibus ratio sit, et disciplina, habere omnium rerum conscientiam, ex quarum potentiis ipsa constet.

LIII. Hæc est illa rationabilis anima Mundi, quæ gemina juxta meliorem naturam veneratione tutelam præbet inferioribus, divinis dispositionibus obsequens, providentiam nativis impertiens, æternorum similitudine propter cognationem beata, dissolubilium rerum auxiliatrix, et patrona, cujus in consulendo, ratiocinandoque, virtutis in moribus hominis apparent insignia, qui cultor eximius Dei diligentiam mansuetis impertit animalibus. Iisdem quippe virtutibus animæ, quibus sensilis mundus fovetur, quando ad ceteros vitales vigores, qui sunt communes hominibus, et bestiis, stirpibus etiam, id est, crescendi, movendi semel, appetendique, et imaginandi, accedens ratio propriam hominis animam perficit, ut non solum vitæ compos sit, sed etiam bene vivendi non desit optio. Atque ita naturalis et rationabilis item animæ contubernio vita hominum temperatur.

LIV. Quod quidem verum esse testatur eminens quædam doctrina sectæ sanctioris, et in comprehensione divinæ rei prudentioris, quæ perhibet Deum absoluto illustratoque, sensili mundo, genus hominum instituentem, corpus quidem, ejus parte humi sumpta, juxta hanc effigiem ædificasse, formasseque : vitam vero eidem ex convexis accersisse cœlestibus, postque intimis ejus inspirationem proprio flatu intimasse, inspirationem hanc Dei consilium, animæque consilium, significans. Et ratio Dei, Deus est humanis rebus consulens, quæ causa est hominibus bene beateque vivendi, si non concessum sibi munus summo a Deo negligant. Ac de anima quidem mundi, ex duabus essentiis, ejusdemque et item naturæ diversæ concretione conflata, deque divisione ejus juxta rationes, harmoni-

cam, arithmeticam, geometricam, facta, quove modo natura ejus numeris sonisque conveniat, satis dictum est.

LV. Nunc quemadmodum animæ sectio sectioni cœlestium membrorum inflexionique conveniat circulorum, quorum motibus concurrat animæ conversio, prosequemur. Artificialiter quippe satis agit, ut ostendat animam pari, qua cœlestia, ratione institutam, facile cognationem suam recognoscere : vel quia dogma ejus hujusmodi est, universi motus initium penes id esse, quod ex seipso movetur; nec est quicquam, nisi anima, quod ex se movetur. Unde perspicuum est, eandem esse mundi quoque motus originem, et causam. Fertur porro mundus in gyrum. Prius igitur animæ motus gyri circuit anfractibus, ut omne cœlestis convexi corporeum iisdem orbitis circumferatur. Quod autem ex seipsa moveatur anima, declarat, cum differentiam faciens opinionum, et scientiæ, dicit hæc :

Ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἐκ τε οὐσιας τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν καὶ ἀνὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἐχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμεριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ἢ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε ξυμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. Λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτόν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ὢν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. Τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίγνεσθον, ἄν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν εἴπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τἀληθὲς ἐρεῖ.

Ut igitur ex ejusdem et diversi natura cum essentia mixtis coagmentata, indigete motu, et orbiculata circuitione, in se ipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit, quid sit ejusdem individuæque, quid item diversæ dissolubilisque naturæ : causasque omnium, quæ proveniunt, videt, et ex iis quæ accidunt, quæ sint futura metitur, motusque ejus rationabilis, sine voce, sine sono, cum quid sensile spectat : circulusque diversi generis sine errore fertur veridico sensu, et recta nuntiante, cunctæ animæ rectæ opiniones, et dignæ credulitate nascuntur. Porro cum individuum genus semperque idem conspexerit ea quæ sunt, motu intimo fideliter nuntiante, intellectus et scientia convalescunt. Quæ quidem omnia in anima fieri, eidemque insigniri, palam est.

LVI. Hoc idem aliquanto apertius significat in Phædro, dicens ita : *Omnis anima immortalis : quia, quod semper movetur, semper in vita est. At vero quod aliud movet, aliunde sumpta virtute motus, pausam movendi patiens, pausam quoque vitæ patiatur necesse est. Solum ergo quod seipsum movet, ut quod nunquam motum suum deserat, nunquam movere se desinit. Quin ceteris etiam, quæ motum ex natura sua non habent, fons et initium motus fit. Initium porro sine ortu, quando, quæ gignuntur, ex initio creantur, ipsum porro ex nullo initio. Nam si ex aliquo, initium non erit initium, quando cuncta, quæ gignuntur, ex initio sint oportet : et quia caret generatione, caret etiam morte. Quippe, initio sepulto, neque ipsum ex aliquo reparabitur, nec quicquam ex eo. Nimirum enim ex initio cuncta, quæ sunt generatione, subsistunt. Sic ergo motus quidem initium, quod intimo et genuino motu movetur; hoc porro neque nasci, neque emori, fas est. Aut omne cælum omnemque genituram labefactatam consistere, nec ullum remedium fore quo demum, quæ moveri conservationis rerum exigat causa, recreentur. Quare ostensa immortalitate ejus, quod ex se movetur, animæ mentisque immortalitas revelata est. Etenim omne corpus, quod quidem habet intra se motuum vigorem, cum anima est : quod vero extra, sine anima : siquidem hæc animæ natura sit. Quod cum ita sit, apparet, animam solam esse, quæ ex seipsa moveatur, propterea que positam extra ortus interitusque necessitatem.*

LVII. Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας, μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χ προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς, καὶ τῇ κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν ταὐτῷ περιαγομένῃ κινήσει πέριξ αὐτὰς ἔλαβε, καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δ' ἐντὸς ἐποιεῖτο τῶν κύκλων. Τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταὐτοῦ φύσεως, τὴν δ' ἐντὸς τῆς θατέρου. Τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε· τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά. Κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ, μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχιστον εἴασεν. Τὴν δ' ἐκτὸς σχίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν ἑκάστην οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν κατὰ τἀναντία μὲν ἀλλήλοις προσίταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

Hanc igitur, inquit, constitutionem Deus tanquam seriem in longum scidit, et ex una duas fecit, easque mediam medix, in speciem X litteræ Græcæ, coarctavit, curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita : orbemque orbi sic inseruit, ut alter eorum adverso, alter obliquo circuitu rotarentur. Et exterioris quidem circuli motum eundem, quod erat ejusdem naturæ consanguineus, cognominavit; interioris autem, diversum. Et exteriorem quidem circulum, quem eundem cognominatum esse diximus, a regione dextera per sinistrum latus usque ad dexterum in-

flexit : diversum vero, per diametrum in sinistrum latus eidem et simili illi circumactioni virtute pontificioque rotatûs dato. Unam quippe, ut erat, eam et indivisam reliquit. Interiorem vero scidit sexies, septemque impares orbes fabricatus est juxta dupli et tripli spatia : orbesque ipsos contraria ferri jussit agitatione. Ex quibus septem, tres quidem pari velocitate, quatuor vero et sibimet ipsis et ad comparationem ceterorum dispari dissimilique, sed cum ratione, motis.

LVIII. Rursum quo etiam expertibus astronomiæ, assecutio tradatur aliquatenus, ea quæ ad præsentem tractatum pertinent, breviter, dilucideque, prout natura eorum est explicabuntur. Ait Plato, mundi formam rotundam esse, et globosam; terram item globosam, in medietate mundi sitam, eamque puncti quidem instar obtinere, quod ad positionem pertinet : quod vero ad exiguitatem, notæ, cum universæ rei magnitudine comparatam. Sed, opinor, dixisse hoc cum non sufficit, nisi hoc ita esse evidentibus ostendatur rationibus. Quatenus igitur mundi forma teres et globosa? Principio cælestium ignium ortus, velut emergentium ex imo, peragrationesque cum certis exaltationibus et deinceps descensionibus, usque ad occasuum submersionem, eorumque rursum ipsorum ortus ex eodem loco, et item occasus in occiduum mare, testantur ambire se diebus et noctibus cœli extimam superficiem. Dehinc quod ex qualibet regione terræ dimidia, et in summitate posita mundi pars videatur a nobis, inferior vero non videatur, nisi dierum et noctium vicibus, et successione, superior reddita, objecta, et visui nostro obsistente, terra. Tum quod ex omni visu omnes lineæ undiqueversum porrectæ, usque ad extimos ambitus cœli æquales videantur, similiter ut circuli, cujus a puncto radii pervenientes usque ad extimam circumactionem, æquali mensura sunt. Præterea quod signifer circulus obliqua vertigine levans in ortum signa, certa ex adverso consistentia, diametroque distantia, signa alia signis orientibus condat, et premat in occasum. Item ut in rotæ vertigine, cujus cum certa pars ascendat, descendit ejus adversa : quod in alia forma, nisi in sola rotunditate, non provenit.

LIX. Sphæræ autem similitudo in effigie terræ multimode comprehenditur, vel quod non iisdem momentis temporum dies ubique illucescit, noxque succedens umbras facit, sed tam ortus quam occasus in eois quidem citius fiunt, in occiduis vero regionibus tardius, ut perspicuum sit esse aliquam elatiorem eminentiam inter utramque cœli plagam, quæ objecta, priusquam sol fiat excelsior, teneat noctis umbras. Vel quod lunæ defectus, idem ubique eodemque momento accidens, diversis temporibus notatur, orienti quidem vicinis regionibus tardius, ceteris vero pro locorum diversitate, propter anfractus, metasque, et naturales eminentias terræ, non iisdem ubique curriculis illustrante sole terræ plagas : ideoque luci ejus e diverso terrenis umbris etiamnum obstantibus, et a lunæ illustratione prohibentibus, cum lunæ labor nocturna tempestate fiat. Quid? quod globositas terræ liquido apparet, item aquiloni septemtrionique, et item austro meridieique, subjecta, cum ex utraque regione huc atque illuc nocturnis itineribus commeantes incognitas sibi stellas spectant cum admiratione novitatis; cum sit evidens non regionum stellas esse proprias, sed homines impediri, quo minus omnes videant, sciantque terræ molibus, atque exaggerationibus visui objectis. Ex quo concluditur, terram sphæræ globo similem esse, cujus ex omnibus regionibus crescere in molem superficies comprehendatur.

LX. Idem hoc etiam naturaliter intelligi, et comprehendi, potest. Siquidem omnia quæ in aliquo sunt pondere, undique, et ex qualibet parte, directo tenore descendentia, ad unum punctum medietatis commeant, omnia descensus rigidi tractus faciunt, in modum et speciem linearum, a latiore exordio profectarum, et angustiore semper tramite usque ad puncti sedem pervenientium, eandem puncti sedem æqualibus undique circumsistentibus angulis, quæ est imago rotunditatis. Porro quod omnia in qualicunque pondere festinent ad medium, sic probatur, quod etiam vi extrinsecus adhibita sibi pleraque pondera, ubi primum vis recesserit, secundum naturam prona in terram ferantur : ut in jaculorum tormentis, quæ quam diu viget pulsus, suspensa volitare, et secare auram, videntur : ubi porro vis illa, quæ impellebat, defecerit, converso mucrone descendunt, ad terram, quæ medietas mundi est, festinantia.

LXI. Maris etiam, et totius aquæ, quum est in tranquillitate stabili, forma, et species, apparet globosa. Quæ enim stantes in littore videmus ultra fretum, ut arborem turremve, aut etiam in eodem freto navem : hæc jacentes, exæquata facie visuque, cum dorso et superficie maris, aut omino non videmus, aut multo certe minora, quam prius videbantur : obsistente videlicet contemplantibus marina incurvitate. Atque etiam in navigando sæpenumero, cum de navi terra nondum videretur, ascensa arbore viderunt nautæ, scilicet ut prætexto oppositæ molis emenso, libero jam ex altiore despectu subjecta undique considerentur. Artificialiter quoque considerantes, invenimus aquæ placidæ, et quiescentis globositatem. Siquidem natura tributum sit, ut ex superioribus locis humor in depressiora defluat. Sunt porro celsiora quidem, ea quæ a puncto terræ plurimum distant : humiliora vero, quæ minimum. [Vide figur. V.] Quare si ponamus aquæ superficiem planam, in directa et linea positam $\alpha\ \beta\ \gamma$, dehinc a puncto terræ, utpote $\varkappa$, sursum versum ducatur linea $\varkappa\ \beta$: conjungantur autem extimæ superficiei partes duabus lineis his $\varkappa\ \alpha$, et $\varkappa\ \gamma$, majores erunt utræque lineæ, $\varkappa\ \beta$ lineæ comparatæ : quas si exæquare volnerimus, perveniet incrementum usque ad $\beta\ \eta$, et erit vera superficies in $\alpha\ \eta\ \gamma$. Itaque ex superioribus partibus tam α quam γ fluet aqua in humiliorem β, usque eo quoad completo vase a fundo $\varkappa$ contegatur incremento aquæ etiam β, et perve-

niatur usque ad γ, quoad æquaniliter se per omnia membra fundat aqua cum ambitu curvabili. Ex quo perspicuum est, marinam quoque, et totius aquæ superficiem globosam esse, siquidem una eademque sit ratio universitatis et partium.

LXII. Quod si quis ad cacumina montium prolixitatemque, et saxosam asperitatem dispiciens, similem dicet esse ad tornum lævigatæ pilæ, non recte sentit. Non enim nos terram globum esse dicimus, sed globosam : nec pilam, sed similem pilæ. Certe totius terræ magnitudinem animo rationabiliter concipientes, veritatem non visu et sensibus investigamus, sed ad rationis, intelligentiæque remedia potius examinationem deducimus.

LXIII. Nunc jam, quo pacto mediam mundi sedem obtineat, considerabitur. Opinor, si media non est, atque a medietatis rigore deflexit, non ex omni, et ex qualibet sui parte, dimidietatem cœli supra se, dimidietatem vero alteram infra se habebit : nec lineas porrectas ex qualibet nota et usque ad extremum ambitum mundi pervenientes, æquales invicem et æqualia spatia linearum non esse, nullus docet. Minime ergo a medietate deflectit. Quod vero, cum amplitudine universæ rei comparata, notæ obtineat modum, declaratur acie verutorum, qui γνώμονες appellantur a mechanicis, ad faciendam solariis umbram, qua declarantur horæ. Quippe mechanici horologia instituentes, per omnes provincias, omnesque etiam plagas habitabiles, sumunt sibi promiscue atque indifferenter, horum ipsorum gnomonum mucrones pro puncto, et medietate, solstitialis pilæ : nec errant. Ergo, si est una, vera et certa, medietas solstitialis pilæ, omnes autem notæ atque omnia puncta ex omni regione terrarum assequuntur veram istam solis medietatem : perspicuum est, quod omnis terra puncti vicem habeat, adversum solis globum comparata. Sed de forma quidem totius mundi, et etiam terræ, hoc amplius de ejusdem media positione, comparatione quoque adversum universi corporis immensitatem, hactenus dictum.

LXIV. Sed enim cœlite sphæra vertente semet circa fixos, et manentes semper, polos, continuantemque eosdem polos axem, cui adhæret medio media tellus, comitatur vertiginem cœlestis sphæræ stellarum omnium populus, et promiscue signa cœlestia, gyris æquabiliter ex propria conversione distantibus depingentia circulos adversos atque obvios axi, quorum multitudo vincit dinumerationem. Pauci tamen nobili celebres appellatione, quos scire utile est, ad spectaculum cœlestis choreæ. Unus qui excelso cognitoque nobis et perspicuo polo vicinus est, septentrionalis appellatur ob constellatum sibi sidus septentrionis. Alter adversus, æqualis huic juxta submersum latentemque semper polum, ipse etiam latens, antarcticus. Medius et maximus omnium, bis dividens sphæram, æquidialis, quem ἰσημερινὸν appellant, propterea quod subjectis sibi regionibus terræ noctes omnes diebus omnibus æquales exhibet : nihiloque minus in aliis quoque minime subjectis sibi regionibus, quæ solis ortus et occasus vident, cum idem sol ad hunc se applicuerit circulum, pares horas diei noctisque metitur.

LXV. Inter hunc porro et arctoos hac atque illac duo tropici, æstivus et brumalis : hic e regione nostra, vicinus aquiloni, æstivus : brumalis, austro propinquus. Per quos obliquus curvatur signifer, et ipse maximus circulus contingens tropicos singulis signis, æstivum quidem cancro, brumalem autem capricorno. Idemque æquidialem bis secat circulum, et ipse ab eo secatur toties per chelas et arietem, sub quem luna et sol feruntur, ceterique ignes, qui vocantur πλάνητες : Phænon, idemque Saturnus; et Phaethon, Jovis; Pyrois quoque Martis : item Lucifer Veneris, qui alio quoque censetur Hesperi nomine : præterea Stilbon, Mercuriale sidus. Dicitur etiam circulus finalis, quem noster visus imaginatur, ὁρίζων Græco nomine, limitans mundum, dividensque in duas partes juxta hominum visum, quando objectu terræ, solum id hemisphærium, quod superne fuerit, videtur : alterum interim latet sub australi polo, quem ut ait poeta :

Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.

Magnus et ipse et maximus, secans gemina sectione æquidialem atque Zodiacum. Unde fit, ut signorum diametro a se distantium alterum quidem in ortu, alterum appareat in occasu. Hunc autem ipsum bifariam dividit meridialis, qui μεσημβρινὸς dicitur, maximus hic quoque per ambos curvatus polos. Sed qui rectus intelligitur adversus finalem quem urget, meridialis appellatur, quia medio die per eum sol, excelso itineris elatior, terram directo despicit nutu. [Vide figuram VI, in fine voluminis.]

LXVI. Sed æquidialis quidem et qui latera ejus circumsistunt tam magnitudine, quam positione, fixi confirmatique. Zodiacus autem, magnitudine quidem fixus, et firmo cardine, positione etiam juxta cœlum rata : juxta nos tamen præponderat, pro obliquitate varie nutans, aliterque nobis, atque aliter insistens. Meridialis quoque, et item finalis, quod ad magnitudinem spectat, vigorati sunt, quippe maximi, sed positione nutant per diversas terræ plagas, his et item aliis, se applicantes. At vero vicini polis, id est septentrionalis, et huic diversus, antarcticus, neque magnitudine, neque positione, solidati sunt; sed pro differentia regionum, aquilonianæ, itemque australis, apud quosdam majores, apud alios minores putantur : contra meditullium tamen terræ, ubi sub æquidialem circulum zona se porrigit, exusta ardore flammanti, propterea que inhabitabilis est : utrisque polis illic visibilibus et perspicuis, per quos limes it partes mundi determinans.

LXVII. Etiam illud addendum, ceteros circulos, idipsum esse, circulos, juxta definitionem, quæ docet : circulum esse planam figuram, quam una linea circumducta contineat. Itaque singulos singulis lineis circumductis contineri. Signiferum vero ex multis constare, in speciem

circuli tympanorum, in cujus latitudine signorum adumbrantur figuræ. Secat porro latitudinem ejus circulus qui inter signa medius appellatur, exsistens maximus, contingens utrumque tropicum, æquidialem bis secans. Reliqui extimi duo signiferæ latitudinis circuli hujus ipsius, qui inter signa medius vocatur, breviores sunt.

LXVIII. Igitur fixæ quidem stellæ nec errantes, et item poli, cum maxima, cunctaque amplexu proprio continente sphæra, quæ ἀπλανής vocatur, circumferuntur una simplicique circa illam agitatione, adhærentes ei, quaque circumegerit circumactæ, unam et eandem semper positionem obtinentes, ordinemque immutabili tenore servantes, neque unquam in conformatione, vel in ortu, vel in quantitate, vel etiam in colore admittentes ullam mutationem. Sol vero, Luna, et ceteri quinque, qui vocantur planetes, una quidem majoris globi conversione rapiuntur ab oriente in occidentem per dies singulos, item ut illæ ratæ atque inerrabiles stellæ. Varias tamen alias agitationes facere videntur, cum vel in prætereuntis signi locum migrant, tanquam universi globi motui contrarios motus agentes, vel cum ab aquilonianis ad australia, et contra, latiore deflexione oberrant, atque ab æstivo ad brumalem tropicum et inde demum ad æstivum revertuntur. Cujus quidem causa esse signiferi orbis latitudo æstimatur. Atque etiam in ipsius Zodiaci latitudinem obliquam modo ad aquilonem, modo ad austrum, revertentes, cum quidem aquiloni se applicant, elatiores; cum vero austro, humiles cognominantur : idque ipsum non omnes peræque, sed aliæ magis, quædam minus. Videtur etiam nonnulla intuentibus in quantitate diversitas. Siquidem e longinquo minores : de proximo, cum ad ima vergunt, majores videantur necesse est, propterea que etiam in motu non æqua velocitas : quod æqua signorum dimensa non æquis videantur conficere temporibus : sed citius quidem tunc, cum ex proximitate majores apparent : tardius vero, cum, longius a terra remoti, minores videntur.

LXIX. Evagatio tamen in latum, quæ fit in Zodiaco, non æqua est omnium. Quippe solis minor, quam ceterorum ignium : tota enim evagatio sub unius portionis æstimationem venit. Lunæ vero, et Luciferi, juxta opinionem veterum virorum, longe major, ad duodecim fere portiones : Mercurii fere ad octo portiones : Pyrois, et Phaethontis, ad quinque : Saturni, ad tres portiones. Obeunt porro signiferi orbis circulum in longum, id est, qua finis exordiique confinium est; Luna quidem, dierum et noctium spatiis XXVII et tertia parte nocturni diurnique dimensis. Sol item anno, id est CCCLXV diebus, et propemodum quarta diurni et nocturni spatii. Lucifer et Stilbon, imparibus quidem gressibus, iisdem tamen pæne temporibus, quibus sol, cursus conficiunt; modo incitato volatu comprehendentes eum, modo pigro tractu demum ab eodem comprehensi : Pyrois, pæne biennio. Phaethon, prope annis XII. Phænon, triginta annis modico minus. Propterea que solis peragrationibus effulsionibusque et obscurationibus, quas ortus et occasus vocamus, minime concurrunt. Quippe luna quidem, post conventum coitumque solis, quia prior convenit ad destinatum, prior vesperi semper apparet : et exoriens matutina conditur in occasum. Contra Phænon, Phaethon et Pyrois, quia tardius quam sol signorum spatia peragunt, tanquam ab eo comprehensi, et præteriti, semper vespere occidentes, exoriuntur matutinæ lucis auspicio. Lucifer porro et Stilbon, concurrentes soli, juxtaque eum plerumque comitantes, comprehendentes etiam, et ab eo invicem comprehensi, siquidem vespere orientur, condentur in aliam vesperam : si matutino illucescent, in aliud mane mergentur. Etenim ceteris erraticis stellis, a sole longo intervallo recedentibus, ut plerumque diametro distent, Stilbon et Lucifer circa solem semper videntur. Stilbon quidem XX momentis non amplius, id est, duabus unius signi partibus vel ad aquilonem, vel nonnunquam ad austrum propensior. Veneris vero prope L momentis ad orientem occidentemque discedens.

LXX. Ortus autem varie dicitur. Proprie quidem prima stellarum et solis effulsio, et ultra finalem circulum elatio. Promiscue vero, primus splendor solis invehentis diem; hunc poetæ jubar, et interdum auroram, cognominant. Tertia, quæ appellatur acronychos, quum sole occidente astrum diametro distans in parte orientis videtur. Similiter occasus, proprie quidem primus descensus infra circulum limitantem. Aliter tamen etiam prima stellæ alicujus obscuratio, sole obumbrante. Tertia acronychos, quum sole occidente diametro distans mergitur stella. Ortuum vero, et occasuum, quorum sol auctor est, hoc est effulsionum et occultationum, quidam matutini, quidam verspertini sunt. Matutinus ortus dicitur, quoties solis splendore prævento stella quæpiam ante ortum ejus apparet, ut canicula. Vespertinus, cum post occasum solis primitus exoriens astrum videtur, ut lunam novam dicimus exoriri. Similiter occasus matutinus quidem, quoties stella ea, quæ pridie ante solem orta erat, proximante sibi sole splendore ejus obumbrata, obscuratur, et latet, ut lunam videmus. Vespertinus vero, cum in occasu positam stellam aliquam sol consecutus primam eam corusco splendore condit.

LXXI. Positionem vero atque ordinem collocationis globorum, vel etiam orbium, quibus collocati feruntur planetes, quidam ex Pythagoreis hanc esse dixerunt. Citimum quidem terræ præcipue esse lunæ globum, post quem Mercurii secundo loco, supra quos Luciferi, superque eum Solis, ultra quos globum Martium, ulterius Jovium, ultimum vero, et vicinum aplani stellisque adhærentibus ei, Saturnium sidus. Scilicet ut inter planetas Sol medius locatus, cordis, immo vitalium omnium, præstantiam obtinere intelligatur. Consentit his Alexander Milesius, ita dicens :

Sortitos celsis replicant anfractibus orbes :

Vicinum terris circumvolat aurea Luna:
Quam super invehitur Cyllenius: alma superne
Nectareum ridens late splendet Cythera.
Quadrijugis invectus equis sol igneus ambit
Quartus et æthereas metas, quem deinde superne
Despicit armipotens: sextus Phaethontius ardor
Suspicit excelsum brumali frigore sidus,
Plectricanæ citharæ septem discriminibus quos
Assimilans genitor concordi examine junxit.

LXXII. Pythagoreum dogma est ratione harmonica constare mundum, cœlestiaque distantia congruis et consonis sibi invicem intervallis, impetu nimio et velocitate raptatûs edere sonos musicos. Quem secutus Eratosthenes motu quidem stellarum sonos musicos edi consentit; sed ordinem collocationis non eundem esse dicit. Statim quippe post Lunam secundam altitudinem a terra dat Soli; memorans fabulose, Mercurium commenta recens a se lyra, cum cœlum ascenderet, primitus transeuntem per ea, quæ motu planetum ad organicum modum personabant; a se inventæ similem miratum, quod imago a se inventi operis in cœlo quoque reperiretur stellarum collocatione, quæ causa esset concinentiæ, recensere, primum se a terra transmisisse Lunæ globum, post quem superasse solis, dehinc Mercurii Stilbontis, et ceterorum cum aplani summa, et excelsa. Mathematici tamen neque hanc, neque unam omnes, ordinationem stellarum errantium ponunt; sed solem quidem post Lunam: ultra hunc autem, quidam Mercurium, quidam autem, alium aliquem ex residuis collocant. Plato etiam in hoc ipso Timæo primam altitudinem a terra usque ad Lunarem circulum; secundam usque ad solem liquido dimensus est: etiam in Politia, non ordinationem modo commemorans planetum, sed singulorum magnitudines, velocitates, etiam colores, hoc est splendores, ac serenitates notans, axem cœlitem fuso, circulosque axem ambientes, tam extimos, et vicinos polis, quam medios tres verticulis comparans.

LXXIII. Superest ut tractatui, qui est habitus de stellis errantibus, illud addatur; quasdam earum sequaces esse, quas appellant ὑπολειπτικὰς mathematici, ut sol et luna sunt. Hi quippe ignes nunquam ad præcedentia signa transitum faciunt, sed ad ea semper, quæ sequuntur; propterea que nec subsistunt in motu, nec regradantur unquam. Alias vero stellas nonnunquam præire, nonnunquam deseri, ut ceteræ, quæ interdum stare, interdum redire, pro spisso motu videntur. Est quippe sequacitas visum imaginatioque stellæ, velut ad sequentia signa pergentis, atque ad orientem transeuntis, ut a cancro ad leonem. Statio vero, visum, et imaginatio stellæ, diu manentis in eodem loco, juxta aliam fixam stellam, nec errantem. Porro regradatio, visum, et imaginatio stellæ post stationem, quasi ad contrarium iter prioris itineris provectio. Quæ omnia ita fieri nobis videntur, sed reapse non ita fiunt ut videntur. Causa vero erroris in contemplando ea est, quod cum per proprios orbes ferantur, seu globos, iidem planetes, infraque ἀπλανοῦς orbis excelsa, nobis e regione terræ videntibus, objectu aerii corporis impediente aspectum, zodiacum exteriorem orbem peragrare videantur.

LXXIV. Faciendum ergo est, ut expositis demonstratisque errorum causis, falsa opinio conquiescat. Est igitur totius mundi talis constitutio, ex corporibus materiisque integris, providentiæ gubernaculis, ad motum æternitati convenientem directa: motuique proprio similem formam præferens globeam. Verum ad dinumerationem conversionesque temporum, immutationesque et diversitatem terrenorum, stellarum errantium varius motus necessarius omnibus, qui nunc accidunt, proventibus auctoritatem dedit. Quippe simplex atque uniformis ἀπλανοῦς, utpote ejusdem naturæ, rata, atque eadem semper, conversio æqualis et ordinata: errantium vero orbiculata quidem et ipsa, sed neque æqualis, et inordinata, et varia, nec una, sed multiformis.

LXXV. At vero sub Luna usque ad nos, omne genus motuum, omne etiam mutationum, prorsus ut est in vetere versu Nævii:

Exuviæ, rabies, furiarum examina mille.

Namque generatio et item mors in isto loco; incrementa quoque et imminutiones: et omnifaria commutatio, transitioque ex locis ad loca. Quæ cunctæ passiones originem trahunt ex motu planetum. Quod tamen hactenus hac ratione dicitur, ne quis putet illa de æterna et beata generatorum et occiduorum causa, sic esse disposita, quin potius illa quidem habere congruum felicitatis suæ cursum: hæc vero ex accidenti quodam, et aliquatenus consentienti cum illis consortio imitari, quoad possunt, divinam felicitatem. Ut enim universæ rei motus similis esset, semperque in orbem rotaretur ipsa hæc agitatio, vita, actus, atque operatio mundi exsistens, et vita divina: necesse fuit terram mediam manere, circa quam, quæ per medium ferrentur, irent. Terra porro manente, ignem diversam regionem capessere, levem, altivagam, quæ materiam sequebatur. Hisque late distantibus, ratio poscebat, ceteras quoque aeris, et item aquæ, materias inseri medias, continuandi totius corporis causa. His porro ad unam veluti seriem continuatis, demum erat necesse, fore aliquam ad aliud ex alio elemento transfusionem, cum eorum silva sit utrobique mutabilis, ipsarum autem materiarum vis, et natura, contraria.

LXXVI. Causa itaque mutationum ex vario motu planetum. Nam si una eademque esset, perinde ut fixarum stellarum, circumvectio, unum semper eundemque modum observantibus omnibus stellis, ne isto quidem ulla proveniret diversitas. At nunc conversiones, et æquinoctia processusque, et regradationes, per latitudinem perque altum maxime quidem Solis, et Lunæ tum, ceterorum quoque siderum, vices temporum mutant, et omnem istam important commutationem, atque inconstantiam. Quæ

quidem inconstantia, non ita ut nobis videtur, provenit. Nulla enim in divinis actibus inconstantia, sed, ut ita videatur, fit ex eo, quod illis positis et immobiliter adhærentibus propriis circulis, per quos feruntur, æquales semper ordinatoque gressu, noster visus ferri ea per altiora convexa signiferi orbis imaginetur, ex ordinatione rati et æquabilis motus nascente motu præpostero juxta visum hominum consequenter. Est enim æqualis quidem motus, qui æqualia spatia æqualibus curriculis temporum conficit, sine pigritia, vel incitatione. Ordinatus vero, in quo neque resistitur, nec retrorsum reditur, sed ad proxima quæque moderato incessu pervenitur. Videntur tamen nobis omnes quidem planetes non æquali motu, quidam tamen inordinata quoque agitatione ferri.

LXXVII. Quam igitur causam dicemus hujus erroris, et præitionis? Supra memoratam, a Pythagora intellectam, quod quum in globis suis consistentes ferantur, per Zodiacum ferri, languente visus acie, putentur. Id adeo in aliquo ex errantibus, immo in eo, per quem videntur omnia, sole consideretur. Sit enim Zodiacus circulus per a β γ δ notas circumactus [vide figuram VII], cujus, et universi mundi, in medietate posita, juxta quod stipatam manere dicimus terram, litera sit, per quam lineæ duæ dirigantur, bis secantes circulum in æqualia dimensa quatuor, h æ α γ, β δ diametros utraque intelligatur, α in exordio arietis locatum, β in exordio cancri. Item γ in regione libræ, δ capricorni. Ergo Sol accedens ad α, facere videtur æquinoctium vernale : ad β autem, æstivam conversionem. Item ad γ auctumnale, æquinoctium : ad δ, hiemalem conversionem. Æquales ergo partes mundi quatuor has α β, β γ, γ δ, δ α, iniquis et imparibus temporibus videtur circuire. Siquidem ex æquinoctio verno ad æstivam conversionem, spatium cœli quod interjacet, fere nonaginta quatuor et semis diebus et noctibus conficit. Ex conversione vero æstiva usque ad auctumnale æquinoctium nonaginta duobus et semis diebus et noctibus pervenit. Ab auctumnali porro æquinoctio pergens ad brumalem conversionem octoginta octo diebus pervenit, et octava parte unius diei. Residuum item spatium, quod inter brumalem conversionem et vernum æquinoctium interjacet nonaginta fere diebus, et parte octava diei, conficit. Propterea que omnem circuli meatum trecentis sexaginta quinque diebus, ac noctibus, et parte quarta diei, propemodum obire consensu omnium creditur. E regione geminorum tardissimus, e finibus sagittarii volucer. Medius in transitione tam virginis quam etiam piscium. Fieri tamen non potest, ut contra naturam suam, divinitate præditam, faciat aliquid, vel patiatur inordinatum Ex quo apparet, per suum circulum et solem et ceteras stellas meantes æquabiliter, et ordinate, nobis e regione terræ spectantibus videri per α β γ δ circulum, qui est non solstitialis, sed Zodiacus, meare.

LXXVIII. Quia igitur non per Zodiacum hunc circulum sol, sed per alium solstitialem, qui est ejus proprius, incedit, siquidem utriusque circuli punctum unum et idem esset in θ : eadem ratione divisus solstitialis qua Zodiacus, in iisdem vitiis et iniquitatibus, inveniretur, eodemque modo α β γ δ circuli partes quatuor, pluribus has, paucioribus alias, obiret diebus. Sed si hæc contra naturam siderum falso putare homines ratio monstraverit, certe perspicuum erit, illius globi, per quem sol movetur, punctum in θ non esse. Ergo circulus vel intra se continebit θ, sed non ut punctum vel medietatem : vel per idem θ transiet, vel excludet omnino a gremio suo. At enim per θ, id est terram, ire solem impossibile est. Conflagrabunt enim terrena solis ardoribus, semperque solis globo superiore exsistente, dies erit perpetua : nec eidem succedet nox, nunquam scilicet mergente sole. Superest igitur ut θ vel intra ambitum solstitialis circuli sit, vel extra. Utrumque enim assumptum rationem habere monstrabitur, id est aut θ intra solstitialis circuli ambitum esse, aut extra, modo epicycli. Quæ quidem res inter mathematicos disceptationem creavit. Siquidem alii sphæris eccentris, id est quæ terram intra se contineant quidem, sed non ut punctum suum, vehi planetas asserunt : alii epicyclis potius, hoc est, a terra separativis, nec imminentibus ei globis.

LXXIX. Sit igitur solstitialis eccentrus circulus ε ζ ϰ, et habeat punctum sub ε ζ ambitu immediate, scilicet ubi est μ. [Vide figuram VIII.] Hoc igitur circulo in trecentas sexaginta quinque partes cum quarta parte unius portionis diviso, ad earundem partium exæquationem, ε ζ quidem ambitus nonaginta quatuor semis portionibus continebitur : ζ ε vero nonaginta decem semis erit partium. Item η ϰ octoginta et octo partes habebit, et unius partis octavam. Residuus ambitus ϰ ε ex nonaginta constabit partibus, et octava unius partis. Necesse est itaque, ut cum sol accedat ad eam partem, in qua est ε, nobis in puncto agentibus mundi totius, id est, terra θ, et inde quoad possumus, intuentibus, super a tunc ferri videatur : cum illa regio non solstitialis circuli, sed Zodiaci, sit multo altioris summitas, ad quam visus non potest pervenire. Atque ita per ε ζ ambitum means æquabiliter, qui ambitus tribus ceteris major est, pluribus, ut necesse est, diebus majorem ambitum conficiens, ubi ad ζ pervenerit, ad β pervenisse videbitur : et tanquam α β peragrato ambitu, æqualem quartam partem zodiaci circuli pluribus, quam ratio æquabilitatis exigit, diebus obisse creditur. Rursumque ζ η ambitu sui circuli secundæ magnitudinis peragrato æquabiliter diebus nonaginta duobus semis (tot enim partium est idem ambitus) ubi ad η pervenerit, videtur nobis ad γ pervenisse : et β γ ambitum, velut æqualem priori paucioribus diebus emensus. Eodemque modo η ϰ minimum ambitum lustrans, utpote qui sit in octoginta partibus, et octava; ubi totidem diebus obierit, perveneritque ad ϰ, e regione θ spectantibus, videbitur quidem ferri supra δ, putabitur autem γ δ ambitum æqualem ceteris, paucioribus diebus obisse. Similique erroris perseverantia ϰ ε ambitu

emenso nonaginta diebus, et octava parte, juxta numerum portionum, repræsentatusque demum in ε, finito anniversario anfractu, δ α ambitum putatur emensus, æqualem cæteris iniquo, et impari, gressu; nec in ε exordium sui circuli repræsentatus, sed in α alieni, id est, Zodiaci circuli summitatem. Quod si duum circulorum, id est, majoris Zodiaci et minoris solstitialis eccentri, duo puncta conjungantur, et fiat μ θ, deinde per hanc ducta perrexerit ν ξ linea, quia ε ζ η κ circuli punctum et medietas est μ, æquales erunt lineæ ν μ, μ ξ. Major igitur est νμ linea, quam ξ θ. Multo igitur major ν θ quam θ ξ. Cum ergo sol per ν feretur longius a terra remotus, id est a θ, minor nobis videbitur e longinquo, etiam tardior : quod fit juxta quintam semis fere partem geminorum. Cum vero per ξ feretur, proximus terræ, major putabitur velociorque intuentibus : quod demum fit juxta quintam semis partem sagittarii. Mediæ vero tam staturæ quam velocitatis, cum aut pisces aut virginem transiet.

LXXX. Et quoniam solis motus intemperiem falso putari, demonstravimus in eccentris circulis, nunc si, ut quidam putant, per epicyclos globos fertur, nihilominus moderatis eum gressibus temperatisque, conficere annuos cursus, exposita epicyclorum forma, docebimus. Epicyclus dicitur globus, qui per aliquem circulum fertur. (Vide figuram IX.) Sit igitur etiam nunc Zodiacus circulus, quem limitant notæ α β γ δ, solstitialis vero, excludens Zodiaci circuli punctum, id est ε ζ η κ, habens ipse proprium punctum μ, et a puncto quidem θ, intervallo autem μ, describatur circulus μ ο ν ξ : et ε ζ η κ epicyclus intelligatur cum universi mundi vertigine rapi, similiter ut ceteri ignes, ab oriente in occidentem, raptatu quotidiano, ferri tamen naturaliter adversum totius mundi volatum : solque rursus in eodem epicyclo constitutus, juxta totius mundi versionem moveri. Ergo ε ζ η κ epicyclus per descriptum μ ο ν ξ circulum naturali motu means, contra quam movetur totius mundi raptatio, moderate, et æquabiliter, anni spatio cursum istum conficiat. Solque item, in hoc eodem epicyclo constitutus, epicycli quidem sui motui contrarium motum moliatur, mundi vero totius comitatum sequatur. Ibit ergo ε ζ η κ epicyclus per μ ο ν ξ circulum gradiens : et cum pervenerit ad ο literam, quartam mundi partem obibit. Tunc sol ab ε ad κ perget : erit ergo sol, ubi et ο litera. Nobis tamen a terra, id est θ, spectantibus directa visus acie videbitur esse apud notam β. Ita, cum quartam confecerit mundi partem, minorem quartam confecisse videbitur. Ac rursus idem epicyclus, e regione ο literæ profectus, perveniat ad ν et sol α κ ad η perget, erit ubi est ν. Nobis tamen directo visu intuentibus, videbitur esse, ubi γ litera. Ita, cum æqualem quartam mundi partem confecerit, a litera β usque ad γ literam, majorem quartam citius, et incitatius, videbitur peragrasse. Rursum idem epicyclus conficiat aliam mundi æqualem partem, id est ν ξ. Sol quoque item, ut in prioribus, ab η ad ζ pergat, erit ubi est ξ : nobis autem videbitur, ubi est δ litera. Ita, cum æqualem quartam mundi partem peragraverit, majorem peragrasse putabitur γ δ Zodiaci circuli. Residuum demum quadrantem ξ μ idem obeat epicyclus, et cum pervenerit ad ε repræsentatus post annum loco suo, videbitur tunc esse sol ubi est α, et putabitur Zodiaci circuli obrepsisse metam δ α.

LXXXI. Qua ratione palam fit, etiam secundum epicycli motum, ea, quæ videntur nobis, aliter, quam reapse fiant, videri. Tardior enim, et minor visu, videtur sol, cum velut in geminis erit. Maximus vero, et incitatissimus, cum velut in sagittario. Nec immerito. Quippe ε ζ η κ epicyclo moto per μ ο ν ξ circulum, sol ab ε ad κ pergens, contra quam feratur epicyclus suus moram faciens, tardius ad ο deferetur, tardiusque μ ο obibit ambitum, multoque tardius Zodiaci circuli α β regionem existimatur obisse. Et rursum, epicyclo supradicto moto ad ο ν ambitum, sol demum ab κ ad η pergens, incurrere videbitur mundi circumactioni, et, adjutus ab ea propere, et citius, obire Zodiaci quadrantem. Eodemque modo, epicyclo moto per ν ξ ambitum, sol demum ab η ad ζ pergens, tanquam præcurrens epicycli sui motum præcipitare cursum per Zodiacum videtur. Rursumque, eodem epicyclo moto per ξ μ ambitum, sol a ζ ad ε κ pergens, contra quam fertur epicyclus suus moram faciens, tardius ad μ deferetur, tardiusque ξ μ obibit quadrantem, multoque putatur tardius δ α Zodiaci circuli quadrantem peragrasse. Sic et epicyclus anno vertente conficiet cursum suum, et sol naturalem. Estque in solis circuitu maximum α θ ad ε, id est, a terra ad summum limitem solstitialis epicycli, minimum vero ad ejusdem infimum limitem.

LXXXII. Eodem modo ceteri planetes, cum in globis suis consistentes ferantur, per Zodiacum ferri nobis, ob supra demonstratas causas, videntur : tarditatisque, et celeritatis, idem intellectus, in omnibus erraticis, rationem assequetur : licet diversis temporibus ceteri, nec in iisdem, quibus sol, cursus suos peragant; usque adeo, ut quidam eorum propter nimiam tarditatem, interdum consistere, interdum repedare videantur. Sol enim minorem, utpote anniversarium circulum lustrans, minores evagationes vel cum exaltatur vel cum humiliatur vel cum a medietate ad diversas cœli plagas discedit, incurrere nobis videtur, eamque omnem intemperiem anni vertentis termino claudit. Ceteri planetes, quia singulatim uniuscujusque eorum, pro magnitudine circulorum, quos obeunt, et prolixitate temporum, quibus confecto cursu ad exordia revertuntur, fit reditus ad exordia, varias, et multiformes, motuum conditiones pati non immerito putantur. Quippe unus biennio, alter duodecim annis, tertius prope triginta, orbes suos obeunt. Ex quo fit, ut visus noster, motum stellarum notans sine intellectu et recordatione stellæ alterius compendii, ex brevitate circuli provenientis, aliarum item tarditatis, quæ provenit ex amplissimorum orbium peragrationibus, præire alios

planetas, alios subsistere, alios regradare, id est, ferri retrorsum, imaginetur. Quod in circuitu Solis, Luciferique, et Stilbontis minime apparet, propter brevitatem circulorum, angustiasque temporis, intra quod conficiunt cursus suos : multoque etiam magis in Lunæ motibus. Quippe in horum motibus, vel statio, vel regradatio nulla cernitur, sed in illis solis, quorum majores ambitus competenti temporis prolixitate peragrantur.

LXXXIII. Aristoteles tamen, contra opinionem omnium, neque quiescente corpore æthereo ferri stellas, veluti soluto ac libero motu, nec secundum universæ rei motum, vel contra, moveri docet, quin potius omnes eas trahi una, et eadem, naturali mundi circumactione. Idemque et eccentrorum, et epicyclorum, tollit opinionem ; propterea quod circulis, hoc est, lineis picturatis, et carentibus corpore, vehi stellarum vera et solida corpora non posse dicat. Quatenus enim corpus incorporeæ rei nexu vinciri possit? Sed sphæras esse quasdam quinti illius corporis naturæ congruentes, easdemque per omne cœlum ferri, vario diversoque motu; earum alias esse maximas, alias minimas; quasdam vero ex alto moveri, quasdam ad ima esse depressas. Jamque alias cassas, solidasve, alias stellarum corpora continentes, easdemque omnes, perinde ut ceteras stellas, minime errantes, infixas esse cœlo : atque ex diversis regionibus, depressisque et elatioribus locis, ad occidentem meare eamque esse causam, cur circulorum effigies depingatur, quia concursus ad unum locum ex diversis cœli plagis tanquam vestigia variorum delineet tramitum, ut si naves ex omnibus maris regionibus ad unum eundemque portum variis temporibus deferantur. Ac de stellarum quidem errantium inconstanti discursione dictum satis.

LXXXIV. Sequitur ut, quoniam videntur quædam nobis earum modo stare in progressu, modo regradari, et interdum præcurrere certa signa Zodiaci circuli, interdum remanere, ac relinqui ; quæ causa sit hujus imaginis, consideretur. Sit ergo Zodiacus $\alpha\,\beta\,\gamma\,\delta$, cujus punctum in medietate θ, epicyclus autem erraticæ cujuslibet stellæ $\varepsilon\,\zeta\,\eta$, cujus item punctum in medietate sit litera μ, per quam medietatem, velut axem proprium, feratur idem epicyclus, cum stella in semet locata, Zodiaci circuli pari motu, hoc est ab oriente in occidentem. Agantur etiam e regione θ obliquæ duæ lineæ, stringentes utrimque extremos ambitus epicycli $\theta\,\zeta\,\beta$, $\theta\,\eta\,\delta$: perque epicycli punctum μ ducatur in altum linea $\theta\,\mu\,\alpha$. Ergo stella, cum erit in ζ, nobis e terra directo visu spectantibus videbitur consistere in regione Zodiaci, in qua est β, et cum $\zeta\,\varepsilon$ lustraverit ambitum, putabitur Zodiaci $\beta\,\alpha$ ambitum obiisse, et ad præcedentia signa versum progressa esse. Similiter ex ambitu lustrato, videbitur ad Zodiaci ambitum obiisse, et ad præcedentia signa versum etiam nunc festinasse. Rursum $\eta\,\zeta$ regione peragrata, videbitur nobis per $\alpha\,\delta$ ad β demum repedasse, obvia facta signis sequacibus, propterea esse regradata. Cumque non multum spatii ab ζ recedet, etiam nunc, tanquam in β, diu in eodem loco morari putabitur. At vero, cum recesserit longius, transitoque ε limite ad η pervenerit, rursum consistere in δ, et præcedentia signa existimatur præcurrisse : recedensque ab η longius, per $\eta\,\zeta$ ad β repedasse. (Vide figur. X.)

LXXXV. Mathematicorum tamen non eadem est opinio, quæ philosophorum; qui non ad ea quæ videntur, sed ad naturalem stellarum motum animadvertunt. Nullam quippe stellam diverso contrariove motu moveri contra universæ rei motum, circumactionemque, asserunt; sed omnes uniformiter ferri secundum naturam suam. Faciam ergo, ut etiam juxta mathematicos $\varepsilon\,\zeta\,\eta$ epicyclus contra totius mundi motum feratur. Ergo stella, cum erit in η, videbitur esse penes δ; et cum $\eta\,\varepsilon$ lustraverit ambitum $\delta\,\alpha$, Zodiaci orbis ambitum obiisse credetur, juxta signorum sequentium ordinem pergens : $\varepsilon\,\zeta$ autem ambitu lustrato, similiter etiam nunc ad sequentia signa putabitur progredi : $\zeta\,\eta$ porro ambitum emensa, rursum consistere putabitur in δ, per $\beta\,\alpha$ ambitum ad δ retrorsum reversa, propterea-que regradata. Atque ita tam physicorum, quam mathematicorum, rationibus, stationum, præcessionumque, et regradationum visa patefiant.

LXXXVI. Longum est demonstrando persequi, quæ sit, et quatenus accidat, maxima stellarum errantium altitudo, quæ media, quæ minima : seu per eccentros ferantur, seu per epicyclos circulos. Itaque veniemus ad demonstrationem cœtuum, quos etiam alio nomine concursus solemus vocare : item obstaculorum, effulsionumque, et repentinarum obscurationum. Erit porro dissertationis initium tale : Quia naturaliter visus noster in directum porrigitur, est porro longe excelsa, et eminens, sphæra, quæ ἀπλανὴς dicitur, subter quam sunt positæ sphæræ planetum, ita, ut supra demonstravimus, ordinatæ : perspicuum est, lunæ globum, qui est infimus, proximusque terræ, cæteris, ultra se locatis, obstare sideribus ; omniaque, tam rata, quam errantia, cum inter visum nostrum, et aliquod ex sideribus, ad directam lineam, se objecerit, obumbrare. Sol autem, cui luna nonnunquam obstat, alias stellas superiores diversa ratione condit, vel cum, proximus factus, lucis suæ claritudine cæterorum luces tegit : vel cum objectu suo visui nostro resultat. Stilbon vero, et Lucifer, et superiores a visu nostro stellas interpositi removent, et plerumque sibi invicem obsistunt, propter mensuras non æquas, obliquationesque orbium, et positionum diversitates, superiores invicem humiliores-que facti. Mera prehensio difficilis est in ipsis propter inseparabilem prope occursum, comitatumque. Solus quoque Mercurius, minimo corpore, exiguoque igne, Soli magis proximus, adhærensque, ejusdem inflammatione obumbratur. Mars duos supra se planetes plerumque condit. Phænon quoque summus ab obsistente sibi occultatur Phaethonte : et omnes planetes, imminentes sibi ad directam lineam ratas stellas obumbrant. Luna item, diametro a sole distans, et incurrens umbram terræ, ob-

scuratur; nec tamen omnibus mensibus, sicut ne omni quidem coitu, hoc est, omni nova luna, solis obscuratio intervenit, aut omni plena perfectaque luna lunæ labor fit, atque obscuratio, propterea quod circuli eorum nimia obliquitate a se invicem differant.

LXXXVII. Quippe sol, sub ipsam libram medietatis signiferi omnis, modico dicatur ferri deflexior, ad dimidium fere momentum declinans, vel in austrum, vel in aquilonem. At vero luna, ut asseverat Hipparchus, decem utrimque momentis devia reperitur. Igitur, si utrosque orbes epipedos, id est planos, et sine ulla soliditate, tam solis, quam lunæ consideremus animo, positos adversum se ita directa positione, ut una, per medios orbes ducta, linea spinam duobus planis orbibus insiguiat : erit diametros amborum eadem linea. Et ejus summa pars, scindens proximum circulum, καταβιβάζον, hoc est, subdividens, appellatur. Imo vero secans æque sursum versum majorem orbem, ἀναβιβάζον, id est supra dividens. Quare, si cœtus solis, et lunæ, fiet directus, et velut ad perpendiculi destinationem, utpote proximis sibi factis ex concursu corporibus, objiciet se ante visum nostrum, et obstabit, angustum videndi obsidens tramitem luna, lucemque solis a nobis arcet minor licet multo majorem objectans, ob directum, propterea que angustum, nostrorum oculorum tramitem. Si vero non ad perpendiculum cœtus eorum factus erit, sed prolixitas quidem intervalli erit, latera porro a rigore declinabunt aliquatenus, ita ut alter ignium ad aquilonem, alter vero ad austrum vergat, obscuratio nulla fiet.

LXXXVIII. Lunæ vero labor, sive defectio sic demonstratur : Quod quidem, cum incurrerit umbram terræ deficere videatur, constat apud omnes : sed cur non semper, aut omnibus mensibus, hoc dicendum. Ignium lucem præbentium radii directi feruntur, umbras objectorum corporum formantes in varias figuras. Ergo cum ignis, lucem præbens, æqualis erit corpori, ex quo emicant umbræ, si tam ignis, quam corporis, globosa erit forma, umbræ nascentur in modum cylindri : ut, puta, sit lucem afferens; et luminans, α β : quod vero illuminatur, γ δ. Hæc vero æqualia sint, et globosa utraque. (Vide figuram XI.) Perspicuum est, radios, unum α γ, alterum β δ, in directum exaltatos, juxta se esse dispositos æquali distantia. Merito : quia circuli α β diametrus, circuli γ δ diametro æqualis est. Iidem radii crescant in altum; erit α γ ε radius, radio β δ ζ distans æquali rigore, hoc est, sine inclinatione. Et γ ε ergo adversum δ ζ radium sine inclinatione distabit, et uterque radius, in immensum licet auctus, æquali crescet rigore : nec eorum cacumina conjungentur unquam, vel contingent se invicem. Quod cum ita sit, dubium non est, γ δ sphæræ umbram in effigiem cylindri formari, crescentem per immensum licet.

LXXXIX. Si tamen, quod illuminat, brevius erit, ut η θ; quod vero illuminatur, majus, ut κ λ : manifestum est, umbram orbis κ λ, quæ est κ μ, α ν, in forma quidem effigiari calathi, nec tamen hanc speciem mutari, etiam si crescat umbra in immensum. (Vide figuram XII.) Nam cum sit major κ λ diametros, η θ diametro : profecto tam η κ μ radius, quam θ λ ν in immensum porrecti, latiorem, quo plus crescent, effigiant opacitatem. Ergo sive umbra κυλινδροειδής, sive καλαθοειδής erit, contingat necesse est, ut multæ stellæ, quæ supra nos imminebunt, per noctem non videantur a nobis, hac aut illa umbris objectis et obstantibus : sed hoc rationem non habet : oportet igitur, semper majorem esse illustrantem globum iis quæ illustrantur. Itaque si lucem advehens præstabit magnitudine, ut ξ ο; minus vero erit, quod illustratur, ut π ρ : utraque autem globosa : π ρ circuli umbra, quæ est π ρ σ, nascitur, in modum coni desinens in acumen, ibidemque finita ξ π, et ο ρ radiis porrectis in altum et contingentibus se invicem apud notam σ. Quod fit ex eodem, quia π ρ diametros minor est diametro ξ ο, propterea que umbræ species conoides erit. (Vide figuram XIII.)

XC. Quia igitur Hipparchus in eo opere, quod inscribitur *De secessibus atque intervallis solis et lunæ* docet, magnitudinem solis mille octingentis octoginta partibus potiorem esse quam terram, terram vero demum viginti septem partibus potiorem esse quam lunam, multoque solem altiorem esse quam luna sit : apparet, umbram terræ coni similem effici. Quippe radii solis ξ π et item ο ρ angustant se juxta diametrum terræ π ρ, et dextra, lævaque, omnia illuminant. Terra vero objecta lumini solis, circumfluente se lumine, umbram terræ efficit, a diametri sui latitudine in angustiam provectam, et usque ad finem ultimum angustiarum attenuatam. Quam cum inciderit nocturna luna diametro a terra, et sole, distans; ut quæ propria luce indigeat, atque a sole semper mutuetur, et sit minor quam terra, obsistente sibi ea, in tenebras conditur. Porro, cum non ad directum rigorem solis, terræque, et lunæ, positio conveniet, ut per puncta medietatum transeat diametra linea : sed sol in aquilonem, luna in austrum vergat, vel contra : evasa terrena umbra, nullam patitur obscurationem. Ac de his quidem hactenus. Nunc vero jam peragratis omnibus, veniamus ad orationem.

XCI. Καὶ δὴ τὸ μιχθὲν ἐξ οὗ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν καταναλώκει. Ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσάν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας μέσην πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον χ προσβαλών, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐταῖς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς προσβολῆς.

Et jam fere omne commixtum illud genus essentiæ consumtum erat hujusmodi sectionibus partium. Tunc hanc ipsam seriem in longum secuit : et ex una serie duas fecit, easque mediam mediæ, in speciem X Græcæ litteræ coarctavit; curvavitque in orbes, quoad coirent inter se capita.

Ex tribus his, essentia scilicet, et eodem, et diverso, miscuerat animam, et eam secuerat in numeros, partim duplices, usque ad cubum, qui primus ex duplicibus nasci-

tur : partim triplices usque ad cubum, qui primus ex triplicibus nascitur. Horum numerorum intervalla numeris aliis contexi volebat, ut esset in animæ textu corporis similitudo. Itaque limitibus constitutis, uno sex, altero duodecim, qui est duplex, duabus medietatibus octo et novem, sex et duodecim limitum intervallum continuavit, epitrita item sescuplari potentia : perindeque, ut inter ignis limitem, et terræ alterum limitem, insertis aeris et aquæ materiis, mundi corpus continuatum est, ita numerorum potentiis insertis, ut tanquam elementis, materiisque membra animæ intelligibilia connecterentur, essetque aliqua inter animam et corpus similitudo. Hanc igitur *seriem*, non materiam, neque corpus, *secuit*, inquit, *Deus :* ut si quis α β rectam lineam in longum findat, et de segminibus duobus χ faciat γ δ, ε ζ : id ipsum incurvet demum, et duos innexos sibi invicem circulos faciat : η θ κ λ et η ν x μ hosque ipsos exteriore alio ο x ρ ο circulo, cujus motus, conversioque, idem semper et uniformis sit, circumliget, id est aplani. (Vide figuram XIV.) Hujus quippe orbiculata est agitatio semper eadem, semper æquali velocitate, ne locum quidem ullum desiderans extra consueti ambitus semitam. Et exterior quidem circulus, quem dicit *eundem*, is est, qui in aplani globo summus est, quem Meridialem nos, Græci μεσημβρινὸν appellant, utrumque complectentem polum, cumque iisdem ventilabundum aplanis effigiem globi delineare. Interior vero circulus intelligi debet is, in quo signorum circumfertur ordo, subter quem planetes ferentur. *Ideoque exteriorem motum, eundem cognominavit*, quia idem semper, minimeque differens, est aplanus volatus : *interiorem vero, diversum :* cuncti enim, qui subter Zodiacum oberrant, planetes, licet in orbem referantur singuli, diversas tamen, variis de causis, et compugnanter accidentibus casibus, faciunt agitationes, vel facere potius videntur, dum exaltantur, et humiliantur, tardius tamen, et interdum incitatius, perguntur. Propterea que rapiuntur ab universæ rei motu ; et tamen, ut possunt, renituntur, interdum etiam latius evagantur : sæpe etiam præcurrere signa, sæpe remanere, sæpe subsistere putantur, sæpe repedare.

XCII. Quod autem de nullis aliis, sed de his ipsis sentiat, ac loquatur, ipse manifestat, cum ita dicit :

Τὴν μὲν δὴ ταὐτοῦ κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιὰ περιήγαγε, τὴν δὲ θατέρου κατὰ διάμετρον ἐπ' ἀριστερά.

Exteriorem quidem circulum, quem eundem cognominatum esse diximus, a regione dextera per sinistrum latus usque ad dextrum inflexit : diversum porro per diametrum et in sinistrum latus.

Eadem quippe semper, et constans sibi, circumvectio, id est aplanes, per quam meridialis circulus volvitur, dextera mundi parte movetur. Dextera porro mundi pars, oriens esse docebitur. *Diversum porro*, inquit, *per diametrum*, id est interiorem motum, quo subter obliquitatem orbis signiferi planetes moventur. Latera vero, cum sit mundi corpus sphæræ simile, et globosum ; et undiqueversum simile, nec differens : itemque dexteræ et lævæ partes mundi non recte dici videntur sphæram cogitantibus, et ad solam ejus speciem respicientibus : quia tamen idem mundus animal est, et animal intelligens, dexteras partes habebit profecto eas, in quibus est initium motus, et ex qua parte, perinde ut cætera animalia, moventur primitus. Hæc porro mundi pars in eois est, propterea que Homerum puto lapsum aliis augurantem dixisse :

Dexter ad eoum volitans solemque diemque.

Nec vero summum quid aut erit imum in effigie pilæ ; sed in vivente, atque animali pila vere dici hæc nihil impedit. Demus enim corpori nostro quædam extrinsecus ex luto cerave additamenta, usque ad tumorem globi ; certe mutata forma erit. Ac undiqueversum membris omnibus similibus effectis, et ad indeclivem rotunditatem redactis, nullum dextrum, nullum sinistrum videtur latus, nec imi pedes, nec summum caput, cum sint membra condita involucris. Vitalis vero substantiæ ratio imas, summas, dextrasque, et sinistras, partes scit intus latere. Sic mundi partium diversa interficies quamvis indifferenti membrorum similitudine occultatur in superficie, motu tamen, et spirabili proditur convegetatione, ut corpus, animalque formatum.

XCIII. Deinde prosequitur :

Κράτος δ' ἔδωκε τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἀσχίστον ἐάσας.

Et simili illi circumactioni virtute pontificioque rotatûs dato. Unam quippe, ut erat, eam et indivisam reliquit.

Merito. Nam sphæra una, quæ aplanes dicitur, multas, et innumerabiles, stellas circumagit, cum planetas singulos multæ sphæræ circumferant. Potest tamen et alio genere virtus ejus, quam obtinet adversum motum omnium planetum, intelligi, quod eadem semper atque indifferens ejus conversio tam ipsos planetas, quam ceteras stellas, cohærentes sibi, curriculo noctis dieique circumagat ab oriente in occidentem. Ex quo ajunt, planetas mutabilis illius naturæ, quæ *diversa* cognominatur, esse participes, utpote qui, rapti vertigine universæ rei ab eois ad occidua, referantur demum ab occiduis ad eoa : ut in navigando, cum ad destinatum venti pulsa navi volante e regione proræ quidam ex navigantibus ad puppim recurrunt.

XCIV. Deinde ait : *Interiorem vero scidit sexies.* Interiorem, id est diversum circulum, *septemque impares orbes fabricatus est juxta dupli, et tripli, spatia.* Tenemus memoria primam psychogoniæ descriptionem sic esse formatam, ut unum quidem latus ex duplicibus, alterum vero ex triplicibus numeris sit ordinatum, septemque utrimque limites factos, quorum per singula latera sint intervalla terna. Huic ergo adumbrationi, qua depinxit animam, imaginem similitudinis æmulæ, spe-

ciemque mundi, delineat. Septemque circulos instituit planetum, eosdemque adversum se distare facit intervallis musicis, ut juxta Pythagoram motu harmonico stellæ rotatæ musicos in vertigine modos edant : similiter ut in Politia, Sirenas singulis insistere circulis, quas rotatas cum circulis unam ciere mellifluam cantilenam, atque ex imparibus octo sonis unum concordem concentum excitari. Erit ergo animæ aplanes, ratio : planetes, ut iracundia, et cupiditas, ceterique hujusmodi motus, quorum concentu fit totius vita mundi modificata.

XCV. Sectioni quoque partium, ex quibus animam constituit, positio planetum conveniens videtur; cum unam ab universo facit sumptam primitus portionem et minimam, a terra ad lunam, cujus duplicem secundam, id est, quæ interjacet inter lunam solemque, cujus triplam tertiam, scilicet Veneris; quartam duplicem secundæ, id est, quadruplam primæ, Mercurii : octuplam vero Martis, quæ quinta sectio est : hinc triplam tertiam posuit, id est regionem, seu circulum, Jovis. Septem porro et viginti partium, Saturni novissimam sectionem.

XCVI. Quod vero dicit, deum *septem illos circulos contraria ferri agitatione jussisse*, plerique sic intelligunt, ut omnes contra mundi totius moveantur agitationem, quoniam quidem semper ejusdem motus conversio a dextro latere incipiat moveri, ut hæ septem conversiones uni rapienti semet, intelligantur occurrere. Alii non ita, sed ut ipsorum planetum sit diversa contrariaque conversio, iidemque invicem sibi occursus obvios faciant, propterea quod in anfractibus eorum varia, et multiformis, inveniatur diversitas. Siquidem solis, et lunæ, conversiones, comites universitatis motus eccentri sui, vel etiam epicycli, quatenus possunt, ab instituto, naturalique, cursu remorentur progressionem. Aliorum vero quinque, naturalis motus is esse comprehendatur, qui totius mundi conversioni resistat, licet eum præpotens illa vertigo corripiat. Ex quo fit, ut subsistere, nonnunquam etiam repedare, videantur. Hoc amplius, quod quædam e stellis errantibus vesperi semper occidunt, interdiu sub claritudine solis latentes, et exacta demum nocte, ante solis ortum apparescentes, ut Saturni stella, et Martis, et Jovis. Contra autem, cum vespera luna ante omnes stellas adpareat, mane condilur in occasum : Lucifer, et Stilbon, utroque genere et oriuntur, et occidunt. Quid? quod ceteri planetes longius a sole discedunt, usque adeo, ut certis temporibus, diametro distent. Stilbon porro, et Lucifer, nunquam diametro distant a solis orbitis ex utraque regione mundi eois, aut occidentalibus satis proximi facti; sed soli semper proximi cursus suos peragunt, propterea que dixisse eos Plato :

Τάχει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀλλήλοις καὶ τοῖς τρισὶν ἀνομοίως.

Tres quidem pari atque eadem velocitate, illos vero alios quatuor et sibimet invicem, et his tribus, dissimiliter incedere.

Quos tamen omnes diversos motus contrariasque agitationes planetum *ratione subnixos* esse dicit, ea videlicet, quam jugi tractatu manifestare curavit.

XCVII. Is deinde prosequitur :

Ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς σύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτα πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυνάγων προσήρμοττεν· ἡ δ' ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πάντῃ διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὑτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον.

Igitur cum pro voluntate patris cuncta rationabilis animæ substantia nasceretur, aliquanto post omne corporeum intra conseptum ejus effinxit : mediumque applicans mediæ modulamine apto jugabat. Ast illa complectens cœli ultima circumfusaque eidem exteriore complexu, operiensque ambitu suo, ipsaque convertens in semet, divinam originem auspicata est indefessæ sapientisque et sine intermissione vitæ.

Cœlum diverse et dicitur et accipitur. Partim mundi superficies, quam οὐρανὸν Græci appellant : veluti visus nostri limitem, ultra quem porrigi nequeat, quasi ὁρανόν : partim sphæra quæ aplanes vocatur. Proprie vero omne, quod a lunari globo surgit; communiter autem, quidquid supra nos est, in qua regione nubila concrescunt, et aliquanto superius, ubi astra sunt. Nam et pluvias ex cœlo dicimus demanare, et stellas in cœlo apparere, quæ appellantur cometæ, et cætera, quæ apparent infra lunæ globum. Cœlum quoque usurpantes mundum omnem vocamus.

XCVIII. Animam ergo mundi dicit *orsam ex medietate usque ad extremitatem mundani corporis*, et inde usque ad aliam extremitatem *circumfusam omni globo corporis operuisse universum ejus ambitum.* Ex quo apparet, a vitalibus mundi per extimas partes complexum esse circumdatum; hoc est, ut intra atque extra, vitali vigore foveatur. Neque enim universum corpus alterius corporis, quod nullum supererat, auxilio complexuque indigebat, sed incorporeæ naturæ viribus totus vitali complebatur substantia.

XCIX. Illud vero, quod a meditullio porrecta anima esse dicitur, quidam dici sic putant : ut non tanquam a medietate totius corporis facta dimensione porrecta sit, sed ex ea parte membrorum vitalium, in quibus pontificium vivendi situm est, ideoque vitalia nuncupantur. Non ergo a medietate corporis, quæ terra est, sed a regione vitalium, id est a sole, animæ vigorem infusum esse mundano corpori potius intelligendum pronuntiant. Siquidem terra immobilis, Sol vero semper in motu. Itemque uteri medietas immobilis, cordis semper in motu, quando etiam recens exstinctorum animalium corda superstites etiam tunc motus agant; ideoque solem cordis obtinere rationem, et vitalia mundi totius in hoc igni posita esse dicunt.

C. *Ipsam vero animam in semet convertere*, non ulique corporali conversione facta intelligendum, sed cogitationis recordationisque gyris, et anfractibus, parente sibi corpore, sicut quoque nostræ animæ motibus corpus obsequitur; idque mundo fuisse initium, *inde auspicium indefessæ, ac sine intermissione, vitæ*. Præclare, quandoquidem indefessa, et sine intermissione, vita tempori, curriculisque ejus, propagata sit. Ævi tamen alia quædam est, et in sublimiore majestate, perseverantia. Temporis enim partes, anni, menses, dies, horæ: at vero ævi neque initium nèque finis ullus, propterea interminatum, et perpetuum. Cum ergo mundum, generatum intro, daret, consequenter temporis quoque generationem, mundo æquævam, commentus est.

CI. Atque hæc quidem mox ipse latius explicabit. Nunc tantum animam docet esse incorpoream, cum dicit:

Καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν· αὐτὴ δὲ ἀόρατος μέν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ.

Et corpus quidem cœli sive mundi visibile factum: ipsa vero invisibilis, rationis tamen et item modulaminis compos.

Cum enim dicit *invisibilem*, sensui minime subjacere pronuntiat. Et quod nec visu nec celeris percipitur sensibus, hoc corpus esse minime potest; *rationis* tamen *compos*: ut declaret naturam rationabilem carentem corpore, quæ quidem est animæ rationabilis propria, et conveniens, adumbratio. Porro quod eandem *modulatam* esse asserit, originem ejus, et quasi quædam elementa, ex quibus eandem inter initia constituit, recordatur et repetit, ut ex ternis originibus, id est individuæ dividuæque substantiæ, itemque eadem diversaque naturis coagmentata, similitudinemque et dissimilitudinem rerum, bonitatisque et malitiæ diversitatem, optandæque et exsecrandæ naturæ disparilitatem, facile ipsis in rebus recognoscat: utpote quæ divisa sit numeris, composita analogiis, stipata medietatibus, ordinata rationibus musicis, scissaque adeo sexies, et rursum devincta immortalibus vinculis, convenientibus diverso varioque totius mundani corporis motui, omnia sciat, et omnia juxta naturam propriam assequatur.

CII. Denique addit:

Ἅτε οὖν ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως, ἐκ τε οὐσίας, τριῶν τούτων συγκραθεῖσα μοιρῶν, καὶ κατὰ λόγον μερισθεῖσα καὶ ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς αὑτήν, ὅταν οὐσίαν σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγει κινουμένη διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ καὶ ὅτου ἂν ἕτερον, πρός ὅ, τι τε μάλιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ τὰ γιγνόμενά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι καὶ πάσχειν καὶ πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί.

Ut ergo ex ejusdem et diversi natura cum essentia mixtis coagmentata indigete motu, et orbiculata circuitione in se ipsam revertens, cum aliquam vel dissipabilem substantiam offenderit, vel individuam, facile recognoscit, quid sit ejusdem individuæque, quid item diversæ dissolubilisque naturæ; causasque omnium quæ proveniunt videt; et ex iis quæ accidunt, quæ sint futura metitur.

In his enim clare manifestat, nihil esse, quod animam lateat, ejusdemque intelligentiam manifeste revelat, cum dicit:

Λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταὐτόν, ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ὢν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δ' αὖ περὶ τὸ λογιστὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται.

Motum ejus rationabilem, sine voce, sine sono, cum quid sensile spectat, circulusque diversi generis sine errore fertur, veridico sensu et certa nuntiante, cunctæ animæ rectæ opiniones et dignæ credulitate nascuntur. Porro cum individuum genus semperque idem conspexerit, ea quæ sunt motu intimo fideliter nuntiante, intellectus et scientia convalescunt.

CIII. *Sine voce ac sono motus* ratio est, in intimis mentes penetralibus residens. Hac autem differt ab oratione: est enim oratio interpres animo conceptæ rationis. Quæ ratio, cum se exserit in iis, quæ nascuntur, et occidunt, vel manufiunt; et prorsus omnibus, quæ sentiuntur, et recte tamen movetur idem hic motus, intimæ mentis, nascuntur veræ opiniones et credulitate dignæ. Nec tamen satis certa provenit, et firma, cognitio; siquidem inter scientiam, et opinionem, sit ampla distantia. Cum autem constituerit se spectaricem rerum immutabilium, quæ sunt eadem semper, intelligibilemque naturem suspexerit, et in iisdem spectaculis perspicacem mentis contemplationem convegetaverit: tunc motus, similis ejus globi motui, qui aplanes vocatur, sine errore circumactus, veram menti cognitionem divini generis creat.

CIV. Nunc venit ad ævi temporisque discretionem; et docet, quia mundus intelligibilis exemplum est mundi sensilis, utpote principatum obtinens animal inter ceteras intelligibilis divinitatis animantes, per omne ævum manet inconcussa stabilitate. Imago quoque ejus hic sensilis, simulacro ævi facto, atque instituto, jungetur. Imago enim demum ævi tempus est, manentis in suo statu. Porro tempus minime manens, immo progrediens semper, et replicabile. Imago itaque ut intelligibilis mundus per ævum, sic sensilis per omne tempus. Alia quippe exemplorum, alia imaginum vita: recteque uno eodemque momento mundus exædificabatur sensilis, et dierum noctiumque instituebantur vices, elementa seriesque temporis, ex quibus menses, et anni, partes ejus ratione, ac supputatione, dividuæ.

XV. Τὰ χρόνου εἴδη φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. Λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι τε καὶ ἔσται. Τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει.

Nosque hæc cum ἀνο assignamus, inquit, id est, solitariæ naturæ, non recte partes individuæ rei fingimus. Dicimus enim : fuit, est, erit. Ast illi esse solum competit.

Propter eos qui addubitant, num tempus, quod dicitur esse, nullum sit, hæc processit assertio. Dicunt enim, præterita quidem omnia jam esse desiisse. Si quid porro immineat, hoc nondum esse; præsentia vero neque plane esse, neque omnino non esse, propter instabile, atque infrænabile, momentorum agmen. Fluere enim, et transire, omnia ostendit. Ergo præteritam quidem temporis partem sic dicit esse, ut intelligatur fuisse, non ut ad præsens exsistere; ut, cum Homerum esse dicimus divinum poetam. Futurum vero sic esse dicit, ut non jam exsistat, atque ad præsens habeatur; ut cum dicimus, ad annum proximum, lustri esse conclusionem, vel certamen Olympicum. Porro quod ad præsens fiat, ita esse, non ut per aliquam diuturnitatem mansurum esse videatur, sed ut tanquam fluat, atque prætereat : ut cum dicimus, compitalia esse hodie, ullamve aliam publicam, privatamque, celebritatem : quippe cum ejusdem diei quædam jam exacta momenta sint, aliquanta vero adhuc maneant. Eodemque modo mensem nunc esse Januarium, vel alium quenquam, vel sacrum certamen agi, cum puerorum certamine exacto adolescentes cilantur, et post eos deinceps perfectæ ætatis juvenes manus conserunt.

CVI. Quid? quod etiam illa, quæ non sunt, esse dicimus, cum eadem non esse volumus ostendere; ut, cum dicimus quadrati latus esse dispar lateribus ceteris, vel diametrum lateribus esse majorem : ita enim dicentes, probamus minime esse æqualem lateribus, propterea que absonam. Vel, cum idem Plato silvam esse dicit in nulla substantia, propterea quod nulla silvestria habeant perfectionem : dum enim sunt adhuc silvestria, informia sunt ac sine ordine, ac specie, ut saxa : quorum tamen est naturalis possibilitas, ut accedente artificio simulacrum fiat, vel quid aliud ejusmodi. Quod vero in sola possibilitate, et sine effectu, videtur esse, minime est, utpote carens perfectione. Verum hæc disputatio quia nihil pertinet ad naturalem tractatum, cum sit rationalis, differetur.

CVII. Genituram vero temporis necessario dicit esse institutam, ut tam eadem tempora sub dimensionem venirent, quam dierum, mensiumque, et annorum, dinumerari spatia possent. Propterea que Solis Lunæque illustrationes et occasus necessarios fuisse, ceterasque erraticas stellas *superimpositas esse gyris circulorum*, jussasque agere motum septemplicem, diversis et dissimilibus Mæandris; in ea regione, quæ sub Zodiaci orbis circumflexum jacet :

Σελήνην μὲν εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον, ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ὑπὲρ γῆς· Ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον ἡλίῳ κύκλον ἴοντας, τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν· ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται κατὰ ταυτὰ ὑπ' ἀλλήλων ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Ἑωσφόρος.

Lunæ quidem, juxta terram in prima circumactione : solis vero, in secunda, diametro a luna distantis. Tunc Luciferi et Mercurii collocat ignes in eo, inquit, motu, qui concurrit quidem solstitiali circuitioni, contraria tamen ab eo circumfertur agitatione. Quare fit, ut comprehendant se invicem, et a se rursum comprehendantur hæ stellæ.

Cur has stellas pari esse dicat velocitate, manifestat ipse, cum asserit, anni vertentis spatio cursus ab omnibus peragi, sed ita, ut modo tardius, modo incitatius, euntes comprehendant subinde Solem, et subinde a Sole comprehendantur.

CVIII. Ait tamen, hos ignes contrariam quoque habere vim; quam rem alii aliter accipiunt. Quidam enim contrarietatem hanc nasci putant ex eo, quod Sol quidem, cum naturaliter ab eois ad occidua semper feratur, perinde ut omnis mundus movetur, epicyclum tamen suum peragat anni spatio, cujus epicycli contraria est conversio mundi conversioni; Lucifer vero, et Mercurius, contrarios semper motus exserant mundi circumactioni. Quidam vero putant, contrariam vim esse in his stellis, propterea quod comprehendant Solis incessum Mercurius et Lucifer : et interdum remorantes eos Sol comprehendat, cum ortus, et item occasus, effulsionesque et adumbrationes interdum mane, interdum vesperascente, patiantur; præcedentes modo, modo relicti : sic enim fere semper juxta Solem comitari videntur. Quod iis usu accidit ex eo, quod una medietas, atque unum punctum, est tam solstitialis circuli, quam cujuslibet alterius stellarum harum.

CIX. Denique Heraclides Ponticus, cum circulum Luciferi describeret, item Solis, et unum punctum atque unam medietatem duobus daret circulis, demonstravit, ut interdum Lucifer superior, interdum inferior, Sole fiat. Ait enim, et Solem, et Lunam, et Luciferum, et omnes planetas, ubi eorum quisque sit, una linea a puncto terræ per punctum stellæ exeunte demonstrari. Erit ergo una linea directa ex terræ medietate Solem demonstrans : duæ vero aliæ dextra lævaque nihilominus directæ lineæ, a Sole quidem distantes quinquaginta momentis, a se autem invicem, centum : quarum altera linea orienti proxima demonstrat Luciferum, cum Lucifer plurimum a Sole distabit, factus vicinus orientalibus plagis. Propterea que idem Hesperi nomen accipiens, quod in eois vespere, postque occasum Solis, appareat. Altera vero occidenti proxima, cum plurimum distabit idem Lucifer a Sole, factus vicinus occiduis : propterea que Lucifer nominatur. Etenim perspicuum est, hesperum quidem dici tunc, cum in partibus orientis videtur, sequens Solis occasum; Luciferum vero, cum ante Solem mergitur : et rursus, exacta propemodum nocte, oritur ante Solem. (Vide Figuram XV).

CX. Sit igitur punctum terræ, cœlique, ubi est litera χ; Zodiacus vero circulus, super quem sunt αβγ, notæ :

et sit αβ ambitus momentorum quinquaginta, item βγ ambitus totidem momentorum, et per χβ lineam punctum sit Solis in litera x. Erit ergo linea χxβ quæ demonstrat Solem, id est literam β : tantum autem moveatur hæc eadem linea, quantum Sol movetur prope quotidiana momenta singula. Similiter ceteræ lineæ χα et χγ dividantur in quinquaginta momenta. Sit porro χα linea, in parte orientis; χγ vero linea, in parte occidentis. Hæc quidem, id est χγ linea prior occidens, et prior oriens, quam Sol. Illa vero alia χα. posterius occidens, et posterius exoriens. Necesse est igitur, ut hæc quidem, id est χα, et χγ linea demonstret luciferum, litera α hesperum; eo videlicet tempore, quo eadem stella longius a Sole discesserit. Illa vero alia linea, id est χγ, eandem stellam demonstret esse luciferum temporibus matutinis in signo literæ γ. Hoc autem fiet apertius, si per χxδ lineam circumducatur circulus, qui contingat duas a se distantes lineas, id est χα et χγ, quod demonstrant modum discessionis a Sole, Luciferi.

CXI. At vero Plato, quique hujus indaginis diligentius examen habuere, affirmant, aliquanto quam Solis esse elatiorem Luciferi globum, qui limitatur notis δεζη contingens xα quidem lineam per ε literam, xγ vero per η (Vide Figuram XVI). Quare, cum Lucifer lustrans circulum proprium, perveniet ad ε, videbitur in α locatus, a Sole plurimum, utpote momentis quinquaginta omnibus, separatus; et ad orientem, ac diem vergens. Quippe Sol non nisi ubi est β litera, indifferenter videtur. Porro cum in η erit Lucifer, videbitur in excelsitate γ consistere, eisdem quinquaginta demum momentis ad Solem et ad occidua remotior. Cum vel penes δ vel penes ζ consistet, dubium non est, proximum Soli factum visum iri, concursumque fecisse unum excelsiorem procul a regione terræ penes δ : alterum citimum terræque proximum, in ζ. Jam illud observatione diligentiore perceptum, stellam ipsam, in maxima secessione, sive orientalis, sive occidua erit illa secessio, diebus fere quingentis octoginta quatuor, ad id, in quo pridem fuerat, vel ε, vel η remeare; ut sit perspicuum, totum obire circulum suum, qui est δεζη, memoratam stellam memorato numero dierum, ita ut majorem quidem discessionis ambitum, qui est ab eois ad occidua, hoc est ηδε, quadringentis quadraginta octo peragret diebus : minorem vero, depressioremque, id est εζ, reliquis centum et triginta sex. Maximæ siquidem discessionis ab occiduis ad coa prolapsio, hoc dierum numero revocatur, ut frequens veterum virorum observatio palam fecit.

CXII. Rursum subtexit hæc :

Ἐπειδὴ δ' οὖν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φοράν, τῶν ὅσα ἕδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα ἐνθέντα ζῷα ἐγενήθη, τό τε προσταχθὲν ἔμαθε.

Igitur singulis universique apto et decenti sibi motu locatis, videlicet iis, quæ consequens erat tempore provenire nexibus vitalibus, ubi constricta corpora facta sunt animalia, imperatumque didicerunt.

Cœlestia corpora constricta vitalibus nexibus, id est, stellas animalia facta esse asserit, et cognovisse quæ a Deo jubebantur, scilicet ut planetes quique in globos proprios redacti, non solum anima vitaque fruerentur, sed cum iisdem omnibus etiam mundus et anima uteretur, et rationis particeps esset.

Quatenus enim carens quid ratione poterit intelligere quæ jubentur?

CXIII. Κατὰ δὴ τὴν θατέρου φορὰν πλαγίαν οὖσαν διὰ τῆς ταὐτοῦ φύσεως ἰοῦσάν τε καὶ κρατουμένην, τὸ μὲν μείζονα αὐτῶν τὸ δὲ ἐλάττονα κύκλον ἰόν· θάττον μὲν τὰ τὸν ἐλάττω, τὰ δὲ τὸν μείζονα βραδύτερον περιόντα.

Ea quæ diversæ naturæ motus obliquus per directum ejusdem naturæ motum vertens semet, utpote constrictus, circumferebat, partim majore, partim minore circulo rotabantur; citius quidem dimensum spatium peragentia, quæ minore, tardius vero, quæ majore, utpote ambitu circumacta prolixiore.

Diversa natura quæ sit, sæpe jam ostensum est in superioribus, quodque motus ejus ab occidente ad orientem feratur. Hæc ergo, cum sit interior, contineatur necesse est ab exteriore orbe, qui ἀπλανὴς dicitur : tardaque ipsa in progrediendo ab aplanis velociore rapitur ad contrarium motum, et comprehensa sequi sequentem, comprehendere etiam comprehendentem videtur. Planetum vero quidam citius, alii tardius, cursus suos peragunt. Merito; circulorum enim minorum compendia adversum majorum anfractus comparata, modicis temporum impendiis circulorum spatia complent : ut Luna, quæ juxta cubicum numerum viginti septem diebus circulum suum lustrat, cum Saturnium sidus triginta prope annis redeat ad pristinum exordium.

CXIV. Τῇ δὲ ταὐτοῦ φορᾷ τὰ τάχιστα περιόντα ὑπὸ τῶν βραδύτερον ἰόντων ἐφαίνετο καταλαμβάνοντα καταλαμβάνεσθαι.

Qua de causa fiebat, inquit, ut ex uniformi ejusdemque naturæ conversione, quæ citius circuibant, ab iis quæ tardius circumferebantur, comprehendentia comprehendi viderentur.

Uniformis ejusdem naturæ conversio rapit stellas, motu nitentes contrario, ad volatum summi quotidianis diebus. Illæ autem naturaliter incedunt per suos circulos, quorum motus, atque agitatio, dissentit rapientis se motui. Itaque quoniam planetes partim minores, partim majores circulos obeunt, qui minores circulos obeunt in illa diei noctisque vertigine, consequuntur eos qui pigrius progrediuntur, quia per prolixiores orbes feruntur, propterea-que comprehendentes, et transeuntes, comprehendi ab iis quos præterierint, putantur. Comitata enim, verbi gratia juxta primum momentum arietis Luna cum Sole diebus viginti et novem totum circulum transit, octavoque et vigesimo momento signi ejusdem Solem comprehendens, quia transit eum, atque progreditur, velut fugere eum, et comprehendi ab eo, videtur. Eadem ista ratio etiam in cæteris astris, quorum dispar cursus est, invenitur.

CXV. Deinde prosequitur :

Πάντας γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἕλικα.

Omnes quippe circulos eorum uniformis et inerrabilis illa conversio vertens in spiram et velut sinuosum acanthi volumen.

Cum fixo cardine circini, casu, vel etiam voluntate nostra, oppresso, aut relaxato circino, describuntur circuli tales, ut postremitas circumductæ lineæ non solum non perveniat ad exordium, sed deflectens a competenti rigore infra, vel supra, circumducta linea sæpius arctiores, laxioresve, circulos faciat, hoc genus circulorum spiram solemus vocare, vel acanthi volumen. Igitur quia planetas sic aplanes rapit quotidiana vertigine, ut non patiatur eos in eundem locum, et velut sedem, ex qua progressi fuerant, repræsentari, sed vel transire cogat, vel leniore progressione minime occurrere ad destinata, recte dixit, errantes stellas in spiram, et velut sinuosum acanthi volumen, rotari, ob inconstantem, atque inæquabilem, circumvectionem. Ut, si stella forte Veneris sit in arietis signo, deinde rapiat eam mundi conversio, ut eam longius a pridiana progressione protrahat, certe tunc aliqua fiet ab ariete discessio. Quantoque plures conversiones fient, tanto longius ab ariete ad præcedentia signa discedet, et ad postremum ad pisces, atque inde ad aquarium, provehetur. Contra, si remissior erit rotatio, ab ariete ad taurum versus recedet, et ad geminos, atque cancrum, iniquis semper gyris, et deflectentibus ab exordiis, atque aberrantibus a convenienti rigore. Quos quidem gyros Græci ἕλικας appellant; quorum incrementa ab imminutionibus, imminutiones porro ab incrementis notantur, suntque similes ejus formulæ quæ subter ascripta est (Vide Figuram XVII).

CXVI. Deinde ait :

Ἵνα δὲ εἴη μέτρον ἐναργές τι πρὸς ἀλλήλα βραδυτῆτι καὶ τάχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀκτὼ φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ Θεὸς ἀνῆψεν ἐν τῇ πρὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν περιόδων, ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν ἥλιον.

Atque ut rationabilis et consulta hæc motuum varietas et moderatio visu quoque notaretur, omniumque octo motuum perspicua esset chorea, ignivit lucem clarissimam Deus rerum conditor e regione secundi a terra globi; quam lucem solem vocamus.

Cum propter cæteras ineffabiles utilitates, quas universo mundo Sol invehit, tum etiam propterea ignis ejusmodi dicit exstitisse genituram, ut tanta rerum designatio nulla tegeretur obscuritate.

Ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανόν, μετάσχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῷα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς. Νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω, καὶ διὰ ταῦτα, ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος. Μείς δέ, ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἥλιον ἐπικαταλάβῃ. Ἐνιαυτός δέ, ὁπόταν ἥλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθῃ κύκλον.

Ut cum idem rebus colorem daret, tum etiam numeri, quo temporis spatia notantur, commoditas, proveniret; atque ut dierum et noctium vicissitudo succederet. Mensis vero designavit esse genituram, cum Luna, peragrato circulo suo, solem convenit. Anni quoque, cum Sol ad idem signum, ex quo progressus erat, revertitur.

Numero dierum trecentorum sexaginta quinque, et parte quarta. Quare factum, ut a prudentissimis viris et juxta cœlestium rerum observationem exercitatissimis, quarta illa portio, quarto post anno in unum collecta, et accorporata, spatium diei, ac noctis, compleret.

CXVII. Ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατόν, ὡς ὃ γε τέλειος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλειον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

Est tamen intellectu facile, quod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat tunc demum, cum omnium octo circumactionum cursus peracti velut ad originem atque exordium circumactionis alterius revertuntur, quam semper idem atque uniformis motus dimetietur.

Perfectum temporis numerum, qui perfectum compleat annum, appellat eum, quo tam septem planetæ, quam cæteræ stellæ, quæ dicuntur ratæ, repræsentatæ originalibus sedibus, quæ fuit initio rerum, principioque mundi, eandem constitutionis efficiunt designationem; ita ut et prolixitas proljxitati, et intervallorum pristinorum latitudini latitudo, et profunditati profunditas quadret. Hoc autem tempus continet annorum innumerabilem seriem, quippe cum stellarum errantium circuitus impares sint; necessarioque diversis temporibus cursus suos compleant; præterea latius aliæ a medietate mundi evagentur, angustius vero aliæ ad austri septentrionisve convexa, celsiores aliæ a terra sint, aliæ non adeo longo altitudinis intervallo distent a regione terræ, diversos quoque inter se motus agant, ut citæ tardioribus, ultra progredientes retrorsum recedentibus, humilibus excelsæ, dexteræ sinistris, sinisteriores dexterioribus occurrant in unum. Nihilque omnino sit quod in designatione differat a cæterorum astrorum habitu, specie, figuris. Atque ut omnes omnibus, æquis diametris distent, unumque nutum, atque unam efficiant stellarum omnium conformationem, cum sit necesse, si unus aliquis ex ignibus repræsentatus fuerit in antiquæ constellationis statum juxta rationem forte altitudinis, latitudini tamen non sit repræsentatus antiquæ; vel si perfecte per omnia momenta unus revocatus ad antiquum statum fuerit, cæterorum tamen, quorum est diversa conditio, perfecta repræsentatio minime pervenerit, necesse sit etiam ejus stellæ, quæ in repræsentatione perfecta invenietur, rursum fieri aliam mutationem, quoad opportunitas illa proveniat, quæ unam faciem, atque eandem, repræsentet, quæ fuit ab initio mundi. Quem quidem motum, et quam

designationem, non est putandum, labem dissolutionemque afferre mundo, quin potius recreationem, et quasi novellam viriditatem, positam in auspicio motus novi: haud sciam, an in quibusdam regionibus terræ proventura sit ulla ex innovatione jactura. Hactenus de mundi sensibilis constitutione tractavit.

CXVIII. Mundi totius perfectionem, ab opifice absolutam Deo, præteriti operis textu secrevimus, Platonicis dogmatibus, quoad mediocritas ingenii passa est, inhærentes, juxta naturæ contemplationem generationis, artificiosasque rationes. Deinde ante omnes res primam pertractat cœlestium orbium, qui sunt intixi tergo ratæ atque inerrabilis conversionis, generationem, eorum etiam, quæ mundus complectitur.

Ἵνα τόδ' ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελέῳ καὶ νοητῷ ζῴῳ πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως.

Quo sit plena perfectaque universa res, animalque sensilis mundi proximam similitudinem nanciscatur, perfecto intelligibilique et exemplari ex se genito mundo;

Quatuorque sensilium animalium species, tam cœlestium, quam terrenorum, naturali contemplatione dinumerat: cœlestium quidem stellas, terrenorum vero volatilia, et item natantia, quæque per terram feruntur, jure dicta terrena, quippe quæ terra nutriantur, et in ejusdem terræ gremio quiescant: quodque corpora eorum, ex majore parte terrena, ex obtinentis materiæ vocabulo cognominantur: perinde ut cœlestia, quæ ex majore parte ignis puri liquidique concreta, æterni appellantur ignes.

CXIX. Nec contentus supradictorum animalium demonstratione, porrigit diligentiam usque ad angelicæ naturæ, quos dæmonas vocat, extricationem. Quorum quod est purius in æthere sedes habet, alterum in aere, tertium in regione ea, quæ humecta essentia nominatur, quo interna mundi congesta sint animalibus ratione utentibus, nec sit ulla ejus regio deserta. Quem quidem tractatum, quod sit elatior, et ultra naturæ contemplationem, necessario differt, et ait Deum post generationem stellarum ratarum, cum unaquæque earum divinum animal esset, utens corpore mixto ex sincerissimis materiis quatuor, et ex majore parte ignis sereni, coruscum quoddam animal, et formatum in modum sphæræ infixisse summo cum modulamine aplani globo, eumque omnem hujusmodi luminibus exornasse. Ubi vero movendi sus est necessarius visus, ex omnibus motibus duos hos tribuisse præcipuos, unum ex accidenti, quo rapit stellas aplanes ad occidua, quem motum nunc vocat in antecedentia: alterum vero principalem, qui est circumactio, circaque semet vertitur, similem deliberativæ animæ motui, quinque cæteris cessantibus motibus.

CXX. Etenim loculares motus septem sunt, opinor: duo quidem juxta longitudinem, id est, ante et post; duo item alii per latitudinem, in dexteram, et sinistram; duoque alii juxta profundidatem, sursum et deorsum: et ultimus supra memoratæ circumactioni similis, qui fixo circumvolat cardine. Quia ergo ex ils septem motibus duorum tantummodo singulis ratis stellis usum tribuit Deus, principalem quidem circumactionem, ex accidenti vero qui fertur in dexteram; recte dixit quinque præterea motus alios vacare. Deinde concludit commemorans, se stellarum de motibus errantium in superioribus disputasse. Et cœlum quidem ita exornatum est sapientibus, et æternis animalibus inquilinis.

CXXI. Quod vero consequens videretur mortalium quoque, et obnoxiorum passionibus, animalium demonstrari genituram, hæc sunt porro terrena: jure meritoque prius, quæ de terra ipsa dicenda existimabat, exponit. Dicit autem quod hanc *quoque Deus constrictam limimilibus per omnia vadentis, et cuncta continentis, poli, constituerit noctis dieique custodem.* Sed *polum* nuncupat axem eum, qui omne mundi corpus pervadit. *Constrictam* vero dupliciter intelligendum, vel juxta Pythagoram vertentem se circum axem, placet quippe Pythagoreis ignem, utpote materiarum omnium principem, medietatem mundi obtinere, quem *Jovis custodem* appellant: per hunc porro moveri circumactas in gyrum, tanquam stellas, terram, et ἀντίχθονα: quare vel sic intelligendum, vel aliquanto verisimilius, medietati mundi adhærentem quiescere terram, propterea que et a Platone, et a multis aliis, Vestam cognominari. Denique in Phædro idem ait: « Manet enim Vesta in divino domicilio sola. »

CXXII. *Custodem* vero, *et opificem diei et noctis* propterea dicit esse, quia per eandem, id est terram, vectus Sol partes ejus subjectas sibimet illustrans diem facit. Cum vero objecerit se ex aliqua parte Solis anfractibus terra ipsa, obumbratur: itaque ex umbris crassa noctis caligo succedit. Simul quia immobilis terra est, significanter eam *custodem noctis et diei* cognominavit. Neque enim pereunte die nox nascitur, vel noctis amissione dies oritur, sed utraque salva succedit altera. Quia vero hoc fit per eam, indefesse ipsa manente semper in sua sede; spectatrix est, opinor, eorum, quæ velut ante conspectum suum geruntur, meritoque custos. Antiquissimam vero deorum dici opinor, vel quia locus est animalium capax, regio porro, et locus, præcogitetur iis, quæ in loco sunt, necesse est, vel quia puncti rationem obtinet. Hoc porro antiquius esse omni magnitudine, atque omnibus quantitatibus, naturali quadam mentis conceptione prænoscitur, velut ait Hesiodus,

> Prima hæc est caligo, dehinc post terra creata est
> Spirantum sedes firmissima pectore vasto.

Post chaos enim, quam Græci ὕλην, nos silvam vocamus, substitisse terram docet in medietate mundani ambitus, ut fundamenta, fixam et immobilem. Nobis autem natura tributum est, id quod stat, iis quæ moventur, mente

præire. Omnis quippe motus post stationem sumit exordium.

CXXIII. Stellarum vero errantium opera, quæ propter modulatam et consonam celebrantur agitationem, quam iidem appellant χορείαν, in progressibus, et anfractibus, earundem stellarum perspicue videntur, ut cum apparent nimio quodam incitatoque motu progressæ longius, vel cum diu stare in uno atque eodem loco, et item cum retrorsum ferri putantur : tum in cœtibus quoque, et effulsionibus, et absconsionibus, vel in eois, vel in occiduis, conversionibus quoque, et æquinoctiis, omnibusque transfigurationibus : hoc amplius, in defectionibus, et reparatis illustrationibus, deque cæteris hujusmodi si quis dedita opera disputet, hunc frustra dicit terere supervacuum laborem : propterea que excusat, ratus tractatum istum ad astronomiam potius, quam physiologiam, pertinere. *Parabolas* enim quasdam appellat, quæ comitatus sunt siderum, ut juxta Solem individui semper Mercurius et Lucifer. *Reciprocos circuitus*, quos Astrologi retrogradationes vocant : *progressus* item, ad præcedentia profectionem : etiam *conjugationem*. Duplex vero est conjugatio, altera per cathetum, altera per diametrum. Atque ea quæ per cathetum fit, significat cujusmodi stellæ qualibus coeant, quæve sit earum cœtus significatio. Per diametrum vero, contradistantium a se stellarum positionem vult intelligi, cum ex meditate stellæ ad alterius contrapositæ stellæ medietatem directa linea connectit, et continuat utramque.

CXXIV. Quos vero defectus Mathematici vocant, Plato *obstacula* appellat proprie magis, et aliquanto significantius : non quo sibi invicem obsistant, sed quod nobis contra spectantibus inferioris objectu visus arcetur stellæ superioris : propterea que deficere, ac laborare, propter objectum inferioris superior existimatur. Item inquit, *quæ longo intervallo rursus apparent, metus et quædam portenta significant, vel mox futura, vel serius. Significationem vero pertinere ad eos, qui de iis rebus ratiocinari possunt*, putat. Ex quo intelligi datur, non stellas facere, quæ proveniunt, sed futura prænuntiare. Quam rationem secutus vates etiam Homerus ortum caniculæ, canem Orionis appellat. Cum hanc eandem stellam ἄστρον κυνὸς quidam, Ægyptii vero Σῶθιν vocent. Cujus completur annus qui κυνικὸς vocatur, annis mille quadringentis sexaginta. Dicit autem Homerus de hoc sidere hactenus :

Iste quidem clarus, sed tristia fata minatur.

Tunc, opinor, cum fuerit intervallo temporis visus, videtur porro interposito quadriennio, sed non in iisdem locis. Quater porro trecentis sexaginta quinque annis sive CCCLXV quadrienniis completur Cynicus annus.

CXXV. Ægyptiorum quoque prophetæ stellam quandam aliquot annis non visam verentur, quam vocant Ahc. Porro sidus exoriens, morbos populorum, multorumque optimatum mortes, denuntiat. Homerus denique, qui dem fuerit Ægyptius, siquidem Thebanus fertur, quæ civitas est apud Ægyptum nobilissima, id ipsum latenter exsequitur in Iliadis exordio, cum dicit : propter iram Achillis, cujus pater Peleus, mater vero maritima fuerit dea, morbum atque interitum non modo clarorum virorum, sed aliorum quoque animalium, et pecorum bello necessariorum, exstitisse : quo quidem sumpto exordio cætera poetica licentia finxit. Est quoque alia sanctior et venerabilior historia, quæ perhibet, ortu stellæ cujusdam, non morbos mortesque denuntiatas, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis, rerumque mortalium, gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profecto sapientes viri, et consideratione rerum cœlestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentum ortum Dei, repertaque illa majestate pueri venerati esse, et vota, Deo tanto convenientia, nuncupasse quæ tibi multo melius sunt comperta, quam cæteris.

CXXVI. At vero naturæ dæmonum præstare rationem, majus esse opus dicit, quam ferre valeat hominis ingenium : non quod disputatio hæc a philosophis aliena sit; quibus enim aliis magis competat? sed quod inquisitio rei istius primariæ supervectæque contemplationis sit, quæ appellatur epoptica, altior aliquanto quam Physica. Propterea que nobis, qui de rerum natura nunc disputamus, nequaquam conveniens esse videtur. Idem tamen breviter, et strictim, de iis potestatibus, quæ dii putantur, locutus; propterea, credo, ne mundi constitutio imperfecta relinqueretur ex quolacunque parte, si sileret de hujusmodi rebus : credule magis, quam persuadenter, et probabiliter, ostendit oportere credulitatem omnes doctrinas præcedere, maxime cum non quorumlibet, sed magnorum, et prope divinorum, virorum sit assertio. Denique non frustra de Pythagora dictum, *Ipsum dicere*, propterea que ultra quæri non oportere. *Ergo*, inquit, *neque probationes semper adhibendæ, nec persuadens assertio iis, quæ dicuntur a priscis, divina quadam sapientia præditis.* Simul exponit ea, quæ Orpheus, et Linus, et Musæus, de divinis potestatibus vaticinati sunt; non quo delectaretur, aut crederet : sed quod tanta esset auctoritas vaticinantium, ut iis asseverantibus parcius credi non oporteret.

CXXVII. At vero in eo libro, qui Philosophus inscribitur, summa diligentia, præcipuaque cura, omnes exsequitur hujusmodi quæstiones; priscorum hominum genus omnia, quæ ad usum hominum vitæque agendæ facultatem divino consilio providentiaque demanant, auxiliantibus atque operantibus tam potentiis, quam rationibus, hæc ipsa quæ auxiliantur, deos existimasse, propterea quod rudibus animis nondum insedisset veri Dei scitatio. Erant enim pastores, et silvicædi, cæterique hujusmodi, sine studiis humanitatis, quos cladi publicæ superstites fecerat opportuna habitatio ex tempestatum atque illuvionis incommodo. Quæ poetæ postea blandientes humanis pas-

sionibus, propter cupiditatem lucri, versibus suis firmata, membratimque effigiata, amplis et reconditis nominibus exornavere, usque adeo, ut etiam vitiosas hominum illecebras, turpissimosque actus, deos cognominarent, obnoxios passioni. Itaque factum, ut pro gratia, quæ ab hominibus debetur divinæ providentiæ, orgio et ortus, sacrilegio panderetur. Cujus erroris opinio crevit inconsultorum hominum vanitate.

CXXVIII. Hæc ad præsens Plato quidem de dæmonum genere disseruit. Nos tamen oportet, etsi non usquequaque veram, eorum breviter rationem explicare, quæ est hujusmodi. Quinque regiones, vel locos, idem Plato esse dicit in mundo, capaces animalium, habentes aliquantam inter se differentiam positionum, ob differentiam corporum, quæ inhabitent eosdem locos. Summum enim esse locum ait ignis sereni, huic proximum æthereum, cujus corpus esse ignem æque, sed aliquanto crassiorem, quam est altior ille cœlestis; dehinc aeris : post humectæ substantiæ, quam Græci ὑγρασίαν appellant, quæ humecta substantia aere est crassior, ut sit aer iste quem homines spirant : imus vero, atque ultimus, locus terræ. Quæ porro in locis differentia est, eadem et in magnitudinibus invenitur; cœlestis maximus, quippe qui omnia intra complexum suum redigat : brevissimus terræ, quia cæteris omnibus corporibus ambitur, juxtaque rationem continui competentis. Cæteri medii.

CXXIX. Cum igitur extimi limites, id est, summus atque imus, celebrentur convenientibus animalibus naturæ suæ, scilicet ratione utentibus; cœlestis quidem stellis, terrestris autem hominibus : consequens est, etiam cæteros locos, regionesque interjectas, plenas esse rationabilibus animalibus existimari, ne quis mundi locus desertus relinquatur. Etenim est absurdum, homines quidem, unam mundi regionem inhabitantes, fragili corpore, animo cum amentia, et sine sinceritate, pleno pœnitudinis, ob inconstantiam commotionum suarum, alias aliis atque aliis placentibus, rationabiles animantes putari; stellas vero, prudentis naturæ ob æternam actuum suorum constantiam, nulli pœnitudini obnoxias, puro minimeque dissolubili corpore, utpote quæ extimas ignis cuncta ambientis regiones incolant, sine anima fore, carere etiam vita putare. Cui quidem rei Hebræorum quoque sententia concinit, qui perhibent exornatorem mundi Deum, mandasse provinciam, *Soli quidem, ut diem regeret; Lunæ vero, ut noctem tueretur* : cæteras quoque stellas disposuisse, tanquam temporum limites, annorumque signa indicia quoque futurorum proventuum. Quæ cuncta certe tam moderate, tam prudenter, tam jugiter continueque agi, sine rationabili, quin potius sine sapientissimo, rectore non possent.

CXXX. Quare cum sit divinum quidem, et immortale, genus animalium cœleste, siderum; temporarium vero, et occiduum, passionique obnoxium, terrenum : necesse est, esse inter duo hæc medietatem aliquam, connectentem extimos limites, sicut in harmonia videmus, et in ipso mundo. Ut enim sunt in ipsis materiis medietates, quæ interpositæ totius mundi corpus continuant jugiter, suntque inter ignem, et terram, duæ medietates, aeris, et aquæ : quæ mediæ tangunt, connectuntque, extimos limites : sic cum sit immortale animal et impatibile, idemque rationabile, quod cœleste dicitur, exsistente item alio mortali, passionibusque obnoxio genere nostro : necesse est, aliquod genus medium fore, quod tam cœlestis, quam terrenæ, naturæ sit particeps; idque et immortale esse, et obnoxium passioni. Talis porro natura dæmonum est, opinor, habens cum divinitate consortium propter immortalitatem; habens etiam cum occiduis cognationem, quia est patibile, nec immune a passionibus, cujus affectus nobis quoque consulit.

CXXXI. Hujus porro generis est illud æthereum, quod in secundo loco commemoravimus positum, quos Hebræi vocant sanctos Angelos, stareque eos dicunt ante Dei contemplationem venerabilis, summa atque acri intelligentia, mira etiam memoriæ tenacitate, rebus quidem divinis obsequium navantes summa sapientia, humanis vero prudenter opitulantes, se iidemque specula tores, et exsecutores, dæmones, opinor, tanquam δαήμονες dicti. Δαήμονας porro Græci scios rerum omnium nuncupant. Quos quidem præfectos sensili mundo primo quidem vicem imitari aliquam putandum. Ut enim Deus juxta angelum, sic angelus juxta hominem. Dehinc quod usui nobis sint interpretantes, et nuntiantes Deo nostras preces, et item hominibus Dei voluntatem intimantes; illi nostram indigentiam, porro ad nos divinam opem deferentes. Quam ob causam appellati sunt angeli ob assiduum officium nuntiandi. Testis est hujus beneficii cuncta Græcia, omne Latium, omnisque Barbaria, gratulationesque populorum libris conditis ad memoriam perpetuitatis. Indigel quippe natura generis humani, nimium imbecilla, suffragio melioris præstantiorisque naturæ. Quam ob causam creator omnium et conservator Deus, volens esse hominum genus, præfecit his, per quos recte regerentur, angelos, sive dæmonas.

CXXXII. Nec nos terreat nomen, promiscue bonis, et improbis, positum, quoniam nec angelorum quidem terret, cum angeli partim Dei sint ministri, et qui ita sunt, Sancti vocantur : partima dversæ potestatis satellites, ut optime nosti. Igitur juxta usurpatam penes Græcos loquendi consuetudinem, tam sancti sunt dæmones, quam polluti et infecti, de quibus mox erit aptior disputandi ocus. Nunc de eo genere fit sermo, quod ait Plato admirabili quadam esse prudentia, memoriaque et docilitate felici; quod omnia sciat, cogitationesque hominum introspiciat : et bonis quidem eximie delectetur, improbos oderit, contingente se tristitia quæ nascitur ex odio displicentis : solus quippe Deus, utpote plenæ perfectæque divinitatis, neque tristitia neque voluptate contingitur.

CXXXIII. Cunctis ergo cœli regionibus sortitis dæmonas

inquilinos, agi mutuo commeatus : mediam mundi sedem incolentibus potestatibus obsequium cœlo præbentibus, etiam terrena curantibus : quæ potestates ætherei aereique sunt dæmones, remoti a visu nostro, et cæteris sensibus, quia corpora eorum neque tantum ignis habent ut sint perspicua, neque tantum terræ, ut soliditas eorum tactui renitatur, totaque eorum compago ex ætheris serenitate, et aeris liquore, connexa indissolubilem coagmentavit superficiem. Ex quo nonnulli regionem hanc nostram Ἀιδην merito, quod sit ἀιδής, hoc est, obscura, cognominatam putant. Multos porro esse dæmonas etiam Hesiodo placet. Ait enim ter esse eorum decem millia eosque esse tam in obsequio Dei, quam in tutelam mortalium; non certam summam conficiens numeri eorum, sed juxta vim pleni numeri trium, multiplicans decem millia.

CXXXIV. Erit ergo definitio dæmonis talis : *Dæmon est animal rationabile, immortale, patibile, æthereum, diligentiam hominibus impertiens.* *Animal* quidem, quia est anima corpore utens; *rationabile* vero, quia prudens : *immortale* porro, quia non mutat corpus aliud ex alio, sed eodem semper utitur : *patibile* vero, propterea quia consulit : neque enim delectus haberi potest sine affectus perpessione : *æthereum* item ex loco, vel ex qualitate corporis, cognominatum : *diligentiam* vero *hominibus impertiens*, propter Dei voluntatem, qui custodes dedit. Eadem hæc erit definitio aerei quoque dæmonis : nisi quod hic in aere mansitat, et quanto est terræ propinquior, eo passioni affectus accommodatior. Reliqui dæmones neque ita probabiles, neque ita commodi, nec invisibiles semper; sed interdum contemplabiles, cum in diversas convertuntur figuras : exsanguium quoque simulacrorum umbraticas formas induuntur, obesi corporis illuviem trahentes, sæpe etiam scelerum et impietatis ultores, juxta justitiæ divinæ sanctionem : ultro etiam plerumque lædunt. Tanguntur enim ex vicinia terræ terrena libidine, habentque nimiam cum silva communionem, quam malignam animam veteres vocabant. Hos quidam, et hujusmodi dæmonas, proprie vocant desertores angelos, quibus nulla quæstio referenda est super nomine.

CXXXV. Plerique tamen ex Platonis magisterio, dæmonas putant, animas corporeo munere liberatas : laudabilium quoque virorum æthereos dæmonas, improborum vero nocentes, easdemque animas anno demum millesimo terrenum corpus resumere. Empedoclesque non aliter longævos dæmonas fieri has animas putat. Pythagoras etiam in suis aureis versibus :

> Corpore deposito cum liber ad æthera perges,
> evades hominem factus deus ætheris almi.

Quibus Plato consentire minime videtur, cum in Politia tyranni animam facit excruciari post mortem ab ultoribus, ex quo apparet aliam esse animam, alium dæmonem : siquidem quod cruciatur, et item quod cruciat, diversa esse necesse sit. Quodque opifex Deus ante dæmonas instituit, quam nostras animas creavit; quodque has indigere auxilio dæmonum, his voluerit illos præbere tutelam. Quasdam tamen animas, quæ vitam eximie per trinam incorporationem egerint, virtutis merito aereis, vel etiam æthereis, plagis consecrari putat, a necessitate incorporationis immunes.

CXXXVI. Hactenus de natura dæmonum, deinde de mortalium genere disserit. Ac primo de hominibus, eorumque ipsorum sexu virili, rationabilem partem, duplici virtute præditam docens; alteram quæ contemplatur, eandem semper, immutabilemque naturam, ex qua intentione mentis convalescit sapientia : alteram item quæ mutabilium generatorumque opinatrix est, cui *prudentiæ* vocabulum congruit. Utramque porro hanc animæ potentiam a summo, et intelligibili Deo dicit universi recoporis mundi, sensilis videlicet, animæ datam : cæteras ratione carentes, et occiduas, animæ portiones, id est appetitum sensuum, locularem motum, quo quæque corpora nutriuntur, totumque corpus, jussu et ordinatione architecti Dei, a generatis ab ipso potestatibus assignata esse mortalibus; propterea, ne si hæc etiam ab opifice, et intelligibili, Deo forent, unius essent fortunæ omnia; immortalibusque exsistentibus cunctis, nullo exsistente mortali semine, claudicaret universitatis perfectio, cum in exemplari, hoc est intelligibili mundo, inferioris naturæ semina intelligibiliter exstent.

CXXXVII. Videamus nunc sermonis textum. *Dii deorum, quorum idem opifex patergue ego.* Dramatica est Dialogi, quod ad dispositionem pertinet, adumbratio : sermo vero speciei augustioris. Decet denique hoc in genere orationis arcanorum interpretatio fabulosa. Nihil ergo inconvenienter facit auctor, quod opificem Deum inducit concionantem, sancientemque a se genitis, quæ observari vellet, multis rationibus. Primo recreationis legentium causa, quippe res difficilis, lepido sermone condita, facilius ad intima mentis admittitur : deinde inopinatæ locutionis varietas, mixta religioni, raptis animis ad imaginem concionantis, præsentem laborem sentiri non sinit. Tum immutatio magisterii, novo instituto operis exordio, novas vires excitat audientis : siquidem et deficit omnis auditor adversus molestiam uniformis eloquii; porro attentior fit, cum novæ spes dispositionis ostenditur. Hoc in loco dogmata etiam sua studiose asserit, ut non tam a se inventa, quam a Deo prædicta, videantur. Prædicta autem, non illo sermone, qui est positus in sono vocis, ad declarandos motus intimos, propter humanæ mentis involucra : Deus enim nullo obstaculo prohiberi potest ab intellectu scientiaque omnium rerum lege divina, quam Plato inevitabilem appellat promulgationem.

CXXXVIII. Quid ergo dicit Deus? Dii *deorum, quorum idem opifex patergue ego.* Præclare, facit enim regem optimatibus sancientem, ut lex illis data etiam ad cæteras potestates, atque animas, commearet; opificem

se, et parentem, eorum esse commemorans. Opificem quidem, utpote a quo facti sunt : patrem vero, ut qui consulat provide, quatenus æterni, ac beati, sint. *Opera siquidem vos mea*, quia pater est, et opifex, non substantiæ sed generationis. Illi enim optimates, id est stellæ, non sunt intelligibiles sed sensiles. At vero fabricator eorum intelligibilis apprime. Deinde docet eos cujus naturæ sint, quodque ex compositione subsistant. Porro quæ ex compositione subsistunt, dissolubilia sunt iisdem rationibus quibus subsisterent, ipsi tamen indissolubiles. Merito, non enim sunt ex ullo ortu temporario, sed ex voluntate summi Dei, emensa omnem temporum antiquitatem. Qui vero indissolubiles eos esse confitetur, sine ullo quoque ortu concedat necesse est. Quod vero initium non habet, sine fine certe est : et quod finem non habet, sine ortu est. *Divinum* autem, et *immortale* cognomentum vocat *rationis potentiam*, id est rationem. Mortalia porro, et associata, immo, ut ipse ait, *attexta;* quæ sunt, opinor, in vitiis, iram videlicet, et voluptatem.

CXXXIX. Deinde genituram humanarum prosequitur animarum, ut natura ejus liquido comprehendatur : et perseverat in fabula, quam interposuit, propterea ut, quæ dicuntur, manifesta sint. Rursus enim cratera proponit, et mixturam, concretionemque, earum potentiarum, ex quibus mundi anima concreverat, exque reliquiis earum nostras machinatur, videlicet ex illa duplici natura *Ejusdem*, item *Diversi dividuæque* substantiæ : quæ non, ut antea, sinceræ puritatis erant. Neque enim anima, quæ ex sincerissimis excuderetur, in tanta silvæ vita posset incidere, nec congruere cum mortalis corporis fragilitate :

Μίσγων τρόπον μέν τινα τὸν αὐτόν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως.

Miscebat autem, inquit, *eodem propemodum genere, nec tamen eadem exoriebatur puritas serenitasque proventuum.*

Merito, quoniam in his animis, quæ vivificant morti obnoxia genera animalium, non pura ratio, intellectusve sincerus, sed aliquantum tam iracundiæ, quam libidinis, invenitur. Mixta igitur, inquit, anima ipsa etiam in longum secatur, ejusque una pars integra relinquitur, juxta naturæ, quæ vocatur *eadem*, circumactionem eandem. Ex quo intelligunt divina omnia, sapientesque fiunt, qui intelligunt. *Diversæ* vero naturæ partem secat sexies juxta motum rationabilem planetum, harmonicis, et arithmeticis, et geometricis medietatibus, ut supra demonstratum est. Hæc est animæ virtus, quæ *opinio* dicitur, qua duce, quæ nascuntur, et occidunt, noscimus. Quæ constitutio animæ facta est propterea, ut esset, opinor, eadem anima scia tam intelligibilium quam substantiæ sensilis, utpote quæ rationes utriusque habeat in semet ipsa naturæ. Hæc est animæ rationabilis institutio, a venerabili Deo facta, in hominis innexa vultum, cum occasiones vitiorum percipit æternæ legis provida moderatione.

CXL. Deinde ait :

Διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἕνεκαί θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε.

Delegisse animas stellarum numero pares, singulasque singulis comparasse, easdemque vehiculis competentibus superimpositas universæ rei naturam spectare jussisse.

Antequam sementem faceret animarum, superimposuit stellis singulas animas, quo iisdem vehiculis usæ, in circuitu stellarum cunctam mundi naturam considerarent, illud docens, quod sine divinitatis adminiculo ipsa per se anima nihil valeat spectare atque intelligere divinum.

Νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐτά.

Legesque immutabilis decreti docuit.

Hic jam magnam et difficilem rationem commovet, de qua multa disceptio habita inter veteres; perseverat etiam nunc. Perfunctorium ergo tractatum haberi non convenit, juxta Platonicum dogma. Longum est enim persequi cæterorum, quorum plerique nihil fato fieri putant; alii omnia, nec quicquam arbitrio, ac voluntate : quidam alia esse, quæ fato, nihiloque minus alia esse, quæ voluntate fiant.

CXLI. Juxta igitur Platonem præcedit providentia, sequitur fatum. Ait enim, *Deum post mundi constitutionem divisisse animas stellarum numero pares, singulasque singulis comparasse, universique mundi monstrasse naturam atque universam fatorum seriem revelasse.* Horum enim quæ sunt, prima providentiam indicant; secunda, leges fatales : propterea juxta Platonem prænoscitur providentia. Ideoque fatum quidem dicimus ex providentia fore, non tamen providentiam ex fato. Fatum ergo juxta Platonem, dupliciter intelligitur, et dicitur : unum, cum substantiam ejus animo intuemur : alterum, cum ex his, quæ agit, et esse id et cujusmodi vim habeat, recognoscimus. Idem fatum in Phædro quidem *scitum inevitabile*, in Timæo *leges*, quas Deus *de universæ rei natura* dixerit cœlestibus animis : porro in Politia, *Lacheseos* appellat *orationem* non tragice, sed more theologorum.

CXLII. Possumus ergo *inevitabile* quidem *scitum* interpretari, legem minime mutabilem ex inevitabili causa : *leges* vero, quas *de universa natura* dixit animis Deus legem, quæ mundi naturam sequitur, et qua reguntur mundana omnia. *Lacheseos* vero, hoc est necessitatis, *orationem*, divinam legem, qua præteritis, et item præsentibus, connectuntur futura. At vero in substantia positum fatum, mundi anima est, tripartita in ἀπλανῆ sphæram, inque eam, quæ putatur erratica, et in sublunarem tertiam. Quarum elatam quidem ad superna, dici Atropon, mediam Clotho, imam Lachesin. Atropon, quod aplanes in nulla sit deflexione; Clotho, propter varie perplexam tortuosamque vertiginem; qua proveniunt ea, quæ diversæ naturæ devius motus importat : Lache-

sin vero, quasi sortitam id munus, ut omnia prædictarum opera, effectusque, suscipiat. Itaque nonnulli putant præsumi differentiam providentiæ fatique, cum res una sit; quippe providentiam, Dei esse voluntatem, voluntatem porro ejus seriem esse causarum; et ex eo quidem, quia voluntas *providentia;* porro quia eadem series causarum est, *fatum* cognominatum. Ex quo fieri, ut quæ secundum fatum sunt, etiam ex providentia sint. Eodemque modo quæ secundum providentiam, ex fato, ut putat Chrysippus. Alii vero quæ quidem ex providentiæ auctoritate, fataliter quoque provenire: nec tamen quæ fataliter, ex providentia, ut Cleanthes.

CXLIII. Sed Platoni placet, neque omnia ex providentia fore, neque enim uniformem naturam esse rerum, quæ dispensantur: ita quædam ex providentia tantum, quædam ex decreto, nonnulla ex voluntate nostra, nonnulla etiam ex varietate fortunæ, pleraque casu, quæ, ut libet, accidunt. Et divina quidem, atque intelligibilia, quæque iis proxima sunt, secundum providentiam solam; naturalia vero, et corporea, juxta fatum: ea porro, quæ nostri arbitrii, nostrique juris sunt, sponte nostra. Porro quæ extra nos posita, sine ratione, atque inopinate, accidunt; si quidem ex nostro disposito compta erunt, fortuita: si sine nostra institutione, casu provenire dicuntur.

CXLIV. Quæ cuncta manifestius in Timæo digerit ita dicens:

Καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει.

Quibus ita ordinatis, cum in proposito rerum creator maneret.

Quænam ordinaverat? scilicet, quod universæ rei animam corpusque omne modulamine apto jugaverat.

Μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς τάξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν τὰ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυναίχοντο δεσμοῖς.

Intelligentes, inquit, *jussionem patris filii, juxta mandatam informationem immortali sumpto initio mortalis animantis, ex mundi materiis, igni terraque et aqua cum spiritu, fœnus elementarium mutuati, quod redderetur cum opus foret; ea quæ acceperant conglutinabant, non indissolubilibus illis nexibus, ex quibus ipsi cohæserant.*

Etenim jussum Dei, cui parent Dii secundi, ratio est, opinor, continens ordinationem perpetuam, quæ fatum vocatur, idque trahit originem ex providentia.

CXLV. Quid cum dicit?

Ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἑνὶμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς.

Coagmentataque mox universæ rei machina, delegit animas stellarum numero pares, singulasque singulis comparavit, easdemque vehiculis competentibus superimpositas universæ rei naturam spectare jussit, legesque immutabilis decreti docuit.

Mundi quippe machinam absolvere, deligere animas, stellarum numero pares, vehiculis aptis superimponere, universæ rei monstrare naturam, leges immutabilis decreti docere, cuncta hæc officia providentiæ sunt. Ipsæ vero leges, quæ dictæ sunt fatum, idque divina lex est mundi animæ insinuata, salubre rerum omnium regimen. Sic fatum quidem ex providentia est, nec tamen ex fato providentia.

CXLVI. Nunc jam de fato, quod in munere atque actu positum est, loquemur. Quippe de hoc plurimæ disceptationes habentur morales, naturales, logicæ. Nam cum omnia, quæ fiunt, infinita sint, et ex infinito per immensum tempus infinitumque proveniant, cuncta undique complectens fatum, tamen ipsum finitum ac determinatum. Neque enim lex, neque ratio, neque quid omnino divinitate præditum, indeterminatum. Idque ipsum manifestatur ex statu ac conformatione cœli, sub id tempus, quod perfectum annum vocant. De quo Plato sic ait:

Ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὃ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλειον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

Est tamen intellectu facile, quod perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demum, cum omnium octo circumactionum cursus peracti velut ad originem et caput circumactionis alterius revertentur; quam semper idem atque uniformis motus dimetietur.

Hoc quippe omni tempore finito, ut cujus determinatio certi circuitus spatio consideretur, omnia, quæ vel in cœlo, vel in terris, proveniunt, rursum de integro ad præteritas conditiones redeant necesse est: ut puta qui nunc est habitus constellationis post prolixam temporis seriem instaurabitur. Eodemque modo qui sequitur, deinceps est hoc semper.

CXLVII. Ex quo apparet, in actu positum fatum infinita varietate accidentium, et ex infinito in infinitum tempus quæ accidunt, ipsum tamen esse determinatum, et immutabili, semperque eadem proprietate. Ut enim circularis motus, et item quod dimetitur cum, tempus, utraque sint circuli; sic ea omnia, quæ in gyros circumferuntur, circuli sint necesse est. Ergo *scitum inevitabile* vocat ille fatum, inevitabilem vim, potentiamque, intelligens principalem causam omnium, quæ in mundo consequenter continueque fiunt. Hoc porro anima est tripertita mundi, quod in substantia positum fatum in superioribus diximus. *Scitum* porro, Dei lex est, quam inexcusabilem esse asseruimus ob inevitabilem causam.

CXLVIII. Hæc porro lex et oratio est, et sanctio,

quam sanxit Deus animæ mundi ad perpetuam rerum omnium gubernationem. Neque enim ut esset mundus modo, sed ut æternus et indissolubilis esset, curaverat. Quæ sanctio cuncta intra se contineat; *alia ex* aliqua *præcessione*, quædam *secundum præcessionem* : scilicet, ut in geometrica, initia ex præcessione sunt, theoremata vero secundum præcessionem. Concessis quippe initiis : ut notæ, et item lineæ cæterorumque hujusmodi velut originibus, elementisque, theoremata secundum præcessionem aperiuntur : quasi quæ habeant consequentiam concessæ præcessionis. Sic etiam sanctio, ordinatio exsistens, et lex, omnia complexa, causas præcedentes ex meritis nostris habet ut initia quædam. Quæ porro necessitatibus constricta proveniunt, juxta præcessionem, necessitatemque ejus, consequenter eveniunt.

CXLIX. Ergo initium divinæ legis, id est fati, providentia. Fatum vero, quod et parendi sibi obsequium, et non parendi contumaciam, velut edicto complectitur. Animadversiones porro, vel præmia, exoriuntur secundum collati meriti præcessionem. Collati autem in alterutram partem meriti præcessio animarum nostrarum motus est; judiciumque, et consensus earum, et appetitus, vel declinatio, quæ sunt in nobis posita, quoniam tam horum, quam eorum, quæ his contraria sunt, optio penes nos est. Igitur in hac rerum ordinatione, atque rerum lege, antiquissima quæque *ex præcessione* dicuntur fore, et sunt nostræ potestatis. Quæ vero post illa sunt, *secundum præcessionem*, et necessitatem constricta : atque, ut aliud lex; aliud, quod legem sequitur, id est legitimum : sic aliud fatum, et alia, quæ fatum sequuntur ex inevitabili necessitate, fatalia.

CL. Est igitur universæ rei anima, fatum in substantia positum. Est item data huic informatio rem omnem recte gerendi, lex quæ in munere, atque actu, posita fatum continet, et habet textum et consequentiam talem. Si hoc erit, sequetur illud : ergo quod ex his præcedit, in nobis est; quod sequitur, secundum fatum. Quod alio nomine fatale dicitur, a fato plurimum differens, ut sint tria; quod in nobis positum est, et ipsum fatum, et quod secundum fati legem pro meritis imminet. Deinde ipsius legis verba ponit : *quæ se comitem Deo fecerit anima eorumque aliquid viderit, quæ vere sunt, usque ad alterius circuitus tempus erit incolumis. Ac si semper hoc faciet, semper incolumis manebit.* Est igitur totum hoc lex, et edictum, quod fatum proprie vocatur. Secutum vero Socratem legis edictum Deo se comitem præbuisse, proprium Socratis opus. Porro quod, cum ita viveret Socrates, anima ejus usque ad alterius circuitus tempus incolumis perseverat, juxta decretum fatale provenit. Ac si semper hoc faciat, quod est in Socrate, semper incolumis erit juxta fatum.

CLI. Hac ratione Laio prædictum est ab Apolline :

> Vetitos caveto liberum sulcos seras.
> Generatus ille te mactabit impie,
> Et omnis aula respergetur sanguine.

His quippe oraculis ostendit, penes Laium fuisse, ne sereret, quæ præcessio est. Quod porro insecutum est, jam non in potestate Laii, sed potius in necessitate fatali, juxta meritum præcessionis. Quod si necesse esset Laio sortem incurrere, aut jamdudum immineret clades illa ex inevitabili necessitate, vacaret sciscitatio, vacaret etiam prædictio. Sed ille quidem, utpote præscius quæ sequerentur, sementem juxta fatum fieri vetabat : sciens in potestate ejus positum, si abstinere vellet. Laius vero, ut homo nescius futurorum, ab eo qui sciret, quid agendum sibi esset, sciscitabatur. Sevit autem, non fato eliciente, sed victus intemperantia.

CLII. Eodemque modo Thetis prædixerat filio, si bellaret apud Trojam, amica sibi paratura necem, maturum exitium cum ingenti fama futurum : si rediret ad patriam, longa vitæ spatia portendi sine gloria. Bellavit tamen, nulla fati cogente violentia; nulla quippe in optione ancipiti, sed tanquam bilis violentia : sed propenso juxta gloriam favore. Quibus concinit etiam illud Platonis : *Causa penes optantem : Deus extra culpam.* Item : *Liberam esse virtutem, nec ulli obnoxiam necessitati.* Vel cum ait animis Lachesis, *Nullam earum sortito sub ditionem dæmonibus esse venturam : sed ipsas sponte lecturas sibi dæmonem, quem quæque putaverit deligendum.* Juxtaque Moysea Deus vitæ primigenis interdixit, ne edulibus arborum, ex quibus notitia boni malique animis eorum obreperet, vescerentur : quia, cum et abstinendi, et non abstinendi, potestas penes eos esset, quid consultum his vellet Deus, quid cavendum esset, ostendit : non prohibiturus frustra, si id fieri esset necesse.

CLIII. Nunc jam de his agemus, quæ in hominis potestate sunt. Omnia quæ sunt in tres partes a veteribus divisa sunt : *possibile, necessarium, ambiguum.* Possibile, ut genus; necessarium et dubium, ut species : ergo omne possibile, vel dubium, vel necessarium est. Necessarium porro dicitur, quod necessitate constrictum est. Et quia possibilium plerisque obstari, quo minus proveniant, non potest; quædam prohibentur, declinanturque consiliis, definitionibus adumbrantur hujusmodi. Necessarium est possibile, cujus contrarium est impossibile : ut est, omnia orta occidere, et aucta senescere. Necesse est enim omne, quod sit natum, emori : et quod usque ad senectutem provectum, senescere. Nec est contrarietati locus, scilicet quod ortum sit, non occidere. Dubiorum vero definitio talis est : *Dubium est possibile, cujus etiam contrarium possibile* : ut, hodie post occasum solis pluviam futuram. Hoc enim possibile : æque etiam contrarium ejus possibile, ut post occasum solis omnino non pluat.

CLIV. Jam vero dubiorum proventuum plures differentiæ. Quædam enim frequentia sunt; quædam peræque frequentia : ut ambire, atque scire literas vel agere cau-

sas. Adversantur porro frequentibus, quæ quidem rari exempli sunt : his porro, quæ peræque proveniunt, quæ non sunt peræque. Erit ergo eorum, quæ peræque dubia sunt, optio penes hominum : qui, utpote rationabile animal, cuncta revocat ad rationem atque consilium. Ratio porro, et consilium, motus est intimus ejus, quod est in anima principale; hoc vero ex se movetur, motusque ejus assensus est, vel appetitus. Igitur assensus, et appetitus ex se moventur : nec tamen sine imaginatione, quam φαντασίαν Græci vocant. Ex quo fit, ut persæpe, fallente imagine, motus ille principalis animæ potestatis, vel consensus, depravetur, et eligat vitiosa pro optimis. Cujus rei multiplex causa est : vel agrestis in consultando inelegantia, vel ignoratio, vel nimium dedita mens importuno favori, vel falsæ opinionis anticipatio, vel consuetudo prava, vel certe alicujus vitii tyrannica quædam dominatio : propterea que vi, aut violentis delinimentis, potius quam voluntate peccare dicimur.

CLV. Quæ cum ita sint, salva est, opinor, divinatio, ne præsagio derogetur auctoritas. Potest quippe præscius, tali facta informatione fati, consilium dare aggrediendi, vel non aggrediendi. Recteque et rationabiliter, mathematicus originem captabit instituendi actus ex prosperitate siderum, atque signorum : ut si hoc factum erit, proveniat illud. Hæc porro, et hujusmodi, remedia sunt dubiorum proventuum; in quibus consilii salubritas medicina est, habent etiam disciplinæ locum, maximeque legum latio. Quid est enim lex, nisi jussum sciscens honesta, prohibens contraria? Idcirco, quia horum electio in nostra potestate est, laudisque honor, et vituperationis nota, præmiique gratia, et suppliciorum animadversio, cætera item exhortamenta virtutis, malitiæque retinacula, vitæ prospecta sunt.

CLVI. Nunc quoniam quid rerum sit providentia, quidve fatum, in substantia positum; et item, quid in munere atque actu inveniatur, quidve in potestate hominis sit; quid item, quod juxta fati decretum provenit, prosecuti sumus; de fortuna deque iis, quæ casu proveniunt, disseremus. *Fortunæ* potestatem omnem in rebus hominum dicit esse; *casus* aliam quandam jurisdictionem. Quæ enim vel rebus vita carentibus, vel sine ratione viventibus animalibus accidunt, non ex natura, vel arte, hæc omnia *casu* facta dicuntur : quæ vero hominibus accidunt, vel faventia negotiis eorum, vel adversantia, fortuita, et ex fortunæ arbitrio putantur. Causarum vero altera principalis est, altera accidens. Principalis causa est itineris faciendi, vel negotiatio, vel ruris inspectatio, vel aliqua generis hujus. Accidens, ut cum iter ingressos, sol atque æstus adurunt; quæ sequitur infectio vultus, et coloratio : quippe non infectionis causa iter fuerat institutum. Communiter ergo tam fortunam, quam casum, principali causæ accidentes causas esse dicemus : ut sit causa quidem principalis in fato, in fortuna vero, et casibus, causa accidens. Et quia, quæ fiunt, partim ex necessitate habent auctoritatem; partim usitati, et frequentis, exempli sunt, partim raro accidunt : et fortuna, et casus, in iis inveniuntur, quæ raro accidunt. Et fortunæ quidem irrationabilis et cum admiratione proventus inopinus ex hominum proposito sumit originem, casus vero citra propositum hominis fit. Siquidem, quod casu accidit, vel in rebus vita carentibus, vel in mutis animalibus, invenitur.

CLVII. Breviter ergo, cum duæ causæ, initium habentes ex proposito nostro, ita concurrunt, ut non, quod propositum est, at longe secus præterque opinionem, accidat, fortunæ ludus est, ut : si quis occulte thesaurum terræ mandet, deinde agricola, propositum habens vitem, aliamve quam libet stirpem, propagare, thesaurum illum, dum scrobem molitur, inveniat : certe neque qui condidit, ut alius inveniret; sed ut ipse, cum prolato opus esset, reportaret : nec agricola, ut thesaurum inveniret, sed ut scrobem faceret, laboraverat : et tamen uterque usus fortuna est inopina. Quare sic etiam fortuna recte definiri potest : *Fortuna est concursus simul cadentium causarum duarum originem ex proposito trahentium; ex quo concursu provenit aliquid præter spem cum admiratione.* Ut si creditor, ob diu frustra repetitum debitum, procedat ad forum, instruendorum gratia patronorum : eodem etiam debitor, mercandi causa : deinde conventus debitor, arbitris patronis, diu tractum debitum repræsentet. Diversa quippe causa utrisque procedendi fuit : et est illud potius actum, quod propositum non erat, quam quod jam pæne agebatur. Erit ergo etiam *casus, concursus simul atque una accidentium sine ratione* causarum in vita carentibus, vel mutis, animalibus : ut cum clausæ feræ, stabulis evasis, rursum ad eadem stabula revertuntur ultro : cumque ultro dicimus saxum concidisse. Ac de fato quidem deque iis, quæ in hominis potestate sunt, fortuna quoque, et casibus, satis dictum.

CLVIII. Sed quia sunt aliqua quæ contra hæc e diverso dicuntur, proponenda sunt, et diluenda. Tunc demum enim firmis erit fundamentis locata Platonis sententia. Ajunt ergo, si Deus cuncta ex initio scit, antequam fiant; nec sola cœlestia, quæ felici necessitate perpetuæ beatitudinis, quasi quodam fato, tenentur, sed illas etiam nostras cogitationes, et voluntates scit : scit quoque dubiam illam naturam, tenetque et præterita, præsentia, et futura, et hoc ex initio : nec potest falli Deus : omnia certe ex initio disposita atque decreta sunt, tam ea, quæ in nostra potestate posita esse dicuntur, quam fortuita : nec non subjecta casibus. Porro cum hæc omnia jamdudum decreta sint, cuncta quæ proveniunt, ex fato provenire concludunt. Leges etiam, et exhortationes, et objurgationes, et disciplinas, quæque hujusmodi sunt, omnia teneri fatalibus conditionibus. Quando si cui quid accidere decretum est, una etiam illud decretum sit, cujus ope, vel beneficio, debeat provenire : ut si cui salus pro-

ventura erit in navigando, proveniat ei non alio quoquam, sed illo gubernatore navim regente, vel si cui civitati proventurum erit, ut bonis utatur institutis, et moribus, ut Spartæ, Lycurgi legibus hoc debeat provenire. Item si quis erit justus futurus, ut Aristides, huic educatio parentum adjumento sit, in justitiæ atque æquitatis, obtentu.

CLIX. Artes quoque sub fati cadere decretum, manifestum esse ajunt; nam et hinc jamdudum esse ordinatum, quis æger, quo medente, revalescat : denique fieri frequenter, ut non a medico, sed ab imperito, curetur æger; cum talis erit conditio decreti. Similis ratio est laudum, vituperationum, animadversionum, præmiorum. Fit enim frequenter; ut adversante fato, quæ recte gesta sunt, non modo nullam laudem, sed contra reprehensionem, suppliciaque, afferant. At vero divinationem dicunt clare demonstrare, proventus jamdudum esse decretos. Neque enim, nisi decretum præcederet, ad rationem ejus accedere potuisse præsagos. Animorum vero nostrorum motus nihil aliud esse, quam ministeria decretorum fatalium. Siquidem necesse sit, agi per nos, agente fato. Ita homines vicem obtinere eorum, quæ dicuntur, sine quibus agi non potest : sicut sine loco esse non potest motus, aut statio.

CLX. Adversum quæ tam pugnaciter, et ipso fato violentius instituta, quid respondebimus? Quod Deus sciat quidem omnia, sed unumquidque pro natura sua ipsorum sciat : necessitati quidem subjugatum, ut necessitati obnoxium, anceps vero, ut quod ea sit natura præditum, cui consilium viam pandat. Neque enim ita scit ambigui naturam Deus, ut quod certum, et necessitate constrictum : sic enim falletur, et nesciet, sed ita, ut pro natura sua vere, dubium sciat. Quid ergo dicimus? Deum scire omnia, scientiamque ejus ex æternitate solidari. Porro, quæ sciuntur, partim divina esse, et immortalia : partim occidua, et ad tempus. Immortalium rerum substantiam fixam, et stabilem, fore : mortalium mutabilem et dubiam, aliasque aliter se habentem, ob naturæ inconstantiam. Ergo etiam scientia Dei, de divinis quidem, quorum est certa, et necessitate perpetua munita, felicitas, certa, et necessaria, scientia est : tam propter ipsius scientiæ certam comprehensionem, quam pro eorum, quæ sciuntur, substantia. At vero incertorum necessaria quidem scientia, quod incerta sint : et in eventu ambiguo posita. Nec enim possunt aliter esse, quam est natura eorum : ipsa tamen in utramque partem possibilia sunt, potius quam necessitatibus subjugata.

CLXI. Non ergo etiam dubia ex initio rigide disposita, atque decreta, sunt : nisi forte id ipsum, quod incerta esse, et ex ancipiti eventu pendere, debeant. Quare quod animæ quoque hominis natura talis sit, ut interdum ad virtutem se applicet; interdum ad malitiam præponderet, perinde ut corpus, modo sospitati, modo ægritudini proximum : fixum plane est, et decretum ex origine. Quis porro malus sit futurus, aut bonus, neque decretum, neque imperatum. Propterea que leges, magisteria, deliberationes, exhortationes, revocationes, institutiones, nutrimentorum certa observatio, laus, vituperatio, quæque his similantur : quia recte vivendi optio penes nos est.

CLXII. Si igitur, eorum quæ sunt, pleraque juris nostri sunt; alia extra nostram potestatem : nostra quidem appetitus, judicium, voluntas, consensus, præparatio, electio, declinatio; aliena vero, divitiæ, gloria, species, fortitudo, cæteraque, quæ potius optare possumus, quam vindicare : recte dicitur, si quis forte velit, quæ non sunt in potestate nostra, nostri juris esse præsumere, nihil sapere. Consequenter ergo etiam is qui, quæ nostra propria sunt, præsumit aliena, nihil, opinor, sapit. Denique nullus laudatur ob adeptionem secundorum, quæ in hominis potestate non sunt, nisi forte putatur beatus : prosperitas enim non est in ejus arbitrio. At vero in justitiæ contractibus, temperantiæque negotiis, in cæterarum virtutum observantia jure laudamur, siquidem virtus libera : contraque agentes reprehendimur, quod dare operam, ut peccemus, existimemur.

CLXIII. Dicunt porro, non spontanea esse delicta; ideo quod omnis anima, particeps divinitatis, naturali appetitu bonum quidem semper expetit : errat tamen aliquando in judicio bonorum, et malorum. Namque alii nostrum summum bonum voluptatem putant, divitias alii, plerique gloriam, et omnia magis, quam ipsum verum bonum. Est erroris causa multiplex. Prima quam Stoici duplicem perversionem vocant. Hæc autem nascitur tam ex rebus ipsis, quam ex divulgatione famæ. Quippe mox natis, exque materno viscere decidentibus, provenit ortus cum aliquanto dolore, propterea quod ex calida atque humida sede ad frigus, et siccitatem aeris circumfusi, migrent. Adversum quem dolorem, frigusque puerorum, opposita est medicinæ loco artificiosa obstetricum provisio : ut aqua calida confoveantur recens nati, adhibeaturque vices et similitudo materni gremii ex calefactione, atque fotu quo laxatum corpus tenerum delectatur, et quiescit. Ergo ex utroque sensu tam doloris quam delectationis, opinio quædam naturalis exoritur; omne suave, ac delectabile, bonum : contraque, quod dolorem afferat, malum esse, atque vitandum.

CLXIV. Par atque eadem habetur sententia de indigentia quoque, ex exsaturatione, blanditiis, et objurgationibus, cum ætatis fuerint auctioris : propterea que confirmata eadem ætate in anticipata sententia permanent : omne blandum, bonum, etiamsi sit inutile, omne etiam laboriosum, etiam si commoditatem afferat, malum existimantes. Consequenter divitias, quod præsentissimum sit in his instrumentum voluptatis, eximie diligunt : gloriamque pro honore amplexantur. Natura quippe omnis homo laudis, atque honoris, est appetens. Est enim honor virtutis testimonium. Sed prudentes quidem, versatique in sciscitatione sapientiæ, viri sciunt quam, et

cujusmodi, debeant excolere virtutem. Vulgus vero imperitum, propter ignorationem rerum, pro honore gloriam, popularemque existimationem, colunt; pro virtute vero vitam consectantur voluptatibus delibutam; potestatem faciendi, quæ velint, regiam quandam esse eminentiam existimantes. Natura siquidem regium est animal homo, et quia regnum semper comitatur potestas, potestati quoque regnum obsequi suspicatur : cum regnum justa sit tutela parentum. Simul, quia beatum necesse est libenter vivere, putant etiam, qui cum voluptate vivant, beatos fore. Talis error est, opinor, qui ex rebus ortus hominum animos possidet.

CLXV. Ex divulgatione autem succedit errori supradicto ex matrum et nutricum votis de divitiis gloriaque et cæteris, falso putatis bonis, insusurratio; terriculis etiam, quibus tenera ætas vehementius commovetur, nec non insolitis et omnibus hujusmodi, perturbatio. Quin etiam corroboratarum mentium delinitrix poetica et cætera scriptorum et auctorum opera magnifica, quantam animis rudibus invehunt juxta voluptatem, laboremque, inclinationem favoris? Quid pictores quoque et fictores? nonne rapiunt animos ad suavitatem ab industria? Maxima vero vitiorum excitatio est in corporis, atque humorum animi, concretione : quorum abundantia, vel indigentia, propensiores ad libidinem, aut iracundiam, sumus. His accedunt vitæ ipsius agendæ, sortisque discrimina, ægritudo, servitium, inopia rerum necessariarum. Quibus occupati a studiis honestis ad consentanea vitæ institutæ officia deducimur, atque a cognitione veri boni revocamur. Opus ergo futuris sapientibus tam educatione liberali, præceptisque ad honestatem ducentibus, quam eruditione a vulgo separata : videndaque eis et spectanda sunt lecta omnia, quæ pertinent ad sapientiam.

CLXVI. Ante omnia divino præsidio opus est ad perceptionem bonorum maximorum. Quæ cum sint propria divinitatis, cum hominibus tamen communicantur. Corporis quoque obsequium sufficiens animæ viribus esse debet ad tolerandum exercitii laborem. Oportet autem sufficere præceptores bonos, propositumque id, quod sortiti sumus singuli, numen. Quippe Socrati dicitur a pueris comes dæmon rerum agendarum præceptor, fuisse; non ut hortaretur eum ad aliquem actum, sed ut prohiberet, quæ fieri non expediret. Propterea quoque, quæ in hominis potestate sunt, si per imprudentiam agantur, cum agi ea sit inutile, cladem afferunt : quod a Socrate arcebat benevolum numen. Divinatio vero necessitati quidem subjectarum rerum, ambiguarum etiam, sed quarum jam fatalis completus sit exitus, vera est, et complexibilis : si modo divinatio dicenda est. Quippe quæ semel acciderunt, infecta esse non possunt.

CLXVII. Ambiguarum vero, quarum exitus adhuc pendent, nondum præcedentibus meritis ambigua est et obliqua : ut est illa Apollinis :

Perdet Crœsus, Halyn transgressus, maxima regna.

Istic enim tria erant, nisi fallor, ambigua : unum, utrum Cyri et Persarum regnum esset periturum; alterum, an ipsius Crœsi potius et Lydium : tertium, utrum conditionibus justis bellum deponeretur. Hoc quippe fieri poterat; et depositorum bellorum aliquot exempla præcesserant : sed quia voluntas utriusque adversabatur armorum depositioni, cum et Cyrus fera quadam esset natura, et gloriosa; Crœsus vero confidens, potentiæque præcupidus : decretum, quod sequebatur, ratum erat, factum ex utriusque proposito, pacem inter eos minime futuram. Supererat igitur ex reliquis alterutrum, idque erat dubium; cujusnam regnum exstingueretur : propterea quæque dubia sors, dubiique intellectus processit oraculum, ut quodcunque accidisset, id prædictum ab Apolline videretur.

CLXVIII. Sunt aliæ prædictiones consiliorum examini similes. Quia cum sit in nostra potestate deligere ex incertis alterum, ne in delectu peccetur ex ignoratione, suadet hominibus, quid sit optandum, propitia Divinitas : ut Argivis, per oraculum quærentibus, an adversum Persas bellum suscipi conveniret, responsum est :

Vicinis offensa Deo carissima plebes,
Armorum cohibe munimina, corporis omne
Discrimen sola capitis tutabitur umbra.

Sciebat enim, quid esset eligendum, quodque optio penes hominem; id vero, quod sequitur optionem, penes fatum.

CLXIX. Hebræis quoque consilium datum est a Deo cum prædictione rerum futurarum, in istum modum : *Si præceptis meis parebitis, bona terrarum omnia penes vos erunt. Lac itaque, et melliflui fluctus, non deerunt. Si contemseritis, pœnarum imminentium seriem divina vox prosecuta est.* Quippe quod esset dubium id, quod erat positum in hominis potestate, parere, vel contemnere jussa cœlestia. Quodsi optionem eorum præcederet decretum inevitabile, necessarioque contemnendum esset; abundaret prædictio, abundarent etiam promissa et minæ. Est igitur aliquid in hominis potestate, nec sunt homines, ita ut a contra sentientibus asserebatur, materiæ rerum earum; quæ aguntur, per quas aguntur : sed causa præcedens, quam sequitur, id quod ex fato est.

CLXX. Sed præter spem ajunt aliquanta provenire. Scimus; et horum omnium duplex genus. Unum eorum, quæ perraro accidunt; quæ vel forte proveniunt, vel casu aliquo importantur : ut ex hominibus portenta nasci. Alterum, quod frequentius quidem provenit, sed originem sumit ex humani judicii depravatione : cum vel a potentibus iratis, vel ab inimicis res judicantur. Ut accidit Socrati : ejusque populi judicio cum vir justissimus condemnatus est Aristides, vel cum prophetæ a conscleratis unus membratim sectus, alter obrutus saxis. Num quid etiam horum causa est penes fatum? Nec intelligunt diversas se contrariasque potentias, id est virtutem, et

item vitia simul, quod fieri non potest, assignare decreto : cum hujusmodi crimina fati propria esse dicunt. Constituant denique, quid esse fatum velint. Virtutemne divinam? Sed non esset causa malorum. An vero animam malignam? Sed demum a malitia nihil boni fieri potest; et fato dicuntur etiam bona provenire. Dicent fortasse mixtam quandam esse substantiam. At qui fieri potest, ut unum et idem quid malitia simul et bonitate sit præditum, intemperantiamque et castitatem creet, cæteramque virtutum vitiorumque importet contrarietatem?

CLXXI. Quæ porro erit de fato existimatio? Quod velit certe omnia esse bona, nec tamen possit. Erit igitur imbecillum quiddam, et sine viribus. An potest quidem, nec tamen vult? Hæc vero jam fera est quædam, et immanis, invidia. An vero neque vult, neque potest? At hoc dicere, de fato præsertim, flagitiosum. An et potest, et vult? Erit ergo causa bonorum omnium, nec malorum auctoritas pertinebit ad fatum.

CLXXII. Unde ergo mala? Motu stellarum causarum. Sed ipse motus unde? et utrum volentibus stellis motus ipse talis fit, ut ex eodem motu et mala proveniant, et bona : an invitis? Si volentibus, animalia sunt stellæ, et juxta propositum moventur. Si invitis, nullus est earum actus. Certe aut omnes stellæ divinæ sunt, et bonæ, nec quicquam faciunt mali, aut quædam maleficæ. Sed maleficas esse in illo sancto, et pleno bonitatis, loco quatenus convenit? Cumque omnia sidera plena sint cœlestis sapientiæ, malitiam porro sciamus ex dementia nasci, quatenus convenit maleficas esse stellas dicere? Nisi forte, id quod fas non est, interdum easdem bonas, interdum malignas esse, existimandum : propterea que promiscue beneficia, et maleficia, præbere. Sed hoc absurdum est putare, cœlestem substantiam, una eademque natura præditam, non in omnibus stellis eandem esse : sed plerasque tanquam a propria degenerare natura. Sed nimirum hoc invitæ stellæ patiuntur. Et quænam erit illa tanta necessitas, quæ invitas cogat delinquere? et hæc ipsa utrum divina erit anima, an maligna?

CLXXIII. An vero ratio quædam est, ut ajunt, qua omnia fiunt, quæ ad præsens aguntur, quæque futura erunt, provenient? Sed nimirum monstri est simile dicere, ratione fieri mala, quæ multo verius dicentur nulla ratione. Iniquus est etiam, vel libidinosus. Series vero illa causarum inevitabilis unde accipiet exordium, nisi prius merita nostra in quamcunque partem locentur. Illud vero quis ferre possit, quod præter cætera, quæ irreligiose dicuntur, atque existimantur, providentia quoque Dei tollitur hac eorum assertione : simulque omnis divinitas exterminatur? Quid enim faciet Deus, si omnia secundum hanc versutorum hominum affirmationem fient, atque impulsu rapido ferentur pro Necessitatis instinctu? Facit tamen hæc vana præsumptio faciliorem causam nocentibus, quibus licebit, non animi sui perversitatem condemnare, sed de fatali violentia conqueri; facit bonorum vota juxta laudabilem vitam et impetus prudentiæ pigriora. Quare missum faciendum est genus hominum, ex versutia, et vanitate, concretum, qui ut ipsi putant, adverso fato nati sunt : quibus hæc, et talia, opinari fato provenerit.

CLXXIV. Nos vero divinam legem sequentes, repetemus ab exordio, digesto ordine, quæ de fato Plato, veritatis ipsius (ut mihi quidem videtur) instinctu, locutus est. Principio cuncta, quæ sunt, et ipsum mundum contineri, regique, principaliter quidem a summo Deo, qui est summum bonum, ultra omnem substantiam, omnemque naturam, existimatione intellectuque melior; quem cuncta expetunt, cum ipse sit plenæ perfectionis, et nullius societatis indigus : de quo plura dici nunc, exorbitare est. Deinde a Providentia, quæ est post illum summum secundæ eminentiæ, quam νοῦν sive πρόνοιαν Græci vocant. Est autem intelligibilis essentia æmulæ bonitatis propter indefessam ad summum Deum conversionem. Estque ei ex illo bonitatis haustus, quo tam ipsa ornatur, quam cætera, quæ ipso auctore honestantur. Hanc igitur Dei voluntatem, tamque sapientem tutelam rerum omnium, *Providentiam* homines vocant; non, ut plerique existimant, ideo dictam, quia præcurrit in videndo atque intelligendo proventus futuros : sed quia proprium est divinæ mentis, intelligere; qui est proprius mentis actus, et est Mens Dei æterna. Est igitur mens Dei de intelligendo æternus actus.

CLXXV. Sequitur hanc providentiam *Fatum*, lex divina promulgata intelligentiæ sapienti modulamine ad rerum omnium gubernationem. Obsequitur huic ea, quæ secunda mens dicitur, id est anima mundi triperfita, ut supra comprehensum est : ut si quis periti legumlatoris animam legem vocet. Juxta hanc legem, id est fatum, omnia reguntur, secundum propriam quæque naturam : beata quidem necessitate, incommutabilique constantia, cuncta cœlestia, quippe quæ sint providentiæ vicina atque contigua. Frequenter vero accidentia naturalia; propterea quia oriuntur, et occidunt, omnia, quæ naturæ lege proveniunt. Simul, quia imitantur naturam ars et disciplina, etiam hæc, quæ artibus efficiuntur, sunt frequentia, proventusque crebri : quæ vero reguntur hac lege, ratione, ordine, ac sine vi reguntur : nihil enim, ratione et ordine carens, non violentum; quod vero tale est, non diu perseverat, utpote quod contra naturam suam distrahatur.

CLXXVI. Sequuntur ergo Deum proprium singula; et, ut ait Plato, *regem imperatoremque cœli, principem agminis, et ducem sublimem volucri curru, dispensantem omnia, et moderantem, legiones cœlestium angelicarum potestatum, in undecim partes distributæ. Solam siquidem Vestam manere* ait *in sua sede.* Vestam scilicet, animam corporis universi, mentemque animæ ejus, moderantem cœli stellantis habenas, juxta legem a provi-

dentia sanctam. Quam legem sæpe diximus esse fatum, serie quadam consequentiarum atque ordinum sanecientem. Volucris vero currus imperatoris Dei aplanes intelligenda est : quia et prima est ordine, et agilior cæteris omnibus motibus, sicut ostensum est. Undecim vero partes exercitus dinumerat hactenus. Primam, aplanem, deinde septem planetum ; nonam, ætheris sedem ; quam incolunt ætherei dæmones ; decimam, aeream ; undecimam, humectæ substantiæ ; duodecimam, terram, quæ immobilis ex conversione mundi manet. Verum hoc fortassis extra propositum, quamvis instituto sermoni concinat : quod fatum sine vi, ac sine ulla necessitate inextricabili, modo salubri, atque ordine administretur.

CLXXVII. Ex harum ordine rerum demanant illa, quæ rari exempli sunt ; quorum partim *fortuna* potestatem habet : partim improvisa, et sua sponte, proveniunt, quibus omnibus *casus* dicitur imperare : quæ fatalia quidem sunt, continentur enim edictis fatalibus, nec tamen sunt necessitate violenta. Perinde ut quæ a nobis fiunt, continentur quippe legibus nostris, nec tamen secundum leges proveniunt, quibus utimur. Ut puta, jubet lex interfici patriæ proditorem. Quid ergo ? Quia proditorem vocat eum, cui pœnam statuit, necesse est ut lex faciat proditorem ? Non opinor. Nam proditor quidem sua mala mente, quin potius amentia, prorumpit ad facinus : punitur vero juxta legem. Rursumque lex est : ut qui fortiter pugnaverit, præmio afficiatur. Hæc lex jubet ; non tamen victorem, aut victoriam, lex facit : et tamen lex præmium dat. Propterea que lex generaliter jubet omnibus quæ facienda sint, prohibetque omnes ab inconvenientibus. Sed non omnes obtemperant ; nec omnes faciunt, quæ jubentur. Quæ res ostendit, optionem quidem esse in hominibus, nec eandem in omnibus. Ea vero, quæ sequuntur, id est legitima, id est animadversiones, vel præmia, ex lege sancta.

CLXXVIII. Talis est, opinor, etiam lex illa cœlestis, quæ fatum vocatur, sciscens hominibus honesta, prohibens contraria. Sequi porro nostrum est, et a fati jugo liberum : laudari vero agentem bene, tam juxta legem, quam juxta commune judicium. Similiter ergo etiam contraria, mentiri quidem et pessime agere vitam, continetur edicto : et est in hominis arbitrio, ut præcedens. Male porro vitam disponere, proprium est hominis, propterea que puniri plane est ex necessitate fatali ; utpote quod legem sequatur. Hæc porro omnia sedem habent inanimis hominum ; quæ anima libera est, et agit ex arbitrio suo. Optima porro pars animæ ea est, quam descripsit Plato duplicem habere virtutem : unam, in comprehensione divinarum rerum, quæ *sapientia* est : alteram, in dispositione mortalium rerum, quæ *prudentia* nominatur.

CLXXIX. Quodsi quis ad humores corporis, naturalemque illam concretionem respiciens, plerosque intemperantes, alios porro moderatos homines esse non sine fato putat : et intemperantes quidem ex humorum intemperie laborare ; moderatos autem ex felicitate concretionis levari eaque omnia decreto fieri : vera sentit quidem : est enim natura tributum, ut imbecilla hominum natio vel laboret improspero concretione, vel adjuvetur moderata, in proventu honestatis. Ideoque adversum hujusmodi vitia rationis consiliique salubritas opposita est providentiæ lege. Siquidem avaritia, libido, crudelitas, cæteræque hujusmodi pestes, nihil in pueritia grande designent ; sed sint confirmata jam ætate, noxia : tunc, opinor, cum etiam salubritas consilii confirmatur. Cui auxiliatur decus studiorum honestiorum, prodest benivolorum reprehensio, medetur animadversio. Contraque adversis rebus obtunditur pravitas mentis atque insolescit.

CLXXX. Ideoque ob consortium corporis est inter homines, bestiasque et cætera vita carentia societas communioque corporeorum proventuum. Siquidem nasci, nutriri, crescere, commune est hominibus cum cæteris ; sentire vero, et appetere, commune demum hominibus, et mutis tantum, ac ratione carentibus animalibus. Cupiditas porro atque iracundia, vel agrestium, vel mansuetorum, appetitus irrationabilis est. Hominis vero, cujus est proprium, rationi mentem applicare, rationabilis. Ratiocinandi enim, atque intelligendi, sciendique verum, appetitus proprius est hominis, qui a cupiditate, atque iracundia, plurimum distat. Illa quippe etiam in mutis animalibus, et multo quidem acriora cernuntur. Rationis autem perfectio, et intellectus, propria Dei, et hominis tantum.

CLXXXI. Atque inter ipsos homines non peræque. Compugnant quippe in hominum commotionibus invicem cupiditas, iracundiaque, et item ratio, obtinetque adversum se vicissim. Ratio, ut apud Homerum, cum Laertius juvenis

Pectore pulsato mentem castigat acerbe :
Quin tolerus mea mens ? etenim graviora tulisti.

Quippe in illius animo ratio tunc iracundiam subjugabat. Apud Euripidem contra in Medeæ mente sæva iracundia rationis lumen exstinxerat. Ait enim :

Nec me latet nunc quam cruenta cogitem,
Sed vincit ira sanitatem pectoris.

Usque adeo salubri consilio viam clauserat immoderatus calor pellicatus.

CLXXXII. Ergo in animo continentis viri semper plus consilium potest : intemperantis imbecillitas adversum rationem vitiosis animi partibus suffragatur. Sæpe etiam hæc ipsa vitia se invicem impugnant : ut in adolescente Terentiano, qui adversum acerrimas amoris flammas resistens, honesta iracundia nititur ; cum negat iturum se ad conspectum amicæ ultro arcessentis, ut exclusum indigne revocet lenocinio, blanditiisque meretriciis. Ergo hæc, de quibus intra arcana pectoris disceptamus, quæque, utrum facienda nec ne sint, deliberamus, et postremum,

tanquam lata sententia, decernimus, quatenus non sunt propria nostra nisi forte ideo, quia commoti, vel depravati, libidine, disceptatores idonei non sumus : cum æquum judicium carere tanquam gratiæ, misericordiæque, anticipationibus debeat.

CLXXXIII. Sed prædictio, inquiunt, futurorum jamdudum disposita, atque ordinata, esse testatur. Hæc porro dispositio, atque ordinatio, *fatum* vocatur. Immo hæc ipsa prædictio fatalem necessitatem dominari negat usquequaque. Siquidem prædictio rationabilis sit existimatio sortis futuræ; quæ non in rebus certis, et necessitate constrictis, sed incertis, atque ambiguis, prævalet. Quis enim præsagum consulat de recens nato, utrum mortalis, an immortalis sit futurus? Sed illud potius, quod est dubium, quæri solet; quam prolixa vitæ spatia sortitus esse videatur : et utrum dives, an pauper : elataque, an plebeja sit atque humili fortuna futurus. Quæ cuncta observatione, scientia, artificiosa quoque solertia, colliguntur. Aut enim alitum volatu, aut extis, aut oraculis homines præmonentur : prædicente aliquo propitio dæmone, qui sit eorum omnium, quæ deinceps sequuntur, scius; perinde ut si medicus juxta disciplinam medendi prædicat vel exitium, vel sanitatem : aut etiam gubernator, cœli conditionum non ignarus, ex aliqua nubecula prænuntiet tempestatem futuram. Quæ cuncta non fato, sed artificiosis rationibus, usque, et experientia, comprehenduntur.

CLXXXIV. Æque, cum ex motu siderum prædictio habetur, signa observari solent, ortusque, et obitus stellarum et conformationes, ad rationem redactæ, juxta quam fertilitas, sterilitasque, provenit. Omnisque hujusmodi ratio nihil est aliud, quam conjectura rerum earum, quæ vel ad corpus pertinent, vel ad ea, quæ corporis propria sunt : vel ad animam satis corpori servientem. Unde opinor Platonem animarum quidem ædificationi Deum opificem præfuisse dicere; eorum vero, quæ animis subtexuntur, aliis divinis potestatibus inferioribus munus, atque officium, esse mandatum : ita ut puræ quidem animæ, sinceræque, et vigentes florentesque rationibus, a Deo factæ sint : vitiosarum vero partium ejus auctores habeantur hæ potestates, quibus ab opifice Deo talis cura mandata sit.

CLXXXV. Vitiosæ porro partes animi quæ subtexuntur, ira est et cupiditas, satis idonea vitæ agendæ instrumenta. Multa quippe sunt, quæ per virilem animi commotionem recte in hac vita fiunt, et vindicantur : quoties justa iracundia comitem se et auxiliatricem rationi præbet. Multa etiam ex cupiditate honesta, vel mediocri, præter libidinum sordes. Sicut igitur puræ mundi animæ regnum in perpetua mundi agitatione permissum est, ita iis animis, quæ homines inspirant, opus fuit ratione, iracundia et cupiditatibus interpolata; ut cum quidem se ad rationem totum animal convertisset, curaret, intueretur etiam cœlestia : cum vero ad terrena despiceret, despectus æque non esset otiosus, sed ex eadem inclinatione, cura rerum terrestrium nasceretur.

CLXXXVI. Ut igitur brevi multa complectar, istius rei dispositio talis mente concipienda est. Originem quidem rerum, ex qua cæteris omnibus, quæ sunt, substantia ejus ministratur, esse summum et ineffabilem Deum : post quem providentiam ejus secundum Deum, latorem legis utriusque vitæ, tam æternæ quam temporariæ. Tertium esse porro substantiam, quæ secunda mens intellectusque, dicitur; quasi quædam custos legis æternæ. His subjectas esse rationabiles animas legi obsequentes; ministras vero potestates Naturam, Fortunam, Casum, et Dæmones inspectatores, speculatoresque meritorum. Ergo summus Deus jubet, secundus ordinat, tertius intimat. Animæ vero lege ajunt.

CLXXXVII. Lex porro ipsum fatum est, ut sæpe diximus. Cui legi qui pareat, sequaturque principis Dei venoranda vestigia, beatam semper vitam agit : juxta legis perpetuæ sanctionem, quod est juxta fatum. At vero, quæ Dei comitatum animæ neglexerint, rursum et ipsæ, alio quodam, contrarioque genere secundum fatum vitam exigunt : donec pœniteat eas delictorum suorum, expiatisque criminibus deinceps ad immortalis Dei, et æternarum divinarumque potestatum, choros revertantur, et ille legis rigor ex deteriore fortuna transitum fieri sinat ad beatam. Quod fieri certe non posset, si omnia constricta essent uniformi quadam et rigida atque irrevocabili necessitate. Ex quo apparet, *providentiam* quidem omnia intra se circumplexam; tenere quippe omnia, quæ secundum eandem recte administrantur; at vero *fatum* providentiæ scitum est, continet autem ea, que sunt in nostra potestate, ut præcedentia : continet etiam meritorum collationem. Sequuntur animadversio, et approbatio, quæ sunt fatalia : eaque omnia, quæ casu, fortunave, fiunt.

CLXXXVIII. Quid igitur sibi voluit tractatus hujus tam larga prolixitas? Quia multi nulla cura veri sciendi, sed potius veris rationibus renitendi, et ipsi falluntur, et cæteros in erroris incluctabilis implicant lubrico : quippe qui ad unam aliquam partem mundanæ administrationis respicientes, tanquam de solida, atque universa dispensatione pronuntient : quodque in una parte invenerint, id esse in omnibus quoque mundi partibus asseverant, propterea que cum aliquid verum dicunt, veracibus similes habentur, quamvis compugnantia invicem dicant. Cum autem de parte sentientes perinde habent, tanquam de solido universoque, sentiant; redarguuntur invicem. Namque fato quædam agi, verum est : et quod quædam in nostra potestate sint, hoc quoque verum esse monstratum est. Quare, qui omnia fato fieri dicunt, merito reprehenduntur ab iis, qui probant esse aliquid in nostra potestate. Demum, qui omnia in nostra potestate constituunt, nec quicquam fato relinquunt, falli deteguntur. Quis enim ignoret esse aliquid in fato, et extra nostrum jus? Sola igitur vera illa ratio est, fixaque et stabilis sententia quæ docet quædam fato fieri, alia porro ex hominum arbitrio, et voluntate, proficisci.

CLXXXIX. Deinde subnectit leges ipsas, et jura fatalia. Principalem quidem legem, qua cunctis animis ob uniformem naturam ad virtutis vindicationem *æquabilis* fato tribuitur *facultas sine cujusquam prælatione.* Addit secundam legem, qua sanctum est omnes animas, *quæ comitatæ divinum agmen, spectaverint æternarum, vereque existentium, rerum naturam,* formam hominis induere ad tuenda terrena. *Pix nationis animal* hominem significans; ideo quod in mutis animalibus nulla sit cognitio de Deo. Porro ex iis, quæ ratione instructa sunt, præstantissimum quidem animal id esse, quod cæteris cœlestibus animalibus substantiam ex se largiatur, colat autem aliud, multo præstantius, in quo sit origo rerum. Sequi vero, quasi per ordinem quendam, inferioris eminentiæ potestates: quæ singulæ potiora quæque venerentur numina. Quia igitur ultimus est homo ex his, quæ ratione utuntur, animalibus, cunctaque meliora, et elatiora, veneratur; jure præcipua religione præditum esse dixit. Cumque sit duplex natura hominis, altera melior, altera inferior, lege opus fuit tertia, quæ meliora distingueret. Est porro melior sexus virilis, muliebris inferior; non quo sit aliqua in animis differentia: una est quippe natura: sed diversitas tamen in sexu esse debuit, caduca mortalitate partus substitutionesque desiderante. Denique cum una eademque virtus sit maris et feminæ, corporum tamen ipsorum diversæ vires sunt; cum eorum alterum calidius densiusque, alterum sit frigidius et rarius.

CXC. Sequitur alia lex; quam designat his verbis:

Ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτεύθειεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν.

Cumque necessitate decreti corporibus inserentur, corporeaque supellex varie mutabitur, quibusdam labentibus et aliis invicem succedentibus membris.

Necessitatem nunc vocat usum inexcusabilem, munusque incorporationis: neque enim aliter poterant regi terrena, rationabili anima regente, nisi corporis adhibita conjunctione. Corpus enim terrenum hoc non diu constat; sed torrentis more præcipitis et ipsum effluit, et ab effluentibus inundatur. Sunt quippe in eo multi meatus, multaque item emissacula, tam in promptu, et visibilia, quam latentia, et cæca: per quæ fertur humor, atque spiritus, aliæque superfluæ reliquiæ cibi, et potus: quibus egressus, conservationis animalium causa, natura commenta est, et adversum detrimenta egestionis, pro competenti modo, vicem reparat ex humido et sicco cibatu, atque extrinsecus circumfusi aeris respiratione. Meatus igitur, ingredientibus omnibus, pro modo proque magnitudine eorum natura fabricata est. Idque ipsum est quod dicit idem Plato: *Quibusdam labentibus, et aliis invicem succedentibus membris.*

CXCI. Hæc ergo lex illud effecit ante omnia, sensum *ex violentis passionibus excitari.* Merito. Vita quippe sine sensu esse non potest. Siquidem inter ea, quæ vivunt et quæ vita carent, hæc sit, opinor, differentia, ut sentiant hæc, illa sine sensu sint nascentiaque simul cum vita sensum auspicentur: et in dijugio corporis atque animæ sentire desinant. Certe sive passio, sive potentia sive aliquis affectus est, sensus hic animantis est proprius, ex corporis, animæque, copulatione conflatus. *Ex violentis* vero passionibus, recte. Nam eadem, ac simili, facilitate anima contemplatur; contemplatio quippe facilis intentio est. Sensus vero nascitur ex consortio corporis, atque animæ, passionum: et sunt multæ corporis pulsationes ejusmodi, ut neque contingant animam, et sensum, latenterque vanescant; qualis est lapsus in videndo vel audiendo. Quidam tamen pulsus corporis violentiores sunt, qui ad animam usque permanant.

CXCII. Est ergo *sensus, passio corporis quibusdam extrapositis, et pulsantibus varie; eadem passione usque ad animæ sedem commeante.* Quæ passio, cum est lenis molliterque palpando potius quam pulsando, corpus movet, consentit anima corporis titillationi. Atque hoc genus sensus *voluptas* cognominatur. Porro si erit asperitate quadam prædita passio, *doloris* nomen accipiet. Ut sit perspicuum, voluptatem, ac dolorem, species esse sensus: sensum vero ipsum, genus. Omnis porro talis cupiditas mixta est cum voluptatis, et doloris, affectu. Consequenterque amor hujusmodi rerum inter dolorem voluptatemque, positus invenitur. Spes quippe fruendi voluptatem creat; dilatio tristitiam ac dolorem. Quare sequitur sentiendi legem lex amandi; *amor* porro conservationi corporis plurimum confert: idemque est auctor successionum. Idem hoc in *ira* quoque reperitur, quoties sine ratione, ac sine modo, commovemur, agresti quodam ardore mentis. Adversum quem instruitur anima cautionis salubritate. Quæ nimia facta, transit ad *formidinis* vitium. Itaque cum animi vigor, qui, factus immoderatior, progressus est ad iracundiæ limitem, et item cautio sit animæ data ob tutelam corporis, immoderate crescentia perturbant animum, potius quam regunt.

CXCIII. Ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται.

Cæterasque, inquit, *pedissequas earum perturbationes diverso affectu pro natura sua permoventes; quoadusque congruas immanium ferarum induant formas.*

Pedissequas quidem *cupiditati, dolorique* cognatas et consentaneas passiones, æmulationem, dicit, invidiam, obtrectationem, et cætera hujusmodi; *voluptati* vero, in alienis malis gaudium, jactantiam, gloriæ vanitatem: *metui* porro, fugam, formidinem: *iracundiæ* nihilominus, sævitiam, feritatem, calorem, quæque his sunt proxima. *Diverso,* inquit, affectu *pro natura sua permoventes,* ea videlicet, quæ sunt his ipsis contraria virtutum ornamenta, quæ virtutibus fiunt. *Quæ quidem vitia si frenarent,* inquit, *justam eis lenemque vitam fore.* Aperte, et ita, ut dubitare nequeamus, sui juris esse animas docet in delectu, atque optione.

CXCIV. Horum omnium præmia etiam constituit. Victricibus vitiorum animis *reditum ad cælestem sedem*, perpetuamque immunitatem. Quæ vero se libidine commaculaverint, in munere vitæ secundæ asperiorem, congruamque moribus, et instituto vitam futuram. Siquidem *ex virili sexu transeant in feminæ formam*, non quod ipsa anima sexum mutet, sed deterius corpus accipiat. Quæ vitam meliorem temperantemque delegerit, ad meliorem fortunam revocabitur. Porro si deterior facta erit, deteriusque vivet, propter nimiam corporis amplexationem, vitæ destinabitur infeliciori, quoadusque ad feræ naturæ perveniat immanitatem.

CXCV. Empedocles tamen, Pythagoram secutus, ait eas non naturam modo agrestem et feram sortiri, sed etiam formas varias, cum ita dicit :

Namque ego jamdudum vixi puer, et solida arbos.
Et tali sexu inde animal, tum lactea virgo.

Non juxta sexus silvestrem conversionem, sed in diversorum animantium, ut ipse aliis testatur versibus, quibus abstineri oportere censet animalibus :

Mutatos sobolis mactat pater impius artus,
Diis epulum libans; sæva prece territa mente
Hostia, luctifica funestatur dape mensa.
Natus item ut pecudes cædit matremque patremque,
Nec sentit caros mandens sub dentibus artus.

Item alio loco :

Comprimite o gentes homicidia! nonne videtis
Mandere vos proprios artus ac viscera vestra?

CXCVI. Sed Plato non putat rationabilem animam vultum atque os ratione carentis animalis induere, sed ad vitiorum reliquias accedente corpore, incorporationem, auctis animæ vitiis, efferari ex instituto vitæ prioris, et iracundum quidem hominem eundemque fortem provehi usque ad feritatem leonis, ferum vero, et eundem rapacem, ad proximam luporum naturæ similitudinem pervenire, cæterorum item. Sed cum sit reditus animis ad fortunam priorem, hoc vero fieri non potest, nisi prius reditus factus erit purus ad clemens et homine dignum institutum, rationabilis porro consilii correctio, quæ pœnitudo est, non proveniat in iis, quæ sine ratione vivunt, anima quondam hominis nequaquam transit ad bestias juxta Platonem.

CXCVII. Deinde ait :

Ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον, καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἴδος ἕξεως.

Pausamque malorum non prius fore, quam consecuta eas similis eademque semper volucris illa mundi circumactio cuncta earum vitia ex igni et aqua terraque et aere contracta, omnemque illuviem deterserit, inconsultis et immoderatis erroribus, ad modum rationis temperiemque redactis.

Eandem semper circumactionem motus *intelligentis* animæ significans, similem vero ejus cum deliberat ut intelligat. Hæ quippe virtutes sunt animæ rationabilis. Inconsultos porro, et immoderatos, errores animæ dicit esse, qui ex igni, terraque et cæteris corporeis elementis oboriuntur. Adversum quos obnitens anima revertetur ad antiquam divinitatem suam, et habebit naturam bonis meritis competentem.

CXCVIII. *Has leges* ait a magno opifice Deo animis esse *intimatas*, causamque intimationis ostendit : *ne qua penes se deinceps ex reticentia noxæ resideret auctoritas* : volens ostendere, malitiam non ex decreto, ac voluntate Dei provenire hominibus, sed ipsorum vel imprudentia, vel depravatione. Deinde post expositionem legum fatalium *sementem facit animarum nostrarum Deus, partim in terra, partim in luna*, quæ *instrumenta temporis* esse dicit, juxta Pythagoram quidem, quod ita ut in terra, sic etiam in lunari globo consistant homines et etiam in cæteris errantibus stellis : juxta se vero, quod in aliis libris idem asserat, alterna vice fungi munere animas quibus rerum terrenarum tutela mandatur, ita ut quæ jam fungentur munere primæ, serantur in terra : quæ post has, in lunari globo, ac deinceps in aliis globis consequenter.

CXCIX. Deinde jubet factis a se Diis, id est stellis, *fingere humana corpora* animarum competentium receptacula, iisdemque adhibere cuncta adminicula vitalis substantiæ. Principio appetitum, qui dividitur in iracundiam et cupiditatem, sine quibus corpus mortalis animantis neque esse, neque vero administrari potest. Deinde artes, quæ victum necessarium largiuntur, *cæteraque omnia juxta vires*, ut quam optime mortalis natura regatur. *Juxta vires* videlicet non efficientium, sed eorum quæ efficiebantur : propterea quod homines tam ad bonitatem, quam ad malitiam, inclinationes habent. Ex quo fit, ut sæpe ipsi auctores malorum. Talis ergo fuit ordinatio summi opificis Dei : ut quod erat in corpore mortali minime mortale, sed divinum potius, et sempiternum, ipse construeret. Porro quæ dissolubilia unquam essent futura, minoribus efficienda mandaret.

Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει.

Denique completa dispositione in suo, inquit, affectu manebat.

Quid est? Nimirum ut providentia sua cunctis tam ex æternitate, quam natis, generatisque, consuleret : divinis quidem, et æternis, immortalitatem propagans, temporariis vero perennitatem, non jugem, et integram, sed ex successione.

CC. Deinde docet ipsam humani corporis ædificationem, sentiendique causam, et cætera, quæ sensum sequuntur.

Πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια, ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν εἰς ταὐτὸ λαμβανόμενα κτλ.

Ex mundi, inquit, materiis, igne terraque et aqua

cum spiritu fœnus elementarium mutuati, quod redderetur cum opus foret, et cætera.

Corpora nostra ex quatuor materiis esse composita, in promptu est. Est enim quiddam contiguum in iis quod tactui resistit, idque sine terrena soliditate non est. Est etiam calidum aliud, idemque visibile : porro, quæ talia sunt, sine igni esse non possunt. Est præterea plenum spiritus, ut sunt hæ venæ, quæ arteriæ nuncupantur. Est etiam humor, ut sanguis et cætera, quæ manant ex corpore. Sed neque humor sine aqua, neque spiritus sine aere consistet unquam. Est igitur in corporibus nostris aquæ portio, et item aeris, nec non ignis, et terræ. Unde opinor hominem mundum brevem a veteribus appellatum, nec immerito. Quia totus mundus, et item homo totus, ex iisdem sunt omnibus, corpore quidem easdem materias habente, anima quoque unius ejusdemque naturæ.

CCI. *Invisibiles* porro *conjunctiones gomphos* appellat; vel minorum corpusculorum coacervationem, ut Diodorus; vel eorundem similium inter se conglobationem formabilem, ut Anaxagoras; vel supradictorum multiformem implicationem, ut Democritus, et Leucippus; vel interdum concretionem, interdum discretionem, ut Empedocles; concretionem quidem amicitiam, discretionem porro, et separationem inimicitiam vocans. Vel, ut Stoici, corporum diversorum usquequaque concretionem. Quorum omnium quendam nodum, concatenationemque, dicit esse in minutis solidisque corpusculis, quæ γόμφους cognominat. Tali igitur humani corporis exædificatione æternæ animæ *duos circuitus* addidisse dicit Deum; qui circuitus animæ opera sunt, quorum alter intelligentia est, alter opinio. Porro omne quod operatur, sit necesse est. Substantia ergo animæ minime est otiosa. Undique igitur corpus humanum duabus immortalis animæ circumactionibus obligatum, totum atque ex omnibus regionibus vitali sustentatur vigore. *Irriguum* porro *fluidumque* corpus vocat, ob prædictas egestionis et exsaturationis vices.

CCII. Circuitus porro, inquit, *ut torrenti rapido defluoque obligati.* Torrentem vocat silvam corpoream propterea quod defluere non desinat, neque unquam maneat in certa et in stabili constantia, nec teneatur. Animas ait corpora *non tenuisse*, *nec* vero ipsas a corporibus potuisse cohiberi. Quare animæ corpora non regebant? quia nutui suo et velut refrenationi pro arbitrio corpora tunc non obsequebantur. Animæ porro a corporibus demum non tenebantur, quippe cum ipsa corpora ambitu animæ circumtenerentur, et sine complexu ejus mox dissiparentur. *Sed vi ferebant*, inquit, *et invicem ferebantur.* Ferebantur quidem ad vitia cogente indigentia corporis. Ferebant vero eadem corpora, vitam salutemque iisdem procurando, quod est proprium munus animarum. Hoc autem utrumque non est sine violentia : quoniam nec animæ, voluntate propria in vitia recidebant : nec corporibus placebat naturales indigentias ferre ac sustinere patienter, utpote quæ naturæ suæ dissolutionem, dissipationemque, ferrent.

CCIII. *Contingebat ergo, ut totum animal moveretur, præcipiti tamen, et inordinata jactatione.* Præclare. Neque enim quod movet sine eo quod movetur, motum potest edere; neque demum quod movetur, sine movente : sed utriusque opus est præsentia. Et est, opinor, quod quidem movet, anima : quod vero movetur, corpus; ex quibus et animalia constant, et motus eorum. Et prorsus hæc omnia spectant eo, ut concipiatur animæ vitæ puerilis amentia : quoque modo sensus excitetur omnibus animalibus secundum naturam eorum. *Sex illi motus familiares sunt.* Est quippe in his ignis; cujus natura summa et alta semper capessit. Est etiam terræ aliquantum, quæ mediam mundi sedem obtinet : est aereum quiddam et humectum; quæ duo huc atque illuc late, et prorsus ad omnia natura sua feruntur. Quorum motuum compos est animal.

CCIV. Mobilior porro anima puerilis, et inquieta, maxime quidem, ob irrationabilem mentis imbecillitatem, nondum ratione firmata. Deinde ob nimium calorem, humoremque in illa ætate abundantem, sicut ipse ait in Legibus, pueros nimio ignis luctari calore : propterea que inordinate, sine judicio, improbeque omnino, motus in pueris naturales celebrari. Unde ait, *Immenso quippe gurgite irrigante, et immoderate effluente.* Irrigante quidem, cum nimio calore cito confectus cibus resumitur sæpius : effluente vero, juxta necessitatem egestionis. Testatur Hippocrates, cibo nimio recreanda esse puerilia sanciens corpora, ne consumantur damnis egestionis. Sed adhibito cibo tenera ætas delectatur, imminuto, aut denegato, dolet. Ex quo fit, ut voluptatem quidem amplexetur, tamquam bonum; offendatur autem dolore, tanquam malo.

CCV. *Etiam quæ extrinsecus accidunt*, frigus, et siccitas; asperior, et durior, tactus. Quæ omnia sensus excitant asperos; quæque his contraria sunt, jucundos, et voluptarios, in tactu, odoratione, gustatu. Quos quidem sensus ait et *initio et nunc usque maximos et violentos motus ciere.* Quippe sensus, auxiliante silva, *nimio inordinatoque fluxu totam animam actusque ejus omnes violenta concussione turbare.* Cumque sit animæ pars altera sanctior divinior que, quæ *mens atque intellectus*, nunquam exorbitans, neque ullis erroribus, falsisve opinionibus derivabilis; *hujus quidem motum cohibuerunt, dominationemque ejus in tota anima compescuerunt, contrarios motus agentes :* ut esset quidem intellectus in anima, sed nihil ageret, impedientibus sensibus. At vero illam alteram partem animæ, quæ est *opinio*, perdere quidem omnino non poterant (nam hæc quoque erat prædita divina potentia), nec solvi, nisi ab eo solo, qui connexuerat, valebat ante fatale animæ corporisque dijugium, *coegerunt tamen adversum naturam suam niti*, atque agere actus incongruos, cogentes falsis opinionibus credere.

CCVI. Deinde admonens eorum, quæ in psychogonia docuerat, medietates illas ait, et analogias, tanquam regione sua, et loco, pulsas : quæ consentaneos motus animæ cœlestibus tramitibus dirigebant. Illud significans, quod in pueris mens quidem intellectusque ejus omnino sit otiosus, et velut constrictus vinculis, motum ejus prohibentibus. Ratio tamen agat aliquid, cum vel appetit quid tenera ætas vel judicat vel imaginatur, non recte licet, ad hæc trahentibus eam sensibus, atque eo genere circumscribentibus, ob supradictas causas rerumque ignorationem. In quo etiam Aristoteles consentit, dicens initio pueros, et in annum etiamnum lactentis ætatis, omnes quidem viros putare patres, omnes autem feminas, matres : ætatis tamen accessu discernere, et nonnunquam in discretione falli. Sæpe etiam falsis captos imaginibus porrigere ad imaginem manus. Easque omnes *opiniones supinas* vocat, cum ea quæ lædunt, commoda, quæque prosunt noxia esse arbitrantur; id est, cum ad voluptatem perniciosam feruntur, offenduntur autem salubri labore. Quod profecto nunquam contingeret, nisi nimium sensibus crederent, qui natura in decipiendo plurimum vigent.

CCVII. Atque ut totam rem plane expediret, exemplo quoque utitur perspicuæ claritudinis. Summa dementia est, cum quis non solum ignoret, sed id ipsum, quod ignoret, nesciat, propterea que falsis consentiat imaginibus; quæque vera sunt falsa esse præsumat : ut cum malitiam quidem prodesse, virtutem vero obesse perniciemque afferre arbitrantur. Quæ quidem opinio usque ad novissimam ætatem plerosque comitatur, qui facere injuriam commodissimum; recte, damnosum putant : propterea que exsecrantur. Hos Aristoteles senes pueros vocat : quod mens eorum a mente puerili minime differat.

CCVIII. Exemplum, quod diximus, tale est. Ex adverso stantes in læva nostra certe habemus contra stantium dextras partes; item illi similiter nostras : rursumque lævas partes in dextras.

Ὅταν τις ὕπτιος ἐρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν ἐπί γῆς, τοὺς δὲ πόδας προσβαλὼν ἄνω ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τοῦ τε πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων τά τε δεξιὰ ἀριστερά, καὶ τὰ ἀριστερὰ δεξιὰ ἑκατέροις τὰ ἑκατέρων φαντάζεται. Ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦτα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς κτλ.

Si igitur, inquit, *alter ex duobus recte et secundum naturam stet; alter vero ita, ut caput solo figat, pedes pro capite sustollat et sint ex adverso : tunc se inspicientes invicem opinabuntur dextras partes sinistras, sinistras dextras invicem. Tale aliquid pati* dicit *animas quoque.*

Juxta rerum contemplationem, inter initia, et recens incorporatas. Cum igitur ita se habebit, et audiet, intelligibilem esse naturam et sine corpore, quæ sola vere, perpetuoque, eadem sit : rursum de iis, quæ nascuntur, et occidunt, id est de corporeis, atque sensilibus, quod fluida sint, et mutabilia : opinor, tunc advocatis sensibus, puerilis anima, testimoniis eorum facile credens, intelligibilem quidem naturam nullam esse confidit, utpote quam sensus ne somniet quidem, sola autem sensilia pro vero certoque esse præsumit : quæ videri, tangi, cæterisque sensibus percipi, queant. Itaque præsumens non, opinor, mentis intellectusque compos erit. Ideoque addidit :

Οὐδαμίᾳ τε ἐν αὐταῖς τότε περιοδος ἀρχουσα οὐδὲ ἡγεμών ἐστι.

Nec habet ullum certum ducem talis peragratio

Neque enim intellectus ducem se præbet cæteris animæ partibus, ut qui sit tunc otiosus : neque illa alia pars animæ, in qua sunt opinationes; quam subegerint atque in servitium redegerint sensus, usque adeo ut, cum serviat, dominari se putet et aliquid ex pristino splendore ac dignitate retinere.

CCIX. Ac ne quis eum putaret de anima cujuslibet animalis hæc dicere, addidit :

Ὅταν δὲ τὸ τῆς αὔξης καὶ τροφῆς ἔλαττον ἐπίῃ ῥεῦμα, πάλιν δὴ αἱ περίοδοι λαμβανόμεναι γαλήνης τὴν αὑτῶν ὁδὸν ἴωσι, καὶ καθιστῶνται μᾶλλον ἐπιόντος τοῦ χρόνου.

Crescente vero homine posteaquam incrementi nutricationisque tenui jam rivo meatus affluet, animæque circuitus tranquilliore motu viam suam peragent, processuque temporis sedatiores erunt.

Merito, fit enim melior in dies, quando fit perfectior et in cognitione rerum exercitatior. Tunc quippe nuntii sensus minoris erunt auctoritatis minorisque apud animam fidei, deprehensa fallendi consuetudine. Maxime.

Ἂν μὲν οὖν δὴ καὶ ξυνεπιλαμβάνηταί τις ὀρθῆ τροφῇ παιδεύσεως, ὁλόκληρος ὑγιής τε παντελῶς, τὴν μεγίστην ἀποφυγὼν νόσον, γίγνεται. Καταμελήσας δέ, χωλὴν τοῦ βίου διαπορευθεὶς ζωήν, ἀτελὴς καὶ ἀνόητος εἰς Ἅιδου πάλιν ἔρχεται.

Si sit studiis, inquit, *elegantioribus erudita, immunis omni perturbatione atque ægritudine deget ævum. Si negliget, claudum tunc vitæ serpens iter, cum familiari demum stultitia revocabitur ad inferna.*

Consequenter; namque sibi hominem componit ex anima et corpore. Quotusquisque igitur utrumque curabit, erit incolumis, et fortis. Qui neutrum, mancus et debilis. Qui alterum ex duobus, claudus. Ergo indocilis, et corpori tantum diligentiam impertiens, claudam habebit vitam procul dubio. Claudam quoque illius animam fore, cujus rectæ quidem sint opiniones, sed nequaquam sacris intelligibilium arcanorum sit initiatus.

CCX. Simul quia de totius hominis disseruit integre per partes constitutione : nunc membratim, sicut in mundani corporis constitutione fecerat, utilitatem cujusque membri revelat : causasque reddit visus nostri et auditus. Sensuum quoque utilitatem persequitur, et eorum membrorum quæ sensum adjuvant. Dicit etiam de memoria; dicit de somniis. Eorum quoque causas reddit, quæ in speculis simulacra cernuntur : et eorum omnium causas, rationesque, subdividit. Demonstrat etiam, quæ princi-

pales causæ sint, quæ item principalibus accidant : quæ item sint ipsa quidem immobilia, moveant tamen alia; quæ demum ab his ipsis moventur ex aliqua necessitate : quæ cum ratione movent affectum rei utilis alicujus; quæque sine ratione, et ut libet.

CCXI. Orditur denique a capite; quam partem corporis *principali quadam* esse *eminentia* dicit. Propterea*que oportuisse in excelso atque eminenti loco, tanquam* arcem totius corporis, collocari : ut *domicilium esset partis animæ principalis*, quod ἡγεμονικόν a philosophis dicitur, id est ratio. Cujus duplex virtus; altera intelligens, opinatrix altera; juxta quas sapientia cum disciplina, et item prudentia cum rectis opinionibus convalescunt. Quas duas divinas circumactiones animæ idem auctor appellat; juxtaque eas *divinas potestates, quæ fingebant corpora hominum, ad similitudinem mundani formasse* dicit *caput rotundum, et globosum* : eique ita informato connexuisse rationabilem motum. Qui rationabilis motus principalis animæ potestas est; propterea*que principalem animæ potestatem* asserit *in capite sedem habere.*

CCXII. Sed quoniam de hoc diversæ opiniones Philosophorum tam veterum quam novorum exstiterunt, recensendæ nobis singulæ sunt; ut, habita comparatione, quanto cæteris ad veritatem præstet Platonis, fiat palam. Qui dividuam esse silvæ substantiam censuerunt, interponentes immenso inani modo experfia, modo partes quidem, sed indifferentes, sui similes; nunc atomos, vel solidas moles : nullum locum certum, definitumque, principali animæ parti dederunt. Spiritus quippe, ut ipsi asseverant, per fauces ad pulmonem commeans, in respiratione attenuatus, ad cordis sedem facit transitum. Deinde per arterias, quæ sunt a corde porrectæ, pervenit ad caroticas, ita appellatas venas, quod cædem vulneratæ mortem afferant soporiferam, per quas idem spiritus ad caput fertur per tenues nervorum et angustos meatus : atque ibi primum nasci dicunt initium sentiendi, et intermanare ad cæterum corpus. Isque communis sensus est tactus, sed fit proprius, ob diversitatem membrorum, quibus sentimus. Qualia enim fuerint organa sentiendi, talis sensus exsistit, ut per oculos visus, auditus per aures, atque in eundem modum cæteri. Unus tamen est spiritus, qui in multis deformatur.

CCXIII. Aut enim moles quædam sunt leves, et globosæ, eædemque admodum delicatæ, ex quibus anima subsistit, quod totum spiritus est, ut Asclepiades putat, aut ignitæ atomi juxta Democritum, qui ex iisdem corporibus et ignem et animam censet excludi; vel id ipsum atomi casu quodam, et sine ratione, concurrentes in unum, et animam creantes, ut Epicuro placet, ob similitudinem atomorum, quarum una commota omnem spiritum, id est animam, moveri simul. Unde plerumque, audita nive, candorem simul, et frigus homines recordari, vel cum quis edit acerba quædam, qui hoc vident, assidue exspuere incremento salivæ, et cum oscitantibus simul oscitari alios, et in consonis rhythmis moveri nos juxta sonos.

CCXIV. Quæ cum ita sint, quærunt, qui magis capite, quam pedibus, sapiamus : quando scientiæ, disciplinæque, assiduo sensus exercitio corroborentur : prudentiæque initium ex aliquo temperamento orsum usuque assiduo promotum, perveniat ad perfectionem, dum frequens observatio rudimenta creati : rudimenta item artem, quæ tempore, atque usu confirmata fit disciplina. Idem negant animæ vim principalem consistere in capite; propterea quod pleraque animalia, capite secto vivant ad tempus, et agant solita, tanquam nullo damno allato corporis universitati, ut apes et item fuci, quæ licet capitibus abscisis ad momentum vivunt et volant aculeisque secundum naturam suam se defendunt. Quæ non facerent, si in capite consisteret, quod est in anima principale. Illud etiam in corde negant; crocodilos enim, avulsis cordibus aliquamdiu vivere, et resistere adversum violentiam. Hoc idem in testudinibus observatum marinis et terrestribus capris.

CCXV. Adversum quæ respondetur ab aliis; nihil esse mirum, si cum initia et quasi quædam fundamenta dogmatis imbecilla et minus idonea jacta sint, totum eorum dogma nutet. Quæ est enim de anima opinio eorum? Nempe quod ex minutis corpusculis constet : ergo corpus initium est animæ, et erit animæ propria nulla substantia, sed potius corporis. Corpus enim animam creat juxta ipsos, vitamque animæ. Contingit ergo secundum hanc eorum opinionem, ut nunquam sit eadem anima : sed diversa habeatur, atque mutabilis. Cum enim dicant, corpus esse antiquius anima, dant corpori principatum. Id porro semper fluit, atque immutatur. Et anima igitur, quæ secundæ conditionis est, eadem patitur quæ corpus. Mutabitur ergo tempore, et senio, cæteris item, quæ fert natura corporis, attentabitur. Atque ita male fundata sententia honestum invenire non potest exitum.

CCXVI. At vero ex illis qui jugem putant esse silvam, et adunatione quadam sibi continuatam, Empedocles quidem principalem animæ vim constituit in corde, sic dicens :

Sanguine cordis enim noster viget intellectus.

Siquidem intimis nostris sensibus sentimus ea, quæ sunt extra nos, propter cognationem. Ideoque ait :

Terram terreno sentimus; at æthera flammis,
Humorem humecto, nostro spirabile flatu.

Sed de his omnibus qualia sint, quantamve inter se habeant differentiam, cordis sanguine dijudicamus.

CCXVII. Hebræi quoque videntur secundum hunc opinari de anima principali, cum dicunt : *Clamat apud me sanguis fratris tui.* Et item alio loco : *Non edetis carnem cum sanguine, quia omnium animalium san-*

guis anima est. Quæ si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem, quia sit vehiculum irrationabilis animæ, cujus partes sunt importuni appetitus, habet plane rationem talis assertio. Si autem confitentur animam hominis rationabilem esse, credant sibi, quod Deus a se hominibus factis inspiraverit divinum spiritum, quo ratiocinamur, quoque intelligimus, et quo veneramur pie Deum, estque nobis cum divinitate cognatio, diique esse dicimur, et filii summi Dei. Quam cognationem cum Deo, et omnino rationem, qua ratiocinamur, sanguinem putare esse, non rectæ opinionis est. Quæ omnia nobis adversum Empedoclea quoque dicta sint.

CCXVII. Stoici vero, cor quidem sedem esse principalis animæ partis consentiunt, nec tamen sanguinem, qui cum corpore nascitur. Spiritum quippe Zenon quærit hactenus, quo recedente a corpore moritur animal, hoc certe anima est. Naturali porro spiritu recedente moritur animal. Naturalis igitur spiritus anima est. Item Chrysippus. Una et eadem, inquit, certe respiramus et vivimus. Spiramus autem naturali spiritu. Ergo etiam vivimus eodem spiritu. Vivimus autem anima. Naturalis igitur spiritus esse anima invenitur. Hæc igitur, inquit, octo in partes divisa invenitur. Constat enim e principali, et quinque sensibus, etiam vocali substantia, et serendi procreandique potentia. Porro animæ partes velut ex capite fontis cordis sede manantes, per universum corpus porriguntur; omniaque membra usquequaque vitali spiritu complent, reguntque, et moderantur : innumerabilibus, diversisque, virtutibus nutriendo, adolendo, movendo, motibus localibus instruendo, sensibus compellendo ad operandum, totaque anima sensus, qui ejus sunt officia, velut ramos ex principali parte illa, tanquam trabe, pandit futuros eorum quæ sentiunt nuntios, ipsa de iis, quæ nunciaverint, judicat ut rex. Ex his porro, quæ sentiuntur, composita sunt; utpote corpora, singulique item sensus unum quiddam sentiunt; hic colores, sonos alius, ast ille succorum sapores discernit, hic vapores odoraminum, ille asperum lævigationemque tactu. Atque hæc omnia ad præsens. Neque tamen præteritorum meminit sensus ullus, nec suspicatur futura. Intimæ vero deliberationis et considerationis proprium, cujusque sensus intelligere passionem, et ex iis, quæ nuntiant, colligere quid sit illud, et præsens quidem accipere, absentis autem meminisse, futurum providere. Definit idem intimam mentis deliberationem sic : *Intimus est motus animæ vis rationabilis.* Habent quippe etiam muta vim animæ principalem qua discernunt cibos; imaginantur, declinant insidias, prærupta et præcipitia supersiliunt, necessitudinem recognoscunt, non tamen rationabilem, quin potius naturalem. Solus vero homo ex mortalibus principali mentis bono, hoc est ratione, utitur, ut ait idem Chrysippus. Sicut aranea in medietate cassis omnia filorum tenet pedibus exordia, ut cum quod ex bestiolis plagas incurrerit ex quacunque parte de proximo sentiat, sic animæ principale, positum in media sede cordis, sensuum exordia retinere; ut cum quid nuntiabunt, de proximo recognoscat. Vocem quoque dicunt e penetrali pectoris, id est corde, mitti, gremio cordis nitente spiritu, qua nervis obsitus limes interjectus cor a pulmone secernit utroque, et vitalibus cæteris, quo faucium angustias arietante formanteque lingua, et cæteris vocalibus organis, articulatos edi sonos sermonis elementa; quo quidem interprete mentis arcani motus aperiantur. Id porro principale animæ vocat.

CCXVIII. Ergo, spiritum animam esse dicentes, corpus esse animam plane fatentur. Quod si ita est, corpus corpori socialum est. Societas porro vel ex applicatione fit, vel ex permixtione, vel ex concretione. Si applicita sint corpus et anima, quid ex applicatione compositum horum duûm, quatenus totum erit unum? Vita enim secundum ipsos in solo spiritu; qui applicitus non permanat ad corpus intimum. Nihil enim penetrat applicitum; et totum animal vivere ajunt. Non igitur anima, et corpus, applicatione sociantur. Si vero permixta sunt, anima unum aliquid non erit, sed permixta multa. Stoici spiritum, id est animam, unum quid esse profitentur. Non ergo permixta sunt. Superest ut ex concretione manent : ergo et per se invicem transeunt duo corpora, et locus unus, quo corpus continetur, duobus corporibus præbebit capacitatem, cum vas, quod aquam recipit, vinum et aquam simul capere non possit. Neque igitur ex applicatione, neque permixtione, neque vero concretione, corpus et anima sociantur : ex quo confit, animam non esse corpus. Est igitur virtus, et potentia, carens corpore : quodque est in ea principale, competentem naturæ suæ sedem habeat necesse est.

CCXIX. At vero Aristoteles animam definit hactenus : *Anima est prima perfectio corporis naturalis organici possibilitate vitam habentis.* Perfectionem nunc appellans specialem essentiam, quæ est in effigie. Essentia enim trifariam intelligitur. Una, quæ constat ex *corpore;* velut animalia, vel quæ arte fiunt, essentia dicta, quia hæc ipsa est, et cætera, quæ sunt, facit esse. Altera, qua materiam informem, et adhuc silvam, mente consideramus. Hæc quippe possibilitate omnia est, quæ ex ea fieri possunt, effectu autem nondum quicquam : ut massa æris, et intractata ligna. Tertia, cui accidens effectum perficit eam, exornatque impressione *formæ* : ex qua forma, quam insignivit ars, id quod perfectum est, nomen accipit : ut statua, quæ ex similitudine formæ, cujus est statua, simulacrum vocatur. Similiter, inquit, homo certe animal est : et est ut silvestris, et materialis, essentia : et hæc composita ex materia formaque, quippe ex corpore constat, et anima : ergo corpus ejus materia est, anima vero species, sive forma. Juxta quam speciem, id est animam, animal est cognominatum. Hanc ergo speciem, qua formantur singula, generaliter Aristoteles ἐντελέχειαν, id est, *absolutam perfe-*

ctionem, vocat. Hac enim obveniente, silvæ, quæ olim fuerant in sola possibilitate, perveniunt ad effectum. Item quod vivit, duplex est, anima et corpus, opinor; ut, quæ discuntur, duabus rebus discuntur : sociantur doctrina, et anima, sed prius doctrina, qua ipsa anima eruditur. Item salvi sumus salute, et corpore; sed prius salute, per quam corpus incolume est. Sic etiam vivimus prius anima, quam corpore : siquidem vita corporis in anima locata est, propterea anima entelechia est corporis. Quodque corpora partim dicuntur mathematica, ut sphæra, et cubus; partim artificiosa, ut navis, et statua : pleraque naturalia, quæ motus originem intra habent, vita videlicet utentia : *Naturalis* anima *corporis* entelechia sit necesse est. Compelit etiam alia divisio. Nam corporum quædam simplicia, ut elementa, quædam composita, ut quæ ex simplicibus coagmentantur. Compositorum partim organica nuncupantur, partim sine nomine, ut aurum, æs, geminæ et cætera immobili natura minime organica. Animalium vero, et stirpium, et omnino qualumcunque vita utentium, organica sunt, quippe modulata, et habent membrorum, per quæ agant aliquid, aut patiantur, opportunitatem : ut ad sumendos cibos, et ad generandam prolem, paris ejusdemque naturæ, tum ad sentiendum et translativum ex loco ad locum motum, ut cuncta gradientia, tum ad faciendum impetum juxta desideria, et appetitus, ut animalia quæ sunt firmiora. Ex quibus concludit Aristoteles ἐντελέχειαν animam esse *corporis naturalis organici*. Tale porro est, quod corpus recipere oportet : et *est*, inquit. Nam sunt quædam sola possibilitate animalia, ut ova, vel semina : quædam cum effectu, et operatione, ut quæ adhibito fotu ex iisdem excluduntur animalia. Ex quo apparet, entelechiam esse animam, non cujuslibet corporis, sed ejus quod potest animam sumere, et juxta ejusdem vivere patrocinium, motusque vitales exercere in agendo, vitæ quoque passiones experiri, propterea que definitioni additum : « possibilitate vitam habentis. »

CCXX. Et definitio quidem animæ Peripateticis auctoribus talis est. Quæ tamen ex ea confiunt, manifestant principio animam neque corporeum quicquam esse, vel sensile, sed intelligibile potius, et sine corpore, quæ tamen recipiantur a corpore, quippe corpori perfectionem det ipsa sitque ejus entelechia, res per semet ipsam immobilis, sicut sunt artes et disciplinæ. Ex accidenti vero aliquo mobilis propterea, quod sit in animalibus; quæ, dum vivunt, moventur. Dum enim motus naturales edit anima, moventur animalia, vel cum agunt aliquid, vel cum patiuntur. Quæ cum sit intelligibilis, et sine corpore, consequenter etiam sine quantitate esse invenitur : quippe cujus neque prolixitas ulla, neque latitudo, neque profunditas exstet. Non enim est ut linea, vel superficies, nec vero figuram habet ullam, nec est dividua, ut quæ constant ex partibus. Dividitur tamen alio quodam genere, sic ut ex eadem divisione non magis partes ejus ullæ quam potentiæ et virtutes, considerentur. Nec vero species ejus ullæ sunt, ut generis alicujus species dici solet; ut Rhetoricæ disciplinæ, quæ est intelligibilis res, et sine corpore, species tamen ejus esse dicitur ea oratio, quæ facta est ad doctrinæ ostentationem et item species concionabilis, vel species orationis forensis. Sic ergo, cum anima quoque res sit sine corpore, et sine magnitudine; nihil interest dicere partes animæ et item potentias animæ, vel cum dividimus eam, cum sit illa naturæ individuæ, in speciem naturalem, juxta quam nutritur omne animal et crescit et sobolem creat : vel in speciem sensilem, juxta quam differunt inter se, quæ animam habent, et item quæ sola vita fruuntur, id est animalia, et stirpes : item in eorum speciem, quæ locum ex loco mutant, ut serpentia omnia, vel quæ habent appetitum, qui in perfectioribus invenitur animalibus, in quibus cupiditas, et iracundia : et item in eam speciem, quæ est perfectior cæteris, ratione utentium, quæ in natura hominis tantum invenitur.

CCXXI. Est igitur tota anima, inquit, in totis partibus viventis animalis. Et naturalis quidem ejus species per omne se dividit corpus. Sensus vero tactus quidem per omne corpus. Visus autem vel auditus, et cæteri, in cæteris membris, quæ sunt organa sentiendi. Principalis vero animæ pars, sive potentia, est ad quam feruntur, quæ nuntiant sensus singuli, et quæ de iis, quæ sentiuntur, judicium facit, examinatque cujusmodi sint ea, quæ occurrunt sensibus varie. Hanc vero Aristoteles asserit locatam esse in penetralibus cordis, ubi aliæ quoque species animæ sunt locatæ, id est, imaginatio, memoria, appetitus, excursio. Quippe omnium animæ virium initia, et quasi quædam radices, a sede cordis emanant, quando confecti cibi succus per venas cordis cæterum corporis irrigat, et motus corporeus, qui localis est, a corde initium sumit. Namque venarum et nervorum initium, et quidam nodus, ipsum cor est juxta quod intellectus agitatus, et rationabiliter ignitus ibidem coacervare se creditur, possibilitate quidem illic habitans, effectu vero extra conseptum cordis, atque viciniam, commeans. Hæc, et multa alia hujusmodi, probationum genera asserunt a supra memorato viro ad probandum, quod principalis animæ vis in corde sit : quæ usque adeo sit animantium propria, ut cætera ex vitalibus vim pulsusque patiantur, sine animantis interitu : cordis vero sedem ne minimas quidem pulsationes sine interitu animalium sustinere. Quod si quis nominis præsumptione inductus cardiacam dicat frequenter esse curatam; errat in nomine : quippe cum constet, illam passionem non cordis esse, sed stomachi.

CCXXII. Adversum quæ ita respondetur. Alia quidem fere omnia recte, et prout fert natura rerum, Platonicisque dogmatibus consentanee dicta : sed de animæ substantia erratum videri. Non enim specialem essentiam esse animam, quam appellat Aristoteles ἐντελέχειαν. Hæc

quippe forma est corporibus accidens : ut censet Plato, quam hic specialem essentiam nuncupat : et est imago speciei puræ a corpore, et intelligibilis, penes quam est dignitas exemplaris. Igitur juxta hanc formam, qua formantur corpora, nomina esse imposita rebus verum est : animam tamen esse formatilem hanc speciem, nemo ei concedit. Hoc quippe formatile fit, et corrumpitur corporibus solutis. Anima vero omni est corpore antiquior, habens olim, et ante conjugationem corporis, substantiam propriam : exstinctisque animalibus separatur sine perpetuitatis incommodo : ut quam constet in æterno esse motu, quia habet internum, domesticumque, ex natura sua motum. Aliud est igitur anima, et item aliud specialis essentia. Itemque hæc Entelechia in rebus quoque cernitur, quæ sunt sine anima. Si enim est plena cujusque seminis conceptusque perfectio, qui magis animalia, quam stirpes, et arbores, legitimo tempore accipiunt perfectionem? At vero anima in solis animalibus. Deinde perfectio adultis jam, quæ in conceptu sunt, adhibetur, et cum iisdem crescit. At vero anima sine ortu, et ex æternitate, non sine motu : quemadmodum ἐντελέχειαν Aristoteles fore confitetur : sed in motu perpetuo, utpote cujus naturaliter motiva vis sit. Propterea que dividitur primitus in duas species : rationabilem, et eam, ex qua sunt appetitus. Deinde subdividitur in opinionem, intellectumque : et demum in iracundiam, et cupiditatem. Atque his ex divisione speciebus singulis apta membra, tanquam organa, sunt distributa.

CCXXIII. Sed ne præcurrere, et delibare, videamur quicquam ex Platonis sententia, ponemus ipsam, quæ illustrabit cuncta, quæ in aliqua obscuritate versantur. Est igitur *anima*, juxta Platonem, *substantia carens corpore, semetipsam movens, rationabilis.* Et esse animam rem aliquam nullus ambigit. Movet enim corpus, præcedente impetu quodam sensibus excitato. Sed quia cuncta, quæ sunt, dividuntur in decem genera : quod cujusque generis suscipiet proprietatem, eidem generi sociabitur. Constat porro inter omnes ex omnibus categoriis proprium essentiæ esse, suscipere contrarias passiones vicissim; et esse antiquissimam, prænoscique generibus cæteris. Ut igitur corpus, ut puta hominis, essentia est sine ulla dubitatione; propterea quod contrarias passiones vicissim suscipit : ut ægritudinem, et sospitatem : turpitudinem, et item decentiam : sic animam essentiam esse aperte probatur : quia hæc quoque contrarias passiones vicissim suscipit, ut justitiam, competit porro hæc corporeæ sospitati : et item iniquitatem, quæ demum competit corporeis morbis : sicut pulchritudini quidem temperantia, turpitudini libido; item fortitudini quidem magnanimitas, imbecillitati porro timiditas, et ignavia. Et omnino bona quidem corporis valetudo comparatur animæ bonæ valetudini, quæ virtus est. Mala vero corporis valetudo vitiositati. Deinde anima, sicut in superioribus constitit, modulata est, positaque in motu suo, habetque cum numeris cognationem. Quæ cuncta essentiæ quidem non sunt : sed juxta ea, quæ sunt habentque essentiam, versantur. Si igitur proprium est essentiæ vicissim contraria sustinere, idem autem hoc etiam animæ commune est : procul dubio nihil est aliud anima quam essentia. Certe ridiculum, id quod paret, atque obsequitur, essentiam esse concedere, scilicet corpus : quod vero dominatur, et regit, negare in substantia positum : quoniam Plato tam dignitate, quam virtutum præstantia, venerabilem dicit esse animam, et plane corporis dominam.

CCXXIV. Et essentiam quidem esse animam sic probatur, eandemque antiquiorem esse corpore, nec ut entelechiam crescere cum conceptis seminibus, cumque iisdem maturari, et ad perfectionem venire. Sed quia duplex essentia est, altera corporea, altera carens corpore, consequenter docebimus, quod sit anima essentia carens corpore. Principio quod omne corpus penetret idque vivificet. Proprium vero est hoc ejus naturæ, quæ est sine corpore, ut dulcedinis, quæ pervadit melleum corpus; ut lucis, quæ corpus aereum penetrat. Nam si hæc corpora essent, ut applicita corpori, vel mixta, vel concreta invenirentur. Sed applicita non sunt hæc, nec anima corpori. Nec enim ex applicatione ejus vita corpori provenit; sed quia anima per omnes se diffundit artus. Nec vero ex permixtione; non enim esset unum quiddam anima, sed multa commixta. Sed nec ex concretione. Nullum quippe corpus aliud penetrare corpus valet usquequaque. Non ergo anima corpus est, vel corporeum aliquid, ut quidam putant : sine corpore igitur. Deinde, omne corpus vel intimo vel externo motu movetur; quæ externo, sic anima sunt; quæ interno, cum anima. Itaque, si corpus esset, vel anima aliunde sumpta uteretur, vel sine anima esset. Neutrum porro horum rationem habet : est ergo sine corpore.

CCXXV. Probatum quoque in superioribus, quod motu intimo, genuinoque, moveatur, et ex semetipsa. Sequitur ergo, ut etiam immortalis sit, et sine ulla generatione. Simplex etiam, nec ex ulla compositione.

CCXXVI. Hoc loco calumniari solent homines, quibus veri indagandi cura nulla est. Dicunt enim Platonem in Phædro quidem asserere, animam esse sine ulla compositione, propterea que indissolubilem. In Timæo tamen compositam rem confiteri : siquidem faciat eam constare ex dividua individuaque substantia, et item diversa eademque, alia natura conflante eam, et velut coagmentante ab opifice Deo. Male, ac miserabiliter; nescientes compositum id esse, quod ex aliquo initio temporis factum sit : ut navim, et domum : quiddam vero, quod compositum quidem non sit, habeat tamen rationem compositionis, ut in musica symphonia, quæ διὰ τεσσάρων vocatur : et item geometrica theoremata. Similiter etiam generatum quidem, quod ex aliquo temporis initio natum factumve sit, ut statuam. Porro aliud esse, longeque diversum, quod

habeat rationem generationis intelligibilis, ut sphæram. Igitur cum dicit Plato natam animam, et ab opifice Deo factam, compositamque; non ex certo tempore initium substantiæ dicit trahere, nec ut, quæ ante non fuerit, post esse cœperit : sed quod habeat rationem ortus et compositionis. Cum vero sine genitura, et sine compositione, dicit; aperte nullum ei dat initium, nec ullam originem compositionis.

CCXXVII. Alia igitur significatione diversaque, res generata, et item alia diversaque sine generatione anima esse dicitur a Platone, cujus diversissimæ vires sint. Est enim quædam virtus ejus in ratiocinando; et item alia, quæ dicitur vigor iracundiæ, et item quæ cupit : quæ species sunt appetitus, quæ tamen rationi naturaliter pareant. Erit igitur optima virtus ejus, quæ ratiocinatur : cæteræ secundæ ac tertiæ potestatis. Hæc Plato de anima sentit, quæ strictim, breviterque, a nobis discussa sunt.

CCXXVIII. Censet vero eam per omnes artus, ac totum corpus, meare; et per singula membra, velut organa, vim suam ostentare : proinde et in sentiendo ad eam quidem referri omnia, quæ sensibus occurrant : ea vero, quæ sensus referant, esse diversa. Quia igitur principales vires animæ duæ sunt, una deliberativa, altera, quæ ad appetendum quid impellitur : et est deliberativa quidem virtus propria rationabilis : illa vero alia id ipsum animantis : consequenter competentia viribus, et apta, membra diversa sunt.

CCXXIX. Rationabili, velut arx corporis, et regia, utpote virtuti, quæ regali quadam eminentia præstet, id est domicilium capitis, in quo habitet animæ principale, quod ad similitudinem mundi sit exædificatum teres, et globosum, purum, separatumque ab ea, quæ cibo alimentisque nascatur, illuvie. In quo quidem domicilio sensus quoque habitent : qui sunt tanquam comites rationis, e signis scilicet ut de proximo sensibus interpellantibus statuatur super iis quæ sentiuntur. Atque etiam intellectus a ratione advocatus facile ab ea commoneſiat eorum omnium, quæ quondam vidit, et imaginum recordatione ad veri spectaculi commemorationem retractatus. Quis enim nesciat, quod quam rationem habet sensus adversus deliberationem, habet deliberatio adversus intellectum? Ex conjectura siquidem nascitur opinio, ex opinione intellectus, ut idem Plato docuit in Politia. Facile est assequi naturalia arcana ex his, quæ frequenter accidunt. Omnes quippe passiones corporeæ, quæ mentem deliberationemque ejus impediunt, non nisi in capite proveniunt. Phrenesis enim, oblivio, lapsus epilepticus, furor, atque atri fellis incendia, ex arce capitis trahunt initia, non quod mens deliberatioque ejus lædatur, propterea que fiat obtusior, sed quod organum morbo impeditum, officium suum juxta naturam implere non possit, nec animæ jussis occurrere. Cerebrique sedes nullam, opinor, fert passionem, provenit enim passionis sensu hominis interitus. Quodsi et ratio iis quæ videntur, et quæ videntur rationi testimonium invicem præbent, utroque genere verum sinceræ fidei esse dogma Platonis probatur, quod animæ vis principalis in cerebri locata sit sede.

CCXXX. Illud vero aliud principale, quod secundæ dignitatis esse prædiximus, non rationabilis animantis, sed ipsum animantis. Commune ergo ut animalis, in corde ac medietate, ut vero rationabilis animantis, in cerebro. Unde cætera quidem animalia uno utuntur principali, quod in corde est. At vero homo duobus, uno in corde, altero in capite. Certe hominis membra sequuntur ordinationem mundani corporis. Quare si mundus, animaque mundi, hujus sit ordinationis, ut summitas quidem sit dimensa cœlestibus, iisque subjecta divinis potestatibus, quæ appellantur angeli, et dæmones; in terra vero terrestribus : et imperant quidem cœlestia, exsequuntur vero angelicæ potestates; reguntur porro terrena, prima summum locum obtinentia, secunda medietatem : ea vero, quæ subjecta sunt, imum. Consequenter etiam in natura hominis est quiddam regale, est aliud quoque in medio positum, est tertium in imo. Summum quod imperat, medium quod agit, tertium quod regitur, et administratur. Imperat igitur anima, exsequitur ejus vigor in pectore constitutus, reguntur, et dispensantur, cætera pube tenus, et infra.

CCXXXI. Atque hanc eandem ordinationem invenimus etiam in libris Politiæ. In quibus cum ea justitia quæreretur, qua homines adversum se utuntur, hæc porro tunc convalescit, cum animæ potestates officia sua recognoscunt, nec aliena appetunt, ex unius hominis ingenio ad illustre civitatis et populi confugit exemplum, et de gentium disputat justitia. Principales quidem urbis illius viros, ut prudentissimos, sapientissimosque, editiores urbis locos habitare jussit. Post hos militarem, atque in armis positam, juventutem, quibus subjecit sellularios, atque vulgares. Ut illi quidem, ut sapientes, præcepta dent; militares agant, atque exsequantur; vulgares vero competens, et utile, præbeant ministerium. Sic animam quoque ordinatam videmus. Rationabilem quidem partem ejus, ut sapientissimam, principem partem obtinentem, tanquam totius corporis capitolium. Vigorem vero, qui est iracundiæ similis, ut militarem juventutem, in cordis castris manentem. Vulgare et sellularium, quod est cupiditas seu libido, inferioribus abditum, occultatumque natura.

CCXXXII. Cum igitur horum, inquit, omnium consensus talis erit, et quasi quædam conspiratio : ut, quod oportet præcipere, recte officium suum compleat; huic pareat, quod est dignitatis secundæ : postremum vero, atque ultimum, morem gerat melioribus, tunc non solum hominum vita, sed etiam civitatum, et gentium, erit laudabilis, et apprime beata. Ex quibus ostendit Plato, veram hominis proprietatem in capite consistere, cujus species sit mundi formæ simillima, et quod germana su-

stentetur anima vivificantis animæ corpus universæ rei : cuique cuncta cognitionis rerum instrumenta, sensus videlicet adjuncta sint; quoque, quæ aguntur extra, indicio vicinorum sensuum mens assequatur. Quibus quidem sensibus minime opus fuit mundo, quippe nihil extra ambitum mundi est, aut agitur. At vero perfectæ hominis instructioni sunt sensus admodum necessarii : quia initium, et quasi quædam intelligendi sapiendique semina, sunt in sentiendo.

CCXXXIII. Deinde causam demonstrat, cur capiti cætera membra subjecta sint. Oportebat, inquit, animal terrenis negotiis præfici : *terræ autem superficies iniqua ex parte maxima, declivibus, et item acclivibus impedimentis.* Erat igitur impossibile motu capitis naturali, hoc est, globosa decursione terras obiri, propterea que divinæ potestates *vehiculum* consimilis ejusdemque naturæ capiti, cæterum corpus, et quæ *motui* futura erant necessaria, membra substraverunt, *quo rationis domicilium exteris emineret.* Quodque ex translatitiis motibus quædam est præcedendi conjugatio, retro quidem, unde est exordium motus, ante autem, ad quod fit impetus : *præcedendi officium commodius*, inquit, *visum est quam recedendi.* Opinor ideo, quia mundi quoque motus agitur in antecedentia, naturæque animalium congruentius progredi, quam recessim moveri. Totius denique corporis conformatio provida naturæ sollertia sic ordinata est, ore vultuque ad præcedentia versum locata, ducibus quoque ad spatiandum sensibus prorsum spectantibus.

CCXXXIV. Dehinc subtexit de sensibus, et organis sentiendi : et incipit ab optimo, præclarissimoque, sensuum omnium visu; causas, quibus videmus, edisserens. Sed quoniam de hoc plerique alii post ipsum opiniones varias libris conditis sunt exsecuti, eas, quæ sunt in honore, perstringam, quo perfectior propositæ rei tractatus habeatur. Omnes qui rerum initia corpora censuerunt, vel cœtum innumerabilium minutorum congesto inani, vel perpetuorum continuata proceritate, dicunt videre nos simulacrorum incursionibus. Fluidam quippe materiem formatas juxta sui similitudinem exsudare subtiles corporum fusiones, quæ sunt visibilium simulacra rerum. Eaque cum visus noster incurrerit, hausta et recepta meatibus, transmittat ad eum, per quem sentimus, spiritum. Cumque delicatior simulacri moles erit, separatur panditurque visus, opinor; et candida tunc, quæ sentiuntur, videntur. Si corpulentior, confundunt aciem, et videntur atra, atque ad eundem modum cætera formata, et colorata; pro formarum, et colorum, cognatione. Multaque ab his dicuntur alia in eundem modum, quibus singulis immorandum non erit.

CCXXXV. At vero Heraclitus intimum motum, qui est intentio animi, sive animadversio, dicit porrigi per oculorum meatus : atque ita tangere, tractareque, visenda. Stoici vero videndi causam in nativi spiritus intentione constituunt. Cujus effigiem, coni similem volunt. Hoc quippe progresso ex oculorum penetrali, quæ appellatur pupula, et ab exordio tenui, quo magis porrigitur in soliditatem opinato exordio, penes id, quod videtur, locata fundi omnifariam, dilatarique visus illustratione. Quodque omnis natura modo, mensuraque, moveatur; spatii quoque, magnitudinisque, commodum esse : eaque, quæ neque valde applicita visui, nec nimium distantia, visibilia clare videri : certe conum ipsum pro modo, mensuraque, intentionis augeri, et prout basis ejus vel directa vel inflexa erit, incidetque in contemplabilem speciem, ita apparebunt, quæ videntur. Oneraria quippe navis eminus visa perexigua apparet, deficiente contemplationis vigore, nec se per omnia navis membra fundente spiritu. Turris item quadrata rotunditatem simulat cylindri, atque etiam ex obliquo visa porticus in exile deficit oculorum depravatione. Sic etiam stellarum ignis exiguus apparet, atque ipse Sol, multis partibus quam terra major, intra bipedalis diametri ambitum cernitur. Sentire porro mentem putant, perinde ut eam pepulerit spiritus, qui id, quod ipse patitur ex visibilium specierum concretione, mentis intimis tradit. Porrectus siquidem, et veluti patefactus, candida esse denunciat quæ videntur. Confusus porro et confæcatior, atra et tenebrosa, significat : similisque ejus passio est eorum qui marini piscis contagione torpent, siquidem per linum, et arundinem, perque manus, serpat viro illud, penetretque intimum sensum.

CCXXXVI. Geometræ cum Peripateticis concinentes radii effusione visum operari putant cum per fulgidam, lucidamque, pupulæ stolam in directum emicans radius, serenam porrigit lineam, quæ gyris oculorum circumvecta motibus dispergat undique lucem contemplationis. Quippe teres, et lævis, oculi globus, et humori lubrico velut innatans, sequacem lineam visus utrobique facile contorquet. Ergo notæ geometricæ comparant quod videtur : et illuc versum ferri censent visus intentionem : sed ob nimiam, repentinamque conversionem omnia videri per illustrem contuentis superficiem putant, ut cum in theatro, aliove quolibet conventu popularis multitudinis, decursis strictim vultuum partibus, totum populum videre nobis videmur.

CCXXXVII. Iidem ajunt videre nos vel tuitione quam φάσιν vocant, vel intuitione quam ἔμφασιν, vel detuitione quam παράφασιν nominant. *Tuitione* quidem, ut quæ simpliciter, et proprie videntur, quæque clementer visum recipientia minime eum a se repellunt : ut flexus, quinimmo fractus, rursum ad oculos redeat. *Intuitione* vero, ut quæ fragmento radii recurrente ad oculorum aciem videntur : qualia sunt, quæ in speculis, et aqua, considerantur; cæteris item, quorum tersa est quidem superficies, sed ob nimiam densitatem idoneus vigor est ad repellendum quod offenderit. Ergo etiam radius, in quo est vis videndi, fractus in speculo facit angulum, quem

contineant duæ lineæ. Una, quæ ab oculo profecta pervenit ad speculum. Altera, quæ a speculo recurrit ad vultum. Qui quidem angulus, cum erit acutus, imaginem vultuum nostrorum facit in speculo videri, remeante ad vultum acie atque inde occulte præcipitante simulacrum in speculi sinum. Ex quo fit, ut vultus noster transisse ad speculum putetur. Quomodoque simulacrum, e speculo resultans, ex adverso videtur consistere: perinde ac si duo contra stantes dextras partes sinistris, sinistras item dextris obvias habeant: sic adversum nos imagines nostræ, dextras et sinistras partes cum immutatione demonstrant. Idem angulus acutus, si ex aliqua conversione, vel immutata qualitate positionis, erit acutior et procerior factus, longius evagatus, cuncta, quæ post tergum nobis sunt, in speculo videri facit. Quodsi non acutus, sed rectus, erit angulus; tunc ea, quæ ad directum rigorem supra nos erunt, videbuntur. Sin vero hebes, et latior; ea, quæ contra nos excelsiora sunt, apparebunt.

CCXXXVIII. Nullo porro angulo facto, nec fracto radio, nulla in speculis duntaxat imago proveniet, ut in globosis, et sphæræ similibus, vasis. At vero si talis erit speculi figura, ut sit ejus concava superficies, et tornata in modum scaphii quadrati, vel imbricis, dehinc intueamur hoc idem speculum ita conversum, ut rectus cernatur imbrex, margines porro ejus, seu supercilia, hinc et illinc pro lateribus assistant; tunc, opinor, radius incidens, et infractus, ob lævem speculi rigidamque soliditatem, in proximum latus ejus delabitur, in decumani apicis effigiem. Ita dextri lateris imagine in sinistrum, sinistri etiam in dextrum, ob eminentiam marginis utriusque, directa, dextræ partes nostræ, etiam in speculo, dextræ, sinistræque item sinistræ videbuntur, et erit imaginis falsæ remedium imago falsa. Hoc idem speculum, si demum ita erit adversum nos locatum, ut eminentium marginum alter superior sit, alter inferior; nec rectus, sed obliquus, cernatur imbrex; resupinas ostentat imagines, et simulacra præpostera, ob similem lapsum fracti radii per acclivia. Directus quippe visus ad speculi supercilia, cum quidem superiorem conspexerit eminentiam, dejicitur simulacrum, ad ima resupinum; cum vero inferiorem, facit saltum vultus ad imaginem superiorem.

CCXXXIX. Indicat porro causam pravæ intuitionis esse in radii fragmine commentum tale. Etenim si duo specula sic ante vultum, alterum a tergo obliquatum, ne impediatur objectu corporis visus radii commeantis, tunc occipitium nostrum interni videmus in speculo quod habetur a tergo. Quod non fieret nisi radius visualis applicans se ad speculam adversum, fractusque ejus objectu faceret angulum, ex quo rursum recurrens in posterius se speculum arietaret, rursumque illic angulo facto desineret in occipitii sedem. Atque ita quod vero visu non sentitur, discursantis acci lumine proditur. Similiter cum in modum sectæ concavæ sphæræ formatum erit speculum, majores veris vultus apparent. Ideo quod undique se fundente radii lumine velut exæstuans imago porrigitur.

CCXL. Quæ autem παράφασις ab his appellatur, provenit quoties non in cute speculi, sed introrsum et tanquam in penetralibus simulacrum invenitur, obumbrante aliqua nigredine, ut in perlucidi quidem, sed fusci vitri lamina, vel stagnis atris ex atro profundo. Tunc quippe visus ingreditur non adeo densam cutem, et videt interiora, sed non adeo clare. Infringitur tamen radius, ob tersam perlucidæ materiæ superficiem, et obumbrationem atri coloris, usque adeo ut ipsi etiam nosmet videntes, intra speculam nosmet putemus consistere, nec os nostrum e speculo, sed intra speculum videre. Quæ causa est, ut cum accedimus ad speculum, imago etiam proximare, et cum redimus, illa etiam videatur una recedere.

CCXLI. Idem unum esse radium, qui ex utroque oculo porrigitur, argumentantur ex ea passione quæ ὑπόχυσις dicitur: et ex visu eorum, qui duplicia videre creduntur, et habere pupulas binas. Etenim cum crassus humor ita oculos obsederit, ut non omnem eorum occupaverit et obtexerit ambitum, sed in medietate constiterit, liberis hinc inde partibus suis: tunc scisso radio dividitur bifariam visus, et qui hoc vitio laborant, duplicia videre se censent. Ergo etiam in geminis pupulis idem vitium medicorum detegit experientia. Namque bicorni naturali quidem pupula recte, quæ sunt, videntur: illa vero alia, simulacra rerum. Quapropter medici, quod plus est, quam natura desiderat, tollunt: et illam præter naturam pupulam interimunt, imposita cicatrice. Quo facto revocatur visus naturalis integritas. Hæ sunt de visu probabiles sententiæ veterum, qui mihi videntur acceptis occasionibus a Platone suum proprium fecisse dogma. Nam cum ille perfectam rationem attulerit docueritque tam ipsam causam videndi, quam cætera, quæ causam sequuntur, atque adjuvant, et sine quibus visus non potest exsistere, juniores sumptis ex plena sententia partibus; de iisdem partibus, tanquam de universitate, senserunt: propterea que, ut qui vera dicant, merito movent. Sed quia nulla partis perfectio est, aliquatenus succidunt, ut exposita Platonis sententia, res ipsa demonstrabit.

CCXLII. Censet enim Plato lumen ex oculis profundi purum, et liquatum, quod sit velut fons quidam ignis intimi nostri, habens cum solstitiali lumine cognationem. Solis porro lumen instrumentum animæ fore ad visibilium specierum contemplationem: siquidem ad oculos feratur quorum lævigata soliditas, et tersa rotunditas, utpote munita tunicis textis tenui nervorum subtegmine, fert facile obviam lucem. Medietas vero, in qua constituitur videndi vis, delicati corporis, et sinceræ, propemodumque incorporeæ, puritatis, admittit contemplationis ingressum. Causaque principalis videndi lumen est intimum, nec tamen usquequaque perfecta, et sufficiens ad muneris competentis perfunctionem. Opus est quippe

adjumento cognati extimi luminis, maxime quidem solstitialis, alias tamen etiam eorum, quæ solis lumen imitantur. Igitur extimum lumen, accorporatum lumini, quod ex oculis fluit, confirmat illud, et facit idoneum obtutum fluere; propterea que ducit ex ipsis corporibus, quæ videntur colores. Colorum porro proprium esse visus sensum quis nesciat? Flamma est igitur quædam, inquit, corporum color infundens superficiem. Quæ cum erit æqualis oculorum capacitati, manifesta sunt, atque erunt, quæ videntur. Cum vero minor, clara, et candida; ut quæ patulus, et apertus, visus admittat. Si vero major erit color, qui ex corporibus evaporatur, quam est oculorum ambitus, tegitur, confunditurque acies, et quæ videntur, atri coloris videntur.

CCXLIII. Tribus ergo his concurrentibus visus exsistit, trinaque est ratio videndi: lumen caloris intimi per oculos means, quæ principalis causa est: lumen extra positum consanguineum lumini nostro, quod simul operatur, et adjuvat; lumen quoque, quod ex corporibus visibilium specierum fluit, flamma, seu color. Qui perinde est atque sunt omnia, sine quibus propositum opus effici non potest, ut sine ferramentis, quæ sunt operi faciendo necessaria. Quorum si quid deerit, impediri visum necesse est.

CCXLIV. His tam plene, tam diligenter, elaboratis, juniores philosophi, ut non optimi hæredes, paternum censum in frusta dissipantes, perfectam atque uberem sententiam in mutilas opiniunculas inciderunt. Quare faciendum, ut ad certam explorationem Platonici dogmatis commentum vetus advocetur medicorum, et item physicorum, illustrium sane virorum, qui, ad comprehendendam sanæ naturæ sollertiam, artus humani corporis, facta membrorum exsectione, rimati sunt: qui existimabant, ita demum se suspicionibus, atque opinionibus, certiores futuros, si tam rationi visus, quam visui ratio concineret. Demonstranda igitur oculi natura est; de qua cum plerique alii, tum Alcmæus Crotoniensis, in physicis exercitatus, quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus, multa, et præclara, in lucem protulerunt. Duas esse angustas semitas, quæ a cerebri sede, in qua est sita potestas animæ summa, et principalis, ad oculorum cavernas meant, naturalem spiritum continentes; quæ cum ex uno initio eademque radice progressæ, aliquantisper conjunctæ sint, in frontis intimis separatæ, bivii specie, perveniant ad oculorum concavas sedes: qua superciliorum obliqui tramites porriguntur, sinuatæque illic tunicarum gremio, naturalem humorem recipiente, globos complent munitos tegmine palpebrarum, ex quo appellantur orbes. Porro quod ex una sede progrediantur luciferæ semitæ, docet quidem sectio principaliter; nihilominus tamen intelligitur ex eo quoque, quod uterque oculus moveatur una, nec alter sine altero moveri queat. Oculi porro ipsius continentiam in quatuor membranis, seu tunicis, notaverunt, disparili soliditate; quarum differentiam, proprietatemque, si quis persequi velit, majorem proposita materia suscipiet laborem.

CCXLV. Interim, verbis Platonis expositis, eam, quæ sit in his naturalium arcanorum comprehensio, atque expressio, consideremus. Cum de sensibus loqueretur, quos capitis instrumenta esse dixerat, addidit:

Τῶν δὲ ὀργάνων πρῶτον μὲν φωσφόρα συνετεκτήναντο ὄμματα.

Τοῦ πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔσχε· τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον, οἰκείων ἑκάστης ἡμέρας, σῶμα ἐμηχανήσαντο γίγνεσθαι. Τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινὲς ἐποίησαν διὰ τῶν ὀμμάτων ῥεῖν.

E quibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, et mox:

Duæ sunt, opinor, virtutes ignis, altera edax et peremptoria; altera mulcebris innoxio lumine. Huic igitur, ex qua lux diem incohens panditur, cognatum et familiare corpus oculorum divinæ potestates commentæ sunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem, utpote germanum ignis lucidi, sereni et defæcati liquoris, fluere per oculos ac demanare voluerunt.

Solis et oculorum cognationem scit ab ineunte ætate communis omnium anticipatio. Quippe sol mundi oculus appellatur ab omnibus. Ideoque idem auctor in Politia [lib. VI extr.] Solem quidem simulacrum esse ait invisibilis Dei, oculum vero Solis et solstitiale quiddam, ut sit eminens sol intelligibili mundo suus, huic similis in sensili globus iste ignitus lucifer, cujus simulacrum id lumen, quo illustratur visus animalium, id est, oculus. Fluere porro visum per oculos, consentiunt tam physici quam etiam medici, qui exsectis capitis membris, dum scrutantur naturæ providam sollertiam, notaverunt ferri bivio tramite iguis liquorem.

Λεῖον καὶ πυκνὸν ὅλον μέν, μάλιστα δὲ τὸ μέσον ξυμπιλήσαντες τῶν ὀμμάτων... τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν.

Ut per lævos, inquit, *congestosque et tanquam firmiori soliditate pandos orbes luminum, quorum tamen esset angusta medietas, subtilior serenus ignis per eandem flueret medietatem.*

CCXLVI. Quid ergo? Non aliter physici membranis, vel etiam tunicis solidis, contineri oculorum orbes asseverantes, de natura eorum interpretari videntur. Angusta porro illa medietas, quæ pervenit usque ad oculorum cavas sedes, quæ alia est quam hæc, per quam fluit ignis serenus?

Ὅταν οὖν μεσημερινὸν τὸ φῶς περὶ τὸ τῆς ὄψεως ῥεῦμα, τότε ἐκπῖπτον ὅμοιον πρὸς ὅμοιον, ξυμπαγὲς γενόμενον, ἓν σῶμα εἰκειωθὲν ξυνίστη κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν, ὅπῃ περ ἂν ἀντερείδῃ τὸ προσπῖπτον ἔνδοθεν πρὸς ὃ τῶν ἔξω ξυνέπεσεν.

Itaque, inquit, *cum diurnum jubar applicat se visus*

fusioni, tunc nimirum incurrentia semet invicem duo similia in unius corporis cohærent speciem, quo concurrunt oculorum acies emicantes, quoque effluentis intimæ fusionis acies contiguæ imaginis occursu repercutitur.

Evidenter visum fieri dicit, quoties intimi caloris lumen, quod inoffense per oculos fluit, aliquam visibilem materiam, quam contiguam imaginem appellat, incurrit : ibidemque juxta materiæ qualitatem formatum, et coloratum, sensus, visusque confit ex lumine, qui contiguæ imaginis occursu, repercusso radio, reditu facto ad oculorum fores, usque ad mentis secreta porrigitur. Atque etiam diurni jubaris applicatio cum ignis intimi lumine manifestat, sine solis effulsione nihil videri.

Ἀπελθόντος δὲ εἰς νύκτα τοῦ ξυγγενοῦς πυρὸς ἀποτέτμηται· πρὸς γὰρ ἀνόμοιον ἐξιὸν ἀλλοιοῦταί τε αὐτὸ καὶ κατασβέννυται, ξυμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γιγνόμενον, ἅτε πῦρ οὐκ ἔχοντι. Παύεταί τε οὖν ὁρῶν, ἔτι τε ἐπαγωγὸν γίγνεται ὕπνου· σωτηρίαν γὰρ ἦν οἱ θεοὶ τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο, τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ, καθείργουσι τὴν τοῦ πυρὸς ἐντὸς δύναμιν, ἡ δὲ διαχεῖ τε καὶ ὁμαλύνει τὰς ἐντὸς κινήσεις, ὁμαλυνθεισῶν δὲ ἡσυχία γίγνεται.

Γενομένης δὲ πολλῆς μὲν ἡσυχίας βραχυόνειρος ὕπνος ἐμπίπτει, καταλειφθεισῶν δέ τινων κινήσεων μειζόνων, οἵαι καὶ ἐν οἷοις ἂν τόποις λείπωνται, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα παρέσχοντο ἀφομοιωθέντα ἐντὸς ἔξω τε ἐγερθεῖσιν ἀπομνημονευόμενα φαντάσματα.

Denique, *Postquam in noctem*, inquit, *discesserit cognatus ignis, desertum ejus auxilio lumen intimum remanet otiosum, nullam habens cum proximo tunc aere naturæ communicationem, videreque desinit fractum illecebra somni. Obductis quippe palpebris quarum tegmen salubre oculorum auxilium* dixit esse, *vis illa ignis intimi coercetur, compressaque fundit se per membra. Quo pacto intimorum motuum relaxatur intentio in soporam quietem*, minime tunc interpellante mentem visus inquietudine.

CCXLVII. *Cumque erit altior*, inquit, *quies, crassiore facto naturali spiritu, nihil aut leve quiddam incertumque et perfunctorium somniamus. Sin erunt insignes reliquiæ commotionum animi, cujusmodi erunt et quibus in locis, talia visuum simulacra nascentur, pressa et ob insigne imaginum diu penes memoriam residentia.*

Sunt porro reliquiæ commotionum vel ex molestis, vel ex intemperantibus, interdumque sapientibus, interdumque stolidis cogitationibus sedatæ, vel ad iracundiam incitatæ, proque locis, ut in capite, ubi est sedes domiciliumque rationis; vel in corde, in quo dominatur virilis ille indignationis vigor; vel in jecore, subterque, dimissa porro hæc omnis regio libidinis.

CCXLVIII. Et quoniam tractatum incurrimus somniorum, de quo varie senserunt veteres, fiat earum, quæ in honóre sunt, opinionum commemoratio. Aristoteles, ut qui Dei providentiam usque ad Lunæ regionem progredi censeat : infra vero neque providentiæ scitis regi; nec angelorum ope consultisque, sustentari : nec vero dæmonum prospicientiam putet intervenire, propterea que tollat omnem divinationem, negetque prænosci futura : unum genus somniorum admittit, atque approbat : quod ex his, quæ vigilantes agimus, aut cogitamus, residens in memoria, movet interpellatque per quietem gestarum deliberatarumque rerum conscias animas. Nec errat. Est enim hæc progenies somniorum : sed non sola, ut Aristoteles putat. Multa quidem incognita, inopinataque, neque unquam tentata animis, somniamus; quoties provenisse uspiam significantur, quæ nondum scientiæ fama conciliaverit; vel futura portenduntur, quæ nondum provenerint. Sed hic suo quodam more pleni perfectique dogmatis, electo quid visum sit, cætera fastidiosa incuria negligit.

CCXLIX. Heraclitus vero consentientibus Stoicis rationem nostram cum divina ratione connectit, regente ac moderante mundana, propter inseparabilem comitatum, consciam decreti rationabilis factam, quiescentibus animis ope sensuum, futura denuntiare. Ex quo fieri, ut appareant imagines ignotorum locorum, simulacraque hominum, tam viventium quam mortuorum. Idemque asserit divinationis usum, et præmoneri meritos instruentibus divinis potestatibus. Hi quoque parte sunt abutentes sententiæ pro solida perfectaque scientia.

CCL. Sunt qui nostrum intellectum pervolitare convexa mundi putent, miscereque se divinæ menti, quam Græci νοῦν vocant : et velut ex majore disciplina minusculas scientias mutuatas : quæ summa et eminens imaginetur mens, nuntiare mentibus nostris, invitante ad cœtum animæ nocturnæ solitudinis opportunitate. Sed cum pleraque non irreligiosa modo, verum etiam impia, somniemus; quæ imaginari summam eximiamque intelligentiam sive mentem, seu providentiam, fas non sit putare : falsam esse hanc opinionem hominum liquet.

CCLI. Sed Plato magna diligentia, summaque cura, discussis penitus latibulis quæstionis, vidit, atque assecutus est, non unam somniorum esse genituram. Gignitur quippe ex reliquiis cogitationum, et accidentis alicujus rei stimulo : ut in nono Politiæ libro docet oratione tali. *Inutiles minimeque necessariæ cupiditates, quæ adversantur legibus, videntur mihi omnium quidem hominum promiscue labefactare mentes. Quædam tamen earum tam castigatione legum, quam sobriis et melioribus, rectæ voluptatibus, vel omnino exolescere, vel in paucas admodum, atque exiles, attenuatæ reliquias otiosæ latere. Porro aliæ usque ad præcipitem amentiam confirmari; quæ se exserunt immanius per quietem, quoties ratione sopita, quæ est rector mansuetissimus, cætera pars animi agrestior, immani quadam ebrietate luxurians, pulsa quiete*

pergit ad incestas libidines. Tunc quippe nihil est quod non audeat, velut soluta, et libera honestatis verecundiæque præceptis. Namque maternos, ut putat, amplexus, concubitusque non expavescit : nec quemquam dubitat lacessere vel hominum vel deorum : nec ab ulla sibi videtur cæde aut flagitio temperare. Contra cum erit in salubri statu posita casteque cubitum ibit, rationabili quidem mentis industria vigiliis imperatis, eaque pasta sapienti virtutis indagine, atque etiam libidine mansuefacta, ut neque de inopia queri possit, nec expletione nimia gravetur, ultraque modum mœrens vel gestiens tumultuetur, impediatque prudentiam : sed pura vitiis ratione opus proprium efficere in ratiocinando atque indagine veritatis instituat, nihiloque minus, iracundia delinita et minime sæviente, dormiat : tum certe rationabilis animæ pars, nullis sibi obstrepentibus libidinis aut iracundiæ vitiis, perveniet ad indaginem veri : quæ est sincera prudentia, nec ulla exsistet species nefaria somniorum. Quippe in his perfecte docuit, quod perfunctorie posuit in Timæo.

CCLII. At vero somniorum, quæ divina providentia, vel cœlestium potestatum amore juxta homines, oboriuntur, causam rationemque exposuit in eo libro qui φιλόσοφος inscribitur. Ait enim, divinas potestates consulere nobis, quoties per quietem ea, quæ grata sunt Deo, intimant veris, minimeque fallacibus, visis. Earumque miram quandam esse dicit memoriæ tenacitatem, dignitatique, et divinitati, congruam sapientiam. Quibus cum cogitationes hominum perspicuæ sint, consequenter amorem bonis, odium malis exhiberi. Probationemque affert de exemplis illustribus mutuatam, ut in eo libro, quem appellavit Critonem præsagit Socrates proventum imminentem, regente somnii relatione. *Visa est mihi quædam* inquit, *mulier eximia venustate, etiam candida veste, nomine me appellasse, dixisseque illud Homericum :*

Terna luce petes Phthiæ præfertilis arva.

Rursus in Phædone : *Sæpenumero unum et idem mihi somnium, adventans in alia atque alia forma, jubebat me navare operam musicæ. Id ego nunc usu, et necessitate moriendi, admonitus, interpretor hactenus; ut hymnum, quem jamdudum institueram in Apollinem, compleam : ne promissi debitor, et voti reus, vitam prius finiam. Musicæ quippe consanguineam esse poeticam, palam est omnibus.* Socratem vero hæc evidenter solitum somniare arbitror, ex eo quod tam corporis quam animæ puritate totum ejus animal vigeret.

CCLIII. Denique etiam vigilanti non deerat propitia divinitas, quæ ejusdem moderaretur actus, ut Plato demonstrat in Euthydemo, ita dicens : *Est ab ineunte ætate numen mihi comes quiddam, idque vox est, quæ cum ad animum sensumque meum commeat, significat ab eo, quod agere proposui, temperandum, hortatur vero ad nullum actum. Atque etiam si quis familiaris uti meo consilio volet aliquid acturus, hoc quoque agi prohibet.* Quarum quidem rerum, et significationum, fides certa est. Eget enim imbecilla hominum natura præsidio melioris præstantiorisque naturæ, ut idem asseruit supra. Vox porro illa, quam Socrates sentiebat, non erat (opinor) talis, quæ aere icto sonaret, sed quæ ob egregiam castimoniam tersæ propterea que intelligentiori animæ, præsentiam cœtumque solitate divinitatis revelaret. Siquidem pura puris contigua esse, miscerique, fas sit. Atque ut in somnis audire nobis videmur voces sermonumque expressa verba, nec tamen illa vox est, sed vocis officium imitans significatio, sic vigilantis Socratis mens præsentiam divinitatis signi perspicui notatione augurabatur. Nec vero dubitare fas est, intelligibilem Deum, pro bonitate naturæ suæ, rebus omnibus consulentem, opem generi hominum, quod nulla esset sibi cum corpore conciliatio, divinarum potestatum interpositione, ferre voluisse. Quarum quidem beneficia satis clara sunt ex prodigiis, et divinatione nocturna somniorum, vel diurna fama præscia rumoribus ventilante, medelis quoque adversum morbos intimatis, et prophetarum inspiratione veridica.

CCLIV. Multiformis igitur est ratio somniorum. Siquidem sunt, quæ velut gravius percussa verberataque mente, vestigiis doloris penitus insignitis, per quietem refovent imagines præteritæ consternationis. Sunt item, quæ juxta cogitationes rationabilis animæ partis, vel puræ, atque immunis a perturbatione, vel in passionibus positæ, oboriuntur : nihiloque minus, quæ divinis potestatibus consulentibus præmonstrantur, vel etiam pœnæ loco, ob delictum aliquod, formata in atrocem, et horridam, faciem. Consentit huic Platonico dogmati Hebraica philosophia. Appellant quippe illi varie, ut somnium, et item visum, tum admonitionem, etiam spectaculum, nihiloque minus revelationem. *Somnium* quidem, quod ex reliquiis commotionum animæ diximus oboriri. *Visum* vero, quod ex divina virtute legatur. *Admonitionem*, cum angelicæ bonitatis consiliis regimur, atque admonemur. *Spectaculum*, ut cum vigilantibus offert se videndam cœlestis potestas, clare jubens quid, aut prohibens, forma, et voce, mirabili. *Revelationem*, quotiens ignorantibus sortem futuram, imminentis exitus secreta panduntur. De somniis satis dictum : sermo nunc ipse est considerandus.

CCLV. *At vero simulacrorum*, inquit, *quæ in speculis oboriuntur.* Docet nunc aliam visus rationem, quæ intuitio dicitur, intra speculum, vel stagnorum profundum, simulacris resultantibus : nec tamen eodem, quo Aristoteles, magisterio. Namque ille censet radii visualis impactu in solidam speculi superficiem, propterea que infracti, mucronem ad os reverti, obviumque vultui factum vultum suum cernere : et in speculo putare sibi vultus

apparere simulacrum. At vero Plato, pro ingenii prudentiæque divinitate, duum luminum cœtum, confluentium in tersam speculi et solidam cutem, id est, diurni luminis et intimi, quod per oculos fluit, trahentis secum de vultu manantem colorem in speculo corporali, coloratisque vultus lineamentis, et formato ac delineato colore, simulacrum æmulum vultus adumbrari. Sic quippe loquitur :

Τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα κατιδεῖν οὐδέν ἐστι χαλεπόν. Ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταῤῥυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμφαίνεται.

Δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά.

At vero simulacrorum, quæ in speculis oboriuntur, facilis assecutio est. Siquidem utriusque ignis, tam intimi quam extra positi, concursu intimi scilicet caloris et extrapositi luminis, *incidentis in tersam aliquam lævemque materiam*, hoc est speculum, *formatique in multas et varias figuras*, quæ ad se formata specula diversas edunt imagines, *simulacra*, inquit, *ex lævigati corporis conspectu resultant.*

CCLVI. *Dextræ porro partes, quæ sunt sinistræ, videntur.*

Agit nunc de immutatione visus, et quia specula quædem facta sunt ad similitudinem dimidiatæ sphæræ concava, si ad eam partem, quæ umbonis habet tumorem, contemplatio dirigatur, dexteræ partes sinistræ videbuntur, contraque item oculi dextri contemplatio lævas simulacri partes, sinistrique item acies dextras tangent insolito more. Merito. Cum enim in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, erat consequens dexterioris visus directione partes dexteras tangi, sinistique item sinistras. Nunc fit contra, velut circumactis, et e diverso consistentibus, imaginibus.

Δεξιὰ δὲ τὰ ζαξιά, κτλ.

CCLVII. *At vero dextræ partes corporis dextræ.*

Ita ut sunt in speculis quoque. Persequitur aliud duplicis imaginationis genus, quod apparet in iis speculis, quæ facta sunt ad formam cylindri, cavis, sive imbricis. Rursum enim, cum in directum rigorem utriusque oculi visus ferantur, dexter visus, dextrum latus eminens et obliquum, sinister etiam sinistrum tale latus incurrant, necesse est. Formæ tunc in lateribus geminis conglobatæ, ob tersam, et inclinatam, propterea que lubricam, utriusque lateris superficiem, labuntur in latera diversa, quæ quidem ad dextram visu nascitur in sinistrum latus, quæ vero a sinistro similiter in dextrum. Quæ quia in diversa latera transitum faciunt, et simul e diverso videntur consistere, dextras simulacrorum partes dextris nostris, sinistras item sinistris obvias exhibent. Cæteros errores videndi ab hoc juniores philosophi mutuati exposuerunt, ita ut supra comprehensum est. Deinde prosequitur :

Ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστι τῶν ξυναιτίων οἷς ὁ θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται, τὴν τοῦ ἀρίστου κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδέαν ἀποτελῶν.

CCLVIII. *Qui quidem sensus famulantur actibus opificis Dei, summam optimamque et primariam speciem molientis.*

Quia cum de visu loqueretur, qui est optimus omnium sensuum, corporeis eum nominibus appellaverat : modo ignem, modo lumen, interdum flammam cognominans, ne quis putaret se ita existimare, quasi corporeis opificiis sensus administrentur sine melioris incorporem potentiæ consortio : dicit hos ipsos sensus famulari divinis actibus, perinde ut opifici famulantur organa. Porro optimum Dei opus est id quod intelligit. *Sed opinari plerosque* dicit, eos videlicet, qui existimant, nihil esse, quod carens corpore quidquam patiatur, aut faciat; nihil etiam incorporeum esse, cui pareat famuleturque corpus, ut puta mentis intellectui animæ naturæ; sed ipsa corpora qualitatibus propriis rerum creare diversitatem : frigus quidem terram et aquam, *calorem* vero ignem et aera. Rursum *astrictionem* quidem et *duritiam*, terram et ignem; *relaxationem*, vero et *effusionem*, aera, et aquam. Igneamque vim contraria molientem pro corporum diversitate, modo astringentem modo relaxantem, ut cum uno et eodem calore limus quidem durescit, cera vero liquescit.

Λόγον δὲ οὐδένα οὐδὲ νοῦν τις οὐδὲν δυνατὰ ἔχειν ἐστι.

Τῶν γὰρ ὄντων ᾧ νοῦν μόνῳ κτᾶσθαι προσήκει, λεκτέον ψυχήν. Τοῦτο δὲ ἀόρατον. Πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε.

CCLIX. *Hæc porro omnia*, inquit, *neque sentiunt, nec rationem intellectumque in rebus ratione prudentiaque agendis sciunt.* Præclare.

Siquidem ratiocinari aut intelligere non corporis, sed animæ proprium. Hæc porro incorporea, non enim videtur; cum omne corpus sit visibile ac sentiatur.

Itaque cum discreta sint corpus et anima, diversaque eorum natura sit; dignitas quoque et ordo diversus est.

Τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἑραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμπροσθεν φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν.

Quotus quisque igitur amator est sapientiæ, dabit operam, ut prudentis naturæ causas prius quam cæteras assequatur.

Sunt porro hæ, deliberativa et item intelligens animæ potentia, quibus deliberat, ratiocinatur, intelligit.

Ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων, ἕτερα δ' ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται, δευτέρας.

Illas vero, inquit, *quæ ab aliis motæ movent alias, secundas existimandum.*

Perspicue patibilem partem rationabilis animæ vitiosamque significat, in qua est quippe impetus. Principaliter quidem ab ea parte animæ movetur, quæ motu intimo, genuinoque, ex semetipsa movetur, ex accidenti vero etiam desideriis moventibus. Ipse autem impetus movet corpus.

CCLX. Itaque principalis animæ motus definitur, *æterna substantia*, semetipsam movens. Hic vero communis, qui commotus movet, operatio moventis est in eo quod movetur, ut sectio operatio secantis in eo quod secatur. Cujus quidem motus aliquot diversitates sunt, quas demonstravit in Legibus, octo corporis, animæ duas. Corporeum motum, locularem vocans, cujus duæ sunt species : translatio, et circumlatio. Item alium, quem appellat qualitatem, atque in duplici specie, concretione et discretione. Tertium, quem positum esse dicit in quantitate, habentem duas species incrementum, et item deminutionem. Quartum juxta essentiam, cujus æque duæ species intelliguntur, una generatio, altera interitus. Animæ item duplex motus, unus qui alia movet, ipse a nullo movetur, sed proprio genuinoque motu. Alius, qui alia movens ab alio movetur, qui est patibilis habitus animæ, et ægritudine oppressus.

CCLXI. Recte igitur faciat amator sapientiæ; si, cum de his rebus tractandum erit, naturalem ordinem servet, ac principe loco de anima disserat, post demum de corpore. Deinde, cum de anima tractabit, de illa prius disserat, quæ tam semetipsam movet quam cætera, in qua est vis deliberandi, et intelligendi, tunc consequenter illam quoque tractabit, quæ ab alia re potiore mota quædam movet. Id porro motus genus,

Ὅσαι μετὰ νοῦ καλῶν καγαθῶν δημιουργοί, καὶ ὅσαι μοναθεῖσαι φρονήσεως τὸ τυχὸν ἄτακτον ἑκάστοτε ἐξεργάζονται.

Καὶ δὴ κατὰ ταῦτα καὶ ἡμῖν λεκτέα μὲν ἀμφότερα τὰ τῶν αἰτιῶν γένη.

Si quidem pareat intellectui, erit aliquatenus ordinatum. Si minus, temere, inquit, *et ut libet se exserens, confusa et inordinata, quæ agit relinquit.* Et addit :

Nobis quoque igitur in eundem modum faciendum, ac prius de ea loquendum natura, quæ suo motu movetur : hæc quidem præcedit ordine : per quam intelliguntur, et sciuntur, æterna : quæ sola semperque vere sunt, Tunc demum illa quoque alia demonstranda, quæ ad movendum quid, motu indiget alieno. Utrique porro motui sensus necessarii sunt, quoniam ex his tam cupiditates excitantur improbæ, quam rerum optimarum intellectus, et scientia, convalescit.

Τὰ μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων ξυμπεπλεγμένα πρὸς τὸ σχεῖν τὴν δύναμιν ἣν νῦν εἰλήχαμεν, εἰρήσθω. Τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον, ὅτι ὃ θεὸς αὖθ' ἡμῖν δεδώρηται, μετὰ τοῦτο ῥητέον.

CCLXII. *Et de oculorum quidem ministerio satis dictum est. Nunc de præcipua operis eorum utilitate dicendum.*

Quæ cum in plerisque rebus, tum in obtentu philosophiæ clare perspicitur : quo beneficio negat quidquam majus a Deo esse generi humano tributum. Duplex namque totius philosophiæ spectatur officium ; consideratio, et item actus. *Consideratio* quidem, ob assiduam contemplationem divinarum rerum et immortalium nominato. *Actus* vero, qui juxta rationabilis animæ deliberationem progreditur in tuendis conservandisque rebus mortalibus. Utrique autem officiorum generi visus est necessarius, ac primum considerationi. Dividitur porro hæc trifariam in theologiam, et item naturæ scisciationem, præstandæque etiam rationis scientiam. Neque enim quisquam Deum quæreret, aut ad pietatem aspiraret, quod est *theologiæ* proprium : nec vero id ipsum, quod nunc agimus, agendum putaret ; nisi prius cœlo sideribusque visis, et amore nutrito sciendi rerum causas, eorum etiam, quæ ortum habent temporarium, exordia. Hæc quippe demum ad naturalem pertinent quæstionem. Quid? quod dierum et noctium vice considerata menses, et anni, et horarum curricula, dinumerata sunt ; numerique ortus, et genitura dimensionis, introducta ? Quod ad *tertiam* partem philosophiæ pertinere perspicuum est.

CCLXIII. At vero actuosæ philosophiæ visus quatenus sit utilis et necessarius, docet ita dicens :

Δωρήσασθαι ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ κατιδόντες περιόδους, χρήσαιμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, συγγενεῖς ἐκείνας οὔσας, ἀταράκτους τεταραγμένας.

Deum oculos hominibus idcirco dedisse, ut mentis providentiæque circuitus, qui fiunt in cœlo, notantes, eorum similes constituerent in suis mentibus, hoc est motus animi, qui deliberationes vocantur, quam simillimos instituerent divinæ mentis providis motibus placidis tranquillisque, perturbatos licet.

Quod est morum vitæque correctio, quæ publice privatimque prodest, tam ad domesticas, quam ad publicas res recte salubriterque administrandas. Ex his quippe constat alterum philosophiæ genus, quod actuosum vocatur. Id porro dividitur trifariam, in moralem, domesticam, publicam. Quibus omnibus officiis prodest certus usus videndi.

CCLXIV. *Minora*, inquit, *alia prætereo*, scilicet ea quæ in variis artibus disciplinisque versantur. Neque enim navium regimen, neque cultus agrorum, nec vero pingendi fingendique sollertia recte sine visu proprium efficere opus posset, solaque contemplatio est, quæ mentes hominum usque ad cœli convexa protelat. Propterea que Anaxagoras cum ab eo quæreretur, cur natus esset, ostenso cœlo, sideribusque monstratis respondisse fertur : Ad horum omnium contemplationem. At vero Stoici Deum visum vocantes, quod optimum putabant ; id enim pulchro Dei nomine afficiendum esse duxerunt. Theophrastus visus pulchritudinem asserens, visum formæ nomine appellat, quod quorum exstincta est acies videndi, vultus informes sint, et velut in æterna consternatione. Denique ex oculorum habitu mens atque animus indicatur irascentium, mœrentium, lætantium. Irascentium quidem ut apud Homerum commotæ mentis orator :

Stabat acerba tuens defixo lumine terræ ;

et item,

— furor ignea lumina volvit.

Mœrentium vero infert poeta de eo, qui jugi fletu oculos amiserat,

— mœrorem lumina linquunt.

Item apud Ciceronem : *In hujus amantissimi fratris sui gremio mœrore, et lacrimis, consenescebat.*

CCLXV. Transit deinde ad alterius sensus examinationem. Ait enim :

Φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι.

Eadem vocis quoque et auditus ratio est, ad eosdem usus atque ad plenam vitæ hominum instructionem datorum.

Sunt igitur principales duo sensus, visus et auditus, utrique philosophiam adjuvantes. Quorum alter quidem evidentior, utpote qui res ipsas acie sua comprehendat : alter latior, ideo quod etiam de rebus absentibus instruat. Modulatus siquidem aer artificiatæ voci factusque vox et intelligibilis oratio, pergit ad intimos sensus, audientis intellectui nuntians tam præsentia quam absentia. Idem auditus, quod intellectum quoque adjuvet, sic probat.

Ὅσον τ' αὖ μουσικῆς φωνῆς χρήσιμον πρὸς ἀκοήν, ἕνεκα ἁρμονίας ἐστὶ δοθέν.

Quantumque per vocem utilitatis capitur ex musica, totum hoc constat hominum generi propter harmoniam tributum.

Quia juxta rationem harmonicam animam in superioribus ædificaverat, naturalesque ejus actus rhythmis modisque constare dixerat : sed hæc exolescere animæ, ob consortium corporis necessario obtinente oblivione, propterea que immodulatas esse animas plurimorum. Medelam hujus vitii dicit esse in musica positam : non in ea, qua vulgus delectatur, quæque ad voluptatem facta excitat vitia nonnunquam, sed in illa divina, quæ nunquam a ratione atque intelligentia separatur. Hanc enim censet exorbitantes animas a via recta revocare demum ad symphoniam veterem. Optima porro symphonia est in moribus nostris Justitia, virtutum omnium principalis, per quam cæteræ quoque virtutes suum munus atque opus exsequuntur. Ut ratio quidem dux sit, vigor vero intimus, qui est iracundiæ similis, auxiliatorem volens se rationi præbeat; porro hæc sine modulatione provenire non possint; modulatio demum sine symphonia nulla sit. Ipsa symphonia sequitur musicam. Procul dubio musica exornat animam, rationabiliter ad antiquam naturam revocans, et efficiens talem demum qualem initio Deus opifex eam fecerat. Tota porro musica in voce et auditu et sonis posita est. Utilis ergo etiam iste sensus est assecutioni totius philosophiæ ad notationem intelligibilis rei.

Τὰ μὲν οὖν παρελκυσθέντα τῶν εἰρημένων, πλὴν βραχέων, ἐπιδέδεικται· τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα· δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι.

CCLXVI. Deinde ait : *Nunc quoniam cuncta, exceptis admodum paucis, exsecuti sumus, quæ providæ mentis intellectus instituit : oportet etiam de illis, quæ necessitas invehit, dicere.*

Mundi sensilis explanaturus omnem substantiam, jure commemorat prope omnia se pertractasse, quæ provida mens Dei contulerit, efficiens eum ad exemplum et similitudinem intelligibilis mundi, solumque residuum supersse tractatum, ex quo ea, quæ necessitas invexit, considerentur, quando providis necessariisque rationibus mundi universitas constare videatur. *Necessitatem* porro nunc appellat ὕλην, quam nos latine *silvam* possumus nominare : ex qua est rerum universitas eademque patibilis natura : quippe subjecta corpori principaliter, in qua qualitates et quantitates et omnia quæ accidunt proveniunt. Quæ cum a natura propria non recedat; diversis tamen et contrariis speciebus eorum, quæ intra se recipit, formisque variatur. Hanc ergo explanare proposuit, dicturus deinceps rationem, ob quam necesse fuerit, tractatum hunc minime praeteriri.

Μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη.

CCLXVII. Denique addidit : *Mixta siquidem mundi sensilis ex necessitatis intelligentiæque cœtu constitit generatio.*

Quia igitur de mundi generatione tractatur, perfecteque id fieri convenit, oportet de utroque genere disseri : ex quo de natura silvæ necessarius esse tractatus ostenditur. *Mixtam* vero *generationem* dicit esse ideo, quod ex diversis elementis promiscue constet. Recteque, ex necessitate et providentia. Non enim ex his mixtus est mundus, sed consultis providæ mentis et necessitatis rationibus constitit, operante quidem providentia et agente, silva vero perpetiente exornationique se facilem præbente. Penetratam siquidem eam usquequaque divina mens format plene, non ut artes formam tribuentes in sola superficie : sed perinde ut natura atque anima, solida corpora permeantes, universa vivificant.

CCLXVIII. Dehinc consequenter intelligentiæ necessitatisque demonstrat consortium, cum ita dicit : *Dominante intellectu.* Duplex porro est dominatio; altera violentior, tyrannicæ potentiæ similis : item alia, sanctitatis imperatoriæ. Omne porro violentum non diu subjectum conservat, sed facile perdit. *Omne*, inquit, *quod rationabiliter etiam regit et tuetur, prodest, et melius efficit quod regit.* Ut igitur mundus æternus esset, oportuit silvam ei morigeram parentemque subdi, nec adversum exornationem suam resistentem : sed ita victam, ut majestati opificis libens cedat, pareatque ejus sapientiæ. Propterea dixit :

Τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἐμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸπᾶν.

Salubri persuasione rigorem necessitatis assiduæ trahente ad optimos actus. Itaque victa, inquit, *et parente providis auctoritatibus necessitate, prima rerum mundique exordia constiterunt.*

Quia est alia minus consulta parentia, quæ error et facilitas dicitur : ut sic provida parentia, ratione nixa necessitas. Et opus Dei tale est, ut vi persuadeat, vimque irroget persuadentem : hoc est, ut persuasio vim et vis adhibeat persuasionem. Id porro perspicitur in ægritudinibus virorum prudentium, cum præbent se medicis urendos et secandos.

Εἴ τις οὖν ᾗ γέγονε, κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλανωμένης εἴδος αἰτίας, ᾗ φέρειν πέφυκεν.

CCLXIX. Deinde progreditur. *Si quis igitur vere juxtaque meram fidem mundi hujus institutionem insinuaturus erit, hunc oportet erraticæ quoque causæ speciem demonstrare.*

Rursum alio silvam *erroris* nomine appellat, propter inordinatam ejus antiquam jactationem, similiter ut *necessitatem*, propterea quod non est principalis causa mundi constitutionis in silva, sed necesse fuerat ascisci eam, ob substantiam corporalem. Est quippe silva, perinde ut sunt ea, sine quibus, quod institutum est, effici non potest.

CCLXX. Facto igitur recursu, redit ad indaginem initiorum; et incipit ex eo tempore, quod præcedit ortum generationemque mundi. Quærit quoque naturam ignis sinceri, et sine permixtione; qualitatem quoque ejus, et passionem : nec solius ignis, sed cæterorum quoque corporum serenorum, nec ulla contagione interpolatorum. Omnes quippe qui de originibus tractaverunt, universæ rei quatuor sunt materias exsecuti; has, quæ concretione mutua ex majoris atque obtinentis materiæ vocabulo cognominatæ sunt.

Τὴν δὴ πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως πυρός ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς φύσιν θεατέον αὐτήν καὶ τὰ πρὸ τούτου πάθη. Νῦν γὰρ οὐδείς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν, ἀλλ' ὡς εἰδόσι πῦρ ὅ,τι ποτέ ἐστι καὶ ἕκαστον αὐτῶν λέγομεν ἀρχὰς τούτων τιθέμενοι στοιχεῖα τοῦ παντός, προσῆκον αὐτοῖς οὐδ' ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι.

Quatenus porro eædem materiæ et ex quibus antiquioribus substiterint, nemo usque adhuc dixerat, sed tanquam scientibus naturam sinceritatemque earum, ignem et aera et aquam et terram, velut elementa mundi sensilis esse dixerunt : quæ ne in syllabarum quidem ordinem locanda sunt.

Quia sermonis elementa literæ sunt, post quas secundi ordinis syllabæ, recte dixit, quatuor hæc mundana corpora ne in syllabarum quidem ordinem colloranda : quippe primum elementum universæ rei silva est, et informis, et sine qualitate : quam, ut sit mundus, format intelligibilis species. Ex quibus, silva, videlicet et specie, ignis purus, et intelligibilis, cæteræque sinceræ substantiæ quatuor. E quibus demum hæ materiæ sensiles, igneæ, aquatiles, terrenæ, et aereæ. Ignis porro purus, et cæteræ sinceræ, intelligibilesque, substantiæ species sunt exemplaria corporum, Ideæ cognominatæ. Quarum ad præsens differt examinationem, nec quærit, unane sit archetypa species eorum quæ sunt communis omnium, an innumerabiles, et pro rerum exsistentium numero : quarum cœtu, et congregatione, concreverit universa moles : an vero idem unum pariter et multa sint, ut docuit in Parmenide. Quæ causa declinandi fuit non laborem, sed ne instituto sermoni minime conveniens tractatus admisceatur. Hæc quippe naturalis, illa epoptica disputatio est. Naturalis quidem, ut imago nutans aliquatenus, et in verisimili quadam stabilitate contenta. Epoptica vero, quæ ex sincerissimæ rerum scientiæ fonte manat.

Θεὸν δὴ καὶ νῦν ἐπ' ἀρχῇ τῶν λεγομένων σωτῆρα ἐξ ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως πρὸς τὸ τῶν εἰκότων δόγμα διασώζειν ἡμᾶς ἐπικαλεσάμενοι.

CCLXXI. Deum igitur, inquit, *etiam nunc liberatorem invoco, ex turbida et procellosa sermonis jactatione.*

Laborat omnino et id agit, ut instituamur ad pietatem venerationemque divinitatis, cujus opem implorat ingrediens procellosum de natura silvæ fretum, propter novum atque insolitum etiam tunc disputationis genus.

Πάλιν ἀρχώμεθα λέγειν.

Rursum igitur ab exordio dicamus, inquit.

Merito. Jam enim de utraque origine, tam exemplari quam corporea, tractaverat, concedens sensilem mundum ex hisce substitisse. Quippe id, quod gignitur et perit, nec vere semperque est, corporea species est. Quæ quidem corpora sola, et per se, ac sine suscipiente ex eadem essentia, essentia esse non possunt. Quam modo *matrem*, alias *nutriculam*, interdum *totius generationis gremium*, nonnunquam *locum* appellat. Quamque juniores ὕλην nos *silvam* vocamus. Ut quod deerat, adderet, hunc de silva tractatum initiorum tractatu jungit, *posterioremque divisionem* ait *operosius esse ordinandam.* Tunc quippe res omnis in duo fuerat initia divisa. Quorum alterum intelligibilis erat species, quam mundi opifex Deus mente concepit, eamque ἰδέαν cognominavit Plato. Alterum imago ejus, quæ natura est corporis.

CCLXXII. Porro corpora, si per se ipsa spectentur, perfectam videbuntur habere substantiam : sed si ad originem eorum convertis mentis intentionem, invenies cuncta, et eorum scatebras, silvæ gremio contineri. Tunc ergo compendio principalibus materiis quatuor sumptis, exædificaverat sermone mundum. Sed quia philosophi erat proprium, cuncta, quæ ad causam pertinent, summa cura mentis, et diligentiori indagine peragrare; ratio porro asserit subjacere corporum diversitati silvæ capacitatem : recte, rationabiliterque, censuit hanc

psam rationem trahendam usque ad intelligentiæ lucem. Difficile opus omnino, vel assequi, longe tamen difficilius, declarare ac docere. Talis quippe natura est initiorum; quæ neque exemplis demonstrari, nondum his, quæ ad exemplum comparentur, exsistentibus, possit, nec ex præcedenti ratione aliqua intimari. Nihil quippe origine antiquius. Sed obscura quadam luminis præsumptione, non ut quid sit explices, sed contra sublatis, quæ sunt, singulis, quod solum remanet, ipsum esse, quod quæritur, intelligendum relinquas : hoc est, ut universis corporibus, quæ intra gremium silvæ varie varia formantur, mutuâ ex alio in aliud resolutione singillatim ademtis, solum ipsum vacuum sinum speculatione mentis imagineris.

CCLXXIII. Qua ratione factum, ut cum nullus eam veterum dubitet esse, utrum tamen facta, an contra infecta sit, disceptetur; eorumque ipsorum qui infectam sine generatione posuerunt, plerique continuam et jugem, alii vero divisam putent; rursumque eorum, qui dividuam esse censent, partim sine qualitate et informem, partim formatam esse pronuntient; hi vero qui jugem continuamque posuerunt, disceptent inter se de qualitatibus formaque eorum, quæ ibidem conformantur, et omnium quæ hisce accidunt : utrum ex silva proveniant, an ex alio potiore numine accommodentur. Quorum breviter perstringentur opiniones.

CCLXXIV. Hebræi silvam generatam esse confitentur. Quorum sapientissimus Moyses non humana facundia, sed divina, ut ferunt, inspiratione vegetatus, in eo libro qui *de genitura mundi* censetur, ab exordio sic est profatus, juxta interpretationem septuaginta prudentium. *Initio Deus fecit cælum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita.* Ut vero ait Aquila : *Caput rerum condidit Deus cælum et terram. Terra porro inanis erat et nihil.* Vel ut Symmachus : *Ab exordio condidit Deus cælum et terram. Terra porro fuit otiosum quid, confusumque et inordinatum.* Sed Origenes asseverat ita sibi ab Hebræis esse persuasum, quod in aliquantum sit a vera proprietate derivata interpretatio. Fuisse enim in exemplari : *Terra autem stupida quadam erat admiratione.* Omnia tamen hæc in unum ajunt concurrere, ut et generata sit ea, quæ subjecta est universo corpori, silva, sermonesque ipsos sic interpretantur. Initium minime temporarium dici. Neque enim ullum tempus fuisse ante mundi exornationem dicique et nocturnas vices, quibus temporis spatia dimensa sunt. Tum initii multas esse significationes, ut *Initium sapientiæ timorem Domini esse* Salomon dixit. Item, Initium sapientiæ cultus Dei. Nihilque minus, *Initium viæ bonæ actus justus.* Atque etiam in præconio sapientiæ cœlestis auctor : *Initium vitæ panis et aqua et tunica* (inquit) et domus idonea velandis pudendis. Quippe in his non una initii, sed diversa, et multiplex, habetur significatio. Est tamen unum rerum omnium initium, de quo Salomo in proverbiis, *Creavit me*, inquit, *Deus progressionis suæ semitam, cui nitens efficeret opera divina : constituitque ante mundi ortum, terræque et profundi fundationem : ante tractus fontium aggestionesque montanas.* Aperte indicans, præeunte divina sapientia cœlum terramque factam, eandemque sapientiam divinam esse universitatis primordium. Ex quo apparet, sapientiam factam quidem a Deo, sed non aliquo in tempore. Neque enim fuerit tempus ullum, quo Deus fuerit sine sapientia. Quodque Deum percipi cogitationibus hominum antequam sapientiam ejus, sit necesse, ob eminentiam naturæ, quia prius cujus res est, demum res ipsa noscitur. Et de initio quidem sic habendum.

CCLXXV. Quod autem cœlum, quamve terram scriptura loquatur, intelligendum. Qui tumultuario contenti sunt intellectu, cœlum hoc quod videmus; et terram, qua subvehimur, dici putant : porro qui altius indagant, negant hoc cœlum ab initio factum, sed secundo die. Namque initio factum lumen, idque diem esse cognominatum. Hoc vero cœlum postea, quod Deus appellaverit soliditatem. Tertio deinceps die remotis aquis, apparuit sicca : eique terræ nomen impositum. Ut sit evidens, neque hoc cœlum, cognitum nobis; neque hanc, in qua sumus, terram, ab exordio facta, sed alia esse antiquiora, intellectu potius, quam sensibus, hauriendia. Aliud igitur verum cœlum et aliud quiddam esse soliditatem, scriptura testatur : eodemque modo aliud terram, et item aliud siccam.

CCLXXVI. Quod igitur illud cœlum prius quam cætera Deus condidit, quamve terram? Philo carentes corpore, atque intelligibiles, essentias esse censet; ideas, et exemplaria tam siccæ istius terræ, quam soliditatis. Denique etiam hominem prius intelligibilem, et exemplum archetypum generis humani, tunc demum corporeum factum a Deo esse dicit. Alii non ita. Sed scientem prophetam duas esse species rerum omnium, alteram intelligibilem, alteram sensilem, eas virtutes, quæ utramque naturam circumplexæ contineant, cœlum et terram cognominasse. Cœlum quidem, incorpoream naturam; terram vero, quæ substantia est corporum, quam Græci ὕλην vocant. Astipulantur his ea quæ sequuntur. *Terra autem erat invisibilis, et informis*, hoc est, silva corporea, vetus mundi substantia, prius quam efficta Dei opificis sollertiâ sumeret formas, etiam tunc decolor, et omni carens qualitate. Quod vero tale est, invisibile certe habetur, et informe. Inanis porro, *et nihil* propterea dicta, quia, cum sit omnium qualitatum receptrix, propriam nullam habet ex natura. Silva ergo, ut quæ cuncta, quæ accidunt, recipiat in se, *inanis* appellata, ut quæ compleri nunquam posse videatur. Porro quia sit expers omnium, *nihil* dicta. *Otiosa* vero, et indigesta nuncupatur a Symmacho. Quod quidem per se nihil valeat, otiosa; quod vero habeat opportunitatem suscipiendi ordinis ab exornante semet Deo, mundum moliente, *indigesta* con-

setur. *Stupida* vero *ex admiratione* significatio animæ vim quandam similitudinemque declarat; siquidem opificis, et auctoris sui majestate capta stuperet. Quodsi facta est a Deo silva corporea quondam informis, quam Scriptura terram vocat; non est, opinor, desperandum, incorporei quoque generis esse intelligibilem silvam, quæ cœli nomine sit nuncupata. Factam vero, et ita factam, ut sit, quæ non fuerit, sic probant, quod opificibus mortalibus apparata ab aliis opificibus silva præbeatur, hisque ipsis natura suppeditet, naturæ Deus, Deo nemo apparaverit, quia nihil Deo sit antiquius. Ipse igitur silvestres impensas, mundi fabricæ sufficientes, utilesque, constituit. Multasque alias probationes afferunt, quas singillatim persequi longum est.

CCLXXVII. Restat nunc, ut eorum quoque, qui generatam esse corpoream silvam negant, sententias exsequamur. Quorum æque diversæ opiniones omnino sunt. Sunt enim qui textum ejus, et quasi concinnationem quandam, corpusculis, quæ intelligantur potius quam sentiantur, connexis sibi invicem, assignent, in aliquo modo positis, et aliquatenus figuratis, ut Democrito et Epicuro placet. Addunt alii qualitatem, ut Anaxagoras; sed hic omnium materiarum naturam, proprietatemque, in singulis materiis congestam esse censet. Alii propter exiguitatem individuorum corporum, quorum numerus in nullo fine sit, subtilitatem silvæ contexi putant; ut Diodorus et nonnulli Stoicorum: quorum sit fortuitus tam cœtus quam segregatio. Quas opiniones, cum sint omnino sine fine, prætereo.

CCLXXVIII. Qui tamen providentiæ opus silvæ quoque constitutionem esse pronuntiaverunt, censent eam una quadam ab exordio usque ad finem continuatione porrectam. Nec tamen omnes eodem modo. Aliter enim Pythagoras, et item aliter Plato diversoque Aristoteles modo, et cum aliquanta differentia Stoici. Sed hi quidem omnes informem eam, et sine ulla qualitate constituunt. Alii formam dederunt, ut Thales: quem ferunt ante omnes naturalia secreta rimatum, cum initium rerum aquam esse dicat. Opinor ideo, quod omnem victum, quo utuntur quæ vivunt, humectum videret. Inque eadem sententia Homerus esse invenitur, cum Oceanum et Thetim dicat parentes esse genituræ, cumque jusjurandum Deorum constituat aquam, quam quidem ipse appellat Stygem, antiquitati tribuens reverentiam, et jurejurando nihil constituens reverentius. At vero Anaximenes aera judicans initium rerum, initium quoque corporum cæterorum, et ipsius aquæ, non consentit Heraclito, caput rerum ignem putanti. Omnes igitur hi, qui vel aquæ, vel aeri, vel igni tribuunt principatum, in motu positam rerum originem censuerunt.

CCLXXIX. Sunt tamen, qui immobilem esse defendant, et eandem ex omnibus in unam molem redactam: unum omnia esse censentes immobile, sine ortu, et sine interitu, ut Xenophanes, Melissus, Parmenides. Sed Parmenides quidem unum perfectum omne, et definitum, pronuntiat; Melissus, infinitum et indeterminatum.

CCLXXX. Empedocles varium, et multiforme quiddam, esse silvam docet, quatuor diversis sustentatum radicibus ignis, aquæ, aeris, terræ, atque ex his fieri corporum, modo concretionem, modo discretionem. Idemque concretionem quidem vocat amicitiam, discretionem vero discordiam. Hi sunt, opinor, qui formatam, descriptamque qualitatibus, et corpus silvam esse pronuntiant.

CCLXXXI. At vero, qui detrahunt ei qualitates, informemque constituunt, et sine consortio corporum solam per semetipsam entem intuentur; Aristoteles quidem tria initia constituit corporeæ rei, silvam, speciem, carentiam. Eaque singula sine duum residuorum connexione considerat, licet profiteatur, altera sine alteris esse non posse. Idem sine genitura, et sine interitu, dicit mundum esse, divina providentia perpetuitati propagatum. Cujus sententia cum sit præclara, et nobilis, et ad Platonici dogmatis considerationem satis accommodata, non otiose prætereunda est. Prius tamen exponendus videtur physicorum veterum syllogismus, qui asserit, nihil eorum, quæ sunt, generatum esse, nec periturum esse. Formula syllogismi talis est. Si quid fit, id necesse est vel ex eo fieri, quod jam erat; vel ex eo, quod non est. Utrumque autem impossibile. De exsistente quidem; quia, quod jam dudum est, fieri ad præsens non potest: denique quod gignitur, nondum est. Nec vero de non exsistente, quia necesse est ei, quod fit, subesse aliquam materiam, ex qua fiat. Nihil igitur fit. Sed nec corrumpitur. Id enim quod corrumpitur vel in aliquas reliquias, vel in nullas, dissolvitur: sed neque in aliquas, ut docebitur, neque in nullas. Nihil igitur corrumpitur. Ostensum est porro, quod nec fiat quid. Neque igitur fit aliquid, neque corrumpitur. Quatenus igitur quod est, et corrumpitur, negamus in nihilum posse dissolvi? Quia quod est, et idem corrumpitur, ac perit, si in nullas reliquias dissolvatur, erit pariter, et non erit: quod rationem non habet. Rursum si erit aliquid futurum, quod dissolvitur, illud et perit et non perit.

CCLXXXII. Hoc syllogismo veteres physici tollere conabantur rerum genituram, et interitum. Sed Aristoteles dividit syllogismum, notata et patefacta duplici significatione nominum, *exsistentis*, scilicet, et *non exsistentis*, item verborum *fieri et corrumpi*. Etenim omnia, quæ fiunt, vel secundum naturam suam fiunt, vel ex aliquo accidenti; ut puta, si musicus ægrotus convalescit, quod quidem ex natura est, ægrotat, et convalescit, non tamen quia musicus est. Ex accidenti porro, quia musicus est. Accidit quippe ut musicus esset, qui ægritudinem sustineret. Similiter quod corrumpitur, si quid candidum pedalis proceritatis corrumpatur in atrum colorem, secundum naturam suam quidem, et principaliter, patitur immutationem sui, quia est candidum, ex accidenti vero, quia est pedalis modi. Cum igitur dicimus, musicum

convalescere, tunc quod fit, ex accidenti, quia provenit ut convalescat. Porro, cum ægrotare eum dicimus, secundum naturam patitur. Rursum, cum dicimus, candidum illud pedalis mensuræ corrumpi, quia convertatur in nigredinem : hoc ex accidenti fieri dicimus. Cum vero candidum cognominamus, naturam ejus exprimimus. Si igitur dicimus, etiam de non exsistente fieri aliquid, dupliciter dicimus non exsistere, semel juxta naturam, quod est impossibile, ut quod nusquam omnino gentium est, ex eo aliquid fiat quod sit; iterum ex accidenti dicimus non exsistere, cum quod fit aliter se habebit, quam erat antea : et cui plus accidit, quam a natura tributum est : ut si ex informi massa æris simulacrum fiat. Informitas quippe æris ex natura est; formæ vero impressio, quam imponit opifex, de non exsistenti provenit : propterea que ex accidenti dicitur provenire. Fieri enim potest, ut ex eo quoque quod est fiat aliud quod sit : sed hoc est ex accidenti : ut si cui grammatico proveniret medicinæ scientia. Nam et hic ex perito fit alterius quoque disciplinæ peritus. Consequenter etiam igitur corrumpetur aliquid, et dissolvetur, exsistens in aliud exsistens, sed non principaliter, verum ex accidenti, ut si ex simulacro Liberi patris formam quis transferat in simulacrum Apollinis. Videtur autem hoc quoque pacto forma in aliam speciem demigrare, sed non proprie, verum ex accidenti. Similiter poterit exsistens quid in non exsistens corrumpi, ac resolvi, sed non ut ex corruptela plenus afferatur interitus; proveniatque ut id, quod erat, nihil omnino, neque uspiam gentium sit.

CCLXXIII. Una igitur hæc ratio est, juxta quam posse Aristoteles putat et fieri aliquid tam de exsistente, quam de minime exsistente; et interire vel in exsistens vel in nihilum. Alia vero ratione esse et non esse dicitur quid, quoties nondum adhibito effectu esse dicitur, quod futurum procul dubio erit, si adhibeatur effectus. Quæ cuncta possibilitate esse dicuntur, præsumpta eorum exsistentia contemplatione possibilitatis : ut cum æs dicimus possibilitate statuam esse, cum adhuc metallum sit informe. Est ergo statua, et non est; et est quidem, quia potest esse : non est autem, quia nondum effectus accessit. Eodemque modo aliquatenus est, aliquatenus non est; et ex eo quod aliquatenus est, potest aliquid effici, nihilo que minus etiam in id, quod aliquatenus non est, potest aliquid dissolvi, atque interire. Est ergo genitura et interitus.

CCLXXXIV. Hæc ad præsens, visa nobis necessaria fore, ad explanationem Aristotelici dogmatis de initiis rerum, in quibus etiam silva est, pertractari curavimus, sicut ejusdem Aristotelis verba declarant. Ait enim sic : [Physic. lib. I cap. 8.] *Nobis ergo videtur dividua esse silva carentiæ, ita ut silva non sit exsistens quid, sed ex accidenti. Carentia vero principaliter et omnino nihil. Et silva quidem prope habeat essentiam, carentia nulla porro sit substantia. Et aliis*, inquit, *videtur carentia et silva unum esse, non recte spectantibus : cum idem breve et grande cognominent, duasque res separatim spectandas in unam eandemque rediganl, et unum aliquid subjacere putent corporibus. Qui etiamsi dividant majus illud et minus, ut sint duo, æque ex hac duitate una res significatur, alia intermittitur. Siquidem silva, tanquam mater, corporum formationi adjumento est. Carentia vero non adjuvat formationem, sed potius impedit ac renititur; quatenus quia cum species divina res sit et appetibilis, contraria est ei carentia. Silva vero appetit formam et illustrationem, cupidaque ejus est juxta naturam propriam. Porro carentia si appetat formam, appetere eam necesse est contrarietatem suam, et omnis contrarietas interitum affert. Minime igitur interitum suum carentia desiderabit. Nec vero species se ipsam potest cupere. Est enim plenum et perfectum bonum, et omne quod desiderat in indigentia positum est. Sola igitur silva est, quæ cupit illustrationem, perinde ut femineus sexus virilem et deformitas pulchritudinem; ita tamen, ut deformitas silvæ non ex natura, sed ex accidenti sit. Quæ silva fit et corrumpitur certe. Cumque fit, est aliquatenus : et cum dissolvitur, non est aliquatenus : corruptelaque ejus propter individuam carentiam provenit. Ipsa vero possibilitate, non natura immortalis est, ac sine generatione : propterea quod necesse erat iis quæ nascuntur subjacere aliquid antiquius, ex quo fierent atque ad generationem venirent. Talis est porro hæc natura. Necesse est igitur, fuisse silvam antequam fieret, siquidem ex ea fiunt cætera, sive quod dissolvitur et perit, ad hanc eandem naturam postremo redeat necesse est. Ergo etiam corruptelam dissolutionemque.*

CCLXXXV. Hæc Aristoteles, assistens sententiæ suæ, de initiis rerum deque natura silvæ loquitur : sed quia obscurior sermo est, explanandus videtur. Tres ab eo ponuntur origines universæ rei, species, silva, carentia. *Speciem* laudat ut summi Dei similem divinitatem, pleno perfectoque nixam bono ideoque appetibilem. Quid est ergo quod appetit? Neque ipsa se, inquit, quia nihil ei deest ad perfectam exornationem, et est proprius indigentium appetitus. Nec vero *carentia* cupit speciem : interitum enim suum cuperet : quippe accessu speciei formæque tollitur indigentia, nec in habitu proprio perseverat. Superest ergo, ut *silva* cultum ornatumque desideret, quæ deformis est, non ex se, sed ad indigentiam; etenim turpitudo est, silvam cultu formaque indigere. Sic quippe erit vidua, carens specie, perinde ut carens viro femina. Propterea que, inquit, appetit speciem, ut sexus femineus virilem : quoque sit in aliqua posita deformitate, formam atque cultum cupiens simul perire atque exolescere : quod est in semet ex indigentiæ vitio. Contraria siquidem hæc duo sibi, et repugnantia, species, et item

carentia. Quorum quod obtinuerit, alterum perimit. Cupiditatem vero negat esse talem, qualis est animalium; sed ut cum quid cœptum atque inchoatum est, dicitur perfectionem desiderare; sic, opinor, etiam silva speciem cupit. Potest enim ejus florere consortio.

CCLXXXVI. Ergo juxta Aristotelem proprie quidem, et principaliter, exsistens est species. Ex accidenti vero esse dicitur silva, propterea quod naturæ talis est, ut recipiat formam. Rursum quod minime est proprie quidem, et principaliter, carentia. Ex accidenti vero silva patitur: quippe id quod vere atque ex natura non est, id est carentia. Ergo silva alio quodam genere est, item alio non est. Et potest aliquid ex ea fieri, ut de re non exsistente: non una tamen, sed diversa significatione. Consequenter ergo dicemus, malitiam esse atque initium malorum non silvam, sed carentiam. Hæc est enim informitas, et nullus cultus, et turpitudo silvæ, propterea que etiam maleficentia. Et ideo silvam definit, seu potius appellat, corpus incorporeum, ut possibilitate quidem sit corpus, effectu vero atque operatione nullum corpus. Hæc Aristotelis de silva sententia, nisi quod addit Platonem tria illa nominibus tantum attigisse, effectu autem duo ponere initia, corporeæ rei *speciem*, et minimum grande quod sit silva. Non igitur tria, sed duo, hæc erunt initia, inquit, *species*, et *silva*, quam ait ex natura nullam habere substantiam. Aut si, inquit, grande hoc minimum *carentiam* esse intelligendum est, rursum silva præterita erit, et duo videbuntur initia rerum, *species*, atque carentia.

CCLXXXVII. Stoici quoque ortum silvæ rejiciunt; quin potius ipsam et Deum duo totius rei sumunt initia: Deum, ut opificem; silvam, ut quæ operationi subjiciatur. Una quidem essentia præditos facientem, et quod fit, ac patitur, id corpus esse: diversa vero virtute, quia faciat, Deum; quia fiat, silvam esse. Quorum ab re non erit opinionem diligentius explicari. Ajunt enim, ut ænea quæque ex ære sint, argenteaque ex argento, sic corporeas materias ex silva esse cum iisdem, ut ære, et argento, etiam similibus cæteris. Esse enim quasdam magis, alias minus silvestres materias, aliasque aliis corpulentiores. Quarum tamen exordium esse unam quandam antiquiorem communem omnium silvam. Atque ut statua, quæ, cum sit formatum corpus, habet tamen subjectam sibi æris antiquiorem substantiam, sic æs, informe corpus, compos tamen qualitatis, habere dicunt subjectam præeuntem substantiam, eamque esse corpus cohærens sine qualitate, patibile totum et commutabile, quod silvam simul et essentiam appellant, hactenus definientes: *Essentia et silva est quod subjacet corpori cuncto*: vel *ex quo cuncta sunt corpora*, vel *in quo proveniunt rerum sensilium commutationes, ipso statu proprio manente*. Item, *quod subditum est corporibus qualitates habentibus, ipsum ex natura propria sine qualitate*.

CCLXXXVIII. Plerique tamen silvam separant ab essentia, ut Zeno, et Chrysippus. *Silvam* quippe dicunt esse id quod est sub his omnibus quæ habent qualitates; *essentiam* vero primam rerum omnium silvam, vel antiquissimum fundamentum earum, suapte natura sine vultu, et informe. Ut puta æs, aurum, ferrum, et cætera hujusmodi, silva est eorum, quæ ex hisce fabrefiunt, non tamen essentia. At vero quod tam his quam cæteris ut sint causa est, ipsum esse substantiam.

CCLXXXIX. Plerique etiam hoc pacto silvam et substantiam separant, quod asseverant, *essentiam* quidem operis esse fundamentum, ut mundi esse merito dicatur, atque existimetur, essentia: *silvam* vero contemplatione opificis dictam, quod eam fingat ac formet.

CCXC. Deinde Zeno hanc ipsam essentiam finitam esse dicit, unamque eam communem omnium, quæ sunt, esse substantiam. Dividuam quoque, et usquequaque mutabilem. Partes quippe ejus verti, sed non interire ita, ut de exsistentibus consumantur in nihilum. Sed ut innumerabilium diversarum, etiam certarum figurarum; sic neque formam, neque figuram, nec ullam omnino qualitatem, propriam esse censet fundamenti rerum omnium silvæ. Conjunctam tamen esse semper, et inseparabiliter cohærere qualitati. Cumque tam sine ortu sit quam sine interitu, quia neque de non exsistente substitit, nec consumetur in nihilum, non deesse ei spiritum, ac vigorem, ex æternitate, qui moveat eam rationabiliter, totam interdum, nonnunquam pro portione; quæ causa sit tam crebræ, tamque vehementis, universæ rei conversionis. Spiritum porro motuum illorum esse non naturam, sed animam, et quidem rationabilem, quæ vivificans sensilem mundum, exornaverit eum ad hanc, qua nunc illustratur, venustatem. Quem quidem beatum animal, et Deum, appellant.

CCXCI. Ergo corpus universum juxta Stoicos determinatum, est unum, et totum, essentia. *Totum* quidem, quia nihil ei partium deest. *Unum* autem, quia inseparabiles ejus partes sunt, et invicem sibi cohærent. *Essentia* vero, quia princeps silva est omnium corporum; per quam ire dicunt rationem solidam, atque universam, perinde ut semen per membra genitalia. Quam quidem rationem ipsum esse opificem volunt. Cohærens vero corpus, et sine qualitate, patibile totum, et commutabile, silvam, sive essentiam, quæ vertatur quidem, nec intereat tamen, nec tota, nec partium excidio: ideo quia philosophorum omnium commune dogma est, neque quid fieri ex nihilo, nec in nihilum interire. Licet enim cuncta corpora casu aliquo defluant, silva tamen semper est, et opifex, Deus; ratio scilicet, in qua sit fixum, quo quid tempore tam nascatur quam occidat. Propterea que de exsistentibus genituram fieri, et in exsistens desinere quod finiatur, immortalibus perseverantibus a quo fit, et item ex quo fit, quod gignitur.

CCXCII. Reprehendunt etiam, quod cum sint in emi-

nenti, præstantissimaque, et vetere exsistente alia substantia rerum omnium exempla, mundum sensilem juxta immortale exemplum a Deo factum esse dicat Plato. Non enim opus ullo exemplo fuisse, quando seminum ratio incurrens aliquam concipientem comprehendentemque naturam, totum mundum, quæque in eo sunt enixa sit. Hæc Stoici de silva, deque initiis rerum, partim a Platone usurpantes, partim commenti : sic ut facile sit intelligere, nullam eos ne suspicari quidem potuisse divinam virtutem, substantiamque carentem corpore, cunctis corporibus, vel etiam seminibus, efficaciorem : propterea que factum, ut opiniones incurrerent impias, Deum scilicet hoc esse quod silva sit, vel etiam qualitatem inseparabilem Deum silvæ : eumdemque per silvam meare, veluti semen per membra genitalia : et omnium, quæ nascuntur tam originem quam etiam causam esse non malorum modo, sed turpitudinis quoque, et obscœnitatis : omniaque agere, et pati, vel pudenda. Cujus opinionis deformitas evidentius detegetur exposita Platonis sententia.

CCXCIII. Nunc jam Pythagoricum dogma recenseatur. Numenius ex Pythagoræ magisterio Stoicorum hoc de initiis dogma refellens Pythagoræ dogmate, cui concinere dicit dogma Platonicum, ait Pythagoram Deum quidem *singularitatis* nomine nominasse; silvam vero, duitatis. Quam duitatem indeterminatam quidem, minime genitam; limitatam vero generatam esse dicere. Hoc est, antequam exornaretur quidem, formamque et ordinem nancisceretur, sine ortu, et generatione; exornatam vero, atque illustratam, a digestore Deo esse generatam. Atque ita, quia generationis sit fortuna posterior, inornatum illud minime generatum, æquævum Deo; a quo est ordinatum, intelligi debeat. Sed nonnullos Pythagoreos, vim sententiæ non recte assecutos, putasse, dici etiam illam indeterminatam et immensam duitatem, ab una singularitate institutam, recedente a natura sua singularitate et in duitatis habitum migrante. Non recte; ut, quæ erat singularitas, esse desineret; quæ non erat duitas, subsisteret : atque ex Deo silva, et ex singularitate immensa et indeterminata, duitas converteretur. Quæ opinio ne mediocriter quidem institutis hominibus competit. Denique Stoicos definitam et limitatam silvam esse natura propria; Pythagoram vero infinitam et sine limite dicere. Cumque illi, quod natura sit immensum, non posse ad modum naturâ atque ordinem redigi censeant; Pythagoram solius hanc Dei esse virtutem ac potentiam asserere; ut quod natura efficere nequeat, Deus facile possit, ut qui sit omni virtute potentior atque præstantior, et a quo natura ipsa vires mutuetur.

CCXCIV. Igitur Pythagoras quoque, inquit Numenius, fluidam et sine qualitate silvam esse censet; nec tamen ut Stoici naturæ mediæ interque malorum bonorumque viciniam, quod genus illi appellant indifferens, sed plane noxiam. Deum quippe esse (ut etiam Platoni videtur) initium et causam bonorum; silvam, malorum. At vero quod ex specie silvaque sit, indifferens. Non ergo silvam, sed mundum, ex speciei bonitate silvæque malitia temperatum, denique ex providentia et necessitate progenitum, veterum theologorum scitis haberi.

CCXCV. Silvam igitur informem et carentem qualitate, tam Stoici quam Pythagoras consentiunt; sed Pythagoras malignam quoque, Stoici nec bonam nec malam : deinc, tanquam in progressu viæ malum aliquod obvium, perrogati unde igitur mala? *perversitatem* seminarium malorum esse causati sunt : nec expediunt adhuc unde ipsa perversitas, cum juxta ipsos duo sint initia rerum, Deus et silva. Deus summum et præcellens bonum; silva, ut censent, nec bonum nec malum. Sed Pythagoras assistere veritati, miris licet et contra opinionem hominum operantibus, asseverationibus non veretur. Qui ait, exsistente providentia, mala quoque necessario substitisse, propterea quod silva sit et eadem sit malitia prædita. Quodsi mundus ex silva, certe factus est de exsistente olim natura maligna. Propterea que Numenius laudat Heraclitum, reprehendentem Homerum qui optaverit interitum ac vastitatem malis vitæ [Odyss. lib. XIII, 46], quod non intelligeret mundum sibi deleri placere; siquidem silva, quæ malorum fons est, exterminaretur. Platonemque idem Numenius laudat, quod duas mundi animas autumet; unam beneficentissimam, malignam alteram, scilicet silvam. Quæ licet modice fluctuet, tamen quia intimo proprioque motu movetur, vivat et anima convegetetur necesse est, lege eorum omnium, quæ genuino motu moventur. Quæ quidem etiam patibilis animæ partis, in qua est aliquid corpulentum mortaleque et corporis simile, auctrix est et patrona, sicut rationabilis animæ pars auctore utitur ratione ac Deo. *Porro* ex Deo et silva factus est iste mundus.

CCXCVI. Igitur juxta Platonem mundo bona sua Dei, tanquam patris, liberalitate collata sunt; mala vero matris silvæ vitio cohæserunt. Qua ratione intelligi datur Stoicos frustra causari nescio quam *perversitatem*, cum, quæ proveniunt, ex motu stellarum provenire dicantur. Stellæ porro corpora sunt ignesque cœlites. Omnium quippe corporum silva nutrix est, ut etiam, quæ sidereus motus minus utiliter et improspere turbat, originem trahere videantur ex silva, in qua est multa intemperies et improvidus impetus et casus atque ut libet exagitata præsumptio. Itaque si Deus eam correxit, ut in Timæo loquitur Plato, redegitque in ordinem ex incondita et turbulenta jactatione, certe confusa hæc intemperies ejus casu quodam et improspera sorte habebatur, nec ex providentiæ consultis salubribus. Ergo juxta Pythagoram silvæ anima neque sine ulla est substantia, ut plerique arbitrantur; et adversatur providentiæ, consulta ejus impugnare gestiens malitiæ suæ viribus. Sed providentia quidem est Dei opus, et officium : cæca vero, fortuitaque, temeritas ex prosapia silvæ; ut sit evidens, juxta Pythagoram, Dei silvæque, item providentiæ, for-

tunæque, cœlu cunctæ rei molem esse constructam. Sed postquam silvæ ornatus accesserit, ipsam quidem matrem esse factam corporeorum, et nativorum, deorum; fortunam vero ejus prosperam esse magna ex parte, non tamen usquequaque : quoniam naturale in vitium limari omnino nequiret.

CCXCVII. Deus itaque silvam magnifica virtute exornabat vitiaque ejus omnifariam corrigebat, non interficiens, ne natura silvestris funditus interiret : nec vero permittens porrigi dilatarique passim, sed ut manente natura, quæ ex incommodo habitu ad prosperitatem devocari commutarique possit, ordinem inordinatæ confusioni, modum immoderationi, et cultum fœditati conjungens, totum statum ejus illustrando, atque exornando, convertit. Denique negat inveniri Numenius et recte negat, immunem a vitiis usquequaque generatorum fortunam; non in artibus hominum, non in natura, non in corporibus animalium, nec vero in arboribus aut stirpibus, non in frugibus, non in aeris serie, nec in aquæ tractu, ne in ipso quidem cœlo : ubique miscente se providentiæ, deterioris natura, quasi quodam piaculo. Idemque nudam silvæ imaginem demonstrare, et velut in lucem destituere studens, detractis omnibus singillatim corporibus, quæ gremio ejus formas invicem mutuantur, et invicem mutant; illud ipsum, quod ex egestione vacuatum est, animo considerari jubet : eamque silvam, et necessitatem cognominat. Ex qua, et Deo, mundi machinam constitisse, Deo persuadente, necessitate obsecundante. Hæc est Pythagoræ de originibus asseveratio.

CCXCVIII. Superest ipsa nobis ad tractandum Platonis de silva sententia; quam diverse interpretati videntur auditores Platonis. Quippe alii generatam dici ab eo putaverunt, verbaque clam potius quam rem secuti. Alii vero sine generatione, sed anima prædita : quando ante illustrationem quoque motu instabili, atque inordinato, dixerit eam fluctuasse : cum motus intimus, genuinusque, sit viventium proprius : quodque idem sæpe alias duas esse mundi animas dixerit. Unam malignam, ex silva; alteram beneficam, ex Deo. Exsistentibus itaque bonis, ac malis; bona quidem, ex anima benefica mundo tributa; incommoda porro, ex silvestri maligna. Cum divina sapientia, intelligentiaque opificis Dei, silvæ severe atque efficaciter persuadeat, præbere cultui, atque exornationi suæ, patientiam : persuasio vero non nisi animantibus, vitaque fruentibus, adhibeatur. Quibus Hebræi concinunt, cum dicunt, homini quidem a Deo datam esse animam ex inspiratione cœlesti; quam rationem, atque animam rationabilem appellant : mutis vero, et agrestibus, ex silva rationis expertem jussu Dei vivis animantibus et bestiis, terræ gremio profusis : quorum in numero fuerit etiam illa serpens, quæ primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit.

CCXCIX. Nec desunt qui putent, inordinatum illum, et tumultuarium, motum Platonem non in silva, sed in materiis, et corporibus, jam notasse; quæ initia mundi, atque elementa, censentur. Quippe si est informis, et inordinata, nimirum etiam immobilis natura sua. Nec immobilis modo, verum etiam incommutabilis. Quippe commutationes non silvæ accident, sed corporibus, in quibus sint qualitates. Eodemque pacto etiam exanimis, quandoquidem immobilis. Malitiam porro ajunt virtutis esse carentiam, ut informitatem, inopiam, intemperantiam, propterea que virtutibus addita orationis parte negativa contra quam virtutes cognominatas esse, imprudentiam, injustitiam, imperitiam. Hæc atque hujusmodi dissensio est Platonicorum philosophorum.

CCC. Nos tamen, quam ex his putamus potiorem, et ad veritatis examen propensiorem, maximeque tanti autoris prudentia dignam, exsequemur. Est igitur propositarum quæstionum duplex probatio. Altera, quæ ex antiquioribus posteriora confirmat, quod est proprium *syllogismi*. Præcedunt quippe ordine acceptionis, quæ elementa vocantur, conclusionem. Altera item, quæ posterioribus ad præcedentium indaginem gradatim pervenit; quod genus probationis resolutio dicitur. Nos ergo, quia de initiis sermo est, quibus antiquius nihil est, utemur probationis remediis ex resolutione manantibus. Certum est siquidem apud omnes vel philosophantes, vel qui se non dederint huic studio, in nobis esse sensus, esse etiam intellectum, et hæc esse sibi non eadem. Ergo etiam effectus tam sensuum quam intelligentiæ, si quidem ipsa genera diversa sint, esse diversos. Quæ cum ita sint, necesse est etiam illa esse, quorum sint tam intellectus quam etiam sensus. Sunt ergo tam sensilia quam intelligibilia. Et intelligibilia quidem sunt, quæ intellectu comprehenduntur rationabili indagine. Sensilia vero, quæ irrationabili opinione præsumuntur, incerto quodam opinionis eventu. Illa quidem ex æternitate, nec ullum initium habentia; hæc temporaria, et ex aliquo initio temporis e regione nostra primaria, ad naturam versus secunda. Rursum intelligibilia, e regione quidem naturæ priora, juxta nos vero secunda sunt. Quotus quisque igitur in disputatione sic exordietur, ut ab iis, quæ prima sunt ad nos versum, ascendat ad ea, quæ sunt a nobis secunda, resolvere dicitur quæstionem. Siquidem ab his orsus, quæ vere non sunt, sed imagines potius sunt vere exsistentium rerum, perveniat ad ea, quæ vere exsistentium initia causæque sunt.

CCCI. Sunt igitur vicina nobis omnia quidem quæ sentiuntur, ignis, aer, terra, aqua. Aliquanto tamen propiora, quæ ex iis concreta sunt. Rursum magis applicita nobis nostra corpora. Est igitur in corporibus nostris contiguum quiddam, est etiam solidum, est visibile, est calidum. Contiguum quidem, ac solidum, nihil erit sine terra. Rursum visibile, et calidum, sine igne esse non poterit. Est ergo in nobis terrenum quiddam, et igneum, est etiam spirabile. Siquidem spiritus in venis, quæ arteriæ dicuntur, conditus invenitur. Est humectum

quoque quod humectum sine aqua demum esse non potest. Nec vero spiritus sine aere. Quod si hæc omnia partes sunt corporis, necesse est etiam illa esse, quorum hæc partes sunt, ut diximus, id est, solidum universumque corpus. Est igitur in solido, atque universo, corpore tam ignis quam terra, et cæteræ materiæ. Deinde harum ipsarum congrua, et moderata, concretio, quæ constat ex formis, et qualitatibus. Ignis quidem splendor, levitas, calor, et figura. Terræ vero siccitas, gravitas, figura. Earum etiam similiter materiarum, quæ inter ignem terramque insertæ sunt, aliquæ sint naturales proprietates oportet. Si ergo has qualitates et quantitates, etiam formas figurasve volemus ratione animi separare, tum demum deliberare quid sit illud, quod hæc omnia inseparabiliter adhærens complexumque contineat; inveniemus nihil aliud esse, quam id quod quærimus, silvam. Inventa igitur est origo silvestris. Et hoc quidem est unum duarum probationum genus, quod *Resolutio* dicitur.

CCCII. Nunc illud aliud consideremus, quod *compositio* cognominatur. Sequitur quippe resolutionem compositio et discretionem concretio. Quæ igitur modo separare animo videbamur a silva, rursus ei repræsentemus, ac velut in suum locum reponamus, hoc est genera, qualitates, figuras. Nec inordinate hæc ipsa et utcunque, sed cum cultu et ordine. Ordo autem sine harmonia esse non potest. Harmonia demum analogiæ comes est. Analogia item cum ratione, et demum ratio comes individua providentiæ reperitur. Nec vero providentia sine intellectu est; intellectusque sine mente non est. Mens ergo Dei modulavit, ordinavit, excoluit omnem continentiam corporis. Inventa ergo est demum opificis divina origo. Operatur porro opifex, et exornat omnia juxta vim rationabilem, majestatemque operum suorum. Opera vero ejus intellectus sunt, qui a Græcis ideæ vocantur : quo pacto invenitur tertia exemplaris origo rerum. Porro ideæ sunt exempla naturalium rerum. Igitur silvam quidem juxta legem rationemque *dissolutionis* invenimus, juxta *compositionis* vero præcepta ipsum opificem Deum.

CCCIII. Ex operibus porro opificis Dei, exemplum. Et quoniam singula hæc initia sunt, rursus erit ex integro de initiis disserendum. Est igitur initium primus limes, post quem sunt cuncta, quæ ex eodem sunt limite. Et quia omne initium, utpote origo rerum, præcedit ortum, necesse est eam esse *simplicem*, *sine qualitate*, perpetuam. Si simplex non erit, perinde erit atque ea, quæ sunt ex eadem substantia : nec intererit quicquam inter ipsum initium et cætera, etiamsi antiquitas in tempore constituatur, quando etiam illa ex aliquo tempore sint quæ post initium sunt, et nullam esse differentiam, rationem non habet. Simplex ergo est rerum origo, nec habet qualitatem. Nam si detur ei qualitas, erit, opinor, compositum quiddam ex materia, et accidenti. Omnia quippe hujus generis sunt, quæ habent qualitatem, igitur sine qualitate.

CCCIV. *Æternum* quoque initium esse sic comprobatur. Nam si non æternum, ex aliquo tempore sit necesse est. Si hoc ita erit, causa quoque cur sit, præcedat ortum ejus necesse est. Ita erit initio aliquid antiquius. Sed hoc absurdum est, initium initii suspicari; æterna est igitur origo rerum, eademque immortalis. Nam si occidua, non deerit ei conditio interitus. Neque enim in simplex aliquid, neque in compositum dissolvetur. In simplex, ideo quod sola initia simplicia; ergo in se dissolvetur et recreabitur, potius quam interibit. Neque in compositum quidem. Continebitur enim ex compositis, ergo nec dissolvetur. Quippe omne compositum ex simplicium naturarum connexione subsistit. Nec vero in nihilum dissolvi potest, nec enim quidquam potest esse quod nihil est. Certe, ut ait Plato, initio perdito, nec ipsum ex aliquo quoquam, nec ex eodem aliud quidquam recreabitur. Quo pacto immortale rerum initium reperitur.

CCCV. Quia igitur, quod et cujusmodi sit initium, demonstravimus; consequens erit jam nunc considerare, utrum hoc ignis sit, an terra, an aliquid cæterorum, quæ dicuntur elementa. Arbitror quippe non recte horum quid initium putari; hæc enim minime simplicia, sed ex diversis materiis, naturisque, contexta sunt corpora. Initii porro simplicem esse naturam in superioribus constitit. His ita digestis, demonstrandum est, duo esse initia rerum, et hæc contraria sibi invicem. Sic quippe non solus Plato, sed antiquiores quoque omnes consentiunt : cum partim calorem, et frigus, initia constituunt; partim humorem, et siccitatem. Alius quidem consensum, et dissensionem; vel unum, et item multa : parque et impar, id est singularitatis dualitatisque naturam, ut Pythagoræ placuit. Quorum omnium sententiæ de contrarietate initiorum concinunt : sed utrum ea æterna, an temporaria, et an corporeæ, an incorporeæ molis, dissentiunt : quorum alterum ut faciens, alterum ut patiens. Oportet porro initia nec ex aliis ullis rebus originem trahere, nec ex se invicem constare, quin potius omnia ex iisdem substantiam mutuari. Quod igitur faciens diximus, Deus est; quod vero, ut patiens, silva corporea. Sed quia id quod facit aliquid, ad exemplum aliquod respiciens operatur : tertiæ quoque originis intellecta est necessitas. Sunt igitur initia *Deus et Silva et Exemplum*, et est Deus quidem, origo primaria moliens, et posita in actu; Silva vero, ex qua prima fit quod giguitur.

CCCVI. Nunc jam de silva tractabitur, quam originem esse rerum consentiunt Pythagorei, Platonici, Stoici. Nomen vero dederunt auditores Platonis. Ipse enim nunquam silvæ nomen ascripsit, sed aliis multis, ad declarationem naturæ ejus convenientibus, nuncupamentis usus est, cum animis nostris intimare vellet intellectum ejus utcunque, vel ex natura propria rei, vel ex passionibus, commotionibusque animorum nostrorum. Ex natura quidem propria *primam materiam* nuncupans, et item simile quiddam mollis cedentisque materiæ, in

quam imprimuntur signacula rerum, et *receptaculum*, et interdum *matrem* atque *nutriculam totius generationis*. Ex passione vero audientium, cum dicit *adulterino quodam intellectu recordandum, et contiguum sine tangentium sensu*. Omnibus vero supra memoratis communiter placet silvam esse mutabilem totam et conversibilem : sed conversionem mutationemque ejus diverse interpretantur. Namque alii putant ex sua propria ratione converti et sumere qualitates, cum ex conversione nihil accidat præter variam qualitatem. Quam quidem qualitatem nihilominus esse silvam in alio atque alio habitu. Nobis autem nequaquam placet eandem silvam esse et qualitatem : quippe quarum altera sit quasi quædam subjecta materia, altera accidens quid eidem materiæ. Quæ causa est cur silva patibilis esse probetur; quippe quæ suscipiat diversas qualitates ex immutatione.

CCCVII. Fit porro conversio juxta silvam, non ipsa silva perpetiente mutationem, sed earum, quæ sunt in eadem, et continentur ab ea, qualitatum. Quippe si ipsa mutabitur, in aliud quiddam convertatur necesse est, ac desinet esse silva, quod ratione certe caret. Namque ut cera, quæ transfigurata in multas diversasque formas non ipsa vertitur, sed figuræ, ipsa in propria natura perseverante, cum figuræ non sint quod cera est : sic opinor silvam quoque, formis figurisque variatam, cum de sua conditione minime recedat, recte patibilem dici.

CCCVIII. Etiam hoc communiter ab omnibus pronuntiatur, silvam sine qualitate esse, ac sine figura et sine specie; non quod sine his unquam esse possit, sed quod hæc ex propria natura non habeat, nec possideat potius quam comitetur species et qualitates. Denique si mentis consideratione volumus ei hæc adimere, sine quibus non est, possumus ei non effectu, sed possibilitate, horum omnium possessionem dare. Possibilitas autem gemina ratione intelligitur. Una, ut cum dicimus in semine omnem totius corporis perfecti rationem intus latere, semenque possibilitate animal esse. Altera, quod rationem quidem in se futuræ generationis nondum habet; sed quia tale est natura, ut extrinsecus accipere possit rationes formarum, et qualitatum; possibilitate dicimus esse quod nondum est, ut æris, ceræve, massa informis est, antequam ex arte recipiat formas.

CCCIX. Quare si intra silvam ratio formarum et qualitatum latet, ut Stoicis videtur, abundat opificis moderatio. Sed opinor silvæ opificem necessarium, sicut ipsi etiam Stoici sanciunt. Opifex igitur silvæ ut æris informitati, ceræque, formas insigniet, atque ita conflabit necessariam dogmatis rationem.

CCCX. Nihilominus de æternitate etiam silvæ consentiunt perpetuam esse censentes quando sit arx et origo rerum : sed utrum limitata, id est, determinata, nequaquam consentiunt, quando determinatum magnitudinem quoque habeat necesse est. Magnitudo autem est lineæ, vel superficiei, vel corporis, quæ cuncta proprias figuras habent, sive plana sint, seu solida. Figura porro species qualitatis est. Quare si est limitata silva, qualitate prædita, et figuræ compos erit per semetipsam, quæ informis, et qualitate carens evidenter ostensa est. Ergo infinita quoque, et minime determinata. Infinita porro, non ut quæ immense, lateque, et insuperabiliter, porrecta sunt; sed ut quæ possunt aliquo limite circumiri, nec tamen adhuc mentis consideratione vallata. Atque ut sine qualitate, sine figura quoque dicimus, sic etiam infinitam, velut nondum ante exornationem, dumque adhuc silva est, fine circumdatam.

CCCXI. Eademque nec incrementum, nec imminutionem pati dicitur. Merito. Fiat enim, ut ex nihilo subsistat aliquid, et dissolvatur in nihilum, quod fieri non potest. Quippe quod augetur, accessu magnitudinis crescit; et præter ipsam silvam nihil esse arbitror, ex quo fiat accessio, vel in quod id, quod de silva defluit, inanita silva minuatur.

CCCXII. Sunt qui censent eam fundi, et item contrahi. Sed neque funditur quid sine humore, nec contrahitur sine replicatione. Utrumque autem hoc non caret qualitate; at silva caret qualitate. Neque igitur ut fusilis materia porrigitur, nec contrahitur ut replicabilis.

CCCXIII. Sunt item qui putent, infinitæ sectionis patibilem silvam; sed omne, quod secatur, compositum minimeque simplex erit, et in aliquo spatio, quod est proprium quantitatis : ergo silva minime secabitur. Caret enim quantitate, perinde ut qualitate, quamvis qualitatem quantitatemque comitetur. Sin vero, quia corpora qualitatibus et quantitatibus prædita, quæ ab ea continentur, secari queunt, ipsam quoque secari cum iisdem una fingamus; non erit omnino abhorrens a ratione, vel inconveniens, præsumptio.

CCCXIV. Recta igitur nostra est opinio, neque ignem, neque terram, neque aquam, nec spiritum, esse silvam; sed materiam principalem, et corporis primam subjectionem, in qua non qualitas, non quantitas, non figura, non forma sit ex propria natura : sed virtute opificis hæc ei conjuncta et connexa sint, ut ex his universo corpori et singillatim perfectio, et communiter varietas comparetur.

CCCXV. Quod vero sit universi corporis fomes et prima subjectio, facile probatur ex elementorum in se conversione mutua, et ex qualitatum inconstanti mutatione. Etenim terra duas habet proprias qualitates, frigus, et siccitatem. Perinde enim tractemus ad præsens, quasi terra ex aliqua parte in aliud aliquod convertatur elementum. Similiter aqua in duabus qualitatibus invenitur, humoris videlicet, et frigoris. Et est propria qualitas terræ quidem siccitas, aquæ vero humor : communis vero utriusque natura frigoris. Cum igitur terra lafe fusa convertetur aliquatenus in aquam, tunc siccitas quidem ejus mutata erit in humorem, frigus vero, quod commune est, perseverat in statu proprio : quia neque etiam tunc est in terra, nec jam in aqua. In terra quidem propterea, quia, quod

conversum est, desinit esse terra. Nec vero in aqua; dum enim mutatur adhuc, et convertitur, neque plene mutatum, neque perfecte conversum est, ut jam in aquæ materiam migrarit. Superest igitur, ut sit uspiam frigus. Nec enim potest esse sine eo, in quo est: hoc porro nihil esse aliud quam silvam, ratio testatur.

CCCXVI. Rursum dicimus, aera duas qualitates habere, calorem, et humorem. Constitit autem, aquam quoque in duabus qualitatibus inveniri, humoris, et frigoris. Erunt ergo et horum propria, quæ videntur contraria, aquæ quidem frigus, aeris vero calor; sed communis his humor. Cum igitur, resoluta in vapores aqua, aeri, quod ex aqua conversum fluxit, quæritur ac vindicatur, tunc, opinor, frigus quidem ad calorem transitum facit; humor porro communis manet, neque in aeris, neque in aquæ gremio. Esse tamen eum uspiam necesse est. Erit igitur in silva. Eodemque modo ignis duæ sunt qualitates, siccitas et calor. Aeris vero, ut supra comprehensum est, calor et humor. Ergo etiam et horum communis qualitas in calore. Ignis item propria siccitas, aeris humor. Ignito igitur aere, et aliquatenus converso in naturam ignis, humor quidem ad siccitatem facit transitum, calor autem, communis qualitas, neque in igne, neque in aere residebit. Nec vero nusquam erit. Manebit igitur in silva. Ex quo perspicuum est, quod in illa corporum mutua permutatione invenitur silva antiquissima, et principalis subjectio: perinde ut cera mollis, in qua imprimuntur signacula, aut eorum, quæ generantur, commune omnium receptaculum.

CCCXVII. Quibus ita decursis, sequitur ut, an corpus silva sit, consideremus. Neque corpus neque incorporeum quiddam, posse dici simpliciter puto; sed tam corpus quam incorporeum, possibilitate. Quippe quod proprie dicitur corpus, ex silva constat, et qualitate. Silva autem nequaquam ex silva constat, et qualitate: minime ergo corpus est. Deinde, nullum corpus sine qualitate: silva autem per se sine qualitate: non igitur corpus est. Quid? quod omne corpus habet figuram, et sylvæ juxta naturam suam nulla figura est? non ergo corpus. Deinde, omne corpus finitum ac determinatum est: silva autem infinita, et minime determinata, non ergo corpus. Item omne genus corporis sub categoricam redigitur appellationem. Dicimus enim corporis *essentiam*, utpote quod diversis temporibus contrarias sustineat passiones, et in quo alterum ex duobus contrariis inveniatur necesse est. Idem hoc dicimus *quantitatem*, cum est perfectum longitudinis, latitudinis, soliditatisque consortio. Nihilominus corpus *quale*, et qualitate præditum, nuncupamus. Idem hoc ad aliud corpus comparantes majus esse dicimus, aut minus, vel æquale, quam comparationem Græci vocant πρός τι. Quippe majus sine comparatione minoris, et æquale sine comparatione alterius æqualis, intelligi non potest. Cæteramque significationem de categoriis mutuamur. At enim silvæ detrahimus hæc omnia, quando passionem quoque ipsam, quæ propria ejus videtur, adimimus; ideo quod nunquam ex propria conditione desciscat, sed aliis, id est corporibus, intra eam perpetientibus, illa consors perpessionis putetur. Denique passio ejusmodi est, ut ipsa quidem in nihil aliud convertatur; sed quia recipit ea, quæ mutantur, pati aliquid putatur. Denique ut Deus, qui primitus operatur, ac facit, neque genus est, neque ulli subjacet generi, sic etiam, quod primitus patitur, id est, silva, origo altera, neque genus est, neque ulli subjacet generi. Quapropter cum sit origo, nihil antiquius ea, mente concipiendum est. Quæ cum ita sint, corpus sentitur, silva sensilis non est. Silva igitur non erit corpus. Eodemque modo silva simplex res est et incomposita, corpus neque simplex et compositum: minime igitur silva corporea.

CCCXVIII. Dico eandem hanc ne incorpoream quidem, quia quidquid incorporeum est, nullam conditionem corporis patitur: nec corpus unquam fieri potest. At vero silva formata qualitatibus, quantitatibus etiam, figurisque, et omni cultu convenustata corpus mundusque facta est effectu opificis atque operatione: igitur ne incorporea quidem. Deinde, si corpus est, sensile est. At enim sensile non est; ne corpus quidem igitur erit. Si autem incorporeum quiddam erit silva, intelligibilis ejus natura est. At intelligibilis non est, ne incorporea quidem. Recte igitur simpliciter eam et ex natura sua, neque corpoream, neque incorpoream cognominamus, sed possibilitate corpus, et item possibilitate non corpus.

CCCXIX. Jam cum omnia, quæ propositum erat recensere, perspicaci consideratione decursa sint juxta Platonici dogmatis auctoritatem: superest reditum fieri ad orationis ipsius explanationem. Ait ergo:

Τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸ ὑπολητέον;

Quam igitur ejus vim, quamve esse naturam putandum?

Vim nunc appellat opportunitatem silvæ vultus induendi. Etenim tam vultus, quam qualitates varias, nec non quantitates habet, non effectu, sed possibilitate, ob inconstantem eorum mutuam ex alio in aliud conversionem. *Naturam* vero substantiam ejus significat. Recteque etiam *putandum*. Non enim possumus certa aliqua comprehensione, vel ex sensu cognita, vel ex ratione intellecta, de veritate ejus præsumere. Quippe ut somnium quo magis contrectare cupimus, hoc impensius imago effugit.

Πάσης οἶμαι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὸ οἷον τιθήνην.

Opinor, inquit, *omnium quæ gignuntur receptaculum est et quasi quædam nutricula.*

Omnia, quæ gignuntur, et ex aliquo tempore sint necesse est. Sunt igitur mortalia immortalium, vereque exsistentium, simulacra, et imagines. Accipiunt autem substantiam in silva, propterea que et ipsa illic apparent, et silvæ nobis injiciunt recordationem. Quam quidem *receptaculum* eorum appellat, quia non ex gremio silvæ

generatæ species florescunt, ut putant Stoici, sed extrinsecus obveniunt, ut in ceram signacula. Nutriculam vero ideo quod alienos fœtus velut propriis humeris velut. Quippe nihil his præbet amplius præter subjectionem.

Εἴρηται μὲν οὖν τἀληθές, δεῖ δ' ἐναργέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ.

CCCXX. Deinde progreditur. *Atque hoc, quod de ea dicitur, verum est quidem, et dicendum videtur apertius.*

Quia non statim, quæ vere dicuntur, aperte etiam manifesteque dicuntur. Multæ quippe sunt orationes veræ quidem, sed obscuræ. Nascitur quippe obscuritas vel dicentis nonnunquam voluntate, vel audientis vitio, vel ex natura rei, de qua tractatur. Juxta dicentem fit obscuritas, cum vel studio dataque opera dogma suum velat auctor, ut fecerunt Aristoteles et Heraclitus, vel imbecillitate sermonis. Juxta audientem vero, vel cum inaudita et insolita dicuntur : vel cum is, qui audit, pigriore ingenio est ad intelligendum. Juxta rem porro, cum talis erit, qualis hæc ipsa est de qua sermo nunc nobis est, ut neque ullo sensu contingi, neque intellectu comprehendi queat; utpote carens forma, sine qualitate, sine fine. Sed quid? neque Timæus, qui disserit, instabilis orator, nec audientes tardi. Restat ut res ipsa difficilis et obscura sit. Nec silva quidquam difficilius ad explanandum. Ergo cuncta, quæ de natura ejus dicta sunt, mera prædita veritate sunt; nec tamen aperte dilucideque intimata. Denique præstat causam difficultatis, quum ita dicit :

Χαλεπὸν δὲ ἄλλως τε καὶ διότι προαπορηθῆναι περὶ πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς ἀναγκαίων τούτου χάριν· τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως ὥστε τινὶ πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρήσασθαι λόγῳ χαλεπόν.

Est tamen arduum eo magis, quod præconfundi mentis aciem necesse est et æstuare tam de igni quam de cæteris materiis; quid magis aquam jure aquam dici putarique oporteat, quam terram : cum nulla sit certa et stabilis proprietas corporum, quæ cujusque indicet naturalem proprietatem.

Initium quæstionis arripit ex reciproca de alio in aliud elementorum conversione.

Πρῶτον μὲν ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον, ὡς δοκοῦμεν, λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν.

CCCXXI. *Principio ut de aqua, cujus modo*, inquit, *fecimus mentionem, ordiamur, cum astringitur in glaciem, certe saxum terrenæque soliditatis corpus minimeque fusile apparet.*

Acriter et nimium vigilanter *apparet*. Quippe non in sua propria natura perseverans aqua solidatur, et fit terra; siquidem est humida, sed quod ea quæ subjacet, videlicet silva, contrariam naturam, hoc est siccitatem, suscipiens, fit ex conversione terra, mutato repente habitu : mutataque conditione apparens quod non erat. Sed aquam in saxum solidari dicit, quia in glacialibus et gelidis locis aqua diu constricta mutatur in saxum, quod crystallus vocatur ab Alpinis gentibus montium Rhæticorum. Est quoque in Asia Tripolis civitas, aquis immensum calentibus vaporata, quæ cum missa in formulas diversas obriguerit, formatur in uvarum, pomorum aliorumque figuras. Idem, quomodo hæc fiant, deinceps dicturus erit.

CCCXXII. Nunc exsequitur quod aggressus est, et quia conversam aquam fieri terram dixerat.

Τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ.

Hanc eandem aquam, demum tenuatam in vapores, aeremque misceri subtilitati docet. Rursumque ambustum aera converti in ignem.

Deinde gyris seu anfractibus genituram eorum conversionemque procedere admonet :

Ἀνάπαλιν δὲ πῦρ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος, καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις.

Cum ignis, a propria subtilitate discedens, conditionem aeris accipit : qui densatus primo quidem nebulas nubesque operatur, post soluta et liquefacta sagina in pluvias diffluit. Ex aqua rursum soliditas et saxa subsistunt.

Igitur secundum hanc orbitam, rationemque ejus circuitus, terra quoque videtur in alia elementa mutari. Si enim sola non convertitur, ad postremum omnia terra fient. Siquidem cætera in ipsam convertentur, ipsa autem in nihil eorum habebit conversionem. Sed quia probatio consistit in visu, et nunquam visa est terra in aquam aliamve quam materiam converti, idcirco abstinuit, ac refugit terrenæ immutationis assertionem, ne pugnare adversum sensus videretur.

CCCXXIII. Sumpsit tamen, quo perfectius tractaret de mutua elementorum ex alio in aliud conversione. Ait enim :

Κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν· οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ἑκάστων φανταζομένων, ποῖον αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο παγίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί τις ἑαυτόν; οὐκ ἔστιν.

Atque ita circuitu quodam vires fomentaque generationis corporibus invicem sibi mutuantibus, nec in una eademque forma perseverantibus, quæ tandem erit certa eorum et a cunctatione semota comprehensio? Nulla certe.

Merito. Fingamus enim esse hunc ignem sincerum, et sine ullius materiæ permixtione, ut putat Heraclitus; vel aquam, ut Thales; vel aera, ut Anaximenes; hæc, inquit, si semper eadem, et immutabilia censeamus; multos, et inextricabiles, incurremus errores. Quare non oportet facile de hujuscemodi naturis accommodare consensum; nec, si verisimile quid videbitur, statim habere pro certo. Quid igitur est, quod errore nos liberet? Quoniam est essentia est etiam qualitas; et hæc diversa sunt. Nam

essentia quidem alicujus rei substantia est; qualitas autem, quæ rebus substantiam habentibus contingit ac provenit. Si observemus, ut semper, quoties naturam istam penitus introspicimus, partemque aliam ejus videmus delicere a se, et in aliam materiam migrare, ut puta ignem, non ut constans aliquid, et semper idem, certa pronominis appellatione monstremus, dicentes *hoc*, vel *illud*; hæc quippe pronomina sunt essentiæ signa, sed illo magis utamur in demonstratione, quod est proprium qualitatis; dicamusque non *hoc*, sed potius *tale*; nec *illud*, sed potius *illiusmodi*, vel *hujusmodi*. Neque enim ignis quam patitur immutationem jactura est essentiæ, sed qualitatis. Cum ignis fit aer, transit in diversam, contrariamve, materiam. Certum est siquidem, essentiam nihil in se sibi habere contrarium, sed potius circa eandem essentiam res versari contrarias. Itaque conversio, commutatioque, fit non essentiæ, sed qualitatis, in qua et diversitas, et contrarietas, invenitur. Eadem ratio est cæterorum quoque elementorum. Quippe nihil eorum habet essentiam propriam, et nos præsumimus ex consuetudine uti demonstratione pronominum eorum quæ sunt essentiæ, cum qualitati accommodatis pronominibus utendum potius sit. Semper enim, et sine intermissione ullius temporis, fluunt hæc quatuor corpora; priusque ex conversione mutantur, quam erunt cognominata : more torrentis, irrefrenabili quodam impetu proruentis.

Ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτε ἄλλῃ γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ, μηδὲ ὕδωρ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἀεί.

CCCXXIV. *Itaque*, inquit, *ignis iste, qui velut exsudans in aereas auras dissolvitur, cum instabilis mutabilisque sit, nec habeat perpetuam proprietatem, non est ignis censendus, sed igneum quiddam. Nec, quæ exhalatis vaporibus in auras aqua vertitur, humor est nuncupanda, sed humidum quid.*

Cætera similiter. Et exsequitur :

Ἐν ᾧ δὲ ἐγγιγνόμενα ἀεὶ ἕκαστα αὐτῶν φαντάζεται καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκεῖνο αὖ προσαγορεύειν τῷ τε τοῦτο καὶ τῷ τόδε προσχρωμένους ὀνόματι.

At vero id, in quo fieri videntur hæc cuncta singillatim, et demum dissolvi, pereuntiaque ad alias transire formas. Silvam scilicet *solum illud appellandum puto certo pronomine : recteque de eo dici posse* hoc *vel* illud.

Merito. Sola enim hæc, ut cujus nulla qualitas sit, nullaque forma, nec in contrarias qualitates, nec in diversas formas, patitur conversionem : et quia semper eadem manet, certo nomine appellari firme potest. Atque ut omne nubilum naturalis discuteret obscuritatis, adhibito splendore illustris exempli, jubet concipere animo et infigere cogitationi,

Εἰ γὰρ πάντα τις σχήματα πλάσας ἐκ χρυσοῦ μηδὲν μεταπλάττων παύσαιτο ἕκαστα εἰς ἅπαντα.

Opificem ex uno eodemque auro innumeras sine intermissione formantem figuras,

modo pyramidis, et ex ea mox octaedri, dictoque citius icosaedri, et item cubi species cæteras, id est, triangulorum quadratorum hemicycli circuli.

Δειχνύντος δή τινος αὐτῶν ἐν καὶ προσερομένου, τί ποτ' ἐστί, μακρῷ πρὸς ἀλήθειαν ἀσφαλέστατον εἰπεῖν ὅτι χρυσός, τὸ δὲ τρίγωνον ὅσα τε ἄλλα σχήματα ἐνεγίγνετο, μηδέποτε λέγειν ταῦτα ὡς ὄντα, ἃ γε μεταξὺ τιθεμένου μεταπίπτει.

Tunc si quis electa qualibet figura quærat quid illud sit; aurum esse responderi oportere censet, nec si pyramidem esse responsum sit; illa in aliam figuram mox, et inter ipsa verba responsionis, migrante, qui sic responderit, mentiatur.

Eodem igitur modo nec ignem, qui est pyramoides, ignem esse respondebimus, sed vel ignitam silvæ partem, vel igneam qualitatem, nec octaedrum spirabilem silvam, nec icosaedrum, nec cubum, sed humectam hanc, terrenam illam, silvæ soliditatem.

CCCXXV. Nec vero putandum est, agere nunc Platonem de nominum proprietate, quin potius dare operam, ut assuescamus sinceram silvam quæ concursu variorum corporum tegitur, ab eorundem corporum permixtione, sollertia mentis distinguere. Ait enim :

Ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως· ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον. Ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τὸ παράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. Δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς.

Eadem et consimilis ratio, difficultasque in ea, quæ cunctas recipit corporum formas, reperitur. Hæc quippe minime recedit ex conditione propria. Recipit enim cuncta, nec ullam de hisce trahit formam.

Ergo formata quidem sunt corpora; silva sine forma. *Cumque intra gremium ejus formentur*, inquit, *quæ recipiuntur.* Consequenter supradictis dixit : quæ recipiuntur. Omnium quippe eam corporum appellaverat receptaculum. Ipsa informis manet, estque usus ejus molli cedentique materiæ similis, in qua imprimuntur varia signacula. Perspicuum est aliqua esse mollia corpora, quæ cedentia variorum simulacrorum impressionibus, recepta diu conservent imposita signacula, ut si ceram quis vel plumbum, vel argentum consignet undique, erit tunc in silvæ vicem cera informis, et habebit innumeras formas, non suas, sed aliunde adhibitas sibi. Ratione igitur, et recte, usui silvæ corporeæ, quæ consignata est undique corporum formis, natura mollis cedentisque materiæ comparatur.

CCCXXVI. Sed de cera quidem etiam in Theæteto locutus est, cum diversæ hominum memoriæ, tenacioris et labidæ causas exprimeret. Ait esse in hominum ingeniis vim quandam ceræ simillimam, quæ faciat et acutos ad intelligendum, et celeres ad ediscendum, et eosdem subinde obliviosos. Item alios quidem tardos ad ediscendum, verum jugiter memores. Quosdam ita ingeniatos ut cito discant, et diu memoria vigeant. Nam quorum in animo

Illa similitudo, quam Homerum dicit cognominasse χάρ ψυχάς, fluxior solutiorque erit, facile quidem discunt, sed cito amittunt, obsoletis ob nimiam remissionem ceræ signaculis. Contra ingenii mentisque durior cera vix recipit formas quæ imprimuntur : sed si unquam receperit, diu conservat operose impressas figuras, utpote stabili materia locatas. Tertia divinæ felicitatis concretio, cum ceræ similitudo sic solida est, ut neque respuat formas, nec renitatur adversum impressionem signaculorum, nec ita fluxa recipiat sede, ut incertæ minimeque visibiles impressiones sint.

CCCXXVII. Nunc quoniam informem esse, ac sine qualitate, silvam manifestaverat, immobilem quoque curat ostendere, asserens *moveri* eam, *conformarique*, *ab introeuntibus* multimodis, cum ipsa ita ut formæ sic motus quoque sit expers, *sed a speciebus formam habentibus vel motum, varie diverseque formari.* Manet ergo hæc in tali fortuna et conditione semper. Archetypum quoque exemplum manet in substantia propria. Idea scilicet cujusque exsistentis rei natæ : similiter ut Deus opifex per ævum manet. Sed archetyporum exemplorum simulacra, quæ silvæ obveniunt, non permanent; namque assidue, ac sine intermissione, mutantur, mortis nascendique perpetua successione, ob inexcusabilem naturæ cujusdam necessitatem. Quamobrem dicta est a Platone silva *posita esse ad recipienda rerum signacula.* Præclare, *posita* : quia cum sit natura immobilis, ingredientium, formantiumque eam, specierum commeatu movetur, et easdem invicem movet species, ut progrediens docebit. Recte itaque, cum eadem sit semper, et immutabilis, *videtur tamen*, inquit, *ob specierum multiformium cœtum dispariles induere formas. At vero quæ obveniunt silvæ species, et in ea dissolvuntur, ac pereunt, æternarum atque immortalium specierum simulacra sunt*, earum videlicet, quas Ideas vocamus, *formanturque ab iisdem miro quodam modo*, juxta memorati videlicet exempli consignationem. *Miro* autem *modo* propterea, quod difficile, atque inexplicabile, est mente concipere, quatenus ex idearum sinceritate nativis vera rebus similitudo proveniat : utrum perinde ut mollibus materiis signacula, sicut supra dictum est, an ut cum de exemplo lineamenta in materias tractabiles transferuntur, quod in pictoria, et item fictoria, fieri videmus.

CCCXXVIII. Quare differt ad præsens tractatum hunc, suo reservans loco, ac tempori; ac distinguit intellectum, temperata animi conceptione tali, ut *tria genera* nobis occurrant. Genera nunc improprie appellans : neque enim silva, nec vero *exemplum* genera sunt, sed ut appellatio generum significet primas substantias. *Illud quidem*, inquit, *quod fit, et quod gignitur*, generata videlicet species, quæ in silva substitit, et ibidem dissolvitur. Item aliud *in quo gignitur. In quo*, est ipsa silva. In hac quippe species dissolubiles substantiam sortiuntur. Tertium præterea, *ex quo similitudinem trahit mutaturque quod gignitur*, idea scilicet, quæ exemplum est rerum omnium, quas natura progenuit, hoc est eorum, quæ silvæ quasi quodam gremio continentur, exemplorum imagines esse dicuntur. Deinde evidenti quadam comparatione, atque exemplo, quæstionem revelat. Comparat enim, quod percipit in se species, *matri*, videlicet silvæ. Hæc enim recipit a natura proditas species. Illud vero, ex quo similitudo commeat, *patri*, hoc est Ideæ. Hujus enim similitudinem memoratæ species mutuantur. Quod vero ex his duobus est, *proli*, generatæ scilicet speciei. Est enim hæc posita inter naturam vere exsistentem, constantem, eandemque semper, nimirum Ideam, quæ intellectus Dei æterni est æternus : et inter eam naturam, quæ est quidem, sed non eadem semper, id est silvam. Quippe hæc, natura sua nihil est eorum quæ sunt, cum sint æterna. Ergo quod inter has duas naturas positum est, vere exsistens non est. Cum enim sit imago vere exsistentis rei, videtur esse aliquatenus. Quia vero non perseverat, patiturque immutationem sui : non est exsistens vere, ut sunt exempla. Illa quippe exempla rata, et immutabili constantia vigent. Erunt igitur tria hæc, quod semper est, quod semper non est, deinde quod non semper est. Nec vero moveri quemquam oportet, si exempla exemplis non usquequaque similia videbuntur. Comparatio enim juxta similitudinem instituitur, quæ similitudo parilitatis disparilitatisque concretio est. Quare si quid in hujusmodi rebus perfunctoriam similitudinem habere invenietur, amplecti nos oportet, intellectus manifestationisque causa.

Νοῆσαί τε ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματος ἔσεσθαι μέλλοντος ἰδεῖν ποικίλου πάσας ποικιλίας, τοῦτ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἑνίσταται, γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον εὖ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τῶν ἰδεῶν ὅσας μέλλοι δέχεσθαι ποθεν.

CCCXXIX. Deinde ait, *fieri non posse, ut una exsistat facies, quæ omnes rerum omnium formas vultusque contineat, variaque universi corporis undique ora demonstret, nisi subjecto prius informi aliquo corporum gremio (perinde ut quæ in picturis substernitur infectio decolor ad colorum lumina subvehenda).*

Nunc præstat causas, cur necesse fuerit, silvam esse inopem qualitatis. Etenim si erit aliquod opus futurum, cui nihil desit ad perfectam atque integram pulchritudinem, præbitum esse debet exemplum juxta quod fit, nec tantum opifex optimus, et præstantissimus; sed etiam ipsa silva, atque materies, ex qua illud opus fieri necesse est. Erit porro materia idonea, si habebit opportunitatem, facilitatemque formabilem, habebit autem, si erit pura et qualitate omni carens. Quippe si habebit propriam qualitatem, erit impedimento cæteris qualitatibus genuina qualitas. Maxime igitur si erunt variæ, multiplicesque insigniendæ, nec multiplices modo, sed omnes etiam formæ, ac figuræ. Igitur quia omnes silva recipit figuras, omnes quoque colores, et cæteras, quotquot sunt, qualitates; nihil autem horum habet ipsa ex natura sua : jure eam modo *infor-*

mem, modo minime *figuratam*, interdum *sine qualitate* cognominat, non quod habuerit hæc unquam, et amiserit, sed ut quæ potuerit habere : utpote natura prædita splendoris atque ornatus capacitate; quemadmodum appellatur informe saxum, cui nondum accesserit ex artificio forma, formari tamen possit.

CCCXXX. Et concludit, asserens omne, quod bene, atque affabre, recepturum erit formas, informe esse debere, purumque ab iis omnibus, quæ erit recepturum, hoc est, sine figura, et sine colore, odore etiam, et cæteris, quæ corporis naturam sequuntur.

Ὅμοιον γὰρ ὂν τῶν ἐπεισιόντων τινὶ τὰ τῆς ἐναντίας τά τε τῆς τὸ παράπαν ἄλλης φύσεως, ὁπότ' ἔλθοι, δεχόμενον κακῶς ἂν ἀφομοιοῖ, τὴν αὑτοῦ παραμφαῖνον ὄψιν.

Etenim si erit, inquit, *alicujus eorum, quæ in se recipit, simile receptaculum; quidquid obveniet dissimile his, quibus simile est, discordabit, opinor, vultu, nullamque exprimet similitudinem.*

Quod dicit tale est. Si aqua sit universæ rei silva, sive substantia, ut Thales censet, habebit certe qualitates, naturæ suæ proprias, quæ nunquam ab ea recedent. Sed si necesse sit, eam a natura sua declinare aliquatenus, et ignescere, suscipiet certe rursum igneas qualitates. Humecta, et ignea, contrariæ sibi sunt. Quippe alterius humor et frigus propria sunt; alterius, siccitas et calor. Hæc igitur, inquit, diversa sibi, et repugnantia, non patientur alterius sinceram exprimi qualitatem, cum calor quidem frigus impugnet, siccitas demum interimat humorem. Vel, ut alio utamur exemplo, si sit aliquid candidum, ut psimmythion, deinde oporteat hoc transferri in alium colorem, vel diversum, ut ruborem, sive pallorem : vel contrarium, ut atrum; tunc candor non patietur introeuntes colores sinceros perseverare : sed permixtione sui faciet interpolatos.

CCCXXXI. Quid igitur sibi vult, dicet aliquis, ista divisio diversorum colorum, et item contrariorum? Quia contraria sunt ea quæ a se plurimum distant, licet sint generis ejusdem, ut puta candor, et item nigredo, quorum genus unum est, quod vocatur color. Sed hæc duo plurimum a se distant. Candido enim minimum distat quod dicitur pallidum, aliquanto plus quod appellatur rubrum, hoc amplius cyaneus color : plurimum vero nigredo. Ideoque candidum et item nigrum non diversa sunt, sed contraria, quia intercapedo prolixior. Ergo contraria separata quidem a se sunt magna quadam separatione, nec tamen aliena sunt omnino. Facit enim ea veluti cognata, et consanguinea, genus suum, quod colorem esse prædiximus. Natura vero omnino distant ea, quæ diversa dicuntur; ut candor, et dulcedo : nigredoque, et odor. Illorum quippe genus color, horum succus et vapor : propterea que diversis sensibus comprehenduntur. Ut igitur ea, quæ subjacet his omnibus silva, possit horum facies sinceras, minimeque interpolatas, ostendere, ipsam necesse est nullas qualitates habere.

CCCXXXII. Id ipsum quod generaliter asseverat, nunc specialiter vult probare, positis exemplis in usu frequenti.

Καθάπερ περὶ τὰ ἀλείμματα, ὁπόσα εὐώδη, τέχνῃ μηχανῶνται πρῶτον τοῦτ' αὐτὸ ὑπάρχον, ποιοῦσιν ὅτι μάλιστα ἀνώδη τὰ διξόμενα ὑγρὰ τὰς ὀσμάς· ὅσοι τε ἐν τισι τῶν μαλαχῶν σχήματα ἀπομάττειν ἐπιχειροῦσι, τὸ παράπαν σχῆμα οὐδὲν ἐνδηλον ὑπάρχειν εἰῶσι, προομαλύναντες δὲ ὅτι λειότατον ἀπεργάζονται. Ταὐτὸν οὖν καὶ τῷ τὰ τῶν πάντων ἀεί τε ὄντων κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ πολλάκις ἀφομοιώματα καλῶς μέλλοντι δέχεσθαι πάντων ἐκτὸς αὐτῷ προσήκει περυκέναι τῶν εἰδῶν.

Ut qui odora pigmenta conficiunt, non patiuntur esse odoris naturalis ac proprii, quod condiunt; quo meracos sinceros que suscipiat succos odoraminum. Vascularii quoque argento informi signa impressuri, lævigant prius superficiem, ut figuræ sinceræ imprimantur molli cedentique materiæ. Ita, inquit, *illa etiam, quæ omnium specierum formas receptura erat, pura et sine qualitatibus debuit apparari.*

Factum vero generatumque et visibile animal vult intelligi sensilem mundum :

Διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν.

Matremque ejus et corporum receptaculum, silvam vocat, ob rationem supradictam; *sed neque terram hanc, neque aquam, nec ignem, vel aera recte existimari.*

Hæc quippe corpora esse; sed eam, quæ cuncta hæc ambiat,

Ἀλλ' ἀνόρατον εἰδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα.

Invisibilem speciem et informem esse capacitatem mira quadam et incomprehensibili ratione inter nullam et aliquam substantiam, nec plane sensilem, nec plane intelligibilem, positam.

CCCXXXIII. Hæc operosius in Parmenide, cum quæreret quatenus res exsistentes Idearum participarent similitudinem. Etenim est difficilis consideratio propter silvæ naturales tenebras, quippe quæ subterfugiat non modo sensus omnes, sed etiam rationis investigationem intellectusque indaginem. Sive enim per semetipsam et sine consortio corporum, quæ recipit, spectare curet, nihil esse propemodum videtur; sed cum illis confundetur, nec naturalem ostendet proprietatem. Estque inter sensum et rationem, neque plane sensile quid, nec omnino rationabile : sed motu animi comprehendenda tali, ut qui contigerit eam nihil sentiat, et qui rationem ejus animo exercuerit, *adulterina quadam ratione* assecutus esse videatur.

Καθ' ὅσον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων δυνατὸν ἐφικνεῖσθαι τῆς φύσεως αὐτοῦ, τῇδ' ἂν τις ὀρθότατα λέγοι, πῦρ μὲν ἑκάστοτε αὐτοῦ τὸ πεπυρωμένον μέρος φαίνεσθαι, τὸ δὲ ὑγρανθέν, ὕδωρ· γῆν δὲ καὶ ἀέρα, καθ' ὅσον ἂν μιμήματα τούτων δέχηται.

Solum ergo remedium assecutionis id erit, ut pute

mus ignem ejus esse partem, quæ ignita; aquam vero, quæ humecta est : similiter cætera.

CCCXXXIV. Quatenus igitur ista natura omnia decem, quæ sunt, genera complectitur, *essentia* est, opinor, cum eam species cœtu proprio esse ac videri aliquid effecerit, vel hominem vel equum, vel quid aliud ex animalibus, arboribus, stirpibus. *Qualitas* vero, cum aliquam percipit qualitatem, calefacta, vel colorata. *Quantitas*, cum corporum est augmentis imminutionibusque variata. *Ad aliquid*, cum erit in aliquo habitus, et comparatione, eminentia sua, vel humilitate, adversum ulterius eminentiam æstimata. *Ubi* autem, cum determinatur, et accipit aliquam figuram. Sic enim in aliquo esse loco putatur. *Qnando*, cum circumactio mundi incrementa ei temporis dederit. *Positio* porro, cum ordinaretur inter prima corpora, quæ dicuntur elementa, ratiocinantibus nobis, terram quidem in medietate mundi sitam, summum autem ignem, alto omnia undique capessentem. *Habere*, ut cum dicimus, mundum non solum anima, sed etiam ratione, atque intelligentia, præditum. *Facere* vero, cum eadem silva intra se movet species. *Pati*, cum invicem ipso speciebus se moventibus commovetur.

CCCXXXV. Deinde progreditur.

Ἆρ' ἔστι τι πῦρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ;

Estne aliquis ignis seorsum positus et incommunicabilis?

Nunc jam de his tractare incipit, volens ostendere quod intelligibilis illius ignis sensilis iste ignis simulacrum sit : similiter terra sensilis, imago quædam intelligibilis terræ. Sic etiam cæteræ species. Quodque hæc omnia, quæ videmus, aliarum specierum invisibilium *simulacra* sint : illa item horum invicem exempla. Oportet ergo nos etiam de *exemplari* breviter, quæ sunt dicenda, disserere. Atque ut de silva diximus, cum de ea tractatum haberemus, esse eam principaliter subjectam rerum naturalium generationi : sic etiam de exemplo dicendum, quod sit species principalis. Omnis quippe materia silvestris opifici subjacet, ut æs statuarum artifici, naupego item ligna. Sed hæc non primitus subjacent, quia sunt aliarum artium inventa : æs quidem metallicæ, ligna vero sectionis, sive putationis. His demum subest terra, terræ item silva, silvæ nihil. Unde recte principalis subjectio est cognominata. Eodem igitur modo etiam in exemplo, rerum gemina species consideratur, illa, qua exornata silva est, nihiloque minus alia species consideratur, ad cujus similitudinem illa species facta est, quæ silvæ tributa est; et est imposita quidem silvæ species secunda, prima autem illa, ad cujus hæc secunda similitudinem facta est.

CCCXXXVI. Sed nimirum fiet hoc manifestius in aliqua similitudine et comparatione consideratum. Ut enim in simulacro Capitolini Jovis est una species eboris; est item alia, quam Apollonius artifex auxit animo, ad quam directa mentis acie speciem eboris poliebat; harum autem duarum specierum altera erit antiquior : sic etiam species quæ silvam exornavit, secundæ dignitatis est. Illa vero alia, juxta quam secunda species absoluta est, principalis est species, de qua sermo habetur ad præsens. Rursum silvam dicebamus esse inopem qualitatis, dicebamus etiam principalem speciem, neque qualitate præditam, neque sine qualitate. Siquidem omne præditum qualitate, habeat in se qualitatem necesse est. At vero primaria species non est particeps qualitatis : deest enim natura, cui qualitas possit insidere. Minime igitur posita est in qualitate. Omnia enim carere dicuntur, quæ, cum natura talia sint ut habeant, non habent. Ut igitur non dicimus intrepidum lapidem, quia non est natura ejus hujusmodi, ut aliquid possit timere : sic ne primaria quidem species qualitate dicetur carere, quia et natura ejus aliena est a qualitate, atque ipsa aliis causa est cur prædita sint qualitate. Atque ut animam neque animatam dicimus, neque exanimem; animatam quidem ideo, quia anima animæ præsidio non eget : exanimem vero, quia ipsa causa est cæteris animalibus vitæ : sic silvam quoque neque silvestrem putamus, nec silva carere. Silvestrem quidem non dicimus, quia silvæ silva non est necessaria; carere autem silva ideo, quod omnia silvestria propter hanc sint materialia.

CCCXXXVII. Quæ cum ita sint, etiam de principali specie perinde sentiemus, ut neque qualitate præditam putemus, neque carentem qualitate. Rursum silva non dicebatur formata, sed nec informis. Formatum enim quidque compositum sit necesse est ex participante, et ex participabili, ut statua, in qua participat quidem æs, participatur vero impressa forma, quæ res est simplex, et incomposita. Propterea igitur, silva negatur esse formata, nec vero minime est formata. Nam propter hanc quoque alia omnia, quæ sunt formata impressione vultus, sunt. Est igitur principalis species, ut cum aliqua dicatur effigie : juxta nos quidem, qui intellectus compotes sumus, primum intelligibile; juxta Deum vero, perfectus intellectus Dei; juxta silvam, modus mensuraque rerum corporearum, atque silvestrium, juxta ipsam vero speciem, incorporea substantia, causaque eorum omnium, quæ ex ea similitudinem mutuantur, juxta mundum vero, exemplum sempiternum omnium, quæ natura progenuit. Atque ut conceptim dicatur, primaria species, quæ Idea, id est, substantia definitur carens corpore, colore, figura, sine tactu, intellectu tamen cum ratione comprehendenda, causaque omnium, quæ ex se similitudinem mutuantur.

CCCXXXVIII. Quod vero hæc sit ex æternitate, manifestat ipse cum dicit :

Εἰ μὲν νοῦς καὶ δόξα ἀληθὴς ἑστον δύο γένη, παντάπασιν εἶναι καθ' αὐτὰ ταῦτα, ἀναίσθητα ὑφ' ἡμῶν εἰδη, νοούμενα μόνον· εἰ δ' ὡς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει τὸ μηδέν, πάνθ' ὁπόσα αὖ διὰ τοῦ σώματος αἰσθανόμεθα, θετέον βεβαιότατα. Δύο δὴ λεκτέον ἐκεῖνω, διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομοίως τε ἔχετον. Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται. Καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἄλογον. Καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ

μεταπειστόν. Καὶ τοῦ μὲν πάντ' ἄνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι.

Si intellectus itemque vera opinio duæ res sunt : necesse est hæc ipsa per semet esse intellectu potius quam sensibus assequenda. Sin vero, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihil differt : omnia, quæ corpore sentimus, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicendum, propterea quod utraque magna differentia distent; quippe quorum alterum doctrina nobis insinuet, alterum persuasionis assumptio. Et alterum quidem semper cum ratione vera : porro sine ulla ratione alterum. Item alterum eorum nulla persuasione transducibile : alterum nutans incertumque semper et derivabile. Quid? quod rectæ opinionis omnis homo particeps : intellectus vero Dei proprius et paucorum admodum lectorum virorum.

Quadrifariam dividit intellectus opinionisque differentiam, cum docet alterum eorum, id est intellectum, provenire ex disciplina, alterum sola persuasione. Deinde cum asserit, alterum cum ratione vera, porro alterum sine rationis examine. Quid cum dicit, alterum eorum nulli persuasioni derivabile; et ad postremum, alterum eorum, id est opinio, in quemvis hominem cadat : intellectus vero Dei solius, et paucorum admodum sit examinatorum virorum? Quodsi horum tanta est differentia, eorum etiam, quæ comitantur altutrum, magnam necesse est esse distantiam. Sunt porro hæc intelligibile genus, et item opinabile. Unde recte pronuntiat,

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ὁμολογητέον ἓν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταὐτὰ εἶδος ἔχον, ἀγέννητον, καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν.

Unam esse speciem per semetipsam, sine ortu, sine occasu, neque quid in se recipientem, nec progredientem uspiam, invisibilem insensilemque.

Intellectus est species, quæ Idea dicitur. Est igitur exemplum. Nec vero, ut in superioribus dubitat; ne forte frustra præsumat esse intelligibilem speciem hanc, cujus sint imagines sensiles, eamque nihil aliud esse quam verba.

CCCXXXIX. Id tamen ipsum syllogisticis quoque rationibus explanare non dubitat, quippe cavens, ne vel inexaminatum quidquam relinquat, vel ad prolixum natura sua tractatum, minime pertinens ad quæstionem verborum agmen addat, omnem dubitationem syllogisticis compendiis dirimit ductu et via pergens ad syllogismum. Etenim inter intelligentem et item vere opinantem hoc interest; quod intelligens fidem rerum habet, rationis indagine comprehensam. Confirmata porro ratio fit intellectus, cujus scientia est, eademque sapientia. Itaque intelligens, ut qui recte sciat quod intelligit, neque verisimilibus persuasionibus inductus mutat sententiam; et potest, ut scius, præstare rationem rei comprehensæ. At vero, qui vere opinatur, ut qui sola mentis elegantia nitatur, sine ratione, ac disciplina, neque rationem, cur ita opinetur, præstare potest, et falsis aliquando persuasionibus captus mutat sententiam, nutans, et ambiguus, ut quem nulla stabilis ratio sustentet. Itaque Plato syllogisticæ rationis formulam ex primit talem. Si intellectus, et vera opinio, una res est; omnia, quæ corpore sentimus, certa sunt : critque eorum indubitabilis veritas. Si autem vera opinio minus habet, atque intellectus, non una atque eadem res est, sed duæ atque diversæ; et erunt alia quæ sentiuntur; et alia quæ intelliguntur. Si diversa sunt, quæ sentiunt, et quæ intelligunt, sint intelligibiles species necesse est, quæ Ideæ nuncupantur. At enim non omnia, quæ corpore sentimus, vera et certa sunt. Sunt igitur Ideæ.

CCCXL. Sed, opinor, explanari dilatariqne oportet, quæ contracta sunt angustiis syllogismi. Intellectum appellat hoc in loco, motum animi comprehendentem. Huic comparat opinionem cum in plerisque aliis libris, tum evidenter in Politia. Secat enim intellectum quidem in duo hæc, scientiam et recordationem. *Opinionem* vero in alia totidem, hæc, credulitatem et æstimationem. Singulaque hæc quatuor convenientibus sibi rebus accommodat. *Scientiam* quidem altis, et sapientia sola percipibilibus rebus, cujusmodi sunt Deus, et intellectus ejus, quas Ideas vocamus. *Recordationem* vero rebus deliberativis, hoc est, iis, quæ præceptis artificialibus, et theorematibus, percipiuntur. *Credulitatem* porro sensilibus, scilicet quæ oculis, auribus, cæterisque sensibus comprehenduntur. *Æstimationem* figmentis, commentitiisque et imaginariis rebus, quæ juxta veros simulata vultus, corpora tamen perfecta, et viva, non sunt. Quæ cuncta dicit per semet esse intellectu potius quam sensibus assequenda, quia nihil ex his quatuor sub sensus nostros venit, sed tam scientiam, quam opinionem, et cæteras, mente discernimus.

Εἰ δέ, ὡς τισι φαίνεται, δόξα ἀληθὴς νοῦ διαφέρει τὸ μηδέν.

CCCXLI. *Sin vero, ut quibusdam videtur*, inquit, *vera opinio ab intellectu nihil differt.*

Merito. Multæ quippe sectæ sunt philosophorum, quas certum est initia rerum putasse corpora. Cumque intelligibile genus, id est, ideas, pæne sub oculos constituisset, dicens,

Τὸ κατὰ ταὐτὰ εἶδος ἔχον, ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον, οὔτε εἰς ἑαυτὸ εἰσδεχόμενον ἄλλο ἄλλοθεν οὔτε αὐτὸ εἰς ἄλλο ποι ἰόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν· τὸ δὲ ὁμώνυμον ὁμοιόν τε ἐκείνῳ δεύτερον, αἰσθητόν, γεννητόν, φερόμενόν τε ἀεί, γιγνόμενόν τε ἔν τινι τόπῳ καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν.

Intelligibilem speciem semotam a sensibus in se ipsa locatam sine ortu, sine occasu, quæ nec recipiat in se quidquam aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quid-

quam, invisibilem, insensibilem, soli mentis intuentis intentioni animadversionique perspicuam, consequenter addidit: *Porro quod ab hoc secundum est, nativum, sensile, sustentabile, consistens aliquo in loco, et inde rursum cum immutatione atque interitu recedens, sensibus et opinione noscendum,*

Quo loco vult intelligi secundam speciem, quæ nascitur, cum opifex concipit animo futuri operis lineamenta, effigieque intus locata juxta eandem format quod agressus est. Id ergo consistere aliquo in loco dicit, et inde rursum cum immutatione et interitu procedere. Præclare. Demolitionem quippe statuæ formæ quoque interitus sequatur necesse est, et item ad alterius statuæ collocationem revocari, ac redire. Sensibus autem noscendam dicit hanc speciem, quia impressæ formæ operi spectantium oculis videntur. Opinione vero noscendam, quia mens opificis non deserto exemplari transfert hanc speciem, sed ex propria mente haustam pro viribus.

CCCXLII. Tertium genus esse dicit loci. Puto eum dignitatis respectu tertium genus dixisse silvam. Quippe secunda species, id est, nativa, mutuatur substantiam de specie principali, quæ sine ortu est. Et æternam censet Ideæ nomine. Silva demum ex nativa specie sumit substantiam. At vero locum vocat eam, velut regionem quandam, suscipientem specierum incorporearum intelligibiliumque simulacra. Semper eandem, vel, quia sine generatione est, et interitu; vel, quia necesse est eam locum stationemque esse, et velut receptaculum corporearum specierum: quæ sunt membra mundi, ut videtur prope omnibus, indissolubilis et æterni.

Τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον δσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν.

Ipsa ergo immortalis est, sed his, quæ pariuntur in ejusdem gremio, datur substantia.

Αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἅπτὸν λογισμῷ τινι νόθῳ, μόγις πιστόν.

CCCXLIII. Deinde progrediens *mira quadam conceptione animi* dicit, *ipsam sine tangentis sensu tangi.*

Quippe omne, quod tangitur, sensile est, et sensibus subjacet. Quidquid ergo tangitur, sensu sentiatur necesse est. Quomodo igitur possumus dicere, tangi aliquid, quod ex natura sua minime contiguum est. Vide altitudinem pectoris, et ut brevi elocutione suspicionem mentis suæ de silva revelaverit. Omne certe, quod alicujus simile est, ex simili suo recognoscitur. Ut igitur certæ rei definitæque certa et definita est comprehensio, sic incertæ minimeque definitæ incerta et indefinita suspicio sit necesse est. Quia igitur sensus certarum definitarumque rerum sensus est, quippe habentium figuras et qualitates, necesse est etiam comprehensionem earum certam definitamque esse. Sed enim silva indefinita est res, utpote informis et figura carens juxta naturam suam. Minime igitur cum sensu ejus fit imaginatio, sine sensu igitur. Fit tamen evanida quædam ejus attrectatio sine contagio, nec ipsius mage, quam eorum, quæ intra ipsam sunt, corporum. Quæ cum sentiuntur, suspicio nascitur ipsam sentiri: propterea quod ex iis speciebus, quas recipit, formari, cum sit informis, videtur. Itaque sensus quidem specierum, in silva constitutarum, clarus est; ipsius autem silvæ, quæ speciebus subjacet, obscurus: et consensus potius, quam sensus est. Ergo quia silvestria quidem sentiuntur, silva vero minime sentitur natura propria, sed propter silvestria cum iisdem sentiri putatur, fit hujusmodi sensus incertus. Præclareque dictum, silvam sine sensu tangentium tangi quia puro sensu minime sentiatur, ut si quis dicat, tenebras quoque sine sensu videri. Non enim perinde sentit visus hominis tenebras intueri instituentis, ut cum solet intueri res coloratas, dilucidasque; sed contraria passione, et amissione, atque indigentia eorum omnium, quæ oculi vident. Sunt enim tenebræ decolores, et sine claritudinis illustratione. Nec potest visus comprehendere aliquam qualitatem tenebrarum, sed suspicari quod non sit, potius quam quid rerum sit. Nihilque videns id ipsum sibi videtur videre quod non videt, et videre se aliquid putat, cum nihil videat. Quis enim visus in tenebris? Sed quia natura oculi hæc est, ut colores discernat, conans opinor discernere naturam decolorem, tenebras sentire se suspicatur. Sic igitur etiam silva contigua quidem est, quia contingi putatur: cum ea quæ principaliter contiguntur, sub sensus veniant, sed contactus ejus provenit ex accidenti. Verum hoc ipsum sine sensu, quia ipsa per se neque tactu sentitur, neque cæteris sensibus.

CCCXLIV. Nec contentus hac tanta diligentia, superaddidit *notha et adulterina quadam ratiocinatione*, silvam esse dicens opinabilem. Filios omnes naturales esse nullus ignorat: sed tam Græci, quam nos legitimos et item præsumptos nominibus discernimus. Legitimos Græci γνησίους vocant. ***

CCCXLV. Ut sine vocalibus quidem per se mutæ sunt, mixtæ vero vocalibus conferunt aliquid impertiuntque genuinum sonum. Oratio tamen de silva, infinitam eam et incertam esse asserens, certa est. Recte igitur notha et spuria ratiocinatione, atque opinione, potius quam intellectu certo, comprehendi eam censet Plato, utpote cujus natura rectæ rationis, et non recti confusique intellectus, præsumatur consortio. Divisa igitur a se sunt tria illa, separatimque examinata: et est Idea quidem intelligibilis species, utpote quæ puro intellectu comprehendatur. Species vero nativa, opinione percipibilis, propterea opinabilis: silva porro neque intelligibile quid, neque opinabile, quia neque intellectu neque sensu comprehendatur. Verum est suspicabilis. Suspicio autem spuria quædam ratio est atque adulterina.

CCCXLVI. Pergit ulterius, insistitque probationi cœptæ perfectius, ita dicens:

Πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καί φαμεν ἀναγ-

καῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά.

Denique cum id animo intuemur, patimur quod somniantes. Putamus enim necesse esse, ut omne quod est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat ullam.

Incertam et caligantem animi nostri intentionem, cum silvæ naturam consideramus, vanis somniis comparat, et opinioni, quæ ex sensibus nascitur. Etenim cum corpus aliquod videmus aut tangimus, necesse est id a nobis sentiri cum locis suis, et regionibus. Neque enim sine loco, nec vero sine sede, sentiri corpus ullum potest. Dicit ergo nos hac opinionis percelebratæ consuetudine ita esse imbutos, ut cum res intelligibiles contemplamur animo, putemus eas consistere aliquo in loco, ullamve regionem obtinere, perinde ut mundi corpus, quod situm est loco, quem complet mundana moles, habens eam regionem, quæ perceptis corporum formis exornata est, videlicet silvam. Cujus partes, ex quibus constat, quia divisas locis ac regionibus consideramus, putamus omnia, quæ sunt, eodem modo consistere in locis ac regionibus certis. Denique si quis dicat, esse substantiam sine sede ac loco, *quæ neque in terra neque in cœlo sit*, portento similia dici putamus et res vana mentis opinione conceptas. Jam dudum quippe et ab incunte ætate præjudicavimus omne, quod sit, corpus esse, nec quidquam esse, quod substantia sensili careat, cognitoribus et velut assertoribus corporum credentes sensibus.

Ταῦτα δὴ πάντα καὶ τούτων ἀλλ' ἀδελφὰ καὶ περὶ τὴν ἀῦπνον καὶ ἀληθῶς φύσιν ὑπάρχουσαν ὑπὸ ταύτης τῆς ὀνειρώξεως οὐ δυνατοὶ γιγνόμεθα ἐγειρόντες διοριζόμενοι τἀληθὲς λέγειν, ὡς εἰκόνι μέν.

CCCXLVII. Et concludit : *ob quam depravationem, itemque alias consanguineas, ne in reputatione quidem et consideratione vere existentis vereque pervigilis naturæ, mente consistimus propter hujusmodi somnia.*

Exsomnem pervigilemque naturam nuncupat intelligibile atque incorporeum genus, quod semper idem est principaliterque subsistit, sine ortu, sine occasu, minime mutabile, nullam habens cum sensibus societatem, pura mente percipibile : Deum videlicet et cogitationes ejus intelligibiles atque incorporeas species. Has porro esse quidam negant, quod his usu accidit ex alto et profundo sopore. Denique si quis eos ad contemplationem veram minimeque soporatam excitet æternarum et immortalium rerum, indignantur ac moleste ferunt : similiter ut in Politia [lib. VII init.] illi dedititii, perpetuis abditi tenebris speluncæ densis umbris opacæ. At vero qui se a profunda imperitia vindicant, laboriosius licet, ex tenebris ad lumen emergunt et ad scientiæ veritatisque claritudinem aspirant. Nec moleste ferunt, excellentes in studiis humanitatis viros dividere ac separare sensilem intelligibilemque naturam; docere etiam ac demonstrare, quod sint rerum initium species archetypæ, sive quod exempla genuina substantia sint prædita. Neque enim ad cujusquam alterius rei similitudinem facta atque instituta sunt, quia nihil est originibus antiquius. Imagines vero exemplorum, quia juxta exempla sunt factæ, aliunde oportet substantiam mutuentur, ut forma Socratis naturalis exsistens, comparatione imaginis velut archetypa species est. Imago autem ex arte facta, et juxta archetypam speciem effigiata, nisi habeat silvam, si quidem erit pictura, id est, colores, si autem fictura, id est, lignum vel æs, cæteræque hujusmodi supellectiles, carebit certa perfectione. Igitur, quia sensiles quoque species imagines sunt specierum intelligibilium, sicut sæpe jam diximus, et ab intelligibilibus substantiam trahunt : nec substantiam modo, sed etiam similitudinem, opus est his, opinor, silva in qua fiant, et substantiam sortiantur.

CCCXLVIII. Deinde interponit auctoritatem suam dicens,

Οὗτος μὲν οὖν δὴ παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὅν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῇ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι.

Hæc est quidem meæ sententiæ mens, esse, et ante mundi quoque sensilis exornationem fuisse tria hæc, exsistens, locum, generationem.

Suam profitetur sententiam. Merito. Nullus quippe veterum etiam tunc tria hæc animadverterat, quippe quorum plerique sola opinati sunt esse sensilia, ut Empedocles; alii sola intelligibilia, ut Parmenides : silvam nullus omnino mente conceperat, ut ipse dixit in superioribus. Vult autem intelligi *exsistens* quidem Ideam intelligibilem speciem, *locum* autem silvam, *generationem* vero quantitates et qualites, et cæteras sensiles conformationes. Et *exsistens* quidem, quia suapte natura sit, idemque aliis quoque rebus causa exsistendi sit. *Locum* vero propterea quod silva receptaculum est corporum et qualitatum, cæterorumque sensilium. *Generationem* porro quia hæc non diu perseverant in uno statu, sed alia ex aliis invicem subrogantur.

Τὴν δὲ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην.

CCCXLIX. *Igitur generationis*, inquit, *nutriculam humectam modo, modo ignitam, terræque item et aeris formas suscipientem.*

Generationis nutriculam silvam significat, quia quid quid nascitur, recursum habet ad materias principales Materiæ demum principales huic in acceptum feruntur Etenim earum omnium silva nutrix, easdemque gestat *Humectam modo, modo ignitam.* Recte. Non enim ipsa silva vel humectatur, vel ignitur, immutationem patitur ullam. Omnino enim est incommutabilis, nec declinat a natura sua, sed ut quæ recipiat qualitates et quantitates humoris, et item caloris, humectari atque igniri putatur. Explanat evidentius, cum adjungit :

Καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσ τούτοις ἄλλα πάθη ξυνέπεται, πάσχουσαν.

Terræque et item aeris formas suscipientem; cæterasque pedissequas passiones perpetientem.

Rationabiliter. Non enim tantum solent hæ qualitates humectari, et calefieri, sed etiam siccari, et frigescere, quæque his simila proveniunt. *Cæteras pedissequas passiones perpetientem.* Ideo, quia formantur et figurantur conventu formatorum corporum. Nam ipsa ex natura sua impatibilis est, nec ullam fert perpessionem.

Διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτ' ἰσορρόπων ἐμπίπλασθαι κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσορροπεῖν.

CCCL. Deinde ait: *Quod tamen privatim neque similibus viribus, neque exæqualis potentiis instruatur, nihil esse ejus æquale.*

Nunc jam, veluti separato opifice Deo, solam per semetipsam silvam intuetur duplici consideratione: una nondum susceptis qualitatibus, altera post qualitates. Et ante consortium quidem qualitatum neque stabat, opinor, neque movebatur. Erat tamen quædam in ea naturalis opportunitas ad motus stationisque perceptionem. Post qualitatum porro consortium exornata, et perfectum corpus a Deo facta, motus stationisque sumpsit officia, quibus diversis temporibus uteretur. Ergo volens motus ejus præstare causam, dicit *silvæ primitus corporibus injectis, ex præponderatione eorum hinc illinc vergentium substitisse motum: sed incertum adhuc, et fluctui similem*, cum hinc illinc oppressa modo, modo sublevata, sylvæ imbecillitas reciprocaret: et iniquus turbulentusque motus per universam ejus fluctuaret capacitatem. Ex quo factum, ut hunc inordinatum motum intimam silvæ, propriamque, et ex natura ejus, agitationem plerique esse censerent, qui alienus pulsus est: propterea que animatam eam vitæque compotem arbitrarentur. Motus igitur, qui in ea fiebat, alienus erat. Confusio porro motus et inordinatio secundum naturam silvæ proveniebat, præbentis instabilem tremulamque sedem, ideo quod privatim neque similibus viribus neque exæquatis potentiis instructa, nec quidquam in ea esset æquale, quod jactationem præponderationemque corporum coerceret; sed ut in stagnis, cum immobilis est aquæ superficies, incidente aliqua graviore mole, primo nascitur initium motus, deinde agitatione facta totius elementi, non solum agmen aquæ movetur, sed illud ipsum, quod incidit, causamque motus præbuit, vicissim movet: sic silva quoque, ex initio corporum sumpto motu, *non solum ipsa omnifariam movetur, verum ipsa corpora*, quæ initium motus sunt, *invicem pellit.*

CCCLI. Talem porro motum ejus significat non ad aliquem usum rerum nascentium fieri, sed ad solam conversionem commutationemque corporum. Siquidem dicit: *Ex quo fluctu turbatas materias in diversa raptari, discernique a se*, hoc est separari. Quo pacto clare demonstrat, non unam esse in silva potentiam, opportunitatemque, formarum recipiendarum, sed multiformem. Nam si una ejus esset potentia, unum quiddam semper esset. At nunc, cum in omnes qualitates, figurasque, verlatur, atque omnia fiat, potentias ejus necesse est opportunitatesque variæ commutationis prænosci mentibus. Deinde manifesto exemplo quod dicit explanat, cum separat a se quatuor materias, id est ignem terramque, et cæteras, separationis causam dicens in fluctu silvæ atque agitatione consistere, *perinde ut in frumenti purgatione.* Novimus enim esse quædam jamdudum parata (ut solent poetæ dicere) *arma cerealia*, quibus ea, quæ mixta erunt, secernuntur, et grana quidem seorsum motu et agitatione, paleæ vero aliorsum ex jactatione:

Τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα ἄλλῃ, τὰ δὲ μανὰ καὶ κοῦφα εἰς ἑτέραν ἴζει φερόμενα ἕδραν· τότε οὕτω τὰ τέτταρα γένη σειόμενα ὑπὸ τῆς δεξαμενῆς, κινουμένης αὐτῆς οἷον ὀργάνου σεισμὸν παρέχοντος, τὰ μὲν ἀνομοιότατα πλεῖστον αὐτὰ ἀφ' αὑτῶν ὁρίζειν, τὰ δ' ὁμοιότατα μάλιστα εἰς ταὐτὸν ξυνωθεῖν.

Et levia quidem volitare, gravia vero residere. Sic, inquit, *quatuor quoque illa prima corpora velut in Euripo fluctuante jactantur, et ad postremum generatim secernuntur.*

Euripum quidem silvam cognominans, *secretionem* vero sedem elementi cujusque, divina providentia separatam. Quæ ordinatio est scilicet, ne ex diversorum corporum cohærentia confusio et inordinatio, quæ ante constitutionem mundi fuerat, perseveraret. Hanc ait fortunam mundi fuisse, priusquam, exornata silva, splendor et pulcritudo proveniret universitati.

Ὅτε δ' ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν.

CCCLII. *Sed ubi cuncta*, inquit, *redigi ad modum placuit.*

Dei voluntatem significat providam: cui cum placuisset, dicit

Πῦρ πρῶτον καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὐτῶν ἅττα.

Ignem primo terramque et aera atque aquam concinnasse, non talia ut nunc sunt, sed *eorum exigua vestigia.*

Quippe vestigium ignis nondum ignis est. Nec vero cæterorum corporum vestigia ipsa corpora sunt. Vestigium quippe potentiam rei, non rem, significat. Multoque etiam minus corpus significatur vestigii nomine. Ergo silva etiam vestigium corporis fuit ante mundi exornationem.

Παντάπασι μὴν διακείμενα ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν ὅταν ἀπῇ τινος θεός.

In eo, inquit, *squalore ac deformitate, quæ apparet in his, quibus divina abest prospicientia.*

Jure meritoque. Quid enim divina opera carens pulcrum aut venustate erit præditum? Apparatus ille igitur erat etiam tunc, elementis confusis incondite, nondum mundus: nec claritudo, quæ ex opportunitate providæ ordinationis accessit. Erat igitur subjecta silva naturali opportunitate suscipiendæ pulchritudinis ac venustatis. Erant etiam quatuor corporum potentiæ seu vestigia, confusa adhuc minimeque ordinata. Hæc igitur, cum voluit, Deus *disponens et ordinans*, immortale hoc sen-

silis mundi animal *figuris et qualitatibus convenustavit* certis, et in æternum duraturis rationibus. *Omnia* porro, *quæ fiunt optima, divina mente ac voluntate fieri* præsumere nos jubet : qua præsumptione *nihil esse verius* asseverat.

Νῦν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν ἐπιχειρητέον ἑκάστων καὶ γένεσιν ἀῤῥεῖ λόγῳ πρὸς ὑμᾶς δηλοῦν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ μετέχετε τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν, δι' ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, ξυνέψεσθε.

CCCLIII. *Nunc jam ordinationem genituramque eorum singillatim demonstrari*, inquit, *convenit, novo quidem et inusitato genere demonstrationis, verum vobis qui omnes eruditionis ingenuæ vias peragraveritis, neque incognito, et ex levi admonitione perspicuo.*

Demonstraturus ratione substantias quattuor principalium corporum, quæ censentur elementa, *ordinationem* quidem vocat habitum eorum juxta se communicationemque et quasi quandam societatem, quæ noscitur juxta analogiam, quæ talis est. Ut hoc juxta illud, sic illud juxta aliud. *Genituram* vero appellat ipsam formam et effigiem : de quibus secundum geometricam rationem disputaturus : quæ ratio minime nutat, semperque certas et inexpugnabiles affert probationes : *novam* quidem aliis et *incognitam* dicit esse hanc eandem rationem, ipsis tamen, qui omnes ingenuæ eruditionis vias peragraverint, neque ignotas et ex levi admonitione perspicuas. Etenim qui aderant omnes erant instructi præcipuis doctrinis, quas *ingenuas disciplinas* appellavit : propterea quod a pueris ætas illa iis veluti principiis altioris doctrinæ et tanquam gradibus imbuebatur, geometrica, musica, arithmetica, astronomia. De quibus Cebes pronuntiavit, si quidem philosophiæ causa discantur, ut per eas, tanquam gradibus ad summum culmen philosophiæ perveniatur, operæ pretium esse. Si sine philosophia, plena tamen dignitatis esse fundamenta, imperfectæ licet eruditionis. Hos igitur, tanquam exercitatos in geometrica viros, admonet, quod sciebat, hujusmodi quæstiones non nisi geometricis probationibus explicari. Simul habet exhortationem sermo ad effectionem institutionis ingenuæ.

CYNICORUM

IN GRÆCIA PHILOSOPHORUM

FRAGMENTA

Digitized by Google

DE ANTISTHENE.

Antisthenes (1) Atheniensis, genitus, ut opinor, primo Olympiadis octogesimæ quartæ anno sive ante Chr. 444, patrem quidem indigenam ejusdem nominis, sed matrem servam habuit quam plerique scriptores Thressam fuisse ajunt (2). Neque enim vera tradere videtur Plutarchus, qui eam Phrygiam appellavit (3). Quippe talis error nasci potuit ex quodam Antisthenis dicto quod Diogenes Laertius (4) servavit. Nam quum ei mater barbara exprobraretur, etiam deorum mater, inquit, Phrygia est. Clemens autem Alexandrinus (5), qui Antisthenem ipsum nominat Phrygem, aut eodem dicto in fraudem impulsus est, aut eum cum Diogene Sinopensi (6) confudit. Pater ejus quam vitæ viam ingressus sit, ignoramus. Quod enim Eustathius (7) memoriæ prodit, Antisthenis patrem fuisse salsamentarium, ad Bionem potius Borysthenitem (8) retulerim.

Juvenis prœlio ad Tanagram commisso æstate (9) anni tertii Olympiadis octogesimæ octavæ interfuit. Quod quoniam testatur Diogenes (10), non audiendus est Lucianus (11) cum alios philosophos ignaviæ insimulans, tum Antisthenem nunquam aciem vidisse contendens. Accedit quod in eo prœlio tantam fortitudinis gloriam consecutus esse fertur, ut Socrates diceret, neminem ex duobus Atheniensibus natum tam fortem futurum fuisse. Rhetoricæ et sapientiæ doctoribus tum Gorgia (12) tum Socrate usus est. Nam Leontinum philosophum primum secundo Olympiadis 88 anno Athenas venisse ibique sæpe commoratum esse constat. Fuit vero tanti viri consuetudo initium Antistheni, a quo ad omnem litterarum excellentiam proficisceretur. Cujus disciplinæ vestigia in Antisthenis dictione apparuisse, res est certissima (13). Traditur etiam in Isthmiorum ludicro et vituperare et laudare voluisse Athenienses, Thebanos, Lacedæmonios, sed propter eorum qui ex his urbibus in illum locum confluxissent multitudinem

(1) Cf. Antisthenis Fragmenta collegit et edidit Aug. Guil. Winckelmannus. Turici 1842. — Chappuis, Antisthène, Paris. 1854. Adolphi Mulleri de Antisthenis Cynici vita et scriptis dissertatio. Marburgi Cattorum 1860. — (2) Diogenes Laertius lib. VI, 1. Ἀντισθένης Ἀντισθένους, Ἀθηναῖος. Ἐλέγετο δ' οὐκ εἶναι ἰθαγενής. Ὅθεν πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα εἶπεῖν· Καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν. Ἐδόκει γὰρ εἶναι Θράττης μητρός. Cf. Suidas as. v. Ἀντισθένης. — (3) Plutarchus de exsilio cap. 17, vol. X, p. 386 : τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς; πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι Φρυγία σού ἐστιν ἡ μήτηρ· Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. — (4) Diogenes Laertius lib. VI, 1. Seneca de constant. sap. cap. 18 : Antisthenis mater barbara et Thressa objiciebatur; respondit, et deorum matrem Idæam esse. — (5) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I, c. 15, p. 354 ed. Potter. : Ἀντισθένης δὲ Φρὺξ ἦν καὶ Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἢ Θρᾷξ. — (6) Ælianus var. hist. lib. II, cap. 31 : Διογένης ὁ Φρύξ. — (7) Eustathius ad Homeri Iliad. lib. VI, p. 495 : ἐντεῦθεν καὶ ὁ Κυνικὸς Ἀντισθένης χρησάμενος πρὸς τὸν ἀνακρίνοντα τὸ γένος αὐτοῦ, εἰπών, ὡς ἐμὸς πατὴρ μὲν ἦν τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος ἤγουν ταριχέμπορος καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάγει τὸ Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. — (8) Diogenes Laertius lib. IV, 46 : Βίων τὸ μὲν γένος ἦν Βορυσθενίτης· ὧν τινων δὲ γονέων, καὶ ἀφ' οἵων πραγμάτων ἦξεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, αὐτὸς Ἀντιγόνῳ διασαφεῖ. Ἐρομένου γάρ αὐτόν, Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; αἰσθόμενος ὅτι προδιαβέβληται, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος (διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον) γένος Βορυσθενίτης. Stobæus Flor. LXXXVI, 13 : Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ ἤρετο Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; Κἀκεῖνος εἶπεν· Ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ῥωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε οὐ πόθεν εἰσίν, ἀλλὰ τίνες. Suidas v. ἀγκών· καὶ παροιμία, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Βίων ὁ φιλόσοφός φησιν· Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσάμενος· διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον. Eustathius ad Iliad. p. 613 : πατὴρ τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, διὰ τὸ μὴ ἔχειν δηλαδὴ τοῦτο ποιεῖν τῇ χειρὶ ἀσχολουμένῃ περὶ ἁλίσπαστα. Plutarchus Sympos. lib. II, quæst. I, 4, vol. XI, p. 61 ed. Hutten. : ὁ γὰρ εἰπὼν ταριχοπώλην αὐτόθεν ἐλοιδόρησεν· ὁ δὲ φήσας, Μεμνήμεθά σε τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον, ἐσκωψε. Scriptor Rhetoricorum ad Herenn. lib. IV, 54 : Ut si salsamentarii filio dicas : Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. Suetonius in Horatii vita : « Horatius Flaccus Venusinus, patre, ut ipse tradit, libertino et exactionum coactore, ut vere creditum est, salsamentario, quum illi quidam in altercatione exprobrasset, Quoliens ego vidi patrem tuum cubito emungentem? » — (9) Thucyd. III, 91. Cf. Clinton. Fast. Hell. ad a. 426. — (10) Diogenes Laertius lib. VI, 1 : ὅθεν καὶ ἐν Τανάγρᾳ κατὰ τὴν μάχην εὐδοκιμήσας ἔδωκε λέγειν Σωκράτει ὡς οὐκ ἂν ἐκ δυοῖν Ἀθηναίοιν οὕτω γεγόνοι γενναῖος. Id. lib. II, 31 : εἰπόντος γοῦν τινος αὐτῷ ὡς εἴη Ἀντισθένης μητρὸς Θράττης, Σὺ δ' ὢν, ἔφη, οὕτως ἂν γενναῖον ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γενέσθαι; — (11) Lucianus Parasit. cap. 43 : Ἀντισθένης μὲν οὖν καὶ Διογένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων, καὶ Πλάτων, καὶ Αἰσχίνης, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶς οὗτος ὁ ὅμιλος οὐδὲ εἶδον παράταξιν. — (12) Diogenes Laertius lib. VI, 1 : οὗτος κατ' ἀρχὰς μὲν ἤκουσε Γοργίου τοῦ ῥήτορος. Suidas v. Ἀντισθένης· ἀπὸ ῥητόρων φιλόσοφος Σωκρατικός. — (13) Diogenes Laertius lib. VI, 1 : ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει,

istud consilium abjecisse (14). Atque hoc quidem fecisse Gorgiam, quum in utramque partem disputaret singulasque res modo augeret laudando (15), modo vituperando rursus affligeret, supra ostendimus (16). Neque solum cum Gorgia, sed cum aliis etiam sophistis commercium habuisse Antisthenem, signo sunt Socratis (17) verba apud Xenophontem Conviv. cap. IV, 63. Nimirum Calliam ab eo ad Prodicum et Hippiam perductum esse narrat. Protagoram quoque ei haud ignotum fuisse, suspicari licet. Quum autem satis diu cum sophistis versatus esset glorioseque ipse rhetoricam docuisset, tandem pertæsus contortorum et aculeatorum sophismatum Socratem audire cœpit (18). Tum vero Socraticæ disciplinæ amore incensus dimisit auditores quos ad dicendum instituebat, iisque auctor fuit, ut sui apud Socratem condiscipuli fierent. Quin etiam Socratem simul adeo dilexit atque ei in deliciis fuit, ut nunquam postea ab ejus amicitia se removeret et in fidelissimis illius discipulis numeraretur. Vere igitur Socrates apud Xenophontem prædicat, Apollodorum et Antisthenem perpetuo sibi comites adhærere (19). Adde quod Antisthenes ex Piræeo ubi habitabat quotidie in urbem proficiscens quadraginta stadia conficere solebat, ut magistri sermonibus interesset (20). Quæ cum ita sint, Antisthenes in Xenophontis convivio divitiis suis gloriatur, non iis quidem quas vulgus concupiscat, sed animi bonis quæ Socratis beneficio sibi contigerint (21). Idem interroganti magistro, num solus neminem amet, respondet : *Immo per deos immortales, te quidem vehementissime* (22). Quare non mirandum, cur Socrates talem discipulum in magno semper honore habuerit. Testes sunt illæ laudes, quibus militarem Antisthenis virtutem, ut supra vidimus, ornavit (23). Quid? quod illam artem, quam ipse exercebat, hominum inter se conciliandorum præter cæteros etiam Antistheni tribuit (24)? De reliquo libere invicem vel adhortabantur vel irridebant. Itaque Socrates quum Antisthenem discissam pallii partem consulto hominum oculis subjicere animadvertisset, Per pallium, inquit, tuam video gloriæ cupiditatem (25). Rursus Antisthenes Socratem reprehendere non erubuit, quod Xanthippen, litigiosam uxorem, non satis coerceret (26). Semper vero magistrum et honoravit et coluit (27), quia non tam novam disputandi artem in ejus sermonibus, quam illam patientiam et duritiam adamasset, quam ipse moribus totaque vita imitando exprimere studuit (28). Namque partim ad intelligendam disserendi subtilitatem, partim ad adipiscendam persuadendi docendique facultatem durum ac tardum ejus fuisse ingenium, cum ista quam postea composuit philosophiæ formula declarat, tum Plato (29)

καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ καὶ τοῖς προτρεπτικοῖς. — (14) Diogenes Laertius lib. VI, 2 : φησὶ δ' Ἕρμιππος ὅτι προείλετο ἐν τῇ τῶν Ἰσθμίων πανηγύρει ψέξαι τε καὶ ἐπαινέσαι Ἀθηναίους, Θηβαίους, Λακεδαιμονίους· εἶτα μέντοι παραιτήσασθαι, ἰδόντα πλείστους ἐκ τῶν πόλεων ἀφιγμένους. — (15) Cicero Brut. cap. 12, 47. — (16) Vide dissertationem de Gorgia. — (17) Xenophon Conviv. Cap. IV. 63 [Vid. fragm. 38] : οἶδα μέν, ἔφη, σε Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύσαντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ, ὅτε ἐώρας τοῦτον μὲν φιλοσοφίας ἐρῶντα, ἐκεῖνον δὲ χρημάτων δεόμενον· οἶδα δέ σε Ἱππίᾳ τῷ Ἠλείῳ, παρ' οὗ οὗτος καὶ τὸ μνημονικὸν ἔμαθεν. — (18) Diogenes Laertius lib. VI, 2 : ὕστερον δὲ παρέβαλε Σωκράτει καὶ τοσοῦτον ὤνατο αὐτοῦ, ὥστε παρῆνει τοῖς μαθηταῖς γενέσθαι αὐτῷ πρὸς Σωκράτην συμμαθητάς. Hieronymus contra Jovin. II, 14 : Antisthenes quum gloriose docuisset rhetoricam audissetque Socratem, dixisse fertur ad discipulos suos : Abite et magistrum quærite, ego enim jam repperi. — (19) Xenophon Memorab. lib. III, 11, 17 : ἀλλὰ διὰ τί οἴει, ἔφη, Ἀπολλόδωρόν τε τόνδε καὶ Ἀντισθένην οὐδέποτέ μου ἀπολείπεσθαι; κτλ. — (20) Diogenes Laertius lib. VI, 2 : οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τετταράκοντα σταδίους ἀνιὼν ἤκουσε Σωκράτους. — (21) Xenophon Conviv. IV, 34. Vid. fragm. 61. — (22) Xenophon Conviv. VIII, 4 : σὺ δὲ μόνος, ὦ Ἀντίσθενες, οὐδενὸς ὁρᾷς; Καὶ μὰ τοὺς θεούς, εἶπεν ἐκεῖνος, καὶ σφόδρα γε σοῦ. — (23) Vid. Annot. 10. — (24) Xenophon Conviv. IV, 62 [Vid. fragm. 38] : οἶδα μέν, ἔφη, σε Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύσαντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ, ὅτε ἐώρας τοῦτον μὲν φιλοσοφίας ἐρῶντα, ἐκεῖνον δὲ χρημάτων δεόμενον· οἶδα δέ σε Ἱππίᾳ τῷ Ἠλείῳ, παρ' οὗ οὗτος καὶ τὸ μνημονικὸν ἔμαθεν. — (25) Diogenes Laertius lib. VI, 8 : στρέψαντος αὐτοῦ τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τὸ προφανές, Σωκράτης ἰδὼν φησιν· Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν. Conf. lib. II, 36. Ælian. var. hist. lib. IX, 35 : ὁ δὲ Σωκράτης ἰδὼν τὸν Ἀντισθένη τὸ διερρωγὸς ἱματίου μέρος ἀεὶ ποιοῦντα φανερόν· Οὐ παύσῃ, ἔφη, ἐγκαλλωπιζόμενος ὑμῖν; — (26) Xenophon Conviv. II, 10 : καὶ ὁ Ἀντισθένης, Πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων, καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ; — (27) Litterarum etiam monumentis Socratis nomen illustravit et celebravit teste Athenæo lib. V, p. 216 B, cujus verba sunt : καὶ Ἀντισθένης δ' ὁ Σωκρατικὸς περὶ τῶν ἀριστείων τὰ αὐτὰ τῷ Πλάτωνι ἱστορεῖ. Οὐκ ἔστι δ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος· χαρίζεται γὰρ καὶ ὁ Κύων οὗτος πολλὰ τῷ Σωκράτει, ὅθεν οὐδετέρῳ αὐτῶν δεῖ πιστεύειν. — (28) Cicero de orat. lib. III, 17 : deinde ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici. Diogenes Laertius lib. VI, 2 : ἤκουσε Σωκράτους, παρ' οὗ καὶ τὸ καρτερικὸν λαβὼν καὶ τὸ ἀπαθὲς ζηλώσας κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ. Id. lib. VI, 11 : αὐτάρκη γὰρ τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν μηδενὸς προσδεομένην ὅτι μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος. — (29) Plato Soph. p. 251 B : ὅθεν γε, οἶμαι, τοῖς τε νέοις καὶ τῶν γερόντων τοῖς ὀψιμαθέσι θοίνην παρεσκευάκαμεν· εὐθὺς γὰρ ἀντιλαβέσθαι παντὶ πρόχειρον ὡς ἀδύνατον τά τε πολλὰ ἓν καὶ τὸ ἓν πολλὰ εἶναι, καὶ δή που χαίρουσιν οὐκ ἐῶντες ἀγαθὸν λέγειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀγαθόν, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄνθρωπον. Ἐντυγχάνεις γάρ, ὦ Θεαίτητε, ὡς ἐγῷμαι, πολλάκις τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακόσιν, ἐνίοτε πρεσβυτέροις ἀνθρώποις, καὶ ὑπὸ πενίας τῆς περὶ φρόνησιν κτήσεως τὰ τοιαῦτα τεθαυ-

e Aristoteles (30), justi talium rerum æstimatores, demonstrant. Nihil Antistheni ad dolorem acerbius accidere potuisse quam illud supplicium quo civis optimus idemque carissimus magister affectus est, facile intelligitur. Plato certe eum inter illos commemorat qui morienti affuerunt (31). Sed acerbissimum ejus odium in istos fuisse qui Socratem judicio capitis arcessiverant, verisimile est. Refert enim Diogenes Laertius (32), videri effeciisse Antisthenem, ut Anytus in exsilium ejiceretur atque ut Meletus morte multaretur. Ac de Meleto quidem hoc loco nihil addit (33); de Anyto autem narrat, Antisthenem quum in Ponticos quosdam adolescentes qui Socratis gloria moti advenerant incidisset, ad Anytum eos adduxisse, quod Socrate sapientior esset eaque re offensos homines circumstantes eum in exsilium pepulisse. At ne exsul quidem meritas pœnas subterfugit. Iidem videlicet adolescentes postquam in patriam reverterunt, tantum civium suorum odium in Anytum concitasse perhibentur, ut quo die Heracleam, Bithyniæ civitatem, venit, eodem excedere urbe juberetur et ab Heracleotis lapidibus obrueretur (34). Scio fuisse qui de veritate hujus narrationis dubitarent, sed Diogenem et Themistium, ejus rei auctores, allatis rationibus ab illis refutatos esse nego. Quocirca uberius de hac materia disserere supervacaneum est. Cæterum non abhorret a fip, Aetntisthenem post Socratis mortem demum, quæ incidit in primum Olympiadis 95 annum sive ante Chr. 400, Cynicam constituisse sectam atque in Cynosarge (35) gymnasio philosophiæ præcepta tradere cœpisse, quibus nomen suum ad omnem posteritatis memoriam consecravit. Quamquam autem a loco ubi Antisthenes docebat sine dubio Cynicorum familia appellata est : postea tamen, quum Diogenes Sinopensis ejusque successores vita moribusque quam simillimi canum esse vellent eosque re vera imitarentur (36), hominum istorum dignitati, quam talis philosophiæ parens perpetuo tuitus erat, labes aspersa est et assectatoribus ejus illata illa infamia quæ aboleri nunquam potuit. Qua in re et illud annotare succurrit, initio Cynicorum vo-

μακόσι, καὶ δή τι καὶ πάνσοφον οἰομένοις τοῦτ' αὐτὸ ἀνεύρηκέναι. Hæc ad Antisthenem pertinent ut alius locus Theæteti, p. 156 A, ubi Plato memorat homines σκληροὺς καὶ ἀντιτύπους καὶ μάλ' εὖ ἀμούσους. — (30) Vid. Fragm. 47. — (31) Plato Phæd. p. 59 B : οὐτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν καὶ Κριτόβουλος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κρίτων, καὶ ἔτι Ἑρμογένης καὶ Ἐπιγένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀντισθένης. — (32) Vid. Fragm. 114. — (33) Sed lib. II, 43 eum ab Atheniensibus capitis damnatum esse scribit. Cf. Themist. orat. XX, p. 289 C. Porro Suidas v. Μέλητος eum exorto populari tumultu periisse auctor est. Cf. Augustin. de Civ. Dei VIII, 3. Aliter Diodorus XIV, 37 : Ἀθήνησι δὲ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος ὑπ' Ἀνύτου καὶ Μελήτου κατηγορηθεὶς ἐπ' ἀσεβείᾳ καὶ φθορᾷ τῶν νέων θανάτῳ κατεδικάσθη, καὶ πιὼν κώνειον ἐτελεύτησεν. Ἀδίκου δὲ τῆς κατηγορίας γεγενημένης ὁ δῆμος μετεμελήθη, τηλικοῦτον ἄνδρα θεωρῶν ἀνηρημένον· διόπερ τοὺς κατηγορήσαντας δι' ὀργῆς εἶχε, καὶ τέλος ἀκρίτους ἀπέκτεινε. Denique Plutarchus de invidia et odio cap. 6, vol. X, p. 189 ed. Hutten. : τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας, οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὐειν, μήτ' ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μήτε λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας, ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος. — (34) Diogenes Laertius lib. II, 43 : Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. Themistius orat. XX, p. 289 C : καὶ ἔφυγεν Ἄνυτος ἐκ τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτὸν κατέλευσαν διὰ Σωκράτην οἱ Ἡρακλεῶται οἱ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ νῦν δείκνυται Ἀνύτου αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ οὐ μακρὰν θαλάττης, οὗπερ καὶ ἔβαλλον τὸν Ἄνυτον οἱ Ἡρακλεῶται. — (35) Diogenes Laertius, lib. VI, 13 : διελέγετο δ' ἐν Κυνοσάργει γυμνασίῳ μικρὸν ἄποθεν τῶν πυλῶν· ὅθεν τινὲς καὶ τὴν Κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι. Αὐτός τε ἐπεκαλεῖτο Ἀπλοκύων. Suidas v. Ἀντισθένης· οὗτος οὖν καὶ τῆς Κυνικῆς κατήρξατο φιλοσοφίας, ἥτις οὕτως ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ διδάξαι αὐτόν. Καὶ Διογένους δὲ καθηγητὴς γέγονε τοῦ κυνὸς καὶ τῶν λοιπῶν. Hesychius Milesius p. 2 ed. Orell. : Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην. — (36) Schol. ad Aristot. p. 23 ed. Brandis. : Κυνικοὶ δὲ ἐκλήθησαν διὰ τέσσαρας αἰτίας· ἢ γὰρ διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἀδιαφορίαν ἐπετήδευον, ὡς οἱ κύνες, δημοσίᾳ ἐσθίειν καὶ ἀρροδισιάζεσθαι καὶ ἀνυπόδετοι περιπατεῖν καὶ ἐν πίθοις καὶ ἐν τριόδοις καθεύδειν. Τοῦτο δὲ ἐποίουν τοῦ φύσει καλοῦ ὀρεγόμενοι· ἔλεγον γὰρ ὅτι εἰ ἀγαθόν ἐστι, δεῖ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πράττεσθαι· ἢ οὐκ ἔστιν ἀγαθόν, καὶ οὔτε κοινῇ οὔτε ἰδίᾳ διαπρακτέον· οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς [Odyss. XI, 443] τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεχρυμμένον εἶναι, ἀλλ' ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ [Iliad. VII, 196] Εἰπὲ καὶ ἀμφαδίην, ἐπεὶ οὔ τινα δείδια ἔμπης. Αὕτη πρώτη αἰτία· δευτέρα αἰτία ὅτι ἀναιδὲς ζῷον ὁ κύων, ἐπετήδευον δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀναίδειαν, οὐ τὴν χείρονα τῆς αἰδοῦς ἀλλὰ τὴν κρείττονα· διττὴ γὰρ ἡ ἀναίδεια, ἡ μὲν κρείττων τῆς αἰδοῦς ἡ δὲ χείρων, ἥ τε ἀνδρὸς μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι· ταύτην οὖν τὴν ἀναίδειαν ἐπετήδευον τὴν κρείττονα αἰδοῦς, οἷον ὑλακτοῦντες κατὰ τῶν ἀλλοτρίων τῆς αὐτῶν φιλοσοφίας. Τρίτη αἰτία ὅτι φρουρητικὸν ζῷον ὁ κύων· ἐφρούρουν δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ δόγματα τῆς φιλοσοφίας διὰ τῶν ἀποδείξεων καὶ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τούτῳ· φαίη γὰρ ἂν ἡ τύχη πρὸς Ἀντισθένην τὸν προστάτην τῆς αἱρέσεως ταύτης οὕτως [Iliad. VIII, 297]. Ἐννέα δὴ προίηκα τανυγλώχινας ὀϊστούς, τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα, ὅτι, φησί, τοσαύτας αὐτῷ συμφορὰς ἐπήγαγον καὶ οὐκ ἠδυνήθην αὐτοῦ καταβαλεῖν τὸ φρόνημα. Αὕτη καὶ ἡ τρίτη αἰτία. Τετάρτη δὲ ὅτι διακριτικὸν ζῷον ὁ κύων γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ τὸν φίλον καὶ τὸν ἀλλότριον ὁρίζων· ὃν γὰρ γιγνώσκει, νομίζει φίλον εἶναι καὶ εἰ ῥόπαλον ἐπιφέροιτο, ὃν δὲ ἀγνοεῖ, ἐχθρὸν καὶ εἰ δέλεαρ ἐπιφερόμενος εἴη. Οὕτως οὖν καὶ οὗτοι τοὺς μὲν ἐπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν φίλους ἐνόμιζον καὶ εὐμενεῖς ἐδέχοντο, τοὺς δὲ ἀνεπιτηδείους ἀπήλαυνον οἵκην κυνῶν κατ' αὐτῶν ὑλακτοῦντες. Διὸ καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ φησὶν ὅτι ἔχει τινὰ σοφίαν ὁ κύων διακρίνειν φίλον ἀπὸ ἐχθροῦ. Καὶ τὸ διακρίνειν δὲ ἀλήθειαν καὶ ψεῦδος μόνου φιλοσόφου. Οὕτως καὶ ὁ πέμπτος τρόπος. Philoponus ibid. p. 35 : ὥσπερ οἱ Κυνικοὶ φιλόσοφοι οἵτινες κύνες ὠνομάζοντο διὰ τὸ παῤῥησιαστικόν τε καὶ ἐλεγκτικόν. Ὥσπερ γὰρ ὁ κύων ἔχει τὸ διακριτικὸν τῶν οἰκείων ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, οὕτω καὶ οὗτοι οἱ φιλόσοφοι

cabulum non fuisse usitatum, sed Aristotelem hujus sapientiæ doctores vocasse Antistheneos (37). Posteriores vero Cynici abjecta Antisthenis auctoritate partim Diogenem verum sectæ suæ conditorem esse voluerunt (38), partim origines ejus retulerunt ad ipsum Herculem, Cynosargis gymnasii simulque philosophorum caninorum patronum (39). Neque negari potest, plurimum interesse inter Antisthenem et posteriores Cynicos. Nam si discesseris a doctrinæ studiis (40), quibus ille magis quam reliqui deditus erat, eam vitæ rationem susceperat Antisthenes quæ longissime a Diogenis cæterorumque sordibus, squalore, flagitiis abesset. Nihilominus Antisthenes primus hanc philosophiæ formam instituisse putandus est (41). Is enim statim ab initio, quoniam vitam in egestate degebat, pauperes nactus discipulos maxime paupertatem æquo animo tolerandam (42), externa sive bona sive commoda contemnenda verasque divitias in animo quærendas esse censuit. Sed quando in schola de rerum omnium humanarum contemtione ac despicientia præcipiebat, ita se ad Socratis imitationem composuerat, ut habitu etiam et vestitu mores ejus et angustias referret. Nempe Socrates non solum tenuissimo victu grande frugalitatis dederat documentum, sed etiam vestitu non absimilis proletario fuerat, quia sine tunica ac discalceatus prodire in publicum detritoque palliolo (τριβωνίῳ), qualem vestem et Spartani gerebant et plebs Atheniensis (43) uti consueverat. Hujus igitur amictum imitatus est Antisthenes, nisi quod tribone utebatur duplicato. Id vestimenti genus, quod postea Cynicorum semper proprium erat (44), Horatius (45) duplicem pannum, Corn. Nepos (46) agreste duplex amiculum vocavit. Apparet intelligi crassiorem vestem quæ frigus defendere queat. Quum vero διπλοΐς perhibeatur esse χλανὶς διπλουμένη ἐν τῷ φορεῖσθαι (47), inventi sunt viri docti qui duplicatum tribonem interpretarentur de eo, cujus dextra pars tota in sinistrum humerum injecta a tergo ad pedes decideret eoque modo totum corpus involveret (48). Neque obstat locus Diogenis Laertii (49) lib. VI, 6, ubi Diogenes Cynicus tunicam petens ab Antisthene jussus esse dicitur πτύξαι θοιμάτιον, *complicare pallium*, siquidem complicata læna a duplicata differt. Utcunque est (poterat enim abollæ species mutari), ubi semel iste cultus Antistheni placuit, reliqui Cynici eum retinuerunt. Neque enim fides illis scriptoribus qui omnem Antistheni auctoritatem detrahentes Diogenem (50) non magis Cynicæ sectæ

ἐποίουν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους φιλοσόφους ἐδέχοντο, τοὺς δὲ ἀναξίους τῆς φιλοσοφίας καὶ μὴ δυναμένους ἐντὸς γίνεσθαι φιλοσόφων λόγων ἐδίωκον. Διὰ τὸ οὖν παῤῥησιαστικὸν καὶ τὸ διακρίνειν αὐτοὺς τούς τε δυναμένους καὶ μὴ δυναμένους δέξασθαι φιλοσοφίας λόγους, τούτου ἕνεκα Κυνικοὶ ὠνομάζοντο. Ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων ἔφη « ἔχει δέ τι καὶ ὁ κύων φιλόσοφον »: οὕτω καὶ οἱ Κυνικοὶ φιλόσοφοι ἀνυποστάλτως ἐλευθεριάζοντες ἔκρινόν τε καὶ διήλεγχον τά τε ὀρθῶς καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα. — (37) Aristoteles Metaph. lib. VII, 3, p. 1043 B ed. Bekker. : ἡ ἀπορία ἦν οἱ Ἀντισθένειοι καὶ οἱ οὕτως ἀπαίδευτοι ἠπόρουν, ἔχει τινὰ καιρόν. — (38) Epist. Cratet. II, p. 17; V, p. 21 seq. ed. Boisson. — (39) Julianus Orat. VI, p. 187, ed. : Spanh. τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος οὐκ ἀτόπως λέγειν· ὁ κυνισμὸς οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός κ. τ. λ. Ausonius Epigramm. XXVII sic loquentem facit Antisthenem : Inventor primus Cynices ego. Quæ ratio istæc? Alcides multo dicitur esse prior. Alcida quondam fueram doctore secundus. Nunc ego sum Cynices primus et ille deus. Similiter Epigramm. XXVIII idem dicit : Discipulus nulli melior meliorve magister εἰς ἀρετὴν συνέβη καὶ κυνικὴν σοφίην. Dicere me novit verum qui novit utrumque καὶ θεὸν Ἀλκείδην καὶ κύνα Διογένην. Schol. ad Pseudoplat. Axioch. p. 364 : τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ Κυνόσαργες καλούμενος, ἐν ᾧ τοὺς νόθους τῶν παίδων ἔταττον. Ὠνομάσθη δὲ οὕτως ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ, τοῦτ' ἔστι λευκοῦ ἢ ταχέος· καὶ γὰρ Ἡρακλεῖ θύοντας κύνα τοιοῦτον ἁρπάσαντα τοῦ θυομένου τὰ μηρία αὐτοῦ καταθεῖναι, καὶ ἐπερωτήσαντας τοὺς θεοὺς ποῦ Ἡρακλέους ἱδρῦσαι ἱερόν, λαβεῖν χρησμὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. Ἐξ οὗ καὶ τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖν, ὅτι καὶ Ἡρακλῆς νόθος ὢν Διὸς υἱὸς (Ἀμφιτρύωνος γὰρ γνήσιος ἦν) ἴσα θεοῖς ἐτιμήθη. Λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς παροιμίαν ἐπὶ ὕβρει καὶ ἀρᾷ, οἷον ἴθ' εἰς Κυνόσαργες. — (40) Vid. fragm. 124 et 125. — (41) Diogenes Laertius lib. VI, 2 : κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ. Idem lib. I, 19 : Κυνικῆς (προέστη) Ἀντισθένης ὁ Ἀθηναῖος. Id. lib. VI, 19 : τὸν βίον ἤσθα κύων Ἀντίσθενες, ὠδε πεφυκώς, ὥστε δακεῖν κραδίην ῥήμασιν, οὐ στόμασιν. Ἀλλ' ἔθανες φθισικός. Τάχ' ἐρεῖ τις ἴσως· τί δὲ τοῦτο; πάντως εἰς Ἀΐδην δεῖ τιν' ὁδηγὸν ἔχειν. Cf. Cic. de orat. III, 17. Suidas v. Ἀντισθένης. — (42) Xenophon Conviv. III, 8 : τί γὰρ σύ, εἶπεν, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς, ὦ Ἀντίσθενες; Ἐπὶ πλούτῳ, ἔφη. Ὁ μὲν δὴ Ἑρμογένης ἀνῆρτο, εἰ πολὺ εἴη αὐτῷ ἀργύριον. Ὁ δὲ ἀπώμοσε μηδὲ ὀβολόν. Ἀλλὰ γῆν πολλήν, ἔφη, κέκτησαι; Ἴσως ἄν, ἔφη, Αὐτολύκῳ τούτῳ ἱκανὴ γένοιτο ἐγκονίσασθαι. Vid. fragm. 60. — (43) Cf. Plat. Conviv. p. 219. Aristoph. vesp. 1171, Eccl. 881, Isaeus de Dicæog. § 11, Athenæus lib. XII, p. 535 E Plutarchus vit. Lycurg. c. 30, Ælian. var. hist. VII, 13. — (44) Ac cæterorum etiam philosophorum. Vid. Dio Chr. LXXII, 2. Adde Perizon. ad Ælian. V, 5 et Wyttenbach. ad Plutarch. p. 440. — (45) Horatius Epist. I, 17, 25 : contra, quem duplici panno patientia velat. — (46) Corn. Nepos Dat. cap. 3. — (47) Hesychius v. διπλοΐς. — (48) Diogenes Laertius lib. VI, 13 : καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο. Ibid. : πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶν ἁπλῶσαι (leg. διπλῶσαι) θοιμάτιον. Salmasius ad Tertull. de pall. p. 396 : Pallium Græcorum, inquit, simplex erat, duplex Cratetis et Cynicorum. Duplex vestimentum longe impeditius simplice. Duplex tamen illud ipsum Cratetis pallium longe simplicius et expeditius toga. Duplex vestimentum Græci quoque illud appellabant, quod ita amplum et fusum erat, ut duplicari in gerendo posset; διπλοΐδας et διπληγίδας et διπλᾶ ἱμάτια hujusmodi vestimenta vocabant. » Cf. Ferrar. de vestiaria in Grævii Thes. antiq. Rom. VI, p. 901, Walch. antiq. pallii phil. Jen. 1746; interpretes ad Hor. Ep. I, 17, 25. — (49) Diog. Laert. VI, 6 : Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι πτύξαι προσέταξε θοιμάτιον. — (50) Diogenes Laertius lib.

conditorem quam communis Cynicorum habitus inventorem prædicarunt. Antistheni etiam baculum et pera ascribuntur (51), pera quidem haud scio an injuria, quatenus primus Diogenes mendici more stipem collegit (52). Verum jam in Antisthene animadvertitur importunitas ista Cynicorum quemlibet institutis et præceptis suis erudientium (53) et æquus ille animus, quo aliorum convicia ferre solebant (54).

Ex Antisthenis disciplina pauci profecti sunt, cujus rei causa maxime repetenda videtur a morositate ac severitate qua magister in discipulos invehebatur (55). Rogatus igitur, cur paucos haberet auditores : *Quod agresti*, inquit, *baculo eos ejicio* (56). Quum enim diu familiares hortatus esset (57), ut sedulo operam darent sapientiæ paucique ipsius voluntati obtemperassent, tandem indignatus dimisit omnes, inter quos erat etiam Diogenes. Qui quoniam discendi studio incensus ad eum tamen ventitabat, nec discedere volebat, minatus tandem est Antisthenes, se percussurum illius caput baculo quod manu gestare consueverat, negligentemque has minas re vera percussit aliquando. Non recessit propterea Diogenes, sed animo obstinato : *Percute*, inquit, *si ita placet. Ego tibi caput præbeo. Neque vero tam durum fustem inveneris, quo me a tuis disputationibus abigas.* Quocirca admisit tam cupidum discendi auditorem Antisthenes eumque mirifice amavit. Quid? quod mox discipulus magistrum frugalitate et severitate vitæ superavit nimiamque mollitiam ei objecit. Quamvis enim Antisthenis sermones solos esse veros et juvandis hominibus accommodatissimos arbitraretur, ipsum tamen tanquam multo, quam par esset, molliorem reprehendebat, cum tuba cum comparans quæ sonitum suum non audiret (58). Quippe paupertatem quam Antisthenes ita tulerat, ut nihil a dignitate sapientis atque a Socratica vita discederet (59), primus Diogenes cum reliquis Cynicis in mendicitatem convertit. Hi igitur mendicorum instar in publico pernoctare, canum ritu vivere atque adeo in omnium conspectu rebus Venereis uti non dubitarunt.

Ut autem vitam satis honeste egit Antisthenes : ita concertationis studio et scurrili dicacitate displicuit (60). Ac primum quidem sæpe Athenienses eorumque rempublicam cavillatus est. Namque illorum ignaviam vellicat in Xenophontis Convivio (61). Idem gloriantes sese e terra ortos esse perstrinxit, dicens eos cochleis et locustis nihilo nobiliores posse judicari (62). Civitates porro tum interire ajebat (63), quum improbos a probis discernere non possent, et absurdum esse, triticum purgare lolio atque in bello exer-

VI, 22 : τρίβωνα διπλώσας πρῶτος κατά τινας διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. — (51) Diogenes Laertius lib. VI, 13 : βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν. Cf. Lucian. Dial. Mort. 11 : οὔτε ἐγώ ποτε ἠξίωμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ· εἶχε δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος. — (52) Diogenes Laertius lib. VI, 49. cf. VI, 38, 46, 56. — (53) Diog. Laert. lib. VI, 10. — (54) Diogenes Laertius, lib. VI, 3, 7, 12; Epictet. Dissert. IV, 6, 20. — (55) Vid. Fragm. 79. — (56) Vid. fragm. 78. — (57) Ælianus var. hist. lib. X, 16 : ἐπεὶ ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, οἱ δέ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον, τέλος ἀγανακτήσας οὐδένα προσίετο. Καὶ Διογένην οὖν ἤλαυνεν ἀπὸ τῆς συνουσίας αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἤδη καὶ τῇ βακτηρίᾳ καθίξεσθαι αὐτοῦ ἠπείλει. Καί ποτε καὶ ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Ὁ δὲ οὐκ ἀπηλλάττετο. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως. ἀκούειν αὐτοῦ ὤετο, καὶ ἔλεγε· Σὺ μέν πατάξαι, εἰ βούλει, ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλήν, καὶ οὐκ ἂν οὕτως ἑτέρους βακτηρίαν σκληράν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Ὁ δὲ ὑπερησπάσατο αὐτόν. Diogenes Laertius lib. VI, 21 : γενόμενος δὲ Ἀθήνησιν Ἀντισθένει παρέβαλε. Τοῦ δὲ διωθουμένου διὰ τὸ μηδένα προσίεσθαι, ἐξεβιάζετο τῇ προσεδρείᾳ. Καί ποτε τὴν βακτηρίαν ἐπανατεινομένου, αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ὑποσχών· Πάταξε, εἶπεν, οὐ γὰρ εὑρήσεις οὕτω σκληρὸν ξύλον, ᾧ με ἀπείρξεις, ἕως ἂν τι φαίνῃ λέγων. Τοὐντεῦθεν διήκουσεν αὐτοῦ, καί, ἅτε φυγὰς ὤν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν εὐτελῆ βίον. Hieronymus adv. Jovin. II, 206 : Quum discipulorum Antisthenes nullum reciperet et perseverantem Diogenem removere non posset, novissime clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput atque dixisse : Nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo possit obsequio separare. — (58) Dio Chrysostomus Orat. VIII, p. 275 ed. Reisk. [fragm. 80] : Διογένης ὁ Σινωπεὺς τῶν μὲν ἄλλων ταχὺ κατεγέλασεν, Ἀντισθένει δὲ ἐχρῆτο, οὐκ αὐτὸν οὕτως ἐπαινῶν ὡς τοὺς λόγους, οὓς ἔλεγεν, ἡγούμενος μόνους εἶναι ἀληθεῖς καὶ μάλιστα δυναμένους ἄνθρωπον ὠφελῆσαι. Ἐπεὶ αὐτόν γε τὸν Ἀντισθένη παραβάλλων πρὸς τοὺς λόγους ἐνίοτε ἤλεγχεν ὡς πολὺ μαλακώτερον καὶ ἔρῃ αὐτὸν εἶναι σάλπιγγα, λοιδορῶν· Αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἤκουε φθεγγομένου μέγιστον. Καὶ ὁ Ἀντισθένης ὑπέμενεν αὐτὸν ταῦτα ἀκούων· πάνυ γὰρ ἐθαύμαζε τοῦ ἀνδρώπου τὴν φύσιν. Ἔλεγεν οὖν ἀμυνόμενος ἀντὶ τῆς σάλπιγγος τοῖς σφηξὶν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι· καὶ γὰρ τῶν σφηκῶν εἶναι τὸν μὲν ψόφον τῶν πτερῶν μικρόν, τὸ δὲ κέντρον ὀξυτάτον. Ἔχαιρεν οὖν τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ Διογένους, ὥσπερ οἱ ἱππικοὶ ὅταν ἵππον θυμοειδῆ λάβωσιν, ἄλλως δὲ ἀνδρεῖον καὶ φιλόπονον, οὐδὲν ἧττον ἀποδέχονται τὸ χαλεπὸν τοῦ ἵππου· τοὺς δὲ νωθροὺς καὶ βραδεῖς μισοῦσι καὶ ἀποδοκιμάζουσιν. Ἐνίοτε μὲν οὖν ἐπέτεινεν αὐτόν, ἐνίοτε δὲ ἐπειρᾶτο ἀνιέναι· ὥσπερ οἱ χορδοστρόφοι τὰ νεῦρα τείνουσι, προσέχοντες μὴ ῥαγῇ. Cf. Stob. Florileg. XIII, 19. — (59) Xenophon Conviv. IV, 34 [fragm. 61] : ἀλλ' ἄγε δή, ἔφη ὁ Σωκράτης, σὺ αὖ λέγε ἡμῖν, ὦ Ἀντίσθενες, πῶς οὕτω βραχέα ἔχων μέγα φρονεῖς ἐπὶ πλούτῳ; Ὅτι νομίζω, ὦ ἄνδρες, τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐν τῷ οἴκῳ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς. Ibid. 38 : ἢν δέ ποτε καὶ ἀρρωστίᾳσαι τὸ σῶμά μου δεηθῇ, οὕτω μοι τὸ παρὸν ἀρκεῖ, ὥστε εἰς ἃν προσέλθω ὑπερασπάζονταί με διὰ τὸ μηδένα ἄλλον αὐταῖς ἐθέλειν προσιέναι.. Ibid 40 : πλείστου δ' ἄξιον κτῆμα ἐν τῷ ἐμῷ πλούτῳ λογίζομαι εἶναι ἐκεῖνο, ὅτι εἴ μού τις καὶ τὰ νῦν ὄντα παρέλοιτο, οὐδὲν οὕτως ὁρῶ φαῦλον ἔργον, ὁποῖον οὐκ ἀρκοῦσαι ἂν τροφὴν ἐμοὶ παρέχοι. — (60) Cf. Xenoph. Conviv. II, 10; III, 4, 6; IV, 2 seq. VI, 5. — (61) Xenoph. Conviv. II, 13. — (62) Vid. fragm. 129. — (63) Vid. fragm. 99. —

citum milite ad arma inutili, in republica vero malos homines non aversari (64). Suasit etiam Atheniensibus, ut populiscito asinos declararent equos (65), quoniam homines plane imperitos suffragiis duces ad bellum gerendum crearent. Hæc dicta eo valebant, ut populi potentia deriderctur, qua bello Peloponnesiaco Atheniensium rempublicam prolligatam esse constat. Politicus vero ejus dialogus eorum omnium insectationem continebat, qui Athenis popularis auræ captatores erant (66). Quo in genere ne Pericli quidem pepercit, siquidem in alio libro qui inscribebatur Aspásia non solum illius erga Aspasiam amorem ludificatus est (67), sed etiam filiis ejus, Xanthippo et Paralo, obtrectavit (68). Verum præter cæteros Alcibiadem probris maledictisque vexabat. Etenim in altero dialogorum, quibus Cyrorum indicem fecerat, dissolutos callidissimi hominis mores vitamque ejus turpem memoriæ prodidit (69), et singularem librum qui inscribebatur Alcibiades, emisit, quo procul dubio virum a plerisque infamatum exagitavit.

At non modo in rempublicam hominesque populares invectus est, verum etiam Diagoræ, Theodori aliorumque exemplo qui deos esse negabant, omnem deorum vim sustulit. Quum enim aliquando Orphicis mysteriis (70) initiaretur affirmaretque sacerdos hujusmodi mystas bonis plurimis apud inferos perfrui: *Cur igitur*, ait, *ipse non moreris?* Cybeles sacerdotibus (71) mendicantibus dixit, non alere se deorum matrem, quam dii ipsi alerent. Porro contendit (72) sese Venerem, probarum modestarumque mulierum corruptricem, si deprehendisset, sagitta trajecturum amoremque naturæ vitium vocavit, in quod delapsi miseri deum morbum appellarent. Denique in eo libro qui Physicus inscribebatur, populares deos multos, naturalem unum esse defendens (73) levitatem opinionis de diis immortalibus confutavit et omnem propemodum religionem funditus sustulit.

Transeo ad condiscipulos quibuscum inimicitias suscepit Antisthenes. Jam primum omnium satis constat, Cynicorum coryphæum aversissimo animo fuisse ab Aristippo, voluptariæ philosophiæ parente atque illius sectæ, cujus ipse esset conditor, irrisore (74); id quod rhetoribus posterioris ætatis locum dedit ad epistolas exarandas, quibus alter alterum lacessit. Cum Isocrate autem Antisthenem gessisse simultatem partim ex inscriptionibus quorundam librorum, quibus Cynicus illum impugnavit (75), partim ex nonnullis Laudationis Helenæ locis intelligitur, ubi Isocrates manifesto hunc vituperat (76). Platonem quoque, principem ingenii et doctrinæ, hominem tam sapientem quam urbanum, abhorrebat Cynicus, identidem ei fastum et arrogantiam (77) objectans ac simul multas ejus sententias explodens. Quin etiam tantum virum mutato nomine Sathonem temere et odiose appellavit, dialogumque ita inscriptum contra ipsum edidit (78). At tantum abfuit ut Plato ea omnia patienter ferret, ut multis locis (79) librorum suorum Antisthenis inscientiam tecte significaret. Quid cæteri Socratici de eo judicarint, nescimus; Xenophontem vero ejus consuetudine delectatum esse, signo est expressa in dictis memorabilibus Socratis atque in Convivio Antisthenis imago. Denique

(64) Vid. fragm. 104. — (65) Diogenes Laert. VI, 8 : συνεβούλευεν Ἀθηναίοις, τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι. Ἀλογον δὲ ἡγουμένων· Ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοί, φησί, γίνονται παρ' ὑμῶν μηδὲν μαθόντες, μόνον δὲ χειροτονηθέντες. — (66) Vid. fragm. 22. — (67) Vid. fragm. 16. — (68) Vid. fragm. 15. — (69) Vid. fragm. 9. — (70) Diogenes Laertius lib. VI, 4 : μυούμενός ποτε τὰ Ὀρφικά, τοῦ ἱερέως εἰπόντος, ὅτι οἱ ταῦτα μυούμενοι πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετέσχουσι, Τί οὖν, ἔφη, οὐκ ἀποθνήσκεις; [fragm. 116]. — (71) Clemens Alexandrinus Protrept. cap. VII, p. 64 ed. Potter. — (72) Clemens Alexandrinus Strom. lib. II, p. 485 ed. Potter. [fragm. 35] : ἐγὼ δὲ ἀποδέχομαι τὸν Ἀντισθένην, τὴν Ἀφροδίτην λέγοντα κἂν κατατοξεύσαιμι, εἰ λάβοιμι, ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν, τόν τε ἵμερον κακίαν φησὶ φύσεως· ἧς ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες θεὸν τὴν νόσον καλοῦσιν. Δείκνυται γὰρ διὰ τούτων ἡττᾶσθαι τοὺς ἀμαθεστέρους δι' ἄγνοιαν ἡδονῆς, ἣν οὐ χρὴ προσίεσθαι κἂν υἱὸς λέγηται, τοῦτ' ἔστι, κἂν θεόθεν ἐπὶ τὴν τῆς παιδοποιίας χρείαν δεδομένη τυγχάνῃ. — (73) Cicero de nat. deor. lib. I, 13. — (74) Vit. script. VII, 16; 410 ed. Westerm. : ἐπέσκωπτε δ' Ἀντισθένην ἀεὶ διὰ τὴν στρυφνότητα. — (75) Diogenes Laertius lib. VI, 15 : περὶ τῶν διαγράψων ἡ Αὐσίας καὶ Ἰσοκράτης· πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Ἀμάρτυρον. — (76) Isocrates Laudat. Hel. § 1 : εἰσί τινες οἱ μέγα φρονοῦσιν, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι· καὶ καταγεγράφασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ' εἶναι ψευδῆ λέγειν οὐδ' ἀντιλέγειν οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν κτλ. § 8 : ἤδη τινές, ὁρῶντες τούτους ἐκ τῶν τοιούτων ὠφελουμένους, τολμῶσι γράφειν ὡς ἔστιν ὁ τῶν πτωχευόντων καὶ φευγόντων βίος ζηλωτότερος ἢ ὁ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κτλ. § 12 : τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἄλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησε. Hæc ad Antisthenis Protreplicum fortasse pertinent. Vid. fragm. 18. — (77) Diogenes Laertius lib. VI, 7 : ἐσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον κτλ. — (78) Athenæus lib. V, p. 220 D : καὶ Πλάτωνα δὲ μετονομάσας Σάθωνα ἀσυρῶς καὶ φορτικῶς τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκε κατ' αὐτοῦ. Cf. idem lib. XI, p. 507 A. [Vid. fragm. 41]. — (79) Cf. Theæt. p. 156 A 174 A seq. 201 D usque ad 210 B. Sophist. p. 251 B seq. 258; E usque ad 259 E, Polit. p. 286 E seq. Parmen. p. 133 B; 135 A Phæd. p. 90 C; 101 E; Phileb. p. 14 C seq. 17 A; de Republ. p. 505, B C. Sed duo loci qui sæpe ad Antisthenem referuntur, Phileb. p. 43 D seq. et de Republ. p. 583 B seq. ad

Euripidem (80) derisit, quando huncce ejus versiculum :

τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

sic correxit :

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.

Antisthenes nunquam videtur habuisse uxorem (81) et quasi Socratis exemplum imitatus semper in patria urbe mansisse. Falluntur certe qui narrant (82) eum quum Athenis Lacedæmonem venisset, dixisse, sese a mulieribus ad viros profectum esse. Nam eadem vox justius Diogeni Sinopensi tribuitur (83).

Pugnæ Leuctricæ tempore, id est secundo Olympiadis 102 anno, Cynicorum principem in vita adhuc fuisse Plutarchus (84) testatur, qui eum Thebanos victoriæ lætitia elatos objurgasse scribit. Ait enim illum asseverasse hos nihil a pueris differre, quod magistrum concidissent, exsultantibus. Præterea Diodorus Siculus (85) cum alios viros commemoratione dignos, qui tertio Olympiadis 103 anno Cephisodoro archonte vixerint, tum Antisthenem nominat. Denique Eudocia (86), quæ cætera ex Diogene Laertio exscripsit, Antisthenem Athenis septuaginta annorum senem exspirasse refert. At numerum in ejus verbis corruptum putamus ac pro ἑβδομηκοντούτης reponendum esse ὀγδοηκοντούτης conjicimus. Etenim variis antiquorum scriptorum locis inter se comparatis vero proximum existimamus, Antisthenem circiter a primo Olympiadis 84 anno [sive ante Chr. 444] usque ad quartum Olympiadis 103 annum [i. e. ante Chr. 365] vixisse (87), ita ut prope octoginta confice-

ret annos. Fama est eum tabe absumtum esse (88). Cæterum postquam morbo implicatus acerrimis doloribus premi cœpit, volenti hisce molestiis liberari gladiolum Diogenes porrexit. Verum ille ex Socratis (89) præcepto voluntariam mortem fugiens rejecto pugione vitam naturæ reddidit.

Antisthenem quasi majorum gentium Socraticum fuisse, inter omnes convenit (90); quam gloriam magna ex parte tam animi excellentia et magnitudine quam libris mundissimo ac nitidissimo orationis genere scriptis consecutus est. Quippe non solum moralem philosophiam in qua cæteri Socratici habitarunt, sed etiam artem oratoriam, disserendi subtilitatem, grammaticam, physicam litterarum monumentis tradidit. Probant hoc cum alii veterum auctorum loci (91) tum index librorum a Diogene Laertio servatus. Neque vero cuiquam id mirum videbitur reputanti, Cynicorum principem, antequam Socratem audiret, diutissime cum sophistis versatum cuidam artium et litterarum varietati inservire destinasse. Ac multi quidem ejus commentarii et sophisticæ disciplinæ alumnum indicant et ab adolescente confici potuerunt, sed cum postea quoque pristinæ institutionis memorem fuisse, docent libelli contra Platonem scripti (περὶ τοῦ ἀντιλέγειν), quibus illud Protagoreum, nulli sententiæ contradici posse, defendit. Dictionis Antistheneæ præstantia duabus maxime rebus cernebatur, verborum sententiarumque luminibus

Euclidis' doctrinam potius trahendi videntur. — (80) Vid. fragm. 72. — (81) Cf. Xenoph. Conviv. IV. 38. — (82) Theo Progymn. cap. 5, 45 : ἐκ δὲ τοῦ ἀπιθάνου, ὅτι μὴ εἰκός ἐστιν, Ἀντισθένην Ἀττικόν γε ὄντα παραγενόμενον Ἀθήνηθεν εἰς Λακεδαίμονα ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος λέγειν εἰς τὴν ἀνδρωνίτιν ἀπιέναι. — (83) Diogenes Laertius lib. VI, 59 : ἐπανήρχετο ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, Ποῖ καὶ πόθεν; Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. — (84) Plutarchus Vit. Lycurg. cap. 30, vol. I, p. 142 ed. Hutten. : Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας οὐδὲν αὐτοὺς ἔφη διαφέρειν παιδαρίων ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριώντων. — (85) Diodorus Siculus lib. XV cap. 76 : ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος, ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι, Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος ἐσχατογήρως ὤν, Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης. — (86) Eudocia in Villoison. Anecd. Græc. Vol. I p. 56 : ἐτελεύτησε δὲ Ἀθήνησιν ἑβδομηκοντούτης γενόμενος. — (87) Idem statuit Chappuis in commentatione de Antisthene p. 178. — (88) Diog. Laert. VI, 18 : ἐτελεύτησε δὲ ἀῤῥωστίᾳ, ὅτε καὶ Διογένης αἰσιῶν πρὸς αὐτόν, ἔφη, Μήτι χρεία φίλου; Καί ποτε παρ' αὐτὸν ξιφίδιον ἔχων εἰσῆλθε; τοῦ δ' εἰπόντος, Τίς ἂν ἀπολύσαι με τῶν πόνων; δείξας τὸ ξιφίδιον ἔφη, Τοῦτο. Καὶ ὅς, Τῶν πόνων, εἶπον, οὐ τοῦ ζῆν. Ἔδοκει γάρ πως μαλακώτερον φέρειν τὴν νόσον ὑπὸ φιλοσοφίας. Καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχων· Τὸν βίον ἤσθα κύων, Ἀντίσθενες, ὦδε πεφυκώς, ὥστε δακεῖν καρδίην βήμασιν, οὐ στόμασιν. Ἀλλ' ἔθανες φθισικός. Τάχ' ἐρεῖ τις ἴσως, Τί δὲ τοῦτο; πάντως εἰς Ἀΐδην δεῖ τιν' ὁδηγὸν ἔχειν. Julianus Orat. VI p. 181 A, quem transscripsit Suidas v. Ἀντισθένης· ἀῤῥωστοῦντι Ἀντισθένει μακρὰν καὶ δυσανάκλητον ἀῤῥωστίαν ὁ Διογένης ξιφίδιον ἐπέδωκεν, εἰπών, εἰ φίλου χρῄζεις ὑπουργίας. Οὕτως ὥστο ἐκεῖνος οὐδὲν ἀλγεινὸν τὸν θάνατον, ὥστε γενέσθαι τὴν ἀῤῥωστίαν τρυφὴν αὐτόχειρα. Schol. ad Luciani Parasit. § 57 : τοὺς δὲ ἀπὸ δυσουρίας φθινήσαντας, ὡς Ἀντισθένης. Eudocia in Villoison. Anecd. Græc. vol. I p. 56. — (89) Cf. Plato Phæd. p. 61. C. seq. — (90) Diogenes Laertius lib. II, 47 : τῶν δὲ διαδεξαμένων αὐτὸν τῶν λεγομένων Σωκρατικῶν οἱ κορυφαιότατοι μὲν Πλάτων, Ξενοφῶν, Ἀντισθένης. Gellius lib. XIV, 1 : « ut exsistant per hujuscemodi stellarum concursiones et similitudines Socratæ simul et Antisthenæ et Platones. » — (91) Hieronymus contra Jovin. II, 14 : « innumerabiles ejus libri, quorum alios philosophico, alios rhetorico genere conscripsit. » Timon autem sillographus eum ob librorum multitudinem παντοφυῆ φλέδονα vocavit, teste Diogene Laertio lib. VI, 18. Vid. Phil. Græc. Fragm. vol. I p. 96.

ac figuris, quia ab ineunte adolescentia id unum egerat Cynicus, ut Gorgiæ quam simillimus videretur (92). Namque in dialogis eum, inprimis in libro de Veritate atque in Admonitionibus, oratorio dicendi genere usum esse testificatur Diogenes Laertius. Neque tamen verisimile est, Antisthenem ad solum Gorgiam imitandum se contulisse, sed optima quæque ab aliis etiam mutuatum novum pro suo ingenio sermonis genus effinxisse suspicamur. Hinc frequens ejus apud rhetores et grammaticos mentio qui eum pure et eleganter scripsisse judicant. Aristoteles (93) in libris rhetoricis translationis exemplum ex Antisthene profert. Idem (94) in tertio de Republica volumine exponens in civitate, quæ ab optimatibus regatur, nullis eos legibus teneri, Cynicorum principis de leonibus et leporibus narratiunculam commemorat. Dionysius Halicarnassensis (95) sublimiorem Thucydidis orationem cum attico stilo, qualis in cæterorum qui belli Peloponnesiaci tempore vixerunt scriptorum libris fuit, comparans nominatim citat Andocidem, Antiphontem, Lysiam, Critiam, Xenophontem, Antisthenem. Demetrius Phalereus (96) gravitatis effectricem vocem gravissimam in fine positam esse docens, quia mediæ enuntiationi inserta hebetetur, Antisthenis dictum quoddam refert. Epictetus (97) Platonicum et Xenophonteum sermonis genus cum Antistheneo contendens : θαυμαστῶς, inquit, ἄνθρωπε, γράφεις, καὶ σὺ μεγάλως εἰς τὸν Ξενοφῶντος χαρακτῆρα, σὺ εἰς τὸν Πλάτωνος, σὺ εἰς τὸν Ἀντισθένους. Similiter Fronto (98) : « Diodori tu et Alexini verba verbis Platonis et Xenophontis et Antisthenis anteponis? » et Longinus (99) qui Æschinem adjicit : « τῷ μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ τῷ Ξενοφῶντι, Αἰσχίνῃ τε καὶ Ἀντισθένει περιττῶς διαπεπόνηται καὶ ἱκανῶς ἠκρίβωται ». Porro Julianus (100) de fabularum usu in controversiis ethicis disputans, sententiam suam optimorum scriptorum Xenophontis, Platonis, Antisthenis auctoritate et exemplo confirmat. Ait enim : « οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν φαίνεται καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων προσχρησάμενος πολλαχοῦ τοῖς μύθοις. » Phrynichus (101) denique grammaticus puri et attici sermonis normam ac regulam optimaque exempla, præter Platonem et Demosthenem, tum Critiam Callæschri filium, tum duos Antisthenis libros de Cyro ac de Odyssea vocat. Verum in hac tanta elegantia peculiares quasdam voces usurpavit Antisthenes, quas diligenter grammatici explicuerunt (102), ut vel hinc colligendum sit, qualem quantumque scriptorem Cynicum existimaverint.

Ad eloquentiæ lumina quibus omnem materiam ornaverat Antisthenes accedebat ipsarum rerum, in quibus versabantur ejus commentarii, gravitas et majestas. Itaque Zeno Stoicus eum contra obtrectatorem defendit, neque quæ minus bene, sed quæ bene dixerit spectari vult (103). Theopompus vero Chius (104) hunc solum ex omnibus Socraticis ad cœlum laudibus extulit, attribuens ei temperatam suavitate gravitatem, qua quemlibet ad suam sententiam traduceret, hasque virtutes etiam in scriptis ejus comparere Diogenes Laertius testatur. Quin etiam Theopompus adeo Cynicum admiratus est, ut cæteros agrestes præ illo putare videretur. Serio enim Platonem in nonnullis dialogis Antisthenis scrinia compilasse contendit (105). Quod quamvis nemo credat, tamen quanta apud Græcos Antisthenis auctoritas fuerit, indicio est. Idem judicandum de Diogenis Laertii loco, ubi Æschines Socraticus lectis quibusdam Antisthenis voluminibus alienam sapientiam sibi arrogasse perhibetur (106). Cicero Antisthenis libros diligenter evolvit, licet acumen magis quam eruditionem

— (92) Quidam ejus verborum lusus redolent sophistas. Vid. fragm. 77. 93. 95. Huc pertinet etiam illud apophthegma, quod Diogenes Laertius lib. VI, 24 Diogeni Sinopensi, Plutarchus de Stoic. repugn. XIV, 7 similibus verbis Antistheni assignat : εἰς τὸν βίον παρεσκευάσθαι ζῆν λόγον ἢ βρόχον. — (93) Vid. fragm. 68. — (94) Vid. fragm. 66. — (95) Dionysius Halicarnassensis in Jud. de Thuc. cap. 51 p. 941 ed. Reisk. : πρὸς δὲ τοὺς ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον βίον ἀναφέροντας τὴν Θουκυδίδου διάλεκτον, ὡς δὴ τοῖς τότε ἀνθρώποις οὖσαν συνήθη, βραχὺς ἀπόχρη (sic leg. pro ἀπίχρη) μοι λόγος καὶ σαφής, ὅτι, πολλῶν γενομένων Ἀθήνησι κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ῥητόρων τε καὶ φιλοσόφων, οὐδεὶς αὐτῶν κέχρηται ταύτῃ τῇ διαλέκτῳ, οὐδ' οἱ περὶ Ἀνδοκίδην καὶ Ἀντιφῶντα καὶ Λυσίαν ῥήτορες, οὐδ' οἱ περὶ Κριτίαν καὶ Ἀντισθένη καὶ Ξενοφῶντα Σωκρατικοί. — (96) Vid. fr. 67. — (97) Epicletus Dissert. II, 17, 35. — (98) Fronto de eloq. p. 86 ed. Niebuhr. — (99) Longinus περὶ εὑρέσεως in Rhetor. Gr. vol. IX p. 559 ed Walz. — (100) Julianus orat. VII pag. 215 C. Cf. p. 209 A. et 217 A. — (101) Vid. fragm. 8. — (102) Vid. fragm. 18. 19. 20. — (103) Diog. Laert. lib. VII, 19. — (104) Diog. Laert. lib. VI, 14 : τοῦτον μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ καὶ φησι δεινόν τε εἶναι καὶ δι' ὁμιλίας ἐμμελοῦς ὑπαγαγέσθαι πάνθ' ὁντινοῦν. Δῆλον δ' ἐκ τῶν συγγραμμάτων κἀκ τοῦ Ξενοφῶντος συμποσίου. — (105) Athenæus lib. XI p. 508 C : καὶ γὰρ Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς τοὺς πολλούς, φησί, τῶν διαλόγων αὐτοῦ ἀχρείους καὶ ψευδεῖς ἂν τις εὕροι· ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείους, ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ κἀκ τῶν Ἀντισθένους, πολλοὺς δὲ κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλεώτου. — (106) Diogenes Laertius lib. II, 60-61 : διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης καὶ μάλιστ' ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους, ὄντας Σωκράτους, ὑπεβάλλοιτο, λαμβάνων παρὰ Ξανθίππης. Ὧν οἱ μὲν καλούμενοι Ἀκέφαλοι σφόδ' εἰσὶν ἐκλελυμένοι καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν, οὓς καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐρέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου. Καὶ τῶν ἑπτὰ δὲ τοὺς πλείστους Περσαῖός φησι Πασιφῶντος εἶναι

in eo esse fateatur. Nam (107) Κῦρος δ' ε', inquit, mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis, « hominis acuti magis quam eruditi ». Lucianus (108) ejus ingenii monumenta cum Platonis operibus conferre non veretur. Nimirum hæc ejus verba sunt : τὰ τοιαῦτα βιβλία ἔχων τί μάλιστα ἀναγιγνώσκεις; τὰ Πλάτωνος; τὰ Ἀντισθένους; Postremo Panætius (109) inter omnes Socraticorum dialogos eos duntaxat genuinos esse statuit, qui essent Platonis, Xenophontis, Antisthenis, Æschinis; id quod probat Antisthenem in principibus Socraticæ sectæ scriptoribus numeratum esse. Probabile est plurimos Antisthenis libros fuisse dialogos, in quibus Socrati plerumque ita primas dederit partes, ut subtilis disputatoris personam sustineret. Hoc videlicet e nonnullis Diogenis Laertii locis cogendum esse arbitramur (110), velut lib. III, 35 : ἔγραψε διάλογον κατὰ Πλάτωνος, item lib. VI, 1 : ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς. Cf. lib. II, 64. Accedit quod aliquot fragmenta e dialogis petita esse apparet (111). Ab his diversas fuisse existimamus orationes ac cætera ejus scripta de quibus infra agemus.

Quæritur autem inprimis, sintne Antisthenis duæ declamationes quæ sub ejus nomine ferantur ac sæpius a viris doctis editæ sunt. Earum altera inscribitur Αἴας, altera Ὀδυσσεύς. Utramque jam noverat Diogenes Laertius (112), primo operum Antistheneorum volumini cum alia inserta fuisse dicens, tum Αἴαντα ἢ Αἴαντος λόγον et Ὀδυσσέα ἢ περὶ Ὀδυσσέως. Sunt vero oratiunculæ, quibus Ajax et Ulixes apud judices super armis Achillis litigantes inducuntur. Quamobrem fuerunt qui eas ad Antisthenem auctorem referrent, præsertim quum sophistico sermonis genere, quo contraria contrariis et verba verbis altera ex parte respondent, scriptas esse viderent. Neque negandum in utraque oratiuncula quædam doctrinæ Antisthenææ vestigia deprehendi. Tale est quod dicit Ajax p. 664 ed. Bekker. : ἐγὼ μὲν οὖν ὑμῖν λέγω τοῖς οὐδὲν εἰδόσι κριταῖς καὶ δικασταῖς, μὴ εἰς τοὺς λόγους σκοπεῖν περὶ ἀρετῆς κρίνοντας, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα μᾶλλον. Καὶ γὰρ ὁ πόλεμος οὐ λόγῳ κρίνεται, ἀλλ' ἔργῳ· οὐδ' ἀντιλέγειν ἔξεστι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ἢ μαχομένους κρατεῖν ἢ δουλεύειν σιωπῇ. Hæc enim sententia comparari potest cum Antisthenco dogmate apud Diogenem Laertium lib. VI, 11 : τήν τε ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι, μήτε λόγων πλείστων δεομένην μήτε μαθημάτων, et cum altero illo : οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, apud Aristotelem Metaph. lib. IV, 29. At neutra oratio Antisthene digna, sed a recentioris ætatis sophista Gorgiæ discipulo supposita videtur. Adde quod veterum scriptorum auctoritate constat (113), priores sophistas Gorgiæ æquales orationum suarum argumenta singularum rerum laudes vituperationesque esse voluisse, ac totum oratoris officium uno demonstrativo causarum genere contineri existimasse. Nam circa Demetrii Phalerei tempus demum dici cœptas esse oratiunculas ad fori imitationem fictas ideoque ad genus judiciale pertinentes, locuples testis Quintilianus (114) docet. Quod si verum est, declamationes de quibus hic agitur subditiciæ sunt. Idem dicendum de mutuo epistolarum usu quem Antisthenes cum Aristippo habuisse traditur. Neque enim quidquam ineptius excogitari potest illis litteris (115), quibus Antisthenes Aristippo ætatem cum tyrannis actam et luxuriam objicit. Verum iste Pseudoaristippus in epistola (116), qua amici litteris respondet, haud minus inepta loquitur. Itaque hæc quoque epistolia posterioribus sæculis conficta esse facile adducor ut credam.

Accedimus ad librorum indicem quem Diogenes Laertius servavit, cum eoque aliorum scriptorum de nobilissimis Cynici libris testimonia jungemus. Digesta autem erant Antisthenis opera in decem tomos (117), quæ distributio procul dubio non philosopho ipsi, sed grammaticis Alexandrinis vel Pergamenis (118) debetur, qui primo titulo multorum librorum alterum vel etiam tertium addiderunt, ut περὶ λέξεως ἢ περὶ

τοῦ Ἐρετριακοῦ, εἰς τοὺς Αἰσχίνου δὲ κατατάξαι. Ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀντισθένους τόν τε μικρὸν Κῦρον καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐλάσσω καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δὲ ἐσκευώρηται. — (107) Cicero Epist. ad Attic. lib. XII, 38. — (108) Lucianus adv. indoct. cap. 27. — (109) Diogenes Laertius lib. II, 64 : πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου· διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνός καὶ Εὐκλείδου. Conf. lib. II, 85. — (110) Athenæus lib. XI, p. 507 A : ἀλλὰ μὴν οὐδ' Ἀντισθένη ἐπαινῶ. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος πολλοὺς εἰπὼν κακῶς οὐδ' αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος ἀπέσχετο, ἀλλὰ καλέσας αὐτὸν φορτικῶς Σάθωνα τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκεν. Id. lib. V, p. 220 D : ὁ δὲ πολιτικὸς αὐτοῦ διάλογος ἁπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν, ὁ δ' Ἀρχέλαος Γοργίου τοῦ ῥήτορος, ἡ δ' Ἀσπασία τῶν Περικλέους υἱῶν Ξανθίππου καὶ Παράλου διαβολήν. — (111) Epictetus Dissert. IV, 5, 20 : τί οὖν λέγει Ἀντισθένης, οὐδέποτ' ἠκούσας; « βασιλικόν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν. » Conf. fragm. 63. —

(112) Diogenes Laertius lib. VI, 15. — (113) Cicero Brut. cap. 12. — (114) Quintilianus lib. II, cap. 4, 41 : « nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Græcos dicere, circa Demetrium Phalerea institutum fere constat. » — (115) Vid. fragm. 51. — (116) Socratis et Socraticorum epist. p. 16 ed. Orell. — (117) Diogenes Laertius lib. VI, 15 : φέρονται δ' αὐτοῦ συγγράμματα τόμοι δέκα κτλ. Suidas v. Ἀντισθένης· οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα. Eudocia in Villoison. Anecd. I. p. 56. — (118) Cf. Ritschl. de

χαρακτήρων. Sed ut qualia doctissimi viri de singulis philosophiæ litterarumque partibus merita fuerint, ab omnibus intelligatur, non illorum voluminum ordinem sequemur, sed scripta ejus generatim disposita exhibebimus. Qua in re multa menda quibus Lærtii oratio scatet probatis magna ex parte aliorum conjecturis aut nostro Marte corrigemus.

I. Scripta rhetorica.

Comprehensa erant omnia tomo primo atque hæc fuisse feruntur :

(1) περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων. De dicendi generibus.

(2) Αἴας ἢ Αἴαντος λόγος.

(3) Ὀδυσσεὺς ἢ Ὀδυσσέως λόγος (119).

(4) Ὀρέστου ἀπολογία ἢ περὶ τῶν δικογράφων.

(5) Ἰσογραφία ἢ Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης.

Ita scribendum videtur pro membranarum lectione Ἰσογραφὴ ἢ Δεσίας ἢ Ἰσοκράτης. Cæterum jam Wyttenbachius ad Plutarchi Moral. p. 390 ed. Oxon. pro Δεσίας legi jusserat Λυσίας. Fuerunt etiam (120) qui deleto nomine Ἰσογραφὴ quartum titulum Ὀρέστου ἀπολογία, quintum autem περὶ τῶν δικογράφων ἢ Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης esse arbitrarentur. Sed res incerta est.

(6) Πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Ἀμάρτυρον. Est enim inter Isocrateas oratio una et vicesima quæ inscribitur πρὸς Εὐθύνουν Ἀμάρτυρος, quod vocabulum causam sine testibus agi declarat. Eam igitur orationem Antisthenes composito libello exagitavit. Quum autem in illa causa quæratur de pecunia deposita (παρακαταθήκη), vero proximum est Isocratem ad Antisthenis cavillationes respondisse his verbis quæ exstant in Panegyrico [§ 88] : τοὺς δὲ τῶν λόγων ἀμφισβητοῦντας (χρὴ) πρὸς μὲν τὴν παρακαταθήκην καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὧν νῦν φλυαροῦσι παύεσθαι γράφοντας, πρὸς δὲ τοῦτον τὸν λόγον ποιεῖσθαι τὴν ἀμιλλαν καὶ σκοπεῖν ὅπως ἄμεινον ἐμοῦ περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἐροῦσιν, ἐνθυμουμένους ὅτι τοῖς μεγάλα ὑπισχνουμένοις οὐ πρέπει περὶ μικρὰ διατρίβειν κτλ.

II. Scripta dialectica.

Continebantur tomo VI et parte tomi VII.

(7) Ἀλήθεια. Apparet Antisthenem illam quam composuerat philosophiæ formulam hoc potissimum opere explicasse. Vid. fragm. 46. 47. 48. 49. 50.

(8) περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ἀντιλογικός.

(9) Σάθων ἢ περὶ τοῦ ἀντιλέγειν α′ β′ γ′. Vid. fragm. 41. 42. 43. 44. 45.

(10) περὶ διαλέκτου. De disserendi ratione.

(11) περὶ παιδείας ἢ ὀνομάτων α′ β′ γ′ δ′ ε′. Quum Antisthenes sublata definitione nihil ulli rei præter rem ipsam tribui vellet (121), ad singularum rerum vim naturamque aperiendam solum nomen accommodatum esse videbatur. Quocirca postulare debebat, ut suum cuique rei et aptissimum nomen imponeretur. Itaque omnis eruditionis initium nominum considerationem esse dixit, ideoque de vera vocabulorum significatione quinque hujus operis libris et eo quod sequitur opusculo exposuit. Vide fragm. 39. 40.

(12) περὶ ὀνομάτων χρήσεως ἢ ἐριστικός (122).

(13) περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως.

(14) περὶ δόξης καὶ ἐπιστήμης α′ β′ γ′ δ′.

(15) Δόξαι ἢ ἐριστικός.

(16) περὶ τοῦ μανθάνειν προβλήματα.

III. Scripta physica.

(17) περὶ ζώων φύσεως. Hic liber tomo secundo insertus erat, reliqui tomo septimo.

(18) περὶ τοῦ ἀποθανεῖν.

(19) περὶ ζωῆς καὶ θανάτου.

(20) περὶ τῶν ἐν Ἅιδου. Exploratum nobis est edidisse plures veterum de inferis commentarios, quibus eorum historiam tractarunt, qui pro mortuis habiti in vitam redierunt. Vide Democriti fragmenta p. 114 seq. Sed quale Antisthenis volumen fuerit, declarare non audemus. Possis tamen suspicari, eum ibi de animarum immortalitate disputasse atque eo referre sententiam, cujus meminit Scholiastes Venetus ad Iliad. lib. XXIII, 65. Fertur enim Antisthenes contendisse, animas ad corporum in quibus inclusæ sunt similitudinem esse conformatas. Vide fragm. 33.

(21) περὶ φύσεως α′ β′. Sine controversia hic liber idem est, quem Cicero et Lactantius Physicum vocant. Vid. fragm. 24.

(22) ἐρώτημα περὶ φύσεως α′ β′.

IV. Scripta moralia et politica.

Libri, quos de moribus ac de republica scripsit Antisthenes, non solum numero, sed etiam auctoritate et gravitate cæteris ejus ingenii mo-

biblioth. Alexandr. p. 135 seq. — (119) Cobetus inseruit ἢ quod desideratur in membranis. — (120) Ad. Müller in dissertatione de Antisthene pag. 35. — (121) Plato Theæt. p. 202 A : νῦν δὲ ἀδύνατον εἶναι ὁτιοῦν τῶν πρώτων ῥηθῆναι λόγῳ· οὐ γὰρ εἶναι αὐτῷ ἀλλ' ἢ ὀνομάζεσθαι μόνον· ὄνομα γὰρ μόνον ἔχειν. — (122) ἢ ejecit Cobetus. —

numentis præstabant. Primum autem locum obtinebant illi commentarii quorum alteri Herculis, alteri Cyri nomen habebant. His enim Cynicus moralis philosophiæ præcepta tradiderat, ita ut inprimis laborem bonum esse Herculis ac Cyri exemplis ad imitandum propositis doceret (123). Ac Diogenes quidem Laertius testatur tres fuisse libros, quos ille Cynicorum patrono dedicasset :

(23) Ἡρακλῆς ὁ μείζων ἢ περὶ ἰσχύος (tom. IV.)

(24) Ἡρακλῆς ἢ περὶ φρονήσεως ἢ ἰσχύος (tom. X).

(25) Ἡρακλῆς ἢ Μίδας (tom. X) (124).

Sed fortasse unus idemque liber fuit, qui tamen varie ab antiquis auctoribus inscriberetur. Nam si tres ejus partes fuisse statuimus, unam de fortitudine, aliam de prudentia, tertiam de Hercule et Mida i. e. de virtute et libidine, quas inter se comparatas esse Welckerus conjecit : quæcunque olim exstabant Herculis capita, ex eodem opere depromta fuisse verisimile est. Vid. fragm. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Addo sententiam quam ex eodem volumine servavit Scholiastes ad Germanici Aratea vol. II, p. 87 ed. Buhl. « Cujus (Chironis) hospitio quum Hercules uteretur, sicut Antisthenes dicit, e pharetra sagitta lapsa dicitur pedem ejus vulnerasse ».

Diogenes Laertius duos libellos enumerat :

(26) Κῦρος (t. IV).

(27) Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας (t. V). Idem alio loco (125) commemorat Antisthenis minorem Cyrum, ex quo colligimus etiam majorem exstitisse. Nescio an ille, qui cum Hercule majore tomum IV implebat, major inscriptus fuerit alter qui quinto continebatur, minor. Athenæus (126) quoque duo Cyros Antisthenis discernit. Cicero autem (127) et Phrynichus (128) simpliciter Cyrum Antisthenis laudantes aut majorem tantum intellexisse aut minorem majoris partem habuisse videntur. Non diffiteor tamen Diogenis Laertii testimonium confirmari a Cicerone epist. ad Atticum XII, 38 ita scribente : « Κῦρος δ' ε' mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis ». Nam apertum est δ' ε' esse signa numerorum IV et V, iisque quartum tomum et quintum operum Antisthenis notari, in quibus duo Cyri inclusi erant. Vide fragm. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Fragmentis adjicio sententiam insertam Arsenii (129) Violario. Ibi enim Cyrus rex interrogatus, τί ἀναγκαιότατον εἴη μάθημα, respondet : τὸ ἀπομαθεῖν τὰ κακά. Quod dictum quum iisdem fere verbis Antistheni assignetur (130), ex Cyro ejus sumtum esse existimandum est.

(28) Περὶ τῶν σοφιστῶν φυσιογνωμονικός (t. II). Ex hoc libro pauca verba affert Athenæus (131), quæ sic latine verto : « etenim illæ porcellos invitos saginant ». Vid. fragm. 23. Unde viri docti conjecerunt, Antisthenem comparasse sophistas discipulis suis sapientiam inculcantes cum servis porcellos per vim saginantibus. Quidam etiam existimarunt Cynicum Zopyri artem, qui Socratis ætate primus exstiterit physiognomon (132), ad deridendos sophistas adhibuisse. Verum hæc neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est.

(29) περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας προτρεπτικὸς πρῶτος, δεύτερος, τρίτος (t. II). Vid. fragm. 17. 18. 19. 20.

(30) περὶ Θεόγνιδος δ' ε'. Cf. Theogn. p. LXXII ed. Welcker.

(31) Ἀσπασία (t. V). Vid. fragm. 15. 16.

(32) περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας (t. III). Vid. fragm. 22. Possis eo referre etiam fragm. 89. 90. 66. 129. 99. 104. Cf. Diog. Laert. lib. VI, 8.

(33) Ἀρχέλαος ἢ περὶ βασιλείας (t. X). Patet egisse Antisthenem de regno librumque suum Archelai, Macedonum regis, nomine affecisse. Qui quum cædibus indignissimis maximisque editis rerum potitus esset, tamen litterarum artiumque fautor exstitit. In Platonis Gorgia autem p. 470 D seq. Polus, sophistæ discipulus, Archelai exemplo docere aggreditur, ad vitam beatam nihil interesse, justene facias nec ne. Similiter Gorgias ipse fortasse de Archelao judicaverat, ideoque ab Antisthene vituperatus est. Namque Antisthenis Archelaus Gorgiæ insectationem continebat, cujus rei testem Athenæum habemus. Vid. fragm. 21.

(34) περὶ παιδοποιίας ἢ περὶ γάμου ἐρωτικός (t. II). Abhorruisse Cynicos a legitimo matrimonio, quippe quo sapientis libertatem opprimi censerent, res est certissima. Sic igitur ipse judicat Antisthenes in Xenophontis Convivio IV, 38. Itaque ad hunc librum referimus omnes ejus locos quibus matrimonium dissuadere et Venerem vulgivagam commendare videtur. Cf. fragm. 93. 94. 35. 36.

(35) περὶ ἀγαθοῦ (t. III). Hoc libro Antisthe-

(123) Vid. fragm. 12. — (124) Welckerus Mus. Rhen. 1833 p. 592 legi vult Ἡρακλῆς καὶ Μίδας. — (125) Diogenes Laert. II, 61 : ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀντισθένους τόν τε μικρὸν Κῦρον καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐλάσσω καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δὲ ἐσκευώρηται. — (126) Athenæus V, p. 220 C. — (127) Cicero epist. ad Attic. XII, 38. — (128) Phrynichus ap. Phot. CLVIII, p. 326. — (129) Arsenius viol. p. 502 ed. Walz. cf. Philol. VI p. 578. 579. — (130) Diogenes Laertius lib. VI, 7 : ἐρωτηθείς τί τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον, ἔφη, τὸ κακὰ ἀπομαθεῖν. Cf. Stob. Append. e Cod. Flor. 16, 33 p. 403 ed. Gaisf. — (131) Athenæus lib. XIV, p. 656 F. — (132) Cic. de Fat. c. 5. Tuscul. IV,

nem de divitiarum, voluptatum, gloriæ contemtu omninoque de rerum omnium humanarum despicientia disseruisse suspicor, ita ut nihil præter virtutem paupertatemque in bonis ducendum esse demonstraret. Conf. Xen. Conviv. IV, 34 seq. Stob. Flor. I, 30. X, 42. Diogenes Laertius lib. VI, 106, VI, 11; VI, 3.

(36) περὶ ἀνδρείας (t. III).

(37) περὶ νόμου ἢ περὶ καλοῦ καὶ δικαίου.

(38) περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας (t. III). Probabile est Antisthenem ita de libertate ac servitute disputasse, ut sapientem solum esse beatum cæterorumque dominum, solum etiam liberum, etiamsi servus foret, ostenderet. Cf. Diog. Laert. lib. VI, 29 seq. 74 seq.

(39) περὶ πίστεως (t. III).

(40) περὶ ἐπιτρόπου ἢ περὶ τοῦ πείθεσθαι (t. III).

(41) περὶ νίκης (t. III).

(42) οἰκονομικός (t. III).

(43) κύριος ἢ ἐρώμενος (t. X).

(44) κύριοι ἢ κατάσκοποι (t. X).

(45) Μενέξενος ἢ περὶ τοῦ ἄρχειν (t. X). Menexenum Socratis discipulum ejusdem nominis dialogo, qui inter Platonicos non infimum locum obtinet, nobilitatum esse nemo ignorat. Quem quoniam Plato p. 234 A, B reipublicæ administrandæ cupidum fuisse prodit, non est quod refragemur viris doctis eundem Socratis discipulum ab Antisthene quoque celebratum esse putantibus.

(46) Ἀλκιβιάδης (t. X). Antisthenes non modo in altero Cyrorum maledixit Alcibiadi, sed etiam libro singulari totam ejus vitam exposuit. Cf. fragm. 9. 10. 13. 14.

V. Homerica.

Antisthenem in Homero explicando operam consumsisse auctor est Dio Chrysostomus (133), idque tam Diogenis Laertii (134) testimonio, qui Homericos ejus libros partim octavo operum tomo, partim nono insertos fuisse ait, quam Homericis quæ exstant scholiis confirmatur (135). In his enim sæpius laudatur Antisthenes ejusque nunc fabularum explicatio nunc nominum enodatio commemoratur. Huc accedit Xenophontis (136) auctoritas, apud quem in Convivio eorum qui versus Homericos recitabant inscitiam ridet Antisthenes, contendens veram poetæ mentem et reconditum ejus verborum sensum ab illis non intelligi. Præterea Dio Chrysostomus (137) testatur Antisthene judice Homerum in aliis rebus sententiam suam expromere ausum esse, in aliis ad communem hominum opinionem accommodate loquentem ea quæ sentiret allegoria obscurasse. Itaque Stesimbroti, Anaximandri, Democriti aliorumque vestigiis ingressus Antisthenes in interpretando Homero ita versatus est, ut quæ philosophiæ præcepta fabulis continerentur, doceret. Qua in re eum moralis philophiæ potissimum et physicæ rationem habuisse nemo non videt. Fidem facit Clementis Alexandrini (138) locus, ubi Cynicus Amorem deum esse negat ejusque nomine animi humani affectionem significari vult. Antisthenis exemplum autem secuti sunt Diogenes et Crates, per quem similis allegoriarum Homericarum fabularumque explanatio ad Stoicos propagata est. Neque vero perpetuum commentarium in Homerica carmina composuit Cynicorum princeps, sed singulos tantum locos suo more enarravit. Quocirca libros modo de Calchante, modo de Circe, modo de Minerva vel de aliis sive diis sive hominibus sive rebus scripsit. Ex his quæ supersunt fragmenta infra proponam. Restat ut commentationes Homericas quæ vel octavo vel nono operum tomo comprehensæ erant, sigillatim percenseam. Liquet vero in scriptorum indice quem exhibet Diogenes Laertius ordinem quendam cerni, ita ut in priorem tomum relata sint opuscula aut ad totum hoc interpretationis genus pertinentia, velut de ipso Homero ejusque interpretibus, de arte musica, aliis, aut ad Iliadem spectantia, in posteriorem libros de Odyssea conscriptos. Comparebant igitur in octavo tomo hæcce:

(47) περὶ μουσικῆς.

(48) περὶ ἐξηγητῶν.

(49) περὶ Ὁμήρου.

(50) περὶ ἀδικίας καὶ ἀσεβείας. Videtur referri ad principium Iliadis, ubi Agamemno Chrysen filiam redemturum cum ignominia repellit post-

37. — (133) Dio Chrysostomus orat. LIII p. 276 ed. Reisk. — (134) Diog. Laert. VI, 17-18. — (135) Vid. fragm. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. — (136) Xenophon Conviv. III, 6: ἐκεῖνο δ' ἔφη ὁ Ἀντισθένης, λέληθέ σε, ὅτι καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ πάντες ἐπίστανται ταῦτα τὰ ἔπη; καὶ πῶς ἄν, ἔφη, λελήθοι, ἀκροώμενόν γε αὐτῶν ὀλίγου ἀν' ἑκάστην ἡμέραν; οἴσθά τι οὖν ἔφης, ἔφη, ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν; οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Νικήρατος, οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ. Δῆλον γάρ, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὅτι τὰς ὑπονοίας οὐκ ἐπίστανται. Σὺ δὲ Στησιμβρότῳ τε καὶ Ἀναξιμάνδρῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς πολὺ δεδώκας ἀργύριον, ὥστε οὐδέν σε τῶν πολλοῦ ἀξίων λέληθε. — (137) Dio Chrysostomus or. LIII p. 276 ed. Reisk.: ὁ δὲ λόγος οὗτος Ἀντισθένους ἐστὶ πρότερον, ὅτι τὰ μὲν ὄζῃ, τὰ δὲ ἀληθείᾳ εἴοικται τῷ ποιητῇ. — (138) Clemens Alexandrinus Strom. II, 20, p. 485 ed. Potter.: τόν τε ἔρωτα κακίαν φησὶ φύσεως, ἣν ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες θεὸν τὴν νόσον καλοῦσιν. Cf. Julian. orat. VII, p. 209. 215. 217. —

eaque reddita Chryseide Achilli Briseidem injuste eripit.

(51) περὶ Καλχάντος.

(52) περὶ κατασκόπου. Perspicuum est Dolonem speculatorem intelligi, de quo decimo Iliadis libro agitur.

(53) περὶ ἡδονῆς. Fortasse interpretandum : *de voluptate quæ auditu et cantibus percipitur*, ut sit περὶ τῆς δι' ἀκροαμάτων ἡδονῆς.

Tomus nonus autem hosce libellos continebat :

(54) περὶ Ὀδυσσείας. Hunc mirifice laudat Phrynichus. Vid. Fragm. 8.

(55) περὶ τῆς ῥάβδου. Sunt qui Mercurii potius virgam (Odyss. lib. V, 47-48) τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, quam Circes (lib. X, 238) vel Minervæ (lib. XIII, 429) significari putent. At incerta res est.

(56) Ἀθηνᾶ ἢ περὶ Τηλεμάχου.

(57) περὶ Ἑλένης καὶ Πηνελόπης.

(58) περὶ Πρωτέως. Commentatio hæc ad Odyss. lib. IV, 384 seq. pertinebat.

(59) Κύκλωψ ἢ περὶ Ὀδυσσέως. Ex hoc volumine petitum videtur quod interpretes græci ad Odyss. lib. IX, 525 Antistheni ascribunt. Vid. fragm. 29. Fortasse etiam fragm. 26 et 27, quibus Ulixis sapientia egregie laudatur, in eodem volumine olim legebantur.

(60) περὶ οἴνου χρήσεως ἢ περὶ μέθης ἢ περὶ τοῦ Κύκλωπος. Vid. fragm. 34.

(61) περὶ Κίρκης.

(62) περὶ Ἀμφιαράου. Hunc libellum ad Odyss. lib. XV, 244 seq. spectasse credibile est.

(63) περὶ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Πηνελόπης καὶ περὶ τοῦ κυνός. Agebatur sine dubio de Argo, Ulixis cane, qui solus dominum reducem extemplo agnovit. Vid. Odyss. lib. XVII, 291 seq. Quæ autem de Ulixe et Penelope exposuerat Antisthenes, ea inprimis pertinuisse arbitror ad Odyss. lib. XIX, 53 seq. et ad lib. XXIII.

Superest ut de aliis Antisthenibus qui cum Cynicorum principe confundi possunt, breviter dicamus. Diogenes Laertius lib. VI, 19 tres alios enumerat Antisthenes, unum Heracliteum quem ad Heracliti auctoritatem se contulisse ac Platonis ætate in Ionia floruisse opinor (139); alium, Ephesium, de quo nihil a veteribus traditum est; tertium, Rhodium quendam historicum. Hujus una cum Zenone Rhodio meminit Polybius (140), utrumque prodens in Rhodiorum republica versatum temporum suorum composuisse historiam. Floruisse eum circa annum 200 ante Chr. e Polybii testimonio cogi oportet. Porro Antisthenem quendam Peripateticum de pugna ad Thermopylas commissa, qua Acilius Glabrio Antiochum Magnum fugavit, commentariolum scripsisse Phlegon (141) auctor est. Sed hunc ab historico non diversum putamus eidemque librum de philosophorum successionibus sæpius a Diogene Laertio memoratum attribuimus. Possis etiam eidem assignare libellum magicum (142), item volumen de pyramidibus (143) et opusculum quod Meleagris (144) inscribebatur; verum hæc ut incomperta in medio relinquimus. Denique ignotus est Antisthenes Academicus, de quo hæc apud Joannem Sarisberiensem (145) leguntur :

> Doctior Antisthenes Academicus omnia solum scire deum dicit, et ratione probat.
>
> Asserit et superos quam plurima scire, nec omnes omnia, mortales paucula scire putat.
>
> Hæsitat in cunctis, nisi quæ ratione probantur viva, cui stupor est non habuisse fidem.

Atque hi quidem clarum in litteris nomen habuerunt; cæteros Antisthenes omittendos esse arbitramur.

Cynicorum principis vitam exposui, placita breviter perstrinxi, scripta denique enumeravi; reliqua e fragmentis, quæ diligenter recensui et interpretatus sum, cognoscentur.

(139) Plat. Theæt. p. 179 D seq. cf. Krisch. Quæst. de phil. antiq. p. 238 seq. — (140) Polybius XVI, 14 seq. Cf. Clinton. Fast. Hell. ad a. 198 a. Chr. n. — (141) Phleg. de Mirab. c. 3. — (142) Suidas v. Ἀντισθένης citat libellum qui ὁ Μαγικὸς erat inscriptus. — (143) Plinius Hist. nat. XXXVI, 12. — (144) Plutarchus de fluminibus vol. XIV p. 409 ed. Hutten. : καθὼς ἱστορεῖ Ἀντισθένης ἐν γ' Μελεαγρίδος. — (145) Eutheticus de dogmate phil. v. 1139-1144.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

α'. ἐκ τοῦ Ἡρακλέους.

1. Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εἶναι τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, ὡς Ἀντισθένης φησὶν ἐν τῷ Ἡρακλεῖ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 104.)

2. Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν· ἀξιέραστόν τε τὸν σοφὸν καὶ ἀναμάρτητον καὶ φίλον τῷ ὁμοίῳ, τύχῃ τε μηδὲν ἐπιτρέπειν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 105.)

3. Τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν οὐδ' ἄπορον. Ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός· οἱ σπουδαῖοι φίλοι· συμμάχους ποιεῖσθαι τοὺς εὐψύχους ἅμα καὶ δικαίους· ἀναφαίρετον ὅπλον ἀρετή.

(Diogenes Laertius lib. VI, 12. Pro membranarum lectione ξένον οὐδὲν οὐδ' ἄπο reposui Stephani conjecturam ξένον οὐδὲν οὐδ' ἄπορον. Kuhnius illud ἄπο mutari volebat in ἄτοπον. Apud Hesychium Milesium in Antisthene p. 10 ed. Orell. solum legitur : τῷ σοφῷ ξένον οὐδέν· ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός.)

4. Καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπεν· Ἆρ' οὖν καὶ τῷδε τῷ Συρακουσίῳ κράτιστον, ἐπιδείξαντι τῇ πόλει τὴν ὀρχηστρίδα, εἰπεῖν, ἐὰν διδῶσιν αὐτῷ Ἀθηναῖοι χρήματα, ποιήσειν πάντας Ἀθηναίους τολμᾶν ὁμόσε ταῖς λόγχαις ἰέναι;

(Xenophon Conviv. cap. II, 12-13 : καὶ ὁ Σωκράτης καλέσας τὸν Ἀντισθένην εἶπεν· Οὗτοι τούς γε θεωμένους τάδε ἀντιλέξειν ἔτι οἶμαι, ὡς οὐχὶ καὶ ἡ ἀνδρεία διδακτόν, ὁπότε αὕτη, καίπερ γυνὴ οὖσα, οὕτω τολμηρῶς εἰς τὰ ξίφη ἴεται. Καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπεν κτλ. Simile quid fortasse in libro de Hercule dixerat Antisthenes.)

5. Οὕτως ἄτρεπτος ἦν καὶ ἀνάλωτος ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ κρατῶν ἐκείνης τῆς παραινέσεως ἣν ὁ Ἀντισθένειος Ἡρακλῆς παρῄνει τοῖς παισὶ διακελευόμενος μηδενὶ χάριν ἔχειν ἐπαινοῦντι αὐτούς. Τοῦτο δ' ἦν οὐδὲν ἄλλο, ἢ μὴ δυσωπεῖσθαι, μηδ' ἀντικολακεύειν τοὺς ἐπαινοῦντας.

(Plutarchus de vitioso pudore cap. 18, vol. X p. 183 ed. Hutten.)

6. Οὗτος δοκεῖ Χείρων εἶναι, ὁ ἐν τῷ Πηλίῳ οἰκήσας, δικαιοσύνῃ δὲ ὑπερενέγκας πάντας ἀνθρώπους καὶ παιδεύσας Ἀσκληπιόν τε καὶ Ἀχιλλέα. Ἐφ' ὃν Ἡρακλῆς δοκεῖ ἐλθεῖν ὀι' ἔρωτα παιδείας [a], ᾧ καὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἄντρῳ τιμῶν τὸν Ἄτλαντα [b]. Μόνον δὲ τὸν Κένταυρον οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἤκουσεν αὐτοῦ, καθάπερ Ἀντισθένης φησὶν ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ.

(Eratosthenes Catasterism. cap. 40 p. 30 ed. Schaubach. cf. Eudocia Violar. p. 437. Scripsi : [a] ἔρωτα παιδείας cum Koppiersio; codd. ἔρωτα. — [b] τὸν Ἄτλαντα cum Winckelmanno propter Plutarchi verba De ei apud Delphos cap. 6, vol. IX p. 223 ed. Hutten.: ὁ δ' Ἡρακλῆς οὕπως τὸν Προ-

ANTISTHENIS

FRAGMENTA.

1. ex libro de Hercule.

1. Placet vero iis et finem esse vitam honestam, ut Antisthenes ait in Hercule.

2. Porro eorum opinio est virtutem etiam doceri posse, quemadmodum Antisthenes in Hercule ait, eamque non posse amitti; amabilem item esse sapientem nec errori obnoxium, eundemque simili esse amicum, nec quidquam fortunæ permittere.

3. Nam sapienti nihil neque inauditum neque inexplicabile. Vir bonus dignus est qui ametur. Homines probi pro amicis habendi. Socios nobis asciscere debemus animosos simul et justos. Virtutem esse armorum instar quæ auferri non possint.

4. Ad hæc Antisthenes : Ergo, inquit, huic Syracusano optimum fuerit, ut saltatrice sua civitati ostensa, dicat, se si pecuniam ipsi numerent Athenienses, effecturum, ut audeant omnes Athenienses infestis hastis se objicere.

5. Adeo is talibus rebus se mutari aut capi non sinebat, tenens nimirum Antisthenei illius Herculis præceptum, qui pueros jubebat nemini ipsos laudanti gratiam habere. Hoc autem nullam aliam vim debebat habere, quam ne pudore affecti laudantibus vicissim adularentur.

6. Hic videtur Chiron esse qui in Pelio monte habitavit ac justitia omnes homines antecessit et qui tum Æsculapium tum Achillem litteris instituit. Ad quem Hercules videtur venisse liberalium studiorum cupiditate ductus et commercium cum eo habuisse in antro, Atlantem honore afficiens. Solum vero Centaurum non interfecit, sed eum audivit, quemadmodum Antisthenes Socraticus in Hercule ait.

μηθέα λελυκὼς οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν Χείρωνα καὶ Ἄτλαντα σοφισταῖς διειλεγμένος κτλ.; codd. τὸν Πᾶνα.)

7. Λέγει οὖν καὶ ὁ Ἀντισθένους Ἡρακλῆς περί τινος νεανίσκου παρὰ τῷ Χείρωνι τρεφομένου· Μέγας γάρ, φησί, καὶ καλὸς καὶ ὡραῖος, οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠράσθη δειλὸς ἐραστής.

(Proclus comment. in Plat. Alcib. vol. I p. 98 ed. Creuzer. Cæterum ultima verba ambiguam habent sententiam. Possunt enim ita etiam exponi, ut Hercules dixisse feratur, nunquam futurum ut adolescens ille ab homine malo et ignavo amaretur, sed eximiam ejus pulchritudinem dignam esse amatore forti et ad ipsum defendendum parato.)

β'. ἐκ τοῦ Κύρου.

8. Εἰλικρινοῦς δὲ καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ στάθμας, καὶ παράδειγμά φησιν ἄριστον Πλάτωνά τε καὶ Δημοσθένην Κριτίαν τε τοῦ Καλλαίσχρου καὶ Ἀντισθένην μετὰ τῶν γνησίων αὐτοῦ δύο λόγων, τοῦ περὶ Κύρου καὶ τοῦ περὶ Ὀδυσσείας.

(Phrynichus Arab. appar. orat. ap. Phot. CLVIII p. 3a6. Posui περὶ Ὀδυσσείας emendata codicum scriptura περὶ Ὀδυσσῆ. Cf. Diog. Laert. VI, 17. De Antisthenis libro qui Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας inscribebatur ita judicat Cicero epist. ad Atticum XII, 38 : « Κῦρος δ' ε' mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi. »)

9. Ἀντισθένης δ' ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων κακολογῶν Ἀλκιβιάδην καὶ παράνομον εἶναι λέγει καὶ εἰς γυναῖκας καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν. Συνεῖναι γάρ φησιν αὐτὸν καὶ μητρὶ καὶ θυγατρὶ καὶ ἀδελφῇ, ὡς Πέρσας.

(Athenæus lib. V, p. 220 C. Eadem fere verba servavit Eustathius ad Homeri Odyss. lib. X p. 378 (1645) : Ἀλκιβιάδην μέντοι παρεξηυλημένον ἐν τῷ ἄλλως βιοῦν ἐξωλέστερον σκώψας φησὶν Ἀντισθένης παράνομον εἶναι καὶ εἰς γυναῖκας καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν· συνεῖναι γὰρ καὶ μητρὶ καὶ θυγατρὶ καὶ ἀδελφῇ, ὡς τοὺς Πέρσας.)

10. Διὸ καὶ Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικός, ὡς ἂν αὐτὸς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὸν αὐτὸν καὶ ἀνδρώδη καὶ ἀπαίδευτον καὶ τολμηρὸν καὶ ὡραῖον ἐφ' ἡλικίας γενέσθαι φησίν.

(Athenæus lib. XII, p. 534 C.)

11. Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτ' ἤκουσας; Βασιλικόν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν.

(Arrianus Epictet. diss. IV, 5. Similiter M. Antoninus VII, 36 : Ἀντισθενικόν· βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν· et Diogenes Laertius lib. VI, 3 : ἀκούσας ποτὲ ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει, Βασιλικόν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν. Quod apud Diogenem legitur καλῶς ποιοῦντα, ad actiones honestas refertur; sed εὖ πράττειν ab Antisthene dictum esse existimo. Id vero interpretandum bene rem gerere, ut apud Horatium Epist. lib. I, 8, hoc est felicitate florere. Vid. Stephani Thesaur. s. v. πράσσω.)

12. Καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἑλκύσας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 2.)

13. Ἀλκιβιάδου δὲ καὶ τίτθην, γένος Λάκαιναν, Ἀμύκλαν ὄνομα, καὶ Ζώπυρον παιδαγωγὸν ἴσμεν, ὧν τὸ μὲν Ἀντισθένης, τὸ δὲ Πλάτων ἱστόρηκε.

(Plutarchus vit. Alcib. cap. 1.)

14. Ὅτι δ' αὖ μέγας ὁ Ἀλκιβιάδης ἐγένετο καὶ καλός, δῆλοι μὲν καὶ τὸ κοινὸν αὐτὸν ἐρώμενον καλεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης, δῆλοι δὲ ὁ Ἀντισθένης

---

7. Quamobrem etiam Antisthenis Hercules de quodam adolescente qui apud Chironem educabatur judicans : nimirum magnus, inquit, et pulcher et venustus est; quem qui amaret, non foret miser amator.

2. ex libro de Cyro.

8. Castitatis et integritatis sermonis attici normam et regulam optimumque exemplum Platonem ac Demosthenem perhibet, item Critiam Callæschri filium et Antisthenem cum duobus qui genuini sunt ejus libris de Cyro ac de Odyssea.

9. Antisthenes in altero Cyrorum maledicens Alcibiadi tam in mulierum consuetudine quam in reliqua vitæ ratione spretarum legum eum incusat. Namque cum cum matre, filia et sorore Persarum in morem ait concubare

10. Quamobrem etiam Antisthenes Socraticus, quasi ipse Alcibiadem viderit, fortem ipsum ac virilem nec non indoctum et audacem et formosum in adolescentia fuisse affirmat.

11. Quid igitur dicit Antisthenes? nunquamne audivisti? Regium, o Cyre, est felicitate florere, male autem audire.

12. Laborem bonum esse, magni Herculis ac Cyri exemplis confirmavit, illud a Græcis, hoc a barbaris mutuatus.

13. Alcibiadis et nutricem patria Lacænam, nomine Amyclam, et pædagogum Zopyrum novimus, siquidem alterius rei Antisthenes, alterius Plato auctor est.

14. Rursus Alcibiadem magnum fuisse et pulchrum declarat cum illud, quod communes totius Græciæ amores ac delicias eum vocabant, tum Antisthenes professus,

εἰπών, ὡς εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν ὁ Ἀχιλλεύς, οὐκ ἄρα ἦν ὄντως καλός.

(Proclus in Plat. Alcib. I p. 114 ed. Creuzer. His pauca addit Olympiodorus p. 28 ita scribens : ὅτι γὰρ καλὸς ἦν τῷ σώματι, δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Κυνικὸν Ἀντισθένην λέγειν περὶ αὐτοῦ· Εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν ὁ Ἀχιλλεύς, οὐκ ἦν ὡραῖος. Περὶ οὗ φησιν ὁ ποιητής, βουλόμενος τὸν Νιρέα εἰς κάλλος ἐπαινέσαι· Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Versus sunt apud Homerum Iliad. lib. II, 673-674.)

γ'. ἐκ τῆς Ἀσπασίας.

15. Ἡ δ' Ἀσπασία τῶν Περικλέους υἱῶν Ξανθίππου καὶ Παράλου διαβολὴν [περιέχει]. Τούτων γὰρ τὸν μὲν Ἀρχεστράτου φησὶν εἶναι συμβιωτήν, τοῦ παραπλήσια ταῖς ἐπὶ τῶν μιαρῶν οἰκημάτων ἐργαζομένου, τὸν δ' Εὐφήμου συνήθη καὶ γνώριμον τοῦ φορτικὰ σκώπτοντος καὶ ψυχρὰ τοὺς συναντῶντας.

(Athenæus lib. V, p. 220 D. Reposui cum Casaubono μιαρῶν οἰκημάτων, quum vulgata lectio μικρῶν οἰκημάτων ferri nequeat. Sic et Æschines contra Timarchum 74 : ὁρᾶτε τουτουσὶ τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καθημένους κτλ. Recte enim Suidas : οἴκημα ἀντὶ τοῦ δεσμωτήριον Δείναρχος, ἀντὶ τοῦ πορνεῖον δὲ Αἰσχίνης. Cf. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 956 et Huschkii Anal. crit. p. 238.)

16. Ἀντισθένης δὲ ὁ Σωκρατικὸς ἐρασθέντα φησὶν αὐτὸν [τὸν Περικλέα] Ἀσπασίας δὶς τῆς ἡμέρας εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς ἀσπάζεσθαι τὴν ἄνθρωπον, καὶ φευγούσης ποτὲ αὐτῆς γραφὴν ἀσεβείας λέγων ὑπὲρ αὐτῆς πλείονα ἐδάκρυσεν ἢ ὅτε ὑπὲρ τοῦ βίου καὶ τῆς οὐσίας ἐκινδύνευσε. Καὶ Κίμωνος δ' Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ παρανόμως συνόντος, εἶθ' ὕστερον ἐκδοθείσης Καλλίᾳ καὶ φυγαδευθέντος μισθὸν ἔλαβε τῆς καθόδου αὐτοῦ ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκῃ μιχθῆναι.

(Athenæus lib. XIII, p. 589 E. Cf. Plutarch. vit. Pericl. cap. 32, vol. I, p. 420 ed. Hutten. Adde Jacobs. de hetær. p. 393 et Hemsterhus. Anecd. p. 230 ed. Geel.)

δ'. ἐκ τοῦ Προτρεπτικοῦ.

17. Οὗτος κατ' ἀρχὰς μὲν ἤκουσε Γοργίου τοῦ ῥήτορος· ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς.

(Diogenes Laertius lib. VI, 1.)

18. Βομβυλιὸς δὲ τὸ στενὸν ἔκπωμα καὶ βομβοῦν ἐν τῇ πόσει, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ.

(Pollux VI, 16, 98. Similiter idem X, 19, 68 : τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν βομβυλιὸν μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ. Vid. Schol. ad Apoll. Rhod. II, 571 et Erotian. p. 104 ed. Franz. Huc etiam pertinent ea quæ affert Athenæus lib. XI, p. 784 C : βομβυλιός· θηρίκλειον Ῥοδιακόν. Οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν « οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγήσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ κατὰ μικρὸν στάζοντες. » Sunt qui Antisthenem ab Isocrate in Helenæ laudatione reprehensum esse putent. Sic enim ille p. 233 ed. Bekker. : τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἄλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν, οἱ δὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἀγαθῶν ἢ καλῶν ἢ τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ λέγειν ἐπιχειρήσαντες πολὺ καταδεέστερον τῶν ὑπαρχόντων ἅπαντες εἰρήκασιν. Conf. § 1, 4. 8.)

19. Ἀντισθένης ... καὶ ἐν Προτρεπτικῷ δὲ « ἀντὶ δελφακίων τρέφεσθαι. »

(Athenæus lib. XIV, p. 656 F.)

20. Οὐροδόκην τὴν ἀμίδα Ξενοφῶν, οὐρητρὸν δὲ βίκον Ἀντισθένης.

(Photius p. 361, 21.)

---

nisi talis fuerit Achilles, revera eum non fuisse pulchrum.

3. ex libro de Aspasia.

15. At Aspasia obtrectationem erga Periclis filios, Xanthippum et Paralum, continet. Horum enim unum Archestrati contubernalem esse ait, qui similiter quæstum corpore faciebat ac lupæ in lupanaribus prostitutæ, alterum Euphemi amicum et familiarem, qui in obvios mordacia et frigida dicta jactabat.

16. Antisthenes Socraticus ait Periclem Aspasiæ amore flagrasse et quum bis quotidie ejus cubiculum tum ingrederetur tum egrederetur uxorem osculo impertivisse, quumque illa aliquando impietatis accusata esset, suscepta innocentiæ ejus defensione, uberius flevisse, quam quo tempore de vita et fortunis suis periclitabatur. Porro ubi Cimon cum Elpinice sorore contra jus fasque rem habuit, ac deinde postea hæc Calliæ in matrimonium data est, marito in exsilium ejecto, Pericles reditus ejus mercedem concubitum cum Elpinice accepit.

4. ex Protreptico.

17. Hic initio quidem Gorgiam rhetorem audivit : unde et in dialogis oratorio dicendi genere utitur, præsertim in libro de Veritate atque in Admonitionibus.

18. Bombylius appellatur poculum angusti oris in potione bombum faciens, ut Antisthenes in Protreptico tradit.

19. Antisthenes vero in Protreptico dicit : *pro porcellis nutriri.* »

20. Urinal matulam esse vult Xenophon, urinæ autem receptaculum Antisthenes.

ε'. ἐκ τοῦ Ἀρχελάου.

21. Ὁ δ' Ἀρχέλαος Γοργίου τοῦ ῥήτορος [καταδρομὴν περιέχει].
(Athenæus lib. V, p. 220 D.)

ς'. ἐκ τοῦ Πολιτικοῦ.

22. Ὁ δὲ πολιτικὸς αὐτοῦ διάλογος ἁπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν.
(Athenæus lib. V, p. 220 D.)

ζ'. ἐκ τοῦ φυσιογνωμονικοῦ.

23. Ἀντισθένης δ' ἐν Φυσιογνωμονικῷ « καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ δελφάκια πρὸς βίαν χορτάζουσιν. »
(Athenæus lib. XIV, p. 656 F.)

η'. ἐκ τοῦ Φυσικοῦ.

24. Καὶ Ἀντισθένης περὶ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων βοᾷ· ἀπὸ εἰκόνος οὐ γνωρίζεται, ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε. Διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται.

(Theodoretus Græc. Affect. Curat. Disp. I, vol. VIII p. 713. His consentanea habet Clemens Alexandrinus Protrept. c. VI § 71, p. 61, cujus verba sunt: Ἀντισθένης μὲν γὰρ οὐ Κυνικὸν δὴ τοῦτο ἐνενόησε, Σωκράτους δὲ ἄτε γνώριμος, θεὸν οὐδενὶ ἐοικέναι φησίν· διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται. Cicero de Nat. Deor. I, 13: « atque etiam Antisthenes in eo libro, qui Physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicens, tollit vim et naturam deorum. » Lactantius de ira dei cap. XI: « Antisthenes autem in Physico unum esse naturalem deum dixit, quamvis gentes et urbes suos habeant populares deos. » Id. divin. inst. lib. I cap. 5: « Antisthenes multos quidem esse dixit populares deos, unum tamen naturalem, id est, summæ totius artificem. » Minucius Felix cap. 19: Antisthenem [notum est] populares deos multos, sed naturalem unum præcipuum [tradere].)

θ'. ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν.

25. Ἐκεῖνο δ', ἔφη ὁ Ἀντισθένης, λέληθέ σε, ὅτι καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ πάντες ἐπίστανται ταῦτα τὰ ἔπη; Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, λελήθοι ἀκροώμενόν γε αὐτῶν ὀλίγου ἀν' ἑκάστην ἡμέραν; Οἶσθά τι οὖν ἔθνος, ἔφη, ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Νικήρατος· οὐκοῦν ἔμοιγε δοκεῖ. Δῆλον γάρ, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὅτι τὰς ὑπονοίας οὐκ ἐπίστανται.

(Xenophon. Conviv. III, 6. Conf. IV, 6. Antisthenes enim qui allegorice Homerum interpretaretur hominum singula carmina recitantium stultitiam ridebat. Ad Homericas ejus commentationes referas etiam Juliani locum qui orat. VII, 215 ita scribit: φαίνονται πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτὴν [τὴν μυθογραφίαν] καὶ τῶν θεολόγων ποιήσαντες, ὥσπερ Ὀρφεὺς μὲν ὁ παλαιότατος ἐνθέως φιλοσοφήσας, ὀλίγοι δὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων.)

26. Οὐκ ἐπαινεῖν φησιν Ἀντισθένης Ὅμηρον τὸν Ὀδυσσέα μᾶλλον ἢ ψέγειν, λέγοντα αὐτὸν πολύτροπον· οὐκουν[a] τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Αἴαντα πολυτρόπους πεποιηκέναι ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ γεννάδας· οὐδὲ τὸν Νέστορα τὸν σοφὸν οὐ μὰ Δία δόλιον καὶ παλίμβολον τὸ ἦθος, ἀλλ' ἁπλῶς τε Ἀγαμέμνονι συνόντα καὶ τοῖς

---

5. ex libro de Archelao.

21. At Archelaus Gorgiæ rhetoris insectationem continet.

6. ex Politico.

22. Cæterum politicus ejus dialogus eorum omnium insectationem continet, qui Athenis popularis auræ captatores erant.

7. ex Physiognomonico.

23. Antisthenes autem in Physiognomonico ait: « etenim illæ porcellos invitos saginant. »

8. ex Physico.

24. Quin etiam Antisthenes de deo mundi rectore magna voce hæc prædicat: Ut neque ex imagine agnoscitur, neque oculis cernitur, ita nemini similis est. Quamobrem nemo eum ex imagine cognoscere potest.

9. ex Homericis.

25. Verum illud ignoras, inquit Antisthenes, etiam omnes carminum heroicorum recitatores hos versus tenere? Qui possim ignorare, ait, quum propemodum singulis eos diebus audiam? Ullamne igitur stultiorem istis recitatoribus nationem nosti? Non profecto, inquit Niceratus, non ita mihi videtur. Perspicuum est enim, ait Socrates, illos abditorum poetæ sensuum ignaros esse.

26. Antisthenes ait Ulixem ab Homero non magis laudari quam reprehendi, propterea quod eum versutum appellet; at minime Achillem et Ajacem versutos ab eo describi, sed simplices et ingenuos; nec sane Nestorem sapientem doloso et flexibili ingenio fuisse dici, sed simpliciter cum Agamemnone cæterisque omnibus sermo-

ἄλλοις ἅπασι, καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον εἴ τι ἀγαθὸν εἶχε συμβουλεύοντα καὶ οὐκ ἀποκρυπτόμενον [b]· τοσοῦτον ἀπεῖχε τοιοῦτον τρόπον ἀποδέχεσθαι ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι ὁμοίως τῷ θανάτῳ ἐκεῖνον ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Λύων [c] οὖν ὁ Ἀντισθένης φησί, Τί οὖν, ἆρά γε πονηρὸς ὁ Ὀδυσσεὺς ὅτι πολύτροπος ἐκλήθη; καὶ μὴ διότι σοφός, οὕτως αὐτὸν προσείρηκε; μήποτε οὖν ὁ τρόπος τὸ μέν τι σημαίνει, τὸ ἦθος, τὸ δέ τι σημαίνει, λόγου χρῆσιν; εὔτροπος γὰρ ὁ τὸ ἦθος ἔχων εἰς τὸ εὖ τετραμμένον· τρόπου δὲ λόγου αἴτιαι [d] αἱ πλάσεις. Κέχρηται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ φωνῆς καὶ ἐπὶ μελῶν ἐξαλλαγῆς καὶ ἐπὶ τῆς ἀηδόνος, ἥτε θαμὰ τρωπῶσα [e] χέει πολυηχέα φωνήν. Εἰ δὲ οἱ σοφοὶ δεινοί εἰσι διαλέγεσθαι, καὶ ἐπίστανται τὸ αὐτὸ νόημα κατὰ πολλοὺς λέγειν τρόπους· ἐπιστάμενοι δὲ πολλοὺς τρόπους λόγων περὶ τοῦ αὐτοῦ [f] πολύτροποι ἂν εἶεν. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσι. Διὰ τοῦτό φησι τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρος σοφὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἠπίστατο πολλοῖς τρόποις συνεῖναι. Οὕτω καὶ Πυθαγόρας λέγεται πρὸς παῖδας ἀξιωθεὶς ποιήσασθαι λόγους διαθεῖναι πρὸς αὐτοὺς λόγους παιδικοὺς καὶ πρὸς γυναῖκας γυναιξὶν ἁρμοδίους καὶ πρὸς ἄρχοντας ἀρχοντικούς, καὶ πρὸς ἐφήβους ἐφηβικούς. Τὸν γὰρ ἑκάστοις [g] πρόσφορον τρόπον τῆς σοφίας ἐξευρίσκειν σοφίας ἐστίν· ἀμαθίας δὲ εἶναι τὸ πρὸς τοὺς ἀνομοίους ἐντυγχάνοντα τοῦ λόγου τὸ μονότροπον. Ἔχειν δὲ τοῦτο [h] καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐν τῇ τῆς τέχνης κατορθώσει, ἠσκηκυίας τῆς θεραπείας τὸ πολύτροπον διὰ τὴν τῶν θεραπευομένων ποικιλίας σύστασιν. Τρόπος μὲν οὖν τὸ παλίμβολον, τὸ τοῦ ἤθους πολυμετάβολον. Λόγου δὲ πολυτροπία καὶ χρῆσις ποικίλου λόγου εἰς ποικίλας ἀκοὰς μονοτροπία γίνεται. Ἓν γὰρ τὸ [i] ἑκάστῳ οἰκεῖον. Διὸ καὶ τὸ ἁρμόδιον ἑκάστῳ τὴν ποικιλίαν τοῦ λόγου εἰς ἓν συναγείρει, τὸ ἑκάστῳ [k] πρόσφορον. Τὸ δ' αὖ μονοειδὲς ἀνάρμοστον τὸν πρὸς ἀκοὰς διαφόρους πολύτροπον ποιεῖ τὸν ὑπὸ πολλῶν ἀπόβλητον ὡς αὐτοῖς ἀπόβλητον λόγον.

(Schol. in Homer. Odyss. lib. I, 1, pag. 9 ed. Buttmann. Difficile est in hoc scholio Antisthenis verba a Porphyrii aliorumque disputationibus distinguere. Cf. Buttmann. in Addend. p. 562. Quocirca totum locum interpretatus sum. Scripsi : [a] οὔκουν; cod. οὐκοῦν. — [b] ἀποκρυπτόμενον e Maji conjectura; cod. ἀποκρινόμενον. — [c] λύων e Maji conjectura; cod. λέγων. Sed fortasse requiritur κρίνων vel aliud vocabulum. — [d] αἴτιαι cum Buttmanno; cod. αἴτιοι. — [e] τρωπῶσα; cod. τροπῶσα. Cæterum versus ἥτε θαμὰ τρωπῶσα κτλ. est Odyss. lib. XIX, 521. — [f] περὶ τοῦ αὐτοῦ cum Buttmanno; cod. περὶ αὐτοῦ. — [g] ἑκάστοις cum Buttmanno; cod. ἑκάστην. — [h] τοῦτο cum Winckelmanno; cod. τοῦτον. — [i] τὸ; cod. τῷ. — [k] τὸ ἑκάστῳ; cod. τὸν ἑκάστου.)

27. Ἀντισθένης φησὶν εἰδέναι σοφὸν ὄντα τὸν Ὀδυσσέα, ὅτι οἱ ἐρῶντες πολλὰ ψεύδονται καὶ τὰ ἀδύνατα ἐπαγγέλλονται.

(Schol. ad Odyss. lib. V, 211, p. 193 ed. Buttmann. οὐ μέν θην κείνης γε χρειών εὔχομαι εἶναι. Ἀντισθένης φησὶν εἰδέναι κτλ. Sequentia aliunde petita videntur. Sunt autem hæc : ἐπισημαίνεται δὲ καὶ τὴν παραίτησιν ἣν πεποίηται τῆς θεοῦ. Ἐκείνης μὲν γὰρ ἐπὶ σώματος εὐμορφίᾳ καὶ μεγέθει μεγαλαυχούσης καὶ τὰ καθ' ἑαυτὴν προκρινούσης τῆς Ηγελό-

---

cinantem induci, ac si quid utile habebat exercitui suadentem neque id alios celantem; siquidem tantum aberat, ut hujusmodi mores indueret Achilles, ut pariter ac mortem pro inimico haberet illum qui aliud mente recondit, aliud dicit. Antisthenes autem solvens hanc quæstionem : Quid igitur, inquit, num forte homo malus est Ulixes quia versutus vocatus est? ac non quod sapiens foret, idcirco eum sic nominavit? Fortasse igitur mores partim ingenium, partim sermonis usum significant. Est enim bene moratus qui habet ingenium ad res bonas proclive; sed variorum sermonis generum causæ sunt fictiones. Usus est autem poeta modi notione etiam de vocis et membrorum diversitate ac de luscinia loquens, quæ frequenter mutatam fundit multisonam vocem. Quodsi sapientes subtiles sunt disputatores, sciuntque eandem sententiam multis modis efferre : profecto qui de eadem re multis modis dicere possunt, hi versuti fuerint. At viri sapientes etiam boni sunt. Idcirco autem Homerus Ulixem, hominem sapientem, versutum esse ait, quia cum mortalibus multipliciter sciebat sermocinari. Ita etiam Pythagoras dignus habitus qui apud pueros verba faceret dicitur recitasse orationem ad pueros accommodatam et apud mulieres mulieribus aptam et apud magistratus magistratibus, item apud adolescentes adolescentibus idoneam. Nam sapientiæ rationem singulis convenientem reperire sapientiæ est; ignorantiæ vero signum esse sermonis cum hominibus dissimilibus habiti uniformitatem. Habere vero hoc etiam medicinam recte exercitam, dum remediorum diversitatem propter variam eorum quæ sanantur corporum constitutionem adhibet. Mores igitur inconstantiam ingeniique mutabilitatem significant. At orationis diversitas ususque varii sermonis apud varias hominum aures uniformitas fit. Est enim unum uniuscujusque proprium. Quamobrem etiam id quod unicuique congruens est orationis varietatem in unum cogit uniuscujusque commodum. Contra uniformis inconvenientia facit apud diversas hominum aures orationem variam, quæ a multis rejicitur, quia ipsis rejicienda videatur.

27. Antisthenes ait sese nosse Ulixis sapientiam, quod amantes multa mentiantur atque ea quæ fieri nequeunt promittant.

πης, συγχωρήσας μὲν τοῦτο καὶ τῷ ἀδήλῳ εἴξας, (ἄδηλον μὲν γὰρ αὐτῷ εἰ ἀθάνατος καὶ ἀγήρως) ἐπεσημήνατο ὅτι τὴν γαμετὴν ζητεῖ διὰ τὸ εἶναι περίφρονα, ὡς κἀκείνης ἂν ἀμελήσας, εἰ τῷ σώματι καὶ μόνῳ κάλλει κεκόσμητο· τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς μνηστῆρας εἰρηκέναι πολλάκις λέγοντας, οὐδ' ἐπὶ ἄλλας ἐρχόμεθ' ἃς ἐπιεικὲς ὀπυιέμεν ἐστὶν ἑκάστῳ. Ταύτης δὲ ἕνεκα τῆς ἀρετῆς ἐπιδικαζόμεθα. Τὰ δὲ τῆς Καλυψοῦς ἐστι τοιαῦτα· οὐ μὲν ἐγὼ κείνης γερείων εὔχομαι εἶναι, οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, οὐδὲ ἔοικε θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας ἐρίζειν καὶ εἶδος, τὰ σωματικὰ μόνον παραβαλλούσης. Τοῦ δὲ Ὀδυσσέως· οἶδα καὶ αὐτὸς πάντα μάλ', οὕνεκα σεῖο περίφρων Πηνελόπεια εἶδος ἀκιδνοτέρη μέγεθός τ' εἰς ἅντα ἰδέσθαι· ἡ μὲν γὰρ βροτός ἐστι, σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως. Τὸ γὰρ περίφρων Πηνελόπεια ἔμφασιν ἔχει τῆς κατ' ὄρεξιν προκρίσεως. In his verbis primum διὰ præpositionem post παραίτησιν delevi, deinde ἐπισημήνασθαι in ἐπεσημήνατο mutavi, tum e Buttmanni conjectura pro κεκόσμηται posui κεκόσμητο, denique pro ὡ φυήν rescripsi οὐδὲ φυήν. Quod reliquum est, versus οὐδ' ἐπὶ ἄλλας ἐρχόμεθ' κτλ. sunt Odyss. lib. II, 206-207.)

28. Ἀντισθένης δέ φησιν ὅτι « τοὺς ἐρῶντας εἰδὼς ψευδομένους τὰς ὑποσχέσεις. Τοῦτο γὰρ ποιεῖν οὐκ ἐδύνατο δίχα Διός. »

(Schol. ad Odyss. lib. VII, 257, p. 267 ed. Buttmann. Θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα. Ἤδει γὰρ ὡς σοφὸς ὅτι ἀθανασίαν οὐχ αἱ τοιαῦται δαίμονες χαρίσαιντο ἄν· ἀλλὰ τοῦ Διὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων ἃ πέφυκεν ἀπαθανατίζειν. Ἀντισθένης δέ φησι κτλ.)

29. Διὰ τί Ὀδυσσεὺς οὕτως ἀνοήτως εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὠλιγώρησεν εἰπών, ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων; Ἀντισθένης μέν φησι διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι οὐκ ἦν ἰατρὸς ὁ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων.

(Schol. ad Odyss. lib. IX, 525, p. 328 ed. Buttmann. Addit idem hanc Aristotelis sententiam : Ἀριστοτέλης δὲ οὐχ ὅτι οὐ δυνήσεται, ἀλλ' ὅτι οὐ βουληθήσεται διὰ τὴν πονηρίαν τοῦ Κύκλωπος. Cf. Prelleri commentatio de codice manu scripto Hamburgensi, qui Odysseam cum scholiis continet et scholiorum inde nunc primum editorum particula I. Dorpat. 1839, p. 37. 22 et 31.)

30. Ἀντισθένης δὲ οὐ περὶ τῆς κατὰ χεῖρα βαρύτητος λέγει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐμεθύσκετο σημαίνει, ἀλλ' ἔφερε ῥᾳδίως τὸν οἶνον.

(Schol. Venet. ad Hom. Iliad. lib. XI, 636 Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν. Ἀντιφάνης δὲ οὐ κτλ. Sed pro Ἀντιφάνης Spitznerus probabiliter restituit Ἀντισθένης.)

31. Ἐκ τούτου καὶ Ἀντισθένης φησίν, ὡς, εἴ τι πράττει ὁ σοφός, κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐνεργεῖ, ὡς καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τριχῶς νουθετεῖ τὸν Ἄρην.

(Schol. Lips. ad Iliad. lib. XV, 123 εἰ μὴ Ἀθήνη πᾶσι περιδδείσασα θεοῖσιν.)

32. Ὀρθῶς γὰρ Ἀντισθένης ἔλεγεν, ὅτι πάντα δεῖ τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι τὰ ἀγαθά, πλὴν ἀνδρείας· γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τῶν κρατούντων.

(Plutarchus de Alexandri fortuna vel virtute orat. II cap. 3, vol. IX p. 56 ed. Hutten. Videtur hic quoque locus ex Homericis sumtus.)

33. Ἐντεῦθεν Ἀντισθένης ὁμοσχήμονάς φησι τὰς ψυχὰς τοῖς περιέχουσι σώμασιν εἶναι.

(Schol. Venet. ad Iliad. lib. XXIII, 65 ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο. Ἐντεῦθεν Ἀντισθένης κτλ.)

ι'. ἐκ τοῦ Περὶ οἴνου χρήσεως.

34. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτην εἶχε τὴν πεῖραν, ἀφίησιν ἤδη πίνειν πρὸς ἐξουσίαν, οὕτωσί πως χαριεντισάμενος ὅτι μάταιοι τῶν ἀνθρώπων εἶεν ὅσοι τῶν ἱκανῶν εὐπορεῖν μὴ τολμῶσιν ἐλευθέρως χρῆσθαι, καὶ τὸ βιβλίον αὐτὸ τοῦτο ἐδόκει εἶναι Ἀντισθένους περὶ χρήσεως· ἔφερε δὲ εἰς οἶνον καὶ Διονύσου προσῆν τινα σύμβολα.

---

28. Antisthenes ait scire se, amantes promissis non stare Hoc enim sine Jove facere non poterat.

29. Cur Ulixes tam stulte Neptunum contemnit dicens, utique futurum esse, ut ne deus quidem marinus qui terram conquassat oculo medeatur? Antisthenes quidem id propterea factum esse ait, quod sciret non Neptunum esse medicum, sed Apollinem.

30. Antisthenes hæc verba non de manus gravitate interpretatur, sed senem non ebrium fuisse, verum facile vinum portasse declarat.

31. Hinc etiam Antisthenes ait, si quid faciat sapiens, eum impigre agere, quemadmodum et Minerva triplici ratione Martem castiget.

32. Recte enim Antisthenes dicebat, hostibus omnia bona nos optare debere excepta fortitudine; quippe illa sic fiunt non possidentium, sed vincentium.

33. Hinc Antisthenes animas ad corporum in quibus inclusæ sunt similitudinem conformatas esse contendit.

10. ex libro de vini usu.

34. Quoniam vero etiam hanc rem expertus erat, permittit iis jam, ut licenter potent, sic quodammodo per jocum dicens, ineptos esse homines, quicunque opibus abundantes non audeant libere iis uti, atque hoc ipsum volumen Antisthenis de vini usu esse videbatur; ferebat autem ad vinum potandum et Bacchi quædam signa inerant.

(Aristides orat. XXV p. 560 (t. I p. 496 ed. Dindorf.) Testatur autem Diogenes Laertius lib. VI, 18 Antisthenem scripsisse περὶ οἴνου χρήσεως ἢ περὶ μέθης ἢ περὶ τοῦ Κύκλωπος. Quamobrem hunc librum ad Quæstiones Homericas pertinuisse nobis persuasum est.)

ια'. ἐκ τοῦ Ἐρωτικοῦ.

35. Ἐγὼ δὲ ἀποδέχομαι τὸν Ἀντισθένην, τὴν Ἀφροδίτην λέγοντα κἂν κατατοξεύσαιμι, εἰ λάβοιμι, ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν, τόν τε ἔρωτα κακίαν φησὶ φύσεως· ἧς ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες θεὸν τὴν νόσον καλοῦσιν. Δείκνυται γὰρ διὰ τούτων ἡττᾶσθαι τοὺς ἀμαθεστέρους δι' ἄγνοιαν ἡδονῆς, ἣν οὐ χρὴ προσίεσθαι κἂν θεὸς λέγηται, τοῦτ' ἔστι, κἂν θεόθεν ἐπὶ τὴν τῆς παιδοποιίας χρείαν δεδομένη τυγχάνῃ.

(Clemens Alexandr. Strom. lib. II p. 485 ed. Potter.)

36. Γαμήσειν τε τεκνοποιίας χάριν ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξί, καὶ ἐρασθήσεσθαι δέ. Μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφόν, τίνων χρὴ ἐρᾶν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 11. Pro εὐφυεστάταις non est quod cum C. Fr. Hermanno legamus ἀφυεστάταις. Participium συνιόντα hoc loco idem valet quod συνόντα, ut apud Aristotelem Hist. animal. lib. V, 2. Cæterum utrum ex eodem an ex alio Antisthenis libro sumta sint verba quæ habet Plutarchus Sympos. lib. II, quæst. I cap. 6, non definio. Sunt autem hæc: ᾧ καὶ Σωκράτης ἐχρήσατο, τὸ Ἀντισθένους τὸ φιλοποιὸν καὶ συναγωγὸν ἀνθρώπων εἰς εὔνοιαν, μαστροπείαν καὶ συναγωγίαν καὶ ἀγωγίαν ὀνομάσας, ubi cum Wyttenbachio reponendum μαστροπείαν καὶ προαγωγείαν. Cf. Xenoph. Conviv. cap. IV, 61 et 62.)

37. Χρὴ τοιαύταις πλησιάζειν γυναιξίν, αἳ χάριν εἴσονται.

(Diogenes Laertius lib. VI, 3.)

38. Εἶεν, ἔφη ὁ Καλλίας· σὺ δὲ δή, ὦ Σώκρατες, τί ἔχεις εἰπεῖν ὡς ἄξιόν σοί ἐστι μέγα φρονεῖν ἐφ' ᾗ εἶπας οὕτως ἀδόξῳ οὔσῃ τέχνῃ; Καὶ ὃς εἶπεν· Ὁμολογησώμεθα πρῶτον ποῖά ἐστιν ἔργα τοῦ μαστροποῦ, καὶ ὅσα ἂν ἐρωτῶ, μὴ ὀκνεῖτε ἀποκρίνεσθαι, ἵνα εἰδῶμεν ὅσα ἂν συνομολογῶμεν. Καὶ ὑμῖν οὕτω δοκεῖ; ἔφη. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφασαν. Ὡς δ' ἅπαξ εἶπον Πάνυ μὲν οὖν, τοῦτο πάντες ἐκ τοῦ λοιποῦ ἀπεκρίναντο. Οὔκουν ἀγαθοῦ μέν, ἔφη, ὑμῖν δοκεῖ μαστροποῦ ἔργον εἶναι ἥν ἂν ἡ δν ἂν μαστροπεύῃ ἀρέσκοντα τοῦτον ἀποδεικνύναι οἷς ἂν συνῇ; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφασαν. Οὔκουν ἓν μέν τί ἐστιν εἰς τὸ ἀρέσκειν ἐκ τοῦ πρέπουσαν ἔχειν σχέσιν καὶ τριχῶν καὶ ἐσθῆτος; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφασαν. Οὔκουν καὶ τόδε ἐπιστάμεθα ὅτι ἔστιν ἀνθρώπῳ τοῖς αὐτοῖς ὄμμασι καὶ φιλικῶς καὶ ἐχθρῶς πρός τινας βλέπειν; Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ, τῇ αὐτῇ φωνῇ ἔστι καὶ αἰδημόνως καὶ θρασέως φθέγγεσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ, λόγοι οὐκ εἰσὶ μέν τινες ἀπεχθανόμενοι, εἰσὶ δέ τινες οἳ πρὸς φιλίαν ἄγουσι; Πάνυ μὲν οὖν. Οὔκουν τούτων ὁ ἀγαθὸς μαστροπὸς τὰ συμφέροντα εἰς τὸ ἀρέσκειν διδάσκοι ἄν; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀμείνων δ' ἂν εἴη, ἔφη, ὁ ἑνὶ δυνάμενος ἀρε-

---

11. ex libro amatorio.

35. Ego vero assentior Antistheni, dicenti sese Venerem, si deprehenderit, sagitta trajecturum, quia multas nostrarum mulierum easque probas et modestas corruperit, amoremque naturæ vitium vocat, in quod delapsi miseri deum morbum appellent. Hæc enim signo sunt, imperitiores propter ignorantiam vinci voluptate, quam accipere non oportet, etiamsi dea dicatur, hoc est, etiamsi divinitus ad explendum liberorum procreandorum munus data sit.

36. Præterea sapientem liberorum procreandorum causa uxorem ducturum, ita ut cum ingeniosissimis mulieribus rem habeat atque etiam amore flagraturum esse. Solum enim sapientem scire, quæ sint amandæ.

37. Cum ejusmodi mulieribus consuescere debemus, quæ gratiam habituræ sint.

38. Sit ita sane, inquit Callias. Tu vero, Socrates, quid causæ afferre potes, cur æquum censeas te superbire arte quam dixisti adeo ignominiosa? Et Socrates: Primum, inquit, consensu declaremus oportet, quod sit lenonis officium; tum ad ea quæ interrogavero ne gravemini respondere, ut sciamus, de quibus inter nos conveniat. Itane, ait, vobis etiam videtur? Sane quidem, inquiebant. Atque ut semel dicebant *sane quidem*, ita hoc ipsum omnes deinceps respondebant. Nonne vobis boni lenonis esse videtur, inquit, quem vel quam perduxerit, eum iis gratum efficere quibuscum consuescit? Sane quidem, inquiebant. Nonne una earum rerum quibus placemus sita est in capillis compositis atque in decora vestis forma? Maxime, inquiebant. Nonne et hoc scimus, licere homini iisdem oculis tum amice tum inimice aliquos intueri? Maxime. Quid vero? licetne eadem voce tum verecunde tum audacter loqui? Certe. Quid? nonne quidam sermones invisi sunt, alii ad amicitiam alliciunt? Maxime. Nonne bonus leno quæcunque ex his ad placendum conferunt, ea suos doceat? Sane quidem. Utrum autem, inquit, potior is fuerit, qui uni reddere gratos potest, an qui etiam pluribus? Hic quum in duas partes discessissent, alii manifestum esse dicebant, potiorem esse qui plurimis, alii subjiciebant: Maxime. Socrates quum hoc quoque convenire diceret: Quodsi quis, inquit, ut toti civitati quidam placeant, efficere possit, nonne omnino ille bonus leno

στοὺς ποιεῖν ἢ ὅστις καὶ πολλοῖς; Ἐνταῦθα μέντοι ἐσχίσθησαν, καὶ οἱ μὲν εἶπον Δῆλον ὅτι ὅστις πλείστους, οἱ δὲ Πάνυ μὲν οὖν. Ὁ δὲ εἰπὼν ὅτι καὶ τοῦτο ὁμολογεῖται ἔφη, Εἰ δέ τις καὶ ὅλῃ τῇ πόλει ἀρέσκοντας δύναιτο ἀποδεικνύναι, οὐχ οὗτος παντελῶς ἂν ἥδη ἀγαθὸς μαστροπὸς εἴη; Σαφῶς γε νὴ Δία, πάντες εἶπον. Οὔκουν εἴ τις τοιούτους δύναιτο ἐξεργάζεσθαι ὧν προστατοίη, δικαίως ἂν μέγα φρονοίη ἐπὶ τῇ τέχνῃ καὶ δικαίως ἂν πολὺν μισθὸν λαμβάνοι; Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα πάντες συνωμολόγουν, Τοιοῦτος μέντοι, ἔφη, μοι δοκεῖ Ἀντισθένης εἶναι οὗτος. Καὶ ὁ Ἀντισθένης, Ἐμοί, ἔφη, παραδίδως, ὦ Σώκρατες, τὴν τέχνην; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, Ὁρῶ γάρ σε καὶ τὴν ἀκόλουθον ταύτης πάνυ ἐξειργασμένον. Τίνα ταύτην; Τὴν προαγωγείαν, ἔφη. Καὶ ὃς μάλα ἀχθεσθεὶς ἐπήρετο· Καὶ τί μοι σύνοισθα, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον εἰργασμένῳ; Οἶδα μέν, ἔφη, σε Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύσαντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ, ὅτε ἑώρας τοῦτον μὲν φιλοσοφίας ἐρῶντα, ἐκεῖνον δὲ χρημάτων δεόμενον· οἶδα δέ σε Ἱππίᾳ τῷ Ἠλείῳ, παρ' οὗ οὗτος καὶ τὸ μνημονικὸν ἔμαθεν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐρωτικώτερος γεγένηται διὰ τὸ ὅ,τι ἂν καλὸν ἴδῃ μηδέποτε ἐπιλανθάνεσθαι. Ἔναγχος δὲ ὅπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν τὸν Ἡρακλεώτην ξένον, ἐπεί με ἐποίησας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ, συνέστησάς μοι αὐτόν. Καὶ χάριν μέντοι σοι ἔχω· πάνυ γὰρ καλὸς καγαθὸς δοκεῖ μοι εἶναι. Αἰσχύλον δὲ τὸν Φλιάσιον πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν καὶ ἐμὲ πρὸς ἐκεῖνον οὐχ οὕτω διέθηκας ὥστε διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἐρῶντες ἐκυνοδρομοῦμεν ἀλλήλους ζητοῦντες; Ταῦτα οὖν ὁρῶν δυνάμενόν σε ποιεῖν, ἀγαθὸν νομίζω προαγωγὸν εἶναι. Ὁ γὰρ οἷός τε ὢν γιγνώσκειν τε τοὺς ὠφελίμους αὑτοῖς καὶ τούτους δυνάμενος ποιεῖν ἐπιθυμεῖν ἀλλήλων, οὗτος ἄν μοι δοκεῖ καὶ πόλεις δύνασθαι φίλας ποιεῖν καὶ γάμους ἐπιτηδείους συνάγειν καὶ πολλοῦ ἂν ἄξιος εἶναι καὶ πόλεσι καὶ φίλοις καὶ συμμάχοις κεκτῆσθαι. Σὺ δὲ ὡς κακῶς ἀκούσας ὅτι ἀγαθόν σε ἔφην προαγωγὸν εἶναι ὠργίσθης. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη, οὐ νῦν. Ἐὰν γὰρ ταῦτα δύνωμαι, σεσαγμένος δὴ παντάπασι πλούτου τὴν ψυχὴν ἔσομαι.

(Xenophon Conviv. cap. IV, 56—64. Pleriique interpretes τὸν Ἡρακλεώτην ξένον Zeuxippum pictorem esse voluerunt, memoratum Platoni in Protagora pag. 318 B. Aliter statuit Winckelmannus qui Brysonem Herodori filium hîc intelligendum esse arbitratur. Suidas v. Σωκράτης inter Socratis discipulos numerat Βρύσωνα Ἡρακλεώτην, ὃς τὴν ἐριστικὴν διαλεκτικὴν εἰσήγαγε μετὰ Εὐκλείδου. Addit autem τινὲς δὲ Βρύσωνα οὐ Σωκράτους ἀλλ' Εὐκλείδου ἀκροατὴν γράφουσι· τούτου δὲ καὶ Πύρρων ἠκροάσατο. Sextus Empiricus adv. Math. VII, 13, p. 372: ἐπὶ δὲ τὸ λογικὸν κατηνέχθησαν μέρος οἱ περὶ Πανθοίδην καὶ Ἀλεξῖνον καὶ Εὐβουλίδην καὶ Βρύσωνα, Διονυσόδωρόν τε καὶ Εὐθύδημον Θούριον. Athenæus lib. XI, p. 508 C: καὶ γὰρ Θεόπομπος ὁ Χῖος ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς « Τοὺς πολλοὺς (φησί) τῶν διαλόγων αὐτοῦ ἀχρείους καὶ ψευδεῖς ἄν τις εὕροι· ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείους, ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ κἀκ τῶν Ἀντισθένους, πολλοὺς δὲ κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλεώτου. » Conf. Plat. Epist. XIII, p. 498. Aristot. Soph. Elench. cap. XI, p. 172 ed. Bekker.; item Analyt. Poster. I, 9, p. 75 et Rhet. III, 2, p. 1405. Adde Athen. XI, p. 509 C. Sed res incerta nobis videtur.)

ιϐ'. ἐκ τοῦ Περὶ παιδείας ἢ περὶ ὀνομάτων.

39. Ἀντισθένης λέγει ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις.

---

(Stobæus Floril. LXII, 47 Διογένους. Diogenes Laertius lib. VI, 55 : πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας τὸν ἀποδράντα αὐτοῦ δοῦλον ζητεῖν· Γελοῖον, ἔφη, εἰ Μάνης μὲν χωρὶς Διογένους ζῇ, Διογένης δὲ χωρὶς Μάνου οὐ δύναται. Ælianus var. hist. lib. XIII, cap. 28 : Διογένης ἡνίκα ἀπέλιπε τὴν πατρίδα, εἷς αὐτοῦ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει, ὄνομα Μάνης, ὃς οὐ φέρων τὴν μετ' αὐτοῦ διατριβὴν ἀπέδρα. Προτρεπόντων δέ τινων ζητεῖν αὐτόν, ἔφη· Οὐκ αἰσχρόν, Μάνην μὲν μὴ δεῖσθαι Διογένους, Διογένην δὲ Μάνου; Οὗτος δὲ ὁ οἰκέτης εἰς Δελφοὺς ἀλώμενος ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη, τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν.)

56. Διογένης κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος ἔφη· Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται.

(Antonius et Maximus Serm. de mulieribus improbis p. 609.)

57.

Ζηλωτός, ὅστις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις,
καὶ μὴ 'πισήμοις συμφοραῖς ὠδύρετο.

(Stobæus Floril. LXXV, 10. Διογένους, al. Διχαιογένους. Diogeni tragico attribuit hos versus F. G. Wagner Fragm. Tragic. p. 105 ed. Paris., ratus ab eo Euripidis Orest. vs. 535 seq. imitando effingi. Alii locum Euripidis esse voluerunt. Vid. Nauck. Fragm. Tragic. p. 602.)

58. Διογένης ἐρωτηθεὶς πῶς δεῖ πατέρας καὶ υἱοὺς ἀλλήλοις προσφέρεσθαι, ἔφησεν, εἰ μὴ περιμένοιεν αἰτηθῆναι ὑπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ διδόντες φθάνοιεν. Ἐπειικῶς δ' ὁ πατὴρ διὰ τὸ προευεργετηκέναι, εἰ μὴ εὖ πάσχοι, ταχέως ἄχθεται· ὁ δὲ υἱὸς ἐντρυφᾷ καὶ οὐκ ἀξιοῖ αἰτεῖν.

(Stobæus Floril. LXXXIII, 23 Διογένους. Scripsi cum Meinekio ἔφησεν, codd. φησίν.)

59. Διογένης ἐρωτηθείς, τί γῆ βαρύτερον βαστάζει; ἔφη· Ἄνθρωπον ἀπαίδευτον.

(Antonius et Maximus de eruditione et philosophia p. 706.)

60. Ἀστρολόγου δέ τινος κατ' ἀγορὰν ἐπιδεικνύντος

---

putas ejusdem esse, et quæ dicenda sint scire, et quando, et quæ tacenda sint, et apud quem?

51. Diogenes quondam a Platone tres ex ejus horto caricas petiit; quum autem ille medimnum ipsi misisset : *Ita etiam*, inquit, *unum interrogatus respondes sexcenta.*

52. Diogenes formosas meretrices reginas appellabat : multos enim facere quæ præciperent.

53. Diogenes conspicatus adolescentem pulchritudine insignem, qui idcirco amaretur : *O adolescens*, inquit, *da operam, ut corporis amatores ad animum traducas.*

54. Speciosos et eosdem imloctos alabastris acetum continentibus similes esse ajebat.

55. Diogenes, quum servus aufugisset, minime de ea re sollicitus erat, absurdum esse dicens, se quidem sine servo vivere non posse, illum autem posse sine Diogene.

56. Diogenes conspicatus mulieres inter se colloquentes : Aspis, inquit, a vipera venenum mutuatur.

57.

Beatus ille prole qui felix fuit,
nullove certe indoluit insigni malo.

58. Diogenes interrogatus, quales mutuo patres et filios exhibere se oporteret, respondit, bene eos esse facturos, si illa quæ requiruntur præstando petitiones invicem prævenirent. Merito autem pater, ut prior beneficiorum auctor, nisi vicissim accipiat, in iram præceps est; at filius insolentius se effert, nec patrem orare dignatur.

59. Diogenes interrogatus, quod onus terra gravissimum sustineret, respondit : Hominem indoctum.

60. Quum astrologus quidam in foro stellas in tabella

ἔν τινι πινακίῳ καταγράφους τοὺς ἀστέρας, καὶ φάσκοντος, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ πλανώμενοι τῶν ἀστέρων, ἐπακούσας· Μὴ ψεύδου, εἶπεν, ὦ ἑταῖρε· οὐ γὰρ οὗτοί εἰσιν οἱ πλανώμενοι, ἀλλὰ οὗτοι, δείξας αὐτῷ τοὺς παρακαθεζομένους.

(Stobæus Floril. LXXX, 6.)

61. Διογένης, πυνθανομένου τινός, τίνες τῶν ἀνθρώπων εὐγενέστατοι· Οἱ καταφρονοῦντες, εἶπε, πλούτου, δόξης, ἡδονῆς, ζωῆς, τῶν δὲ ἐναντίων ὑπεράνω ὄντες, πενίας, ἀδοξίας, πόνου, θανάτου.

(Stobæus Floril. LXXXVI, 19 Διογένους.)

62. Διογένης ἰδὼν τοὺς Ἀναξιμένους οἰκέτας πολλὰ σκεύη περιφέροντας, ἤρετο, τίνος ταῦτα; τῶν δὲ εἰπόντων, Ἀναξιμένους· Οὐκ αἰδεῖται, φησί, ταῦτα ἔχων ἅπαντα, αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ ἔχων;

(Maximus Serm. de divitiis et paupertate p. 758.)

63. Διογένης ἔλεγε, μήτε ἐν πόλει πλουσίᾳ μήτε ἐν οἰκίᾳ ἀρετὴν οἰκεῖν δύνασθαι.

(Stobæus Floril. XCIII, 35 Διογένους.)

64. Διογένην τὴν πενίαν αὐτοδίδακτον ἔφη εἶναι ἐπικούρημα πρὸς φιλοσοφίαν· ἃ γὰρ ἐκείνην πείθειν τοῖς λόγοις πειρᾶσθαι, ταῦτ' ἐν ἔργοις τὴν πενίαν ἀναγκάζειν.

(Stobæus Floril. XCV, 11 Διογένους.)

65. Διογένης, ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος πενίαν μοχθηροῦ, ἔφη· Διὰ μὲν πενίαν οὐδένα πώποτε στρεβλούμενον εἶδον, διὰ δὲ κακίαν πολλούς.

(Stobæus Floril. XCV, 12 τοῦ αὐτοῦ.)

66. Διογένης τὴν πενίαν ἔλεγεν αὐτοδίδακτον εἶναι ἀρετήν.

(Stobæus Floril. XCV, 19 Διογένους.)

67. Διογένης, ὀνειδίζοντος αὐτῷ τινος πενίαν· Κακόδαιμον, εἶπεν, οὐδένα ποτὲ τυραννοῦντα διὰ πενίαν ἑώρακα, ὁτὰ δὲ πλοῦτον τοὺς πάντας.

(Stobæus Floril. XCVII, 26 Διογένους.)

68.

Ὦ θνητῶν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος,
ὡς οὐδὲν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ἐοικότες,
βάρος πιρισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι.

(Antonius et Maximus Serm. de vitæ inæqualitate p. 807.)

69. Σωκράτης ἐρωτηθείς, τίνες εὐδαίμονες, εἶπεν· Οἷς καὶ φρένες ἀγαθαὶ καὶ λόγος πρόσεστιν.

(Stobæus Floril. CIII, 19 τοῦ αὐτοῦ i. e. Σωκράτους. Sed apertum est hanc sententiam cum sequenti, quam Stobæus Diogeni tribuit, cohærere.)

70. Εὐδαιμονία γὰρ μία ἐστὶ τὸ εὐφραίνεσθαι συνεχῶς, καὶ μηδέποτε λυπεῖσθαι, ἐν ὁποίῳ δὴ ἂν τόπῳ ἢ καιρῷ ὑπάρχῃ τις.

(Stobæus Floril. CIII, 20 Διογένους. Posui συνεχῶς, codd. ἀληθινῶς.)

71. Εὐδαιμονίαν γὰρ ταύτην εἶναί φαμεν ἀληθινὴν τὸ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ψυχὴν ἀεὶ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἱλαρότητι διατρίβειν.

(Stobæus Floril. CIII, 21 τοῦ αὐτοῦ.)

72. Διογένης περιπεσών δ' αὖ τισι συμπτώμασιν ἔλεγεν· Εὖγε, ὦ τύχη, ὅτι μου ἀρρένως προέστηκας. Ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις καιροῖς καὶ τερετίζων ἀνεῴρει.

(Stobæus Floril. CVIII, 71 Διογένους. Reposui

---

aliqua depictas ostenderet diceretque : En stellæ errantes, audiens Diogenes : *Ne mentire*, inquit, *sodes. Stellæ enim non errant, sed isti*, monstratis qui assidebant.

61. Diogenes sciscitante quodam, qui nobilissimi homines essent : *Contemtores*, inquit, *opum, gloriæ, voluptatis et vitæ; contrariis autem, paupertate, infamia, labore et morte majores.*

62. Diogenes Anaximenis servos conspicatus multa vasa circumferentes, cujus ea essent, quæsivit. Quum autem illi Anaximenis esse respondissent : *Ecquid pudet eum*, inquit, *hæc omnia habere, quum se ipsum non habeat?*

63. Diogenes dicebat, neque in civitate opulenta neque in domo locum virtuti esse posse.

64. Diogenes paupertatem nativum ad philosophiam præsidium esse ait; quæ enim philosophia verbis persuadere conatur, ea paupertatem ipsis rebus cogere.

65. Diogenes, quum homo improbus paupertatem ipsi exprobraret, respondit : *Atqui propter paupertatem ego neminem unquam torqueri vidi, propter malitiam vero multos.*

66. Diogenes paupertatem virtutem nativam esse dicebat.

67. Diogenes, quum paupertas ipsi a quodam objiceretur : *Miser*, inquit; *ego neminem unquam ob paupertatem regnare vidi, sed cunctos ob divitias.*

68.

O mortale et æruminosum hominum genus,
quam nihil sumus nisi umbris similes,
tanquam terræ pondus inutile vagantes.

69. *Diogenes* interrogatus, quinam essent felices, respondit : Illi in quibus bona mens et ratio inest.

70. Unica enim felicitas versatur in eo, ut semper lætemur neque unquam mœrore urgeamur, quocunque loco ac tempore simus.

71. Namque hanc felicitatem veram esse dicimus, quæ talis sit, ut mens et animus perpetuo non magis tranquillitati quam hilaritati indulgeant.

72. Diogenes rursus quum in calamitates quasdam incidisset, ait : *Bene facis, o fortuna, quod viriliter mihi patrocinata es.* Idem in hujusmodi casibus etiam clara voce cantitabat.

cum Meinekio περιπεσὼν δ' αὖ τισι. Vulgo περιπεσὼν ἔν τισι vel δ' ἄν τισι.)

73. Διογένης ἰδὼν γραῦν καλλωπιζομένην, εἶπεν· Εἰ μὲν πρὸς τοὺς ζῶντας, πεπλάνησαι, εἰ δὲ πρὸς τοὺς νεκρούς, μὴ βράδυνε.

(Antonius Serm. de senibus inhonestis et imprudentibus p. 875.)

74. Διογένης ὁ Κυνικός, ὀδυρομένου τινός, ἐπειδὴ ἐπὶ ξένης ἔμελλε τελευτᾶν, εἶπεν· Τί ὀδύρῃ, ὦ μάταιε; πανταχόθεν γὰρ ἡ ὁδὸς ἡ αὐτὴ εἰς Ἅιδου.

(Antonius et Maximus Serm. de morte p. 878.)

75. Διογένης, εἰπόντος τινός, Χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν· Οὐχ, εἶπεν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν.

(Stobæus Floril. CXXI, 26 Διογένους.)

76. Ἔλεγεν ὁ Διογένης, ὅτι ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἔσται ἡ ταφή· ἂν δὲ γῦπες ἅπτωνται, Ἰνδική· ἂν δὲ μηδεὶς προσέλθῃ, ὁ χρόνος καλὴν ποιήσει τὴν ταφὴν διὰ τῶν πολυτελεστάτων, ἡλίου καὶ ὄμβρου.

(Stobæus Floril. CXXIII, 11 Διογένους. Quum Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. III, 227 pag. 185 ed. Fabr. scribat mortuorum cadavera quosdam Indorum vulturibus inhumata projecisse, facile erat, locum corruptum corrigere. Sexti verba sunt : Ὑρκανοὶ δὲ κυσὶν αὐτοὺς ἐκτίθενται βοράν, Ἰνδῶν δὲ ἔνιοι γυψίν. Similiter de Persis Herodotus lib. I cap. 140 : τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ ἀποθανόντος, ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. Μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας. Itaque pro membranarum lectione ἂν δὲ γῦπες, ἁπτέον vel ἅπτεσθαι reposui ἂν δὲ γῦπες ἅπτωνται, Ἰνδική, ultima autem ὁ χρόνος καλλίω τὴν ταφὴν διὰ τῶν πολυτελεστάτων, ἡλίου καὶ ὄμβρου mutavi in ὁ χρόνος καλὴν ποιήσει τὴν ταφὴν διὰ τῶν πολυτελεστάτων, ἡλίου καὶ ὄμβρου.)

77. Διογένης τοὺς ῥήτορας τὰ δίκαια μὲν ἔφη ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς.

(Antonius et Maximus Serm. de doctrina et litteris p. 933.)

78. Διογένης ἔφη νομίζειν ὁρᾶν τὴν Τύχην ἐφορμῶσαν αὐτῷ καὶ λέγουσαν· Τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα.

(Stobæus Eclog. lib. II cap. 7, 21 Διογένους, pag. 348 ed. Heeren. [pag. 98 ed. Meinek.] Rescripsi ἐφορμῶσαν αὐτῷ pro eo quod in codicibus legitur ἐνορῶσαν αὐτῷ. Cæterum Homeri locus est Iliad. lib. VIII, 299.)

79. Δεινὸς ἦν κατασοβαρεύσασθαι τῶν ἄλλων, καὶ τὴν μὲν Εὐκλείδου σχολὴν ἔλεγε χολήν, τὴν δὲ Πλάτωνος διατριβὴν κατατριβήν, τοὺς δὲ Διονυσιακοὺς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μώροις ἔλεγε· καὶ τοὺς δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους.

(Diogenes Laertius lib. VI, 24.)

80. Ἔλεγεν, ὡς ὅτε μὲν ἴδοι κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, συνετώτατον τῶν ζώων νομίζειν εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ὅτε δὲ πάλιν τοὺς ὀνειροκρίτας καὶ μάντεις καὶ τοὺς προσέχοντας τούτοις, ἢ τοὺς ἐπὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ πεφυσημένους, οὐδὲν ματαιότερον νομίζειν ἀνθρώπου.

(Diogenes Laertius lib. VI, 24. Scripsi συνετώτατον τῶν ζώων νομίζειν εἶναι, codd. συνετώτατον τῶν ζώων εἶναι.)

81. Πλάτωνα ἐν δείπνῳ πολυτελεῖ κατανοήσας ἐλάας οὐχ ἁψάμενον· Τί, φησίν, ὁ σοφὸς εἰς Σικελίαν πλεύσας τῶν τραπεζῶν τούτων χάριν, νῦν παρακειμένων οὐκ ἀπολαύεις; Καὶ ὅς· Ἀλλὰ νὴ τοὺς θεούς, φησί, Διόγενες, κἀκεῖ τὰ πολλὰ περὶ ἐλάας καὶ τὰ

---

73. Diogenes anum comtam conspicatus : *Si vivis*, inquit, *in errore versaris; sin autem mortuis, ne cunctare.*

74. Diogenes Cynicus, lamentante quodam, sese in peregrina terra moriturum esse : *Quid lamentaris*, inquit, *o stulte? Undique enim eadem via ad inferos est.*

75. Diogenes, quum dixisset quidam : Molestum est vivere : *Non*, inquit, *sed male vivere.*

76. Diogenes dicebat, si canes cadaver suum lacerarent, Hyrcaniam sepulturam fore; sin vultures esitarent, Indicam; at si nullum hujusmodi animal accederet, temporis beneficio pulchra se sepultura affectum iri, corpore pretiosissimis rebus, sole et imbribus, consumto.

77. Diogenes oratores id quidem studuisse ait, ut verbis hominum jura tuerentur; at minime, ut juste agerent.

78. Diogenes existimare se ait videre Fortunam in ipsum irruentem dicentemque : *Ast hunc non potui tetigisse canem rabiosum.*

79. Erat autem acerrimus cæterorum exagitator, ideoque Euclidis scholam demta prima littera χολήν i. e. bilem appellabat, porro Platonis disputationem consumtionem, item ludos Dionysiacos magna stultorum miracula, oratores denique turbæ ministros vocabat.

80. Dicebat sibi in vita humana gubernatores intuenti, medicos item et philosophos, animalium omnium sollertissimum videri hominem; contra si somniorum interpretes contemplaretur et vates et qui istis auscultarent vel qui gloria et divitiis superbirent, tum nihil se homine ineptius esse arbitrari.

81. In cœna lauta olivas non gustare Platonem animadvertens : *Quid est*, inquit, *quod, sapiens qui sis, horumque ciborum gratia in Siciliam profectus, jam tamen appositis iis non utaris?* Tum Plato : *At per deos*, in-

τοιαῦτα ἐγενόμην. Ὁ δέ· τί οὖν ἔδει πλεῖν εἰς Συρακούσας; ἢ τότε ἡ Ἀττικὴ οὐκ ἔφερεν ἐλάας;

(Diogenes Laertius lib. VI, 25. Scripsi ἐλάας οὐχ ἁψάμενον, codd. ἐλάας ἁψάμενον. Præterea περὶ ἐλάας καὶ τὰ τοιαῦτα pro πρὸς ἐλάας καὶ τὰ τοιαῦτα.)

82. Πατῶν αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος) ποτε στρώματα κεκληκότος φίλους παρὰ Διονυσίου, ἔφη· Πατῶ τὴν Πλάτωνος κενοσπουδίαν. Πρὸς ὃν ὁ Πλάτων· Ὅσον, ὦ Διόγενες, τοῦ τύφου διαφαίνεις, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι. Οἱ δέ φασι τὸν Διογένην εἰπεῖν· Πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον, τὸν δὲ φάναι· Ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες.

(Diogenes Laertius lib. VI, 26. Cæterum φίλους παρὰ Διονυσίου intelligimus amicos a Dionysio Athenas missos. Verba ἑτέρῳ γε τύφῳ explicat Tertullianus Apolog. cap. 46: Ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat. Vere autem M. Antoninus lib. XII, 22: ὁ γὰρ ὑπ' ἀτυφίᾳ τῦφος τετυφωμένος πάντων χαλεπώτατος.)

83. Ἐρωτηθείς, ποῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας; Ἄνδρας μέν, εἶπεν, οὐδαμοῦ, παῖδας δὲ ἐν Λακεδαίμονι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 27.)

84. Σπουδαιολογουμένῳ ποτὲ ὡς οὐδεὶς προσῄει, ἐπέβαλε τερετίζειν· ἀθροισθέντων δέ, ὑνείδισεν, ὡς ἐπὶ μὲν τοὺς φληνάφους ἀφικνουμένων σπουδαίως, ἐπὶ δὲ τὰ σπουδαῖα βραδυνόντων ὀλιγώρως.

(Diogenes Laertius lib. VI, 27.)

85. Ἔλεγε περὶ μὲν τοῦ παρορύττειν καὶ λακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, περὶ δὲ καλοκἀγαθίας οὐδένα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 27. De voce παρορύσσειν vide interpretes ad Theocrit. IV, 10.)

86. Τοὺς γραμματικοὺς ἐθαύμαζε τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοοῦντας· καὶ μὴν καὶ τοὺς μουσικοὺς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρμόττεσθαι, ἀνάρμοστα δὲ ἔχειν τῆς ψυχῆς τὰ ἤθη· τοὺς μαθηματικοὺς ἀποβλέπειν μὲν πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ δὲ ἐν ποσὶ πράγματα παροραῖν· τοὺς ῥήτορας τὰ δίκαια μὲν ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς· ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς φιλαργύρους ψέγειν μὲν τὸ ἀργύριον, ὑπεραγαπᾶν δέ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 27—28. Conf. Senecæ epist. 86.)

87. Κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν ἐπαινούντων μὲν τοὺς δικαίους, ὅτι χρημάτων ἐπάνω εἶεν, ζηλούντων δὲ τοὺς πολυχρηματίας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 28.)

88. Ἐκίνει ὁ' αὐτὸν καὶ τὸ θύειν μὲν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας ὀειπνεῖν. Ἄγασθαι δὲ καὶ τῶν δούλων, οἳ λαβροφαγοῦντας ὁρῶντες τοὺς δεσπότας μηδὲν ἁρπάζοιεν τῶν ἐσθιομένων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 28.)

89. Ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμοῦντας, καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλέοντας, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτευομένους, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφοῦντας, καὶ τοὺς παρασκευαζομένους συμβιοῦν τοῖς δυνάσταις καὶ μὴ προσιόντας.

---

quit, *Diogenes, et olivis et aliis hujusmodi cibis plerumque vescebar*. Rursus Diogenes: *Quid ergo Syracusas navigare attinuit? an Attica olivas tunc non ferebat?*

82. Præsentibus Dionysii quibusdam, quos Plato invitaverat, amicis, Diogenes, stragulis ejus conculcatis, *inane Platonis studium* sese dixit pedibus *calcare*. Cui Plato sic respondit: Quantos vero, o Diogenes, spiritus tibi sumsisti, licet arrogantis speciem minime præbeas! Alii autem referunt Diogeni dicenti, *Platonis fastum calco: At alio fastu, Diogenes*, Platonem statim respondisse.

83. Interrogatus, ubinam in Græcia viros fortes vidisset: *Viros quidem*, inquit, *nusquam, pueros vero Lacedæmone*.

84. Quum aliquando de rebus gravibus disputaret nemoque audiendi studio incensus ad ipsum accederet, cantare instituit; quum igitur multi undique convenissent, eos increpavit, quod nugas audire festinarent, seriis autem aures præbere contemtim morarentur.

85. Homines certare dicebat de fossione et calcitratu; de probitate autem et honestate neminem cum alio contendere.

86. Grammaticos mirabatur in Ulixis quidem mala inquirere, sua autem ignorare; musicos item fides nervis contendere, animi vero moribus incompositos esse; porro mathematicos solem et lunam intuentes, quæ ante pedes essent, negligere; oratores etiam id quidem studuisse, ut verbis hominum jura tuerentur, at minime, ut juste agerent; avaros denique vituperare quidem argentum, sed tamen vehementer amare.

87. Eos quoque reprehendebat, qui viros probos, ut pecuniæ contemtores, laudarent, sed tamen pecuniosos imitarentur.

88. Commovebatur vero etiam eorum more qui pro bona valetudine dijs sacrificarent, sed in ipsa re divina facienda bene cœnando valetudinem negligerent. Servos quoque se mirari ajebat, qui, quum edaces dominos viderent, nihil ciborum raperent.

89. Laudabat eos qui uxores quidem ducturi essent, sed tamen non ducerent, et qui ad terram appulsuri non appellerent, quique rempublicam administraturi non administrarent, et qui pueros educaturi non educarent, denique qui id darent operam, ut cum potentibus viverent, nec tamen illos adirent.

(Diogenes Laertius lib. VI, 29. Ita emendandum censeo hunc locum cum Turnebo Advers. lib. XXVI cap. 34. Nam in veteribus libris hæc leguntur: τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτεύεσθαι, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφεῖν.)

90. Ἔλεγε δεῖν τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς φίλους ἐκτείνειν μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 29. Sententia est quam Kuhnius his verbis expressit: non tribus aut quatuor digitis dandum amicis, quemadmodum thuris aliquot grana aris imponi solebant, sed plena manu et remissis digitis.)

91. Ἔλεγε τῷ Ξενιάδῃ τῷ πριαμένῳ αὐτόν, δεῖν πείθεσθαι αὐτῷ, εἰ καὶ δοῦλος εἴη. Καὶ γὰρ ἰατρὸς ἢ κυβερνήτης εἰ δοῦλος εἴη, πεισθῆναι δεῖν αὐτῷ. Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πρᾶσις, οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας τοῦ Ξενιάδου μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα, ὥστε ἱππεύειν, τοξεύειν, σφενδονᾶν, ἀκοντίζειν. Ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας. Κατεῖχον δὲ οἱ παῖδες πολλὰ ποιητῶν καὶ συγγραφέων καὶ τῶν αὐτοῦ Διογένους· πᾶσάν τε ἔφοδον σύντομον, πρὸς τὸ εὐμνημόνευτον, ἐπήσκει. Ἐν οἴκῳ τε ἐδίδασκε διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους, καὶ ὕδωρ πίνοντας. Ἐν χρῷ κουρίας τε καὶ ἀκαλλωπίστους εἰργάζετο, καὶ ἀχίτωνας καὶ ἀνυποδήτους, καὶ σιωπηλούς, καθ' αὑτοὺς βλέποντας ἐν ταῖς ὁδοῖς. Ἐξῆγε δ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ κυνηγεσίαν. Οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Διογένους ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, καὶ πρὸς τοὺς γονέας αἰτητικῶς εἶχον. Ὁ δ' αὐτὸς φησι παρὰ τῷ Ξενιάδῃ καὶ γηρᾶσαι αὐτόν, καὶ θανόντα ταφῆναι πρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. Ἔνθα καὶ πυνθανομένου τοῦ Ξενιάδου πῶς αὐτὸν θάψειεν, ἔφη· Ἐπὶ πρόσωπον. Τοῦ δὲ ἐρομένου· Διὰ τί; Ὅτι μετ' ὀλίγον, εἶπε, μέλλει τὰ κάτω ἄνω στρέφεσθαι. Τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐπικρατεῖν ἤδη τοὺς Μακεδόνας, ἢ ἐκ ταπεινῶν ὑψηλοὺς γίνεσθαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 30. 31. 32. Posui ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἐρυθήματος χάριν, codd. ἀλλὰ αὐτὸς ἐρυθήματος χάριν. Pro ἐπὶ κυνηγεσίαν Henr. Stephanus ἐπὶ κυνηγέσια scribi volebat.)

92. Θαυμάζειν ἔφη, εἰ χύτραν μὲν καὶ λοπάδα ὠνούμενοι σκοποῦμεν καὶ κομποῦμεν, ἀνθρώπου δὲ μόνῃ τῇ ὄψει ἀρκούμεθα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 30.)

93. Φωνήσας ποτέ, Ἰὼ ἄνθρωποι, συνελθόντων καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰπών· Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, οὐ καθάρματα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 32.)

94. Εἰσαγαγόντος τινὸς αὐτὸν εἰς οἶκον πολυτελῆ, καὶ κωλύοντος πτύσαι, ἐπειδὴ ἐχρέμψατο, εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἔπτυσεν, εἰπών, χείρονα τόπον μὴ εὑρηκέναι. (Οἱ δὲ τοῦτο Ἀριστίππου φασί.)

(Diogenes Laertius lib. VI, 32.)

95. Ἀναπήρους ἔλεγεν οὐ τοὺς κωφοὺς καὶ τυφλούς, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἔχοντας πήραν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 33.)

96. Εἰσελθών ποτε ἡμιξύρητος εἰς νέων συμπόσιον πληγὰς ἔλαβε. Μετὰ δὲ ἐγγράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα τῶν πληξάντων, περιῆει ἐξημμένος· ὥστε

---

90. Dicebat manus ad amicos non contractis digitis protendi oportere.

91. Dicebat Xeniadi, emtori suo, ipsum sibi, quamvis servus esset, obtemperare debere. Nam et medico vel gubernatori, si servus sit, tamen obediri oportere. Eubulus autem in libro, qui inscribitur Diogenis auctio, ait eum Xeniadis filios ita instituisse, ut post perceptas reliquas disciplinas equitarent, sagittarent, funda lapides excuterent, denique jaculārentur. Deinde in palæstra non permittebat luctandi magistro eos athletarum in morem exercere, sed tantum ad colorem rubicundum ori inducendum et ob bonam corporis habitudinem. Tenebant vero pueri multa poetarum aliorumque scriptorum et ipsius quoque Diogenis dicta memoriter; omnemque illis doctrinæ rationem, ut facile memoria comprehenderetur, breviter expositam inculcabat. Domi etiam ministrare eos docebat, vili cibo et aquæ potu contentos. Tonsos ad cutem incomtosque erudiebat, porro sine tunicis ac discalceatos, tacitos etiam et se solos inter viam intuentes. Insuper ad venationes eos educebat. Contra isti Diogenis ipsius curam agebant, atque a parentibus petebant, ut cum sibi commendatum haberent. Idem [Eubulus] ait illum etiam apud Xeniadem consenuisse, et fato perfunctum ab ejus filiis esse sepultum. Ibi percontante Xeniade, quomodo sepeliri vellet: *In faciem*, inquit. Tum illo, quæ ejus rei causa foret, quærente: *Quoniam*, inquit, *paulo post inferiora sursum vertentur*. Dixit autem hoc, quia Macedones jam prævalerent, vel ex humilitate in fastigium emergerent atque attollerentur.

92. Mirari se ait, quod quum ollam quidem et patinam emturi diligenter intus non sine tinnitu consideremus, sola in homine emendo externa specie contenti simus.

93. Quum clamasset aliquando: *Heu homines!* convenissentque plurimi, baculo illos verberavit dicens: *Homines, non purgamenta, vocavi.*

94. Quum ipsum aliquis in domum magnificam induxisset, atque exspuere prohibuisset, exscreans faciem prohibentis conspuit, locum fœdiorem, in quem exspuere posset, se non invenisse dicens. At alii Aristippum hoc fecisse auctores sunt.

95. Ἀναπήρους i. e. mancos, vocabat non surdos aut cæcos, sed qui peram non haberent.

96. Ingressus aliquando semirasus juvenum convivantium cœnationem verberibus ab iis acceptus est. Postea vero eorum nomina a quibus pulsatus erat tabellæ in-

αὐτοὺς ὕβρει περιέθηκε, καταγινωσκομένους καὶ ἐπιπληττομένους.

(Diogenes Laertius lib. VI, 33. Pseudodiogenes in Epistola ad Melesippum : ἤκουόν σε λελυπῆσθαι, ὅτι τὰ Ἀθηναίων τέκνα πλητὰς ἡμῖν ἐνέτεινε μεθύοντα, καὶ δεινὰ πάσχειν, εἰ σοφία πεπαρώνηται. Εὖ δ' ἴσθι, ὅτι τὸ Διογένους μὲν ἐπλήχθη σῶμα ὑπὸ τῶν μεθυόντων, ἀρετὴ δὲ οὐκ ἠσχύνθη· ἐπεὶ μήτε κοσμεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ φαύλων, μήτε αἰσχύνεσθαι.)

97. Ἔλεγεν ἑαυτὸν κύνα εἶναι τῶν ἐπαινουμένων, ἀλλὰ μηδένα τολμᾶν τῶν ἐπαινούντων συνεξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν.

(Diogenes Laertius lib .VI, 33. Est autem ἐπὶ τὴν θήραν interpretandum de virtutis et honestatis studio, quo sensu Aristoteles apud Athenæum lib. XV p. 695 A dicit ἀρετά, πολύμοχθε γένει βροτείῳ θήραμα κάλλιστον βίῳ. Sic apud Lucianum in Vitarum auctione cap. 8 Diogenes ait : στρατεύομαι δὲ ὥσπερ Ἡρακλῆς ἐπὶ τὰς ἡδονὰς οὐ κελευστός, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος.)

98. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πύθια νικῶ ἄνδρας· Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 33. Similiter idem 43 : Ὀλυμπίασι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας· Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ. Vid. Dion. Chrysost. orat. XI.)

99. Πρὸς τοὺς εἰπόντας· Γέρων εἶ, καὶ λοιπὸν ἄνες· Τί δέ, ἔφη, εἰ δολιχὸν ἔδραμον, πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι;

(Diogenes Laertius lib. VI, 34.)

100. Κατέλαβέ ποτε Δημοσθένην τὸν ῥήτορα ἐν πανδοκείῳ ἀριστῶντα· τοῦ δὲ ὑποχωροῦντος, Τοσούτῳ, ἔφη, μᾶλλον ἔσῃ ἐν τῷ πανδοκείῳ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 34. Sed operæ pretium est cum iis quæ Diogenes prodit conferre Ælianum var. hist. lib. IX cap. XIX ita scribentem : Ἥριστα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· ἔνθα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει· τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, Αἰσχύνῃ, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον; καὶ μὴν καὶ ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἴσισι, τοὺς δημότας λέγων καὶ τοὺς καθ' ἕνα ὀηλῶν· ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί. Aliter denique Plutarchus in libello Quomodo quis suos in virtute sequenda sentire possit profectus vol. VII pag. 260 ed. Hutten. : χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Διογένους πρός τινα νεανίσκον ὀρθέντα ἐν καπηλείῳ, καταφυγόντα δ' εἰς τὸ καπηλεῖον· Ὅσῳ γὰρ (εἶπεν) ἐνδοτέρω φεύγεις, μᾶλλον ἐν τῷ καπηλείῳ γίνῃ.)

101. Ξένων ποτὲ θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας· Οὗτος ἡμῖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός.

(Diogenes Laertius lib. VI, 34.)

102. Ἐκβαλόντος δέ τινος ἄρτον καὶ αἰσχυνομένου ἀνελέσθαι, βουλόμενος αὐτὸν νουθετῆσαι, κεράμου τράχηλον δήσας ἕσυρε διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 35.)

103. Μιμεῖσθαι ἔλεγε τοὺς χοροδιδασκάλους· καὶ γὰρ ἐκείνους ὑπὲρ τόνον ἐνδιδόναι ἕνεκα τοῦ τοὺς λοιποὺς ἅψασθαι τοῦ προσήκοντος τόνου.

(Diogenes Laertius lib. VI, 35.)

104. Τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι. Ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται, δόξει μαίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν λιχανόν, οὐκέτι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 35.)

105. Τὰ πολλοῦ ἄξια μηδενὸς ἔλεγε πιπράσκεσθαι, καὶ ἔμπαλιν· ἀνδριάντα γὰρ τρισχιλίων πιπράσκεσθαι, χοίνικα δὲ ἀλφίτων δύο χαλκῶν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 35.)

106. Τῷ πριαμένῳ αὐτὸν Ξενιάδῃ φησί· Ἄγε ὅπως τὸ προσταττόμενον ποιήσεις. Τοῦ δὲ εἰπόντος· Ἄνω

---

scripta atque ex collo suspensa gerens circumibat; ita ut illos injuria afficeret, qui idcirco vituperationem et objurgationem non effugiebant.

97. Canem se esse ajebat ex iis qui laudarentur; verum laudantium neminem secum venatum exire audere.

98. Dicenti cuidam, viros se Pythiis superare : *Viros*, inquit, *ego; tu vero mancipia.*

99. Quum ipsi diceretur : *Senex es; conquiesce igitur ex labore. Quid vero*, ait, *si stadium currerem, ad calcem oporteret segni cursu et non potius incitato contendere?*

100. Offendebat aliquando Demosthenem oratorem in deversorio prandentem; qui quum in interiorem partem secederet : *Eo magis*, inquit, *eris in deversorio.*

101. Quum peregrini quidam Demosthenem videre cuperent, medium intendens digitum : *Hic*, inquit, *nobis est ille populi Atheniensis rector.*

102. Quum panem aliquis imprudenter abjecisset eumque præ pudore tollere nollet, Diogenes hominem reprehendere cupiens alligatum lagenæ collum per Ceramicum trahebat.

103. Imitari se dicebat chori magistros : illos enim præeuntes acutius sonare, ut reliqui legitimum sonum funderent.

104. Plerosque dicebat propter unum digitum pro insanis haberi. Si quis igitur medio digito porrecto incederet, eum desipere videri; sin autem indice porrecto, sapere.

105. Pretiosissima quæque gratis constare ajebat et contra; statuam enim tribus drachmarum millibus vendi, polentæ vero chœnicem duobus æreis.

106. Xeniadæ qui ipsum emerat : Agedum, inquit, fac quod præcipitur. Qui quum ei opposuisset illud : *Sursum fluunt amnium fontes*, respondit : *At si medicum æger*

ποταμῶν χωροῦσι παγαί· εἰ δὲ ἰατρόν, ἔφη, ἐπρίω νοσῶν, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπείθου, ἀλλ' εἶπες ἄν, ὡς [b] ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πᾶγαί;

(Diogenes Laertius lib. VI, 36. Scripsi: [a] ποιήσεις, codd. ποιήσῃς. — [b] ὡς; codd. ὡς ἄν. — Est autem Euripidis in Medea versus 411: ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί, καὶ δίκη καὶ πάντα πάλιν στρέφεται, qui postea in proverbii consuetudinem venit. Zenobius Centur. II, 56: παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπεναντίως λεγομένων ἢ γενομένων, ἐπειδὴ οἱ ποταμοὶ ἄνωθεν κάτω ῥέουσιν, οὐ κάτωθεν ἄνω.)

107. Ἤθελέ τις παρ' αὐτῷ φιλοσοφεῖν· ὁ δέ οἱ σαπέρδην δοὺς φέρειν, ἐποίησεν ἀκολουθεῖν. Ὡς δ' ὑπ' αἰδοῦς ῥίψας ἀπῆλθε, μετὰ χρόνον ὑπαντήσας αὐτῷ καὶ γελάσας λέγει, Τὴν σὴν καὶ ἐμὴν φιλίαν σαπέρδης διέλυσε. Διοκλῆς δ' οὕτως ἀναγράφει. Εἰπόντος τινὸς αὐτῷ· Ἐπίταττε ἡμῖν, Διόγενες, ἀπαγαγὼν αὐτὸν ἡμιωβολίου τυρὸν ἰδίου φέρειν, ἀνησαμένου δέ, Τὴν σήν, ἔφη, καὶ ἐμὴν φιλίαν ἡμιωβολίου τυρίον διαλέλυκε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 36.)

108. Θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον ἐξέρριψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην, εἰπών· Παιδίον με νενίκηκεν εὐτελείᾳ. Ἐξέβαλε δὲ καὶ τὸ τρυβλίον, ὁμοίως παιδίον θεασάμενος, ἐπειδὴ κατέαξε τὸ σκεῦος, τῷ κοίλῳ ἄρτου ψωμίῳ τὴν φακῆν ὑποδεχόμενον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 37. Scripsi τῷ κοίλῳ ἄρτου ψωμίῳ, codd. τὸ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου. Cf. Plutarchus in libello Quomodo quis suos in virtute sequenda sentire possit profectus vol. VII pag. 254 ed Hutten. Simplicius ad Epicteti Enchirid. cap. 46 p. 273 ed. Salmas. Seneca Epist. 90. Hieronymus adv. Jovinianum lib. II. Huc spectat Antiphili epigramma Anthol. lib. V: Ἡ πήρη καὶ χλαῖνα, καὶ ὕδατι πιληθεῖσα Μᾶζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη, Καὶ δέπας ἐκ κεράμοιο σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο Ἀρκιακὴν τούτοις ἦν τι περισσότερον. Κοίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην, Εἶπε· Τί καί σε μάτην, ὄστρακον, ἰχθοφόρουν; In eandem sententiam Ausonius Epigr. 53: Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex Ista fuit Cynici: sed putat hanc nimiam. Namque cavis manibus cernens potare bubulcum, Cur, scyphe, te, dixit, gesto supervacuum?)

109. Συνελογίζετο δὲ καὶ οὕτως· Τῶν θεῶν ἐστι πάντα· φίλοι δὲ οἱ σοφοὶ τοῖς θεοῖς· κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων· πάντα ἄρα ἐστὶ τῶν σοφῶν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 37.)

110. Θεασάμενός ποτε γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς θεοῖς προσπίπτουσαν, βουλόμενος αὐτῆς περιελεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν, προσελθὼν εἶπεν· Οὐχ εὐλαβῇ, ὦ γύναι, μή ποτε θεοῦ ὄπισθεν ἑστῶτος (πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη) ἀσχημονήσῃς;

(Diogenes Laertius lib. VI, 37.)

111. Τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνέθηκε πλήκτην, ὃς τοὺς ἐπὶ στόμα πίπτοντας ἐπιτρέχων συνέτριβεν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 38.)

112. Εἰώθει λέγειν, τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι· εἶναι γοῦν·

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχός, πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφ' ἡμέραν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 38. Quod idem refert Ælianus var. hist. lib. III cap. 29 his verbis: Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχός, δυσείμων, βίον ἔχων ἐφήμερον.)

113. Ἔφασκεν ἀντιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον.

---

emisses, non obtemperasses illi, sed diceres: Sursum fluunt amnium fontes?

107. Quidam sub Diogene magistro philosophari volebat, cui ille saperdam gestandum dedit et se sequi jussit. Qui quum pudore commotus abjecto pisce abiisset, aliquanto post Diogenes ei occurrens ridensque: *Tuam*, inquit, *et meam amicitiam saperda dissolvit.* Diocles autem sic rem perscribit. Dixerat illi nescio quis: Impera nobis, Diogenes. Tum ille abducto vilem caseum ferendum dedit. Verum isto hoc detrectante: *Tuam*, inquit, *et meam amicitiam vilis caseus dissolvit.*

108. Quum esset aliquando puerum cavis bibentem manibus intuitus, cotylam e pera ejecit dicens: *Puer me frugalitate superavit.* Ejecit etiam catinum, quia item puerum, vasculo fracto, vidisset concavo panis frusto lentes coctas excipere.

109. Ratiocinabatur vero etiam sic: Omnia deorum sunt: diis autem amici sapientes sunt: amicorum vero cuncta communia: omnia ergo sunt sapientum.

110. Conspicatus aliquando mulierem indecore coram diis prostratam eamque superstitione levare cupiens, accessit propius illamque sic allocutus est: Non vereris, mulier, ne forte stante a tergo deo (ejus enim omnia plena sunt) parum decenter te geras?

111. Gallum pugnacem, qui alios humi prostratos incursu conterebat, Æsculapio sacravit.

112. Solebat dicere, tragicas exsecrationes sibi evenisse; esse enim se exsulem, domo ejectum, patria extorrem, pauperem, palantem, vitam in dies habentem.

113. Ajebat se opponere fortunæ quidem confidentiam, legi vero naturam, perturbationi denique rationem.

(Diogenes Laertius lib. VI, 38.)

114. Ἐν τῷ Κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἐπιστὰς φησιν· Αἴτησόν με ὃ θέλεις· καὶ ὅς, Ἀποσκότησόν μου, φησί.

(Diogenes Laertius lib. VI, 38. Cf. Plutarch. vit. Alex. cap. 14; Simplicius ad Epictet. cap. 21 p. 123 ed. Salmas; Valerius Maximus lib. IV, 3. Cicero Tuscul. V, 32.)

115. Μακρά τινος ἀναγινώσκοντος, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἄγραφόν τι παραδείξαντος, Θαρρεῖτε, ἔφη, ἄνδρες· γῆν ὁρῶ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 38.)

116. Πρὸς τὸν συλλογισάμενον, ὅτι κέρατα ἔχει, ἁψάμενος τοῦ μετώπου, Ἐγὼ μέν, ἔφη, οὐχ ὁρῶ. Ὁμοίως καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι κίνησις οὐκ ἔστιν, ἀναστὰς περιεπάτει.

(Diogenes Laertius lib. VI, 39. Agitur hic de syllogismo quem Hieronymus in epist. 83 cornutum vocat, velut: *quod non perdidisti, habes; atqui cornua non perdidisti, ergo cornua habes.* Ita ratiocinanti quum respondere posset Diogenes: *quod perdidi, non habeo; atqui cornua, si quando habui, perdidi, ergo cornua non habeo*, maluit re factoque quam verbis et argumentatione eum refutare. Cæterum quod ad ultima ὁμοίως καὶ τὸν εἰπόντα κτλ. attinet, de ipso Diogene interpretanda sunt, quæ de Cynico quodam Sextus Empiricus Pyrrhonic. Hypot. lib. III cap. 8 in hunc modum scribit: διὸ καὶ τῶν Κυνικῶν τις ἐρωτηθεὶς κατὰ τῆς κινήσεως λόγον, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἀνέστη δὲ καὶ ἐβάδισεν· ἔργῳ καὶ διὰ τῆς ἐνεργείας παριστάς, ὅτι ὑπαρκτή ἐστιν ἡ κίνησις.)

117. Πρὸς τὸν λέγοντα περὶ τῶν μετεώρων· Ποσταῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ;

(Diogenes Laertius lib. VI, 39.)

118. Εὐνούχου μοχθηροῦ ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν· Μηδὲν εἰσίτω κακόν· Ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας ποῦ εἰσέλθῃ;

(Diogenes Laertius lib. VI, 39. Idem dictum servarunt Clemens Alexandrinus Strom. lib. VII p. 713 et Theodoretus Serm. VI de providentia tom. IV p. 357 ed. Sirmond.)

119. Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος ἔφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 39. Cf. Lucian. Nigrin. cap. 32.)

120. Ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτόν, καὶ λεγόντων, ὡς ἐν Ἅιδου πρεσβρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι· Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται.

(Diogenes Laertius lib. VI, 39. Idem testatur Plutarchus libro de audiendis poetis [vol. VII, p. 80 seq. ed. Hutten], cujus verba sunt: δεῖ δὲ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι. Πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας, περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας· ὡς τρισόλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη Μόλωσ' ἐς Ἅιδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. Διογένης δὲ ἀκούσας τι τοιοῦτον· Τί λέγεις; ἔφη, κρείττονα μοῖραν ἕξει Πατταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανών, ἢ Ἐπαμεινώνδας, ὅτι' μεμύηται; Sed Plato quoque communem Atheniensium de his rebus sententiam tuetur. Ait enim in Phæd. p. 69 C: καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει.)

121. Πρὸς τοὺς ἐρπύσαντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν μῦς· Ἰδού, φησίν, καὶ Διογένης παρασίτους τρέφει.

(Diogenes Laertius lib. VI, 40.)

122. Πλάτωνος εἰπόντος αὐτὸν κύνα· Ναί, ἔφη, ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας.

---

114. Apricanti ipsi in Craneo quum Alexander supervenisset, ait: *Pete a me quod vis.* At ille: *Noli*, inquit, *mihi umbram facere.*

115. Diu multumque aliquis legerat, quumque in fine libri nihil amplius scriptum esse ostendisset, Diogenes: Bono, inquit, animo este, viri; jam terram video.

116. Homini argumentis quibusdam colligenti, Diogenem habere cornua, manu frontem contrectans: Equidem, inquit, illa non animadverto. Similiter quodam motum esse negante, surgens deambulabat.

117. De superis ac cœlestibus disserenti: *Quam diu, est*, inquit, *quum de cœlo descendisti?*

118. Quum eunuchus quidam nequissimus ædibus suis inscripsisset: *Nihil ingrediatur mali; Dominus igitur domus*, dicebat Diogenes, *ubi ingrediatur?*

119. Unguento quum pedes inunxisset, dixit a capite quidem in aerem abire ejus odorem, sed a pedibus in nares penetrare.

120. Volentibus Atheniensibus eum mysteriis initiari, dicentibusque eos qui illa tenerent apud inferos ad principatum pervenire: *Ridiculum est*, inquit, *Agesilaum et Epaminondam in luto volutatum iri, humiles autem homines nescio quos initiatos in beatorum insulis futuros esse.*

121. Muribus ad ipsius mensam arrepentibus: *Ecce*, inquit, *etiam Diogenes parasitos alit.*

122. Platone canem ipsum appellante: *Sane*, inquit; *ego enim ad venditores redii.*

(Diogenes Laertius lib. VI, 40. Aliter rem narrat Ælianus Var. hist. lib. XIV, 33 : διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δ' ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν· ἠγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρίστωνος καὶ ἔφη· Ἐπάκουσον τῶν λόγων, κύον. Καὶ ὅς, οὐδὲν διαταραχθείς· Ἀλλ' ἐγώ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν, ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν. Conf. Menag. ad Diog. Laert. III, 19.)

123. Ἐκ τοῦ βαλανείου ἐξιών, τῷ μὲν πυθομένῳ, εἰ πολλοὶ ἄνθρωποι λοῦνται, ἠρνήσατο· τῷ δ', εἰ πολὺς ὄχλος, ὡμολόγησε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 40.)

124. Πλάτωνος ὁρισαμένου, Ἄνθρωπός ἐστι ζῷον δίπουν, ἄπτερον, καὶ εὐδοκιμοῦντος, τίλας ἀλεκτρυόνα εἰσήνεγκεν αὐτοῦ εἰς τὴν σχολὴν καί φησιν· Οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνος ἄνθρωπος. Ὅθεν τῷ ὅρῳ προσετέθη τὸ πλατυώνυχον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 40.)

125. Πρὸς τὸν πυθόμενον, ποίᾳ ὥρᾳ δεῖ ἀριστᾶν· Εἰ μὲν πλούσιος, ἔφη, ὅταν θέλῃ, εἰ δὲ πένης, ὅταν ἔχῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 40.)

126. Ἐν Μεγαρεῦσιν ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνούς, ἔφη· Ἀυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριόν, ἢ υἱόν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 41. Similiter Ælianus Var. hist. lib. XII, 56 : Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔλεγε πολλά, τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν Μεγαρέων διαβάλλων, καὶ ἐβούλετο Μεγαρέως ἀνδρὸς κριὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ υἱός. Ἠνίττετο δέ, ὅτι τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς, τῶν παίδων δὲ οὐχί. Plutarchus De cupiditate divitiarum cap. 7, vol. X p. 156 ed. Hutten. : ὥς που καὶ Διογένης ἐπίσκωψεν, εἰπών· Μεγαρέως ἀνδρὸς βέλτιον εἶναι κριόν, ἢ υἱὸν γενέσθαι. Cæterum oves propter lanæ bonitatem pellibus integebantur, ne lana inquinaretur. Vid. Varronem De re rustic. lib. II, cap. 2.)

127. Πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ δοκόν, εἶτα εἰπόντα, Φύλαξαι· Πάλιν γάρ με, ἔφη, παίειν μέλλεις;

(Diogenes Laertius lib. VI, 41. Idem apophthegma Diogenes lib. VI, 66 hisce commemorat verbis : πρὸς τὸν ἐνσείσαντα αὐτῷ δοκόν, εἶτα εἰπόντα Φύλαξαι, πλήξας αὐτὸν τῇ βακτηρίᾳ, εἶπε· Φύλαξαι.)

128. Ἔλεγε τοὺς μὲν δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους· τοὺς δὲ στεφάνους δόξης ἐξανθήματα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 41.)

129. Λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας περιῄει λέγων· Ἄνθρωπον ζητῶ.

(Diogenes Laertius lib. VI 41. Quod Diogeni Cynico hic tribuitur, jam prius fecerat Æsopus, si fides Phædro lib. III Fab. XIX ita scribenti : Et quidam e turba garrulus, Æsope, medio sole, quid cum lumine? Hominem, inquit, quæro.)

130. Εἱστήκει ποτὲ καταχρουνιζόμενος· τῶν δὲ περιεστώτων ἐλεούντων, παρὼν Πλάτων ἔφη· Εἰ βούλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε, ἐνδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτοῦ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 41.)

131. Ἐντρίψαντος αὐτῷ κόνδυλόν τινος· Ἡράκλεις, ἔφη, οἷόν με χρῆμα ἐλάνθανε τὸ μετὰ περικεφαλαίας περιπατεῖν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 41.)

132. Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν καὶ εἰπόντος, Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας καὶ καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 42. Cæterum quod ad τρισχίλιαι [ὖραγμαί] attinet, hujusmodi mulctam iis qui alios tali injuria afficiebant tum ir-

---

123. Balneo egressus sciscitanti, num multi lavarent homines, negavit; at quærenti, lavaretne magna turba, rem ita se habere affirmavit.

124. Quum Plato hominem definivisset animantem bipedem atque implumem, eaque re doctrinæ famam consecutus esset, Diogenes gallum gallinaceum vulsum in ejus scholam intulit, dicens : *ecce homo Platonicus.* Quocirca definitioni adjecta sunt verba *latis unguibus.*

125. Interroganti, quanam hora prandere oporteret : *Si quis,* inquit, *dives est, quando vult; si pauper, quando potest.*

126. Apud Megarenses oves conspicatus pellibus tectas, filios vero eorum nudos : *Præstat,* inquit, *Megarensis artetem esse quam filium.*

127. Ei qui trabem ipsi impegerat posteaque dixerat : Cave; *Num,* inquit, *iterum me ferire vis?*

128. Oratores quidem plebis ministros, coronas autem gloriæ accessiones vocabat.

129. Lucerna interdiu accensa oberrans : *Hominem,* ajebat, *quæro.*

130. Stabat aliquando destillantibus de tecto aquis perfusus; his vero qui circumstabant misericordia illum prosequentibus, Plato qui aderat : *Si vultis,* inquit, *ejus misereri, abscedite,* illius gloriæ cupiditatem significans.

131. Quum quidam ei pugnum in caput impegisset, *Hercle,* ait, *qualem rem ignorabam, me galea indutum ambulare debere.*

132. Quum Midias pugnis eum cecidisset dixissetque, *Tria drachmarum millia tibi in mensa posita sunt,* postridie Diogenes ubi eum sumtis pugilum cæstibus contudit : *Tria drachmarum,* inquit, *millia tibi in mensa posita sunt.*

rogatam esse ex hoc loco bene collegit J. Taylorus in Præfatione ad Demosthenis orationem contra Midiam pag. 7.)

133. Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζει· Πῶς δέ, εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καί σε θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω;

(Diogenes Laertius lib. VI, 42. Idem dictum servavit Arrianus Dissert. Epict. III, 22.)

134. Ἰδών τινα περιῤῥαινόμενον ἐπεῖπεν· Ὦ κακόδαιμον, οὐκ ἐπίστασαι, ὅτι ὥσπερ τῶν ἐν γραμματικῇ ἁμαρτημάτων περιῤῥαινόμενος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείης, οὕτως οὐδὲ τῶν ἐν τῷ βίῳ;

(Diogenes Laertius lib. VI, 42.)

135. Ἐνεκάλει τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῆς εὐχῆς, αἰτεῖσθαι λέγων αὐτοὺς ἀγαθὰ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, καὶ οὐ τὰ κατὰ ἀλήθειαν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 42.)

136. Πρὸς τοὺς περὶ τὰ ὀνείρατα ἐπτοημένους ἔλεγεν, ὡς ὑπὲρ ὧν μὲν πράττουσιν ὕπαρ, οὐκ ἐπιστρέφονται· ὑπὲρ ὧν δὲ καθεύδοντες φαντασιοῦνται, πολυπραγμονοῦσιν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 43.)

137. Ὀλυμπίασι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος· Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας, Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 43. Cf. supra fragm. 98.)

138. Μετὰ Χαιρώνειαν συλληφθεὶς ἀπήχθη πρὸς Φίλιππον, καὶ ἐρωτηθείς, τίς εἴη, Κατάσκοπος, ἔφη, τῆς σῆς ἀπληστίας· ὅθεν θαυμασθεὶς ἀφείθη.

(Diogenes Laertius lib. VI, 43. Paulo aliter refert Plutarchus in libro De adulatoris et amici discrimine vol. VII pag. 226 ed. Hutten.: Εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὃς ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχούμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἠρώτησεν εἰ κατάσκοπός ἐστι· Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, ὃς ἦν οὐδενὸς ἀναγκάζοντος ἔρχῃ περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὥρᾳ μιᾷ διακυβεύσων. Cf. Arrian. Dissert. Epict. lib. III cap. 22.)

139. Ἀλεξάνδρου ποτὲ πέμψαντος ἐπιστολὴν πρὸς Ἀντίπατρον εἰς Ἀθήνας διά τινος Ἀθλίου παρὼν ἔφη· Ἄθλιος παρ' ἀθλίου δι' ἀθλίου πρὸς ἄθλιον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 44.)

140. Περδίκκου ἀπειλήσαντος, εἰ μὴ ἔλθοι πρὸς αὐτόν, ἀποκτενεῖν, ἔφη· Οὐδὲν μέγα· καὶ γὰρ κανθαρὶς καὶ φαλάγγιον τοῦτ' ἂν πράξειεν· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπειλεῖν ἠξίου, ὡς, εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζήσαι, εὐδαιμόνως ζήσοιτο.

(Diogenes Laertius lib. VI, 44. Membranarum lectionem κάνθαρος mutavi in κανθαρίς. Simile Theodori apophthegma servavit Cicero Tusc. lib. V cap. 40 ita scribens: Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.)

141. Ἐβόα πολλάκις λέγων, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτῶν ζητούντων μελίπηκτα καὶ μύρα καὶ τὰ παραπλήσια.

(Diogenes Laertius lib. VI, 44.)

142. Πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, Οὔπω, εἶπε, μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 44.)

143. Θεασάμενός ποτε τοὺς ἱερομνήμονας τῶν ταμιῶν τινα φιάλην ὑφῃρημένον ἀπάγοντας, ἔφη· Οἱ μεγάλοι κλέπται τὸν μικρὸν ἀπάγουσιν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 45.)

---

133. Lysia pharmacopola sciscitante, num deos esse crederet: *Quidni*, inquit, *credam, quum te etiam diis invisum esse putem?*

134. Conspicatus quendam aquis lustratum sic insuper allocutus est: O miser, tune ignoras, non magis in vita erroribus aquæ aspersione te liberari posse, quam peccatis in dicendo?

135. Homines de precibus reprehendebat, dicens eos quæ ipsis bona viderentur, non quæ revera bona essent, a diis precari.

136. Eis qui somnia admirarentur dicebat: *De illis quidem negotiis, quæ vigilantes agitis, non laboratis; quæ vero dormientes imaginamini, in ea nimium inquiritis.*

137. Quum Olympiæ præco pronuntiaret; Dioxippus viros vicit: *Hic*, ait, *mancipia, viros autem ego.*

138. Post pugnam ad Chæroneam commissam captivus ad Philippum adductus est; a quo quis esset interrogatus: *Explorator*, inquit, *insatiabilis cupiditatis tuæ;* quo responso quum regi sui admirationem injecisset, dimissus est.

139. Quum epistolam aliquando Alexander Athenas ad Antipatrum per Athliam (sive Athlium, quod Miserum significat) quendam misisset, Diogenes præsens: *Miser*, inquit, *a Misero per Miserum ad Miserum scripsit.*

140. Perdiccæ mortem, nisi ad se veniret, ei minato, Nihil, inquit, magni facies; idem enim et cantharis et phalangium facere possit. Illud potius minitandum prædicabat, ipsum etiam sine me beate vivere posse.

141. Sæpe magna voce clamabat, deos hominibus victum facilem præbuisse, sed illum latere quærentibus placentas mellitas, unguenta et similia.

142. Ei qui a famulo calceabatur: Nondum, inquit, beatus es, nisi et nares tibi emungat.

143. Quum vidisset aliquando scribas præfectorum sacri ærarii quendam phialam furatum in carcerem ducere: Magni, inquit, fures parvum ducunt.

144. Θεασάμενός ποτε μειράκιον λίθους βάλλον ἐπὶ σταυρόν· Εὖγε, ἔφη, τεύξῃ γὰρ τοῦ σκοποῦ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 45.)

145. Πρὸς τὰ περιστάντα μειράκια καὶ εἰπόντα, Βλέπωμεν μὴ δάκῃ ἡμᾶς, Θαῤῥεῖτε, ἔφη, παιδία· κύων τευτλία οὐκ ἐσθίει.

(Diogenes Laertius lib. VI, 45. Est enim beta genus oleris quod quum tenerrimum ac mollissimum caulem et folia habeat, omnium hortensium levissimum esse Plinius Nat. hist. lib. XIX, 8, 40 scribit. Hinc *betizare* Augustus pro *languere* dixit teste Suetonio in ejus vita cap. 87. Simile Cynici dictum est apud Laertium lib. VI, 61 : δύο μαλακῶν ὑποκρυπτομένων αὐτοὺς ἔφη· Μὴ εὐλαβεῖσθε, κύων τεῦτλα οὐ τρώγει.)

146. Πρὸς τὸν ἐπὶ τῇ λεοντῇ θρυπτόμενον· Παῦσαι, ἔφη, τὰ τῆς ἀρετῆς στρώματα καταισχύνων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 45.)

147. Πρὸς τὸν μακαρίζοντα Καλλισθένην καὶ λέγοντα, ὡς πολυτελῶν παρὰ Ἀλεξάνδρῳ μετέχει, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, εἶπεν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ, ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δόξῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 45. At de Aristotele et Philippo hoc dixisse Diogenem tradit Plutarchus libr. De exsilio cap. 12, vol. X p. 379 ed. Hutten. his verbis : τὸ τοῦ Διογένους· Ἀριστοτέλης ἀριστᾷ, ὅταν δοκῇ Φιλίππῳ· Διογένης, ὅταν Διογένει.)

148. Πρὸς τὸ κοτταβίζον ἐν τῷ βαλανείῳ μειράκιόν φησιν· Ὅσῳ βέλτιον, τοσούτῳ χεῖρον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 46. Sensus autem hic est : Quo perfectior in ista arte haberis, eo turpior homo es.)

149. Χρημάτων δεόμενος ἀπαιτεῖν ἔλεγε τοὺς φίλους, οὐκ αἰτεῖν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 46.)

150. Τοὺς ῥήτορας καὶ πάντας τοὺς ἐνδοξολογοῦντας τρισανθρώπους ἐκάλει ἀντὶ τοῦ τρισαθλίους.

(Diogenes Laertius lib. VI, 47.)

151. Τὸν πλούσιον ἀμαθῆ πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 47. Alii aliter hoc dictum referunt. Theo sophista in Progymnasmatis : Διογένην τὸν Κυνικὸν φιλόσοφον, ἰδόντα μειράκιον πλούσιον ἀπαίδευτον, φασὶν εἰπεῖν, οὗτός ἐστι ῥύπος περιῃργυρωμένος. Sic etiam Maximus in Sententiis, quamquam sunt qui ibi ἵππος περιηργυρωμένος legant.)

152. Θεασάμενος ἐπὶ ἀσώτου οἰκίᾳ ἐπιγεγραμμένον, Πράσιμος, Ἥδειν, εἶπεν, ὅτι οὕτω κραιπαλῶσα ῥᾳδίως ἐξεμέσοις τὸν κεκτημένον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 47.)

153. Πρὸς τὸ ῥυπαρὸν βαλανεῖον, Οἱ ἐνθάδε, ἔφη, λουσάμενοι ποῦ λοῦνται;

(Diogenes Laertius lib. VI, 47.)

154. Παχέος κιθαρῳδοῦ πρὸς πάντων μεμφομένου, αὐτὸς μόνος ἐπῄνει. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί; ἔφη· Ὅτι τηλικοῦτος ὢν κιθαρῳδεῖ καὶ οὐ λῃστεύει.

(Diogenes Laertius lib. VI, 47.)

155. Τὸν κιθαρῳδὸν ἀεὶ καταλειπόμενον ὑπὸ τῶν ἀκροατῶν ἠσπάσατο, Χαῖρε ἀλέκτωρ· τοῦ δὲ εἰπόντος, διὰ τί; Ὅτι, ἔφη, ᾄδων πάντας ἐγείρεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 48.)

156. Μειρακίου ἐπιδεικνυμένου πληρώσας τὸ προκόλπιον θέρμων ἄντικρυς ἔκαπτε· τοῦ δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος, θαυμάζειν ἔφη, πῶς ἐκεῖνον ἀφέντες αὐτὸν ὁρῶσι.

---

144. Intuitus aliquando adolescentulum crucem lapidibus appetentem : Euge, inquit, scopum feries.

145. Circumstantibus adolescentibus atque dicentibus, *Caveamus ne nos mordeat. Bono*, inquit, *animo estote, pusiones; betis enim canis non vescitur.* [Quod alii *pathicis* a Cynico dictum narrant.]

146. Cuidam pelle leonina, qua integebatur, superbienti : Desine, inquit, virtutis stragula inquinare.

147. Quum a quodam beatus prædicaretur Callisthenes, quod lautis ab Alexandro cœnis acciperetur, Diogenes : *Immo vero miser est*, inquit, *qui tum prandet ac coenat, quum Alexandro videtur.*

148. Adolescenti in balneis cottabo ludenti : *Quanto*, inquit, *melius, tanto deterius.*

149. Quum pecuniis egeret, eas se ab amicis repetere, non petere dicebat.

150. Oratores et omnes in dicendo gloriam quærentes *ter homines* pro eo quod est *ter infelices* appellabat.

151. Hominem locupletem, sed indoctum ovem aureo vellere tectam vocabat.

152. Quum vidisset prodigi hominis domum venalem litteris inscriptam, *Sciebam*, inquit, *fore ut ita ebria facile dominum evomeres.*

153. Immundum ingressus balneum, *Qui hic lavarunt*, ait, *ubi abluuntur?*

154. Citharœdum crassum ac pinguem, reprehensum ab omnibus, solus ipse laudabat, interrogatusque cur id faceret, *Quoniam*, inquit, *talis quum sit, fidibus tamen potius canit quam latrocinatur.*

155. Citharœdum qui semper ab auditoribus deserebatur, ita salutavit : *Salve galle.* Eo autem, *Cur ita?* scisciante, *Quia*, inquit, *cantu tuo omnes excitas.*

156. Quum adolescens in concione recitaret, exadversum ipse lupinos, quibus sinum impleverat, comedere cœpit : multitudine igitur eum aspectante, mirari se ait, qua ratione illo dimisso se intuerentur.

(Diogenes Laertius lib. VI, 48.)

157. Λέγοντος αὐτῷ τινος ἰσχυρῶς δεισιδαίμονος, Μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαῤῥήξω, Ἐγὼ δέ γε, εἶπε, πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν τρέμειν σε ποιήσω.

(Diogenes Laertius lib. VI, 48. De hoc superstitionis genere vide Plutarch. vit. Themist. cap. 13; Xenoph. Anab. III, 2, 5; Theocrit. VII, 96; interpretes ad Cicer. de Divin. II, 40. Adde Morini dissertationem *sur les souhaits en faveur de ceux qui éternuent* in *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, t. V p. 436. In primis memorabilis est Plutarchi locus in libro de Socratis genio cap. XI, vol. X, pag. 315 ed. Hutten. : Μεγαρικοῦ τινος ἥκουσα (Τερψίωνος δὲ ἐκεῖνος), ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον πταρμὸς ἦν, ὅ τε παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ παρ' ἄλλου· ἑτέρου μὲν πτάροντος ἐκ δεξιᾶς, εἴτ' ὄπισθεν, εἴτ' ἔμπροσθεν, ὁρμᾶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, ἀποτρέπεσθαι.)

158. Ἡγησίου παρακαλοῦντος χρῆσαί τι αὐτῷ τῶν συγγραμμάτων, Μάταιος, ἔφη, τυγχάνεις, ὦ Ἡγησία, ὃς ἰσχάδας μὲν γραπτὰς οὐχ αἱρῇ, ἀλλὰ τὰς ἀληθινάς, ἄσκησιν δὲ παιδῶν τὴν ἀληθινὴν ἐπὶ τὴν γεγραμμένην ὁρμᾷς.

(Diogenes Laertius lib. VI, 48.)

159. Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν φυγήν, Ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκεν, εἶπεν, ὦ κακόδαιμον, ἐφιλοσόφησα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49.)

160. Εἰπόντος τινός, Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν, Ἐγὼ δέ γε, εἶπεν, ἐκείνων μονήν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49. Idem narrat Plutarchus De exsilio cap. 7, vol. X pag. 372 ed. Hutten. : Διὸ καὶ Διογένης ὁ Κύων πρὸς τὸν εἰπόντα· Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν· Ἐγὼ δέ, εἶπεν, ἐκείνων ἐν Πόντῳ μονήν, Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου Πόντου [Eurip. Iph. Taur. 253].

161. Ἰδών ποτε Ὀλυμπιονίκην πρόβατα νέμοντα, Ταχέως, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, μετέβης ἀπὸ τῶν Ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ Νέμεα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49.)

162. Ἐρωτηθείς, διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσιν, ἔφη, Ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνοικοδόμηνται.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49.)

163. Ἤτει ποτὲ ἀνδριάντα· ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί τοῦτο ποιεῖ, Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49. Idem testatur Plutarchus De vitioso pudore cap. 7, vol. X p. 171 ed. Hutten. : Διογένης μὲν οὖν τοὺς ἀνδριάντας ᾔτει περιὼν ἐν Κεραμεικῷ, καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔλεγεν ἀποτυγχάνειν μελετᾶν.)

164. Αἰτῶν τινα (καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν) ἔφη· Εἰ μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς κἀμοί· εἰ δὲ μηδενί, ἀπ' ἐμοῦ ἄρξαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 49.)

165. Ἐρωτηθείς ποτε ὑπὸ τυράννου, ποῖος εἴη ἀμείνων χαλκὸς εἰς ἀνδριάντα, ἔφη· Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐχαλκεύθησαν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 50. Cæterum idem apophthegma tribuitur Antiphonti a Plutarcho in libro De adul. et amici discr. cap. 40, vol. VII pag. 218 ed. Hutten. : κακῶς δὲ καὶ Ἀντιφῶν παρὰ Διονυσίῳ ζητήσεως οὔσης περὶ λόγου, ποῖος χαλκὸς ἄριστος· Ἐκεῖνος (εἶπεν) ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας. Cf. vit. X orat. vol. XII p. 223.)

166. Ἐρωτηθείς, πῶς χρῆται Διονύσιος τοῖς φίλοις, ἔφη, Ὡς θυλάκοις, τοὺς μὲν πλήρεις χρημνῶν, τοὺς δὲ κενοὺς ῥίπτων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 50.)

167. Νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· ἐπέγραψε· Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία.

---

157. Dicente ipsi homine quodam valde superstitioso, *Uno ictu caput tibi perfringam, At ego certe*, respondit, *a sinistra sternuens terrorem tibi inculiam.*

158. Hegesia ipsum rogante, ut sibi librum quendam commodaret, *Ineptus es*, inquit, *Hegesia, qui caricas quidem non pictas, sed veras eligis, vera autem exercitatione neglecta ad scriptam te confers.*

159. Ei qui ipsi exsilium exprobrabat, *Sed idcirco*, inquit, *o miser, utique philosophatus sum.*

160. Dicente quodam, *Exsilio te Sinopenses mulctarunt, At ego*, inquit, *illos mansione.*

161. Intuitus aliquando Olympionicen oves pascentem, *Cito, bone vir*, inquit, *ab Olympiis ad Nemea* [i. e. pascua] *transiisti.*

162. Interrogatus, cur stupidi essent athletæ, respondit: *Quia ex suillis carnibus et bubulis constant.*

163. Pecuniam aliquando a statua exigebat; rogatus autem cur hoc faceret: *Meditor*, inquit, *repulsam ferre.*

164. Quum pecuniam a quopiam peteret (quippe hoc primum ob egestatem fecerat) dicebat: *Siquidem et alii dedisti, mihi quoque da; si vero nemini, a me incipe.*

165. Interrogatus aliquando a tyranno, quod æs ad faciendam statuam bonum esset, respondit: Illud, ex quo Harmodius et Aristogiton fusi sunt.

166. Rogatus, quomodo Dionysius amicis uteretur, *Ut saccis*, ait, *quos dum pleni sunt suspendit, vacuos tamen abjicit.*

167. Quum vir qui nuper uxorem duxerat domui suæ inscripsisset: *Jovis filius Hercules victor hic habitat; nihil ingrediatur mali*, adjecit Diogenes: *post bellum armorum societas.*

(Diogenes Laertius lib. VI, 50.)

168. Τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 50. Hanc vero sententiam Bioni assignat Stobæus Flor. I, 38. Ejusdem memor Joannes Chrysostomus Homil. LXIV in Matthæum sic scribit : διὰ ταῦτα οἱ μὲν ἔξωθεν μητρόπολιν τῶν κακῶν τὴν φιλαργυρίαν ἐκάλεσαν· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος βέλτιον καὶ ἐμφατικώτερον ῥίζαν αὐτὴν πάντων τῶν κακῶν εἰπών.)

169. Ἄσωτον θεασάμενος ἐν πανδοκείῳ ἐλάας ἐσθίοντα ἔφη· Εἰ οὕτως ἠρίστας, οὐκ ἂν οὕτως ἐδείπνεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 50.)

170. Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγεν εἰκόνας εἶναι, τὸν ἔρωτα σχολαζόντων ἀσχολίαν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 51. Similiter Theophrastus apud Stobæum Flor. LXIV, 29 : Θεόφραστος ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἔρως· πάθος, ἔφη, ψυχῆς σχολαζούσης.)

171. Ἐρωτηθείς, τί ἄθλιον ἐν βίῳ, ἔφη· Γέρων ἄπορος.

(Diogenes Laertius lib. VI, 51.)

172. Ἰδών ποτε δύο Κενταύρους κάκιστα ἐζωγραφημένους ἔφη· Πότερος τούτων Χείρων ἐστί;

(Diogenes Laertius lib. VI, 51.)

173. Τὸν πρὸς χάριν λόγον ἔφη μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι. Τὴν γαστέρα Χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ βίου.

(Diogenes Laertius lib. VI, 51.)

174. Ἀκούσας ποτέ, ὅτι Διδύμων ὁ αὐλητὴς μοιχὸς ἁλῶ· Ἄξιος, ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρέμασθαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 51. At Theo Sophista in Progymnasm. illud tanquam factum his verbis narrat : Δίδυμος (leg. Διδύμων) ὁ αὐλητής, ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάσθη.)

175. Ἰδών γυναῖκα ἐν φορείῳ, Οὐ κατὰ τὸ θηρίον, ἔφη, ἡ γαλεάγρα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 51.)

176. Ἰδών ὀραπέτην ἐπὶ φρέατι καθήμενον ἔφη· Μειράκιον, βλέπε, μὴ ἐμπέσῃς.

(Diogenes Laertius lib. VI, 52. Est autem φρέαρ et *putens* et δικαστηρίου nomen apud Athenienses. Vid. Pollux Onom. VIII cap. 10.)

177. Ἰδών μειρακύλλιον ἱματιοκλέπτην ἐν τῷ βαλανείῳ ἔφη· Ἐπ' ἀλειμμάτιον ἢ ἐπ' ἄλλο ἱμάτιον;

(Diogenes Laertius lib. VI, 52.)

178. Ἰδών ποτε γυναῖκας ἀπ' ἐλαίας ἀπηγχονισμένας, Εἴθε γάρ, ἔφη, πάντα τὰ δένδρα τοιοῦτον καρπὸν ἤνεγκεν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 52.)

179. Ἰδών λωποδύτην ἔφη· τίπτε σὺ ὧδε, φέριστε; Ἦ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνηώτων;

(Diogenes Laertius lib. VI, 52. Ipsius Cynici verba sunt τίπτε σὺ ὧδε, φέριστε; Qui sequitur versus, petitus est ex Iliade, lib. X, 343.)

180. Ἐρωτηθείς, εἰ παιδισκάριον ἢ παιδάριον ἔχοι, ἔφη· Οὔ. Τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἐὰν οὖν ἀποθάνῃς, τίς σε ἐξοίσει; ἔφη, Ὁ χρῄζων τῆς οἰκίας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 52.)

181. Πρὸς τὸν πολυτελῶς ὀψωνοῦντα·

Ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἵ' ἀγορεύεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 53. Versus est Iliad. XVIII, 95, nisi quod apud Homerum legitur ἀγορεύεις. Hoc enim Cynicus mutavit in ἀγοράζεις.)

182. Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν διαλεγομένου καὶ ὀνομάζοντος τραπεζότητα καὶ κυαθότητα, Ἐγώ, εἶπεν, ὦ Πλάτων, τράπεζαν μὲν καὶ κύαθον ὁρῶ· τραπεζότητα

---

168. Avaritiam malorum omnium parentem esse dixit.

169. Prodigum hominem intuitus olivas in deversorio edentem : *Si sic prandisses*, ait, *non ita cœnares.*

170. Bonos viros deorum imagines esse dicebat, amorem autem otiosorum negotium.

171. Interrogatus, quidnam esset in vita miserum, *Senex*, inquit, *egens.*

172. Conspicatus aliquando duos Centauros pessime pictos : *Uter horum*, inquit, *Chiron* (i. e. pejor) *est.*

173. Adulatorum sermonem melleum esse laqueum ait. Ventrem vitæ Charybdim appellabat.

174. Quum aliquando Didymonem tibicinem in adulterio deprehensum esse audivisset : *Dignus est*, inquit, *qui ex ipso nomine* (ex Didymis i. e. testiculis) *suspendatur.*

175. Mulierem in lectica sedentem conspicatus, *O indignam*, inquit, *tali bellua caveam.*

176. Quum fugitivum super puteum sedentem vidisset : *Cave*, inquit, *adolescens, ne incidas.*

177. Cernens adolescentulum vestimentorum furem in balneo : *Ad unctionem*, inquit, *venis, an ad aliud vestimentum?*

178. Quum vidisset aliquando mulieres ex olivæ ramis strangulatas pendere : *Utinam*, inquit, *omnes arbores hujusmodi fructum ferrent.*

179. Conspicatus vestium furem sic allocutus est : *Sed hic quid, vir bone, quæris?*

tune aliquem e vita functis spoliare laboras?

180. Interrogatus, num servulam vel servulum haberet, negavit. Dicenti autem, *Si ergo mortem obieris, quis te funere efferet?* respondit : *Qui domo indiget.*

181. Hominem qui sumtuosa obsonia coemebat, sic affatus est : *Haud longævus eris, fili, mihi; tantus es emtor.*

182. Platone de ideis disserente ac mensæ et cyathi notiones nominante, *Equidem*, inquit, *o Plato, mensam et cyathum video, mensæ vero et cyathi notiones nequaquam video.* Tum ille, *Recte*, inquit; *quibus enim*

δὲ καὶ κυαθότητα οὐδαμῶς. Καὶ ὅς, Κατὰ λόγον, ἔφη· οἷς μὲν γὰρ κύαθος καὶ τράπεζα θεωρεῖται, ὀφθαλμοὺς ἔχεις· ᾧ δὲ τραπεζότης καὶ κυαθότης βλέπεται, νοῦν οὐκ ἔχεις;

(Diogenes Laertius lib. VI, 53. Alii hoc dictum Antistheni tribuunt. Ammonius ad Porphyr. de quinque categoriis : ὁ Ἀντισθένης ἔλεγε τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη ἐν ψιλαῖς ἐπινοίαις εἶναι, λέγων, ὅτι ἵππον μὲν ὁρῶ, ἱππότητα δὲ οὐχ ὁρῶ. Vid. Antisthenis fragm 44.)

183. Ἐρωτηθείς (Πλάτων) ὑπό τινος, Ποῖός τίς σοι Διογένης δοκεῖ; Σωκράτης, εἶπε, μαινόμενος.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54. Ita hunc locum cum Menagio emendavi. Similiter Ælianus Var. hist. lib. XIV cap. 33 : εἰώθει δέ, φασίν, ὁ Πλάτων περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι μαινόμενος οὗτος Σωκράτης ἐστίν.)

184. Ἐρωτηθείς, ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη· τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54. Ita fere etiam Thales judicabat. Vid. Philos. Græc. Fragm. vol. I, pag. 227, fragm. 6.)

185. Ἐρωτηθείς, τί θέλοι κονδύλου λαβεῖν, Περικεφαλαίαν, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54.)

186. Ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, Θάρρει, ἔφη, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54.)

187. Δυοῖν ποτε νομικοῖν ἀκούσας τοὺς δύο κατέκρινεν, εἰπών, τὸν μὲν κεκλοφέναι, τὸν δὲ μὴ ἀπολωλεκέναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54.)

188. Ἐρωτηθείς, ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη· Τὸν ἀλλότριον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54.)

189. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, οὐ καταγελῶμαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 54. Sic et Plutarchus vit. Fabii Maximi cap. 10, vol. I p. 448 ed. Hutten. : ἀλλ' ὥσπερ Διογένης ὁ σοφός, εἰπόντος τινὸς πρὸς αὐτόν, Οὗτοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ' ἐγώ, εἶπεν, οὐ καταγελῶμαι· μόνους ἡγούμενος καταγελᾶσθαι τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα διαταραττομένους.)

190. Ἐρωτηθείς, ποταπὸς εἴη κύων, ἔφη· Πεινῶν Μελιταῖος, χορτασθείς δὲ Μολοττικός, τούτων οὓς ἐπαινοῦντες οἱ πολλοὶ οὐ τολμῶσι διὰ τὸν πόνον συνεξιέναι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν θήραν· οὕτως οὐδὲ ἐμοὶ σύνασθε συμβιοῦν διὰ τὸν φόβον τῶν ἀλγηδόνων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 55. Cf. supra fragm. 97.)

191. Ἐρωτηθείς, εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι, Πάντ', εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 56. In eandem sententiam Demonax apud Lucianum in ejus vita : Ἐρομένῳ δέ τινι, εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίει, Οἷει οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κηρία;)

192. Φιλάργυρον ἤτει, τοῦ δὲ βραδύνοντος, Ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰς τροφήν σε αἰτῶ, οὐκ εἰς ταφήν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 56.)

193. Ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ παραχαράξαι τὸ νόμισμα, ἔφη· Ἦν ποτε χρόνος, ὅτ' ἦμην ἐγὼ τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν· οἷος δ' ἐγὼ νῦν, σὺ ἔσῃ οὐδέποτε. Καὶ πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὀνειδίσαντα, Καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον, ἀλλὰ νῦν οὔ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 56.)

194. Εἰς Μύνδον ἐλθών, καὶ θεασάμενος μεγάλας

---

mensa cyathusque spectatur, oculos habes; quo autem mensæ et cyathi notiones cernuntur, animum non habes.

183. Plato a quodam interrogatus, qualis ipsi videretur Diogenes, respondit : *Socrates furens.*

184. Interrogatus, quo tempore ducenda esset uxor : *Juvenibus*, inquit, *nondum, senioribus vero nunquam.*

185. Interrogatus, quid merere vellet, ut ipsi pugnus in caput impingeretur, *Galeam*, respondit.

186. Conspicatus aliquando adolescentem rubore suffusum, *Bono animo*, inquit, *esto; nam talis est virtutis color.*

187. Quum duos aliquando audivisset juris interpretes, damnavit utrumque, alterum quidem furatum esse dicens, alterum vero non amisisse.

188. Rogatus, quale vinum libenter biberet, respondit : *Alienum.*

189. Dicenti cuidam, *Multi te irrident, At ego*, inquit, *non irrideor.*

190. Interrogatus, qualis esset canis, *Esuriens*, inquit, *Melitæus, satur vero Molossicus, ex eorum numero quos plerique quidem laudant, sed tamen ob laborem non audent cum illis venatum exire; ita nec mecum propter dolorum metum vivere potestis.*

191. Rogatus, num sapientes placentis vescerentur, *Omnibus*, inquit, *sicut et cæteri homines.*

192. Poscebat quiddam ab homine avaro, atque illo cunctante, *Ad cibum*, inquit, *homo, id a te peto, non ad sepulturam.*

193. Homini monetæ adulterationem quondam exprobranti, *Fuit tempus*, inquit, *quum talis eram, qualis tu nunc es; qualis autem ego nunc sum, tu nunquam eris.* Alteri vero idem exprobranti, *Nempe antea*, inquit, *in lectum mingebam; at nunc non amplius.*

194. Myndum profectus quum videret magnas portas urbemque parvam, *Myndii*, inquit, *portas claudite, ne urbs vestra egrediatur.*

τὰς πύλας, μικρὰν δὲ τὴν πόλιν, Ἄνδρες Μύνδιοι, ἔφη, κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 57.)

195. Θεασάμενός ποτε πορφυροκλέπτην περιφερόμενον ἔφη· Ἕλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

(Diogenes Laertius lib. VI, 57. Versus est Iliad. V, 83.)

196. Κρατέρου ἀξιοῦντος πρὸς αὐτὸν ἀπιέναι, Ἀλλὰ βούλομαι, ἔφη, ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατέρῳ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 57. Craterus hic unus ex Alexandri M. ducibus est, de quo vide Arrian. lib. VII, 12, 3, Curtium lib. VI, 6, 33, Plinium XXXV, 13.)

197. Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι παχεῖ ὄντι προσελθών, Ἐπίδος καὶ ἡμῖν, ἔφη, τοῖς πτωχοῖς τῆς γαστρός· καὶ γὰρ αὐτὸς κουφισθήσῃ καὶ ἡμᾶς ὠφελήσεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 57. Intelligendus Anaximenes, rhetor Lampsacenus, cui Rhetorica ad Alexandrum, quæ inter Aristotelis scripta exstat, tribui solet. Fuit enim hic Diogenis Cynici discipulus. Vid. Ruhnken. Hist. crit. orat. græc. in Opusc. vol. I pag. 353 ed. Friedemann.)

198. Διαλεγομένου ποτὲ τοῦ αὐτοῦ, τάριχος προτείνας περιέσπασε τοὺς ἀκροατάς· ἀγανακτοῦντος δέ, Τὴν Ἀναξιμένους, ἔφη, διάλεξιν ὀβολοῦ τάριχος διαλέλυκεν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 57.)

199. Ὀνειδιζόμενός ποτε, ὅτι ἐν ἀγορᾷ ἔφαγεν, Ἐν ἀγορᾷ γάρ, ἔφη, καὶ ἐπείνησα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 58.)

200. Πλάτων θεασάμενος αὐτὸν λάχανα πλύνοντα, προσελθὼν ἡσυχῇ εἶπεν αὐτῷ, Εἰ Διονύσιον ἐθεράπευες, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὁμοίως ἡσυχῇ, Καὶ σὺ εἰ λάχανα ἔπλυνες, οὐκ ἂν Διονύσιον ἐθεράπευες.

(Diogenes Laertius lib. VI, 58. Alii hoc dictum Aristippo tribuunt. Cf. Diog. Laert. lib. II, 68.)

201. Πρὸς τὸν εἰπόντα· Οἱ πλείους σου καταγελῶσι· Κἀκείνων τυχόν, εἶπεν, οἱ ὄνοι, ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται, οὔτ' ἐγὼ ἐκείνων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 58.)

202. Θεασάμενος μειράκιον φιλοσοφοῦν, Εὖγε, εἶπεν, ὅτι τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος μετάγεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 58.)

203. Θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀναθήματα, ἔφη· Πολλῷ ἂν ἦν πλείω, εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 59. Antrum fuit in Samothracia insula Hecates sacrum ac Zerynthi nomine appellatum. Eo confugiebant qui de rebus suis periclitantes sacrificio Hecatæ et Corybantibus facto salvos se fore existimabant. Suidas: ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. Ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ᾗ κύνας ἔθυον. Ἐν κινδύνοις οὖν γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας ἐπιφανῆναι καὶ ἀλεξῆσαι. Ἐδόκουν δὲ οἱ μεμυημένοι ταῦτα ἐκ τῶν δεινῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Cf. Schol. ad Nicandri Theriac. v. 460 pag. 186 ed. Didot. et ad Aristoph. Pac. Addit Laertius: οἱ δὲ τοῦτο Διαγόρου φασὶ τοῦ Μηλίου, inter quos est Cicero de Nat. Deor III, 37 ita scribens: At Diagoras quum Samothraciam venisset, atheos ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint in portumque salvi pervenerint? Ita fit, inquit; illi enim nusquam picti sunt qui naufragia fecerunt in marique perierunt.)

---

195. Quum vidisset aliquando hominem in purpuræ furto deprehensum, *Hunc*, inquit,

Purpureum cepit fatum violentaque Parca.

196. Cratero postulante, ut Diogenes ad ipsum proficisceretur, *At malo*, inquit, *salem Athenis lingere, quam apud Craterum luxuriosius epulari.*

197. Quum Anaximenem oratorem, qui pingui corpore erat, adiisset, *Da, sodes*, inquit, *et nobis pauperibus ventris tui partem; quippe et ipse onere levaberis et nobis proderis.*

198. Eodem aliquando disserente, salsamentum protendens Diogenes auditores in se convertit; indignante autem illo, *Disputationem*, inquit, *Anaximenis unius oboli salsamentum dissolvit.*

199. Reprehensus aliquando, quod in foro ederet, *In foro enim*, ait, *etiam esurivi.*

200. Quum vidisset illum Plato olera lavantem, accedens placide ei dixit, *Si Dionysium coleres, olera profecto non lavares.* Cui Diogenes æque placide respondit, *Et tu si olera lavares, Dionysium non coleres.*

201. Dicenti cuidam, Multi te irrident, *Et illos*, inquit, *fortasse asini; verum nec illi asinos curant, nec ego illos.*

202. Conspecto adolescentulo philosophante, *Bene facis*, inquit, *quod corporis amatores ad animi pulchritudinem traducis.*

203. Admirante quodam ea quæ in Samothracia visuntur donaria, *Multo*, ait, *plura essent, si etiam illi qui servati non sunt, dona dex dedicassent.*

204. Εὐμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον ἔφη, Χείρων ἐπανήξεις. Τοῦ δὲ ἐπανελθόντος καὶ τῇ ἑξῆς εἰπόντος, Καὶ ἀπῆλθον, καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην· Χείρων μὲν οὔ, Εὐρυτίων δέ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 59. Non Chironi, nobili Centauro, eum comparat, sed Eurytioni, de quo vide Odyss. lib. XXI, 295 seqq. Videtur enim Diogeni Εὐρυτίων quasi εὐρύπρωκτος esse.)

205. Δύσκολον ᾔτει· τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἐάν με πείσῃς, ἔφη, Εἴ σε ἐδυνάμην πεῖσαι, ἔπεισα ἄν σε ἀπάγξασθαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 59.)

206. Ἐπανήρχετο ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, Ποῖ καὶ πόθεν; Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 59. Vid. Antisth. fragm. 127.)

207. Ὁ αὐτός, ἐπεὶ Ἀντίπατρος αὐτῷ πολλὰ κατὰ τῆς μητρὸς ἔγραψεν, ἀγνοεῖς, ἔφη, Ἀντίπατρε, ὅτι μητρὸς ἓν δάκρυον πολλὰς διαβολῶν ἐπιστολὰς ἀπαλείφει.

(Florilegium Monacense sent. 157 in Stobæi Florileg. vol. IV pag. 279 ed. Meinek. Cf. Flor. Lugdunobatav. p. 22.)

208. Φρύνης Ἀφροδίτην χρυσῆν ἀναθείσης ἐν Δελφοῖς (φασὶ) τοῦτον ἐπιγράψαι· ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 60. Alii Cratetem ita judicasse auctores sunt. Plutarchus de Alexandri M. fortuna orat. II cap. 3, vol. IX pag. 58 ed. Hutten.: Ὁ μὲν οὖν Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἑστῶσαν ἐν Δελφοῖς, ἀνέκραγεν, ὅτι τοῦτο τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκε. Athenæus lib. XIII p. 591 B: αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περικτίονες ἀνδριάντα ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ· κατεσκεύασε δ' αὐτὸν Πραξιτέλης. Ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ Κυνικὸς ἔφη τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα.)

209. Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐπιστάντος αὐτῷ καὶ εἰπόντος, Ἐγώ εἰμι Ἀλέξανδρος ὁ μέγας βασιλεύς· Κἀγώ, φησί, Διογένης ὁ κύων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 60.)

210. Ἐρωτηθείς, τί ποιῶν κύων καλεῖται, ἔφη, Τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 60.)

211. Ἀπὸ συκῆς ὠπώριζε· τοῦ δὲ φυλάττοντος εἰπόντος, Αὐτόθεν πρώην ἄνθρωπος ἀπήγξατο, Ἐγὼ οὖν, φησίν, αὐτὴν καθαρῶ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 61.)

212. Ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, Ἴδε, ἔφη, κριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος χορασίου τραχηλίζεται.

(Diogenes Laertius Lib. VI, 61. Similiter Plutarchus De curiositate cap. 12: ὁ μὲν γὰρ Διογένης θεασάμενος εἰσελαύνοντα τὸν Ὀλυμπιονίκην Διώξιππον ἐφ' ἅρματος, καὶ γυναικὸς εὐμόρφου θεωμένης τὴν πομπήν, ἀποσπάσαι τὰς ὄψεις μὴ δυνάμενον, ἀλλ' ὑποβλέποντα καὶ παρεπιστρεφόμενον, Ὁρᾶτε, εἶπε, τὸν ἀθλητὴν ὑπὸ παιδισκαρίου τραχηλιζόμενον; Conf. Ælian. Var. hist. XII, 58.)

213. Τὰς εὐπρεπεῖς ἑταίρας ἔλεγε θανασίμῳ μελικράτῳ παραπλησίας εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 61.)

214. Ἀριστῶντι αὐτῷ ἐν ἀγορᾷ οἱ περιεστῶτες συνεχὲς ἔλεγον, Κύον· ὁ δέ, Ὑμεῖς, εἶπεν, ἐστὲ κύνες, οἵ με ἀριστῶντα περιεστήκατε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 61.)

215. Περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθείς, πόθεν εἴη, Τεγεάτης, ἔφη.

---

204. Formoso adolescentulo convivium ineunti: *Chiron*, (i. e. deterior), inquit, *redibis*. Illi autem redeunti ac postridie dicenti, *Inii convivium, nec tamen deterior factus sum, Non quidem*, inquit, *deterior* (Chiron), *sed laxior* (Eurylion).

205. Petebat quiddam ab homine moroso; quo dicente, Si mihi persuaseris, *Equidem*, inquit, *si persuadere possem, suasissem, ut te suspenderes.*

206. Revertebatur Lacedæmone Athenas; interrogatus igitur, quo pergeret et unde veniret, respondit, *A viris ad mulieres.*

207. Idem, quum Antipater in epistola ad ipsum missa matri obtrectasset, Ignoras, inquit, Antipater, unam matris lacrimam multas contumeliosas epistolas delere.

208. Quum Phryne meretrix auream Venerem Delphis dedicasset, in hac Diogenem inscripsisse ajunt: *Ex Græcorum intemperantia.*

209. Alexandro quondam subito illi superveniente et dicente, *Ego sum Alexander magnus ille rex: At ego*, inquit, *Diogenes canis.*

210. Interrogatus, quidnam faciens canis vocaretur, *Quod iis*, inquit, *blandior qui dant, eos vero qui non dant allatro, malos autem mordeo.*

211. A ficu quadam poma legebat; quum autem arboris custos ipsi diceret, *De hac ipsa ficu nudius tertius homo se suspendit, Ego igitur*, inquit, *illam purgabo.*

212. Conspicatus Olympionicen in scortum sæpius oculos defigentem, *Vide*, inquit, *ut aries pugnax a vili puella obtorto collo trahatur.*

213. Formosas meretrices letali mulso similes esse dicebat.

214. Prandenti in foro homines circumstantes continenter acclamabant: *Canis.* At ille, *Vos*, ait, *canes estis, qui me prandentem circumstatis.*

215. De puero scortato, cujus esset, interrogatus, *Tegeates* (e lupanari), inquit.

(Diogenes Laertius lib. VI, 61. Lusus verborum est, quasi Τεγεάτης a τέγος ductum sit, quod *lupanar* significat. Vid. Jacobs. ad Anthol. Pal. p. 717.)

216. Ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, ἔφη, Τί τοῦτο; ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς;

(Diogenes Laertius lib. VI, 62.)

217. Θεασάμενος υἱὸν ἑταίρας λίθον εἰς ὄχλον βάλλοντα, Πρόσεχε, ἔφη, μὴ τὸν πατέρα πλήξῃς.

(Diogenes Laertius lib. VI, 62. In eandem sententiam Aphthonii interpres scribit : Διογένης ἰδὼν μειράκιον ἐκ μοιχοῦ, βάλλον εἰς πλῆθος λίθους, Οὐ παύσῃ, ἔφη, μειράκιον, μὴ ἀγνοοῦν παίσῃς σου τὸν πατέρα;)

218. Δείξαντος αὐτῷ παιδαρίου μάχαιραν, ἣν εἰλήφει παρὰ ἐραστοῦ, Ἡ μὲν μάχαιρα, ἔφη, καλή, ἡ δὲ λαβὴ αἰσχρά.

(Diogenes Laertius lib. VI, 62. Sensus est hic : Gladius mihi placet, quia pulcher est; at displicet teterrima gladii accepti causa. Nam λαβή non solum capulum, sed etiam ansam et occasionem designat.)

219. Ἐπαινούντων τινῶν τὸν ἐπιδόντα αὐτῷ, ἔφη, Ἐμὲ δ' οὐκ ἐπαινεῖτε τὸν ἄξιον λαβεῖν;

(Diogenes Laertius lib. VI, 62.)

220. Ἀπαιτούμενος ὑπό τινος τρίβωνα, ἔφη, Εἰ μὲν ἐχαρίσω, ἔχω· εἰ δὲ ἔχρησας, χρῶμαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 62.)

221. Ὑποβολιμαίου τινὸς εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι χρυσὸν ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ, Ναί, ἔφη, διὰ τοῦτο αὐτὸν ὑποβεβλημένος κοιμῶμαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 62. Scripsi αὐτὸν ὑποβεβλημένος, codd. αὐτὸ ὑποβεβλημένος. Cæterum verborum lusum qui est in ὑποβολιμαῖος et ὑποβεβλημένος etiam latine exprimere tentavi.)

222. Ἐρωτηθείς, πόθεν εἴη, Κοσμοπολίτης, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. VI, 63.)

223. Θυόντων τινῶν τοῖς θεοῖς ἐπὶ τῷ υἱὸν γενέσθαι ἔφη· Περὶ δὲ τοῦ, ποταπὸς ἐκβῇ, οὐ θύετε;

(Diogenes Laertius lib. VI, 63.)

224. Ἔρανόν ποτε ἀπαιτούμενος πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη· Τοὺς ἄλλους ἐράνιζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 63. In versu Homerico pro ἐνάριζ' Cynicus substituit ἐράνιζ'. Ita enim recte locum jam Menagius emendavit.)

225. Ψηφισαμένων Ἀθηναίων Ἀλέξανδρον Διόνυσον, Κἀμέ, ἔφη, Σάραπιν ποιήσατε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 63. Cf. Ælian. Var. hist. II, 19.)

226. Ἐν ἱερῷ δειπνῶν μεταξὺ ῥυπαρῶν ἄρτων παρατεθέντων, ἄρας αὐτοὺς ἔῤῥιψεν, εἰπών, Εἰς ἱερὸν μηδὲν δεῖν ῥυπαρὸν εἰσιέναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 64.)

227. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐδὲν εἰδὼς φιλοσοφεῖς, ἔφη, Εἰ καὶ προσποιοῦμαι σοφίαν, καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἐστι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 64.)

228. Πρὸς τὸν συνιστάντα τὸν παῖδα καὶ λέγοντα, ὡς εὐφυέστατός ἐστι καὶ τὰ ἤθη κράτιστος, Τί οὖν, εἶπεν, ἐμοῦ χρῄζει;

(Diogenes Laertius lib. VI, 64. Simile Diogenis dictum commemorat Arrianus Dissert. Epictet. II, 3 : καλῶς ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἀξιοῦντα γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά, ὅτι, εἰ μὲν ἄνθρωπος, φησίν, εἶ, καὶ ἰδὼν γνώσεται, εἰ δ' ἀγαθὸς ἢ κακός, εἰ μὲν ἔμπειρός ἐστι διαγνῶναι τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κακούς, γνώσεται, εἰ δ' ἄπειρος, οὐδ' ἂν μυριάκις γράψῳ αὐτῷ. Ὅμοιον γάρ, ὥσπερ εἰ ὄραχμὴ συσταθῆναί τινι ἠξίου, ἵνα δοκιμασθῇ. Εἰ ἀργυρογνωμονικός ἐστι, σὺ σαυτὴν συστήσεις.)

---

216. Quum vidisset ignavum luctatorem medicinam profitentem, *Quid hoc?* inquit, *an, ut eos qui te aliquando vicerunt, nunc vicissim prosternas?*

217. Scorti filium in turbam lapides jacientem intuitus, *Cave*, ait, *ne patrem percutias.*

218. Puerulo gladium ipsi ostendente, quem ab amatore acceperat, *Gladius*, inquit, *pulcher est, sed capulus fœdus.*

219. Laudantibus hominem nonnullis qui Diogeni aliquid donaverat, Me autem, inquit, non laudatis qui munere dignus fui?

220. Repetente quodam ab eo pallium, *Si donasti*, inquit, *possideo; sin autem commodasti, eo utor.*

221. Subdito quodam filio ei dicente, *Aurum habes in pallio, Sane*, inquit, *idcirco eo subdito dormio.*

222. Rogatus, cujas esset, mundi civem se esse respondit.

223. Quum parentes quidam diis sacrificarent, filium ab iis impetraturi, Qualis autem, inquit, evasurus sit, sacrificantes non curatis.

224. Quum symbola aliquando ab eo posceretur, colligenti dixit : *Æra alios posces, cohibe sed ab Hectore dextram.*

225. Atheniensibus Alexandro Liberi patris honores decernentibus, *Et me*, inquit, *Serapin declarate.*

226. Interea, dum cœnat in fano, quum sordidi, id est, secundarii panes ipsi apposiți essent, sublatos abjecit, dicens in templum nihil oportere sordidum ingredi.

227. Dicenti eum rerum omnium ignarum philosophari, *Etsi*, inquit, *sapientiam simulo, hoc quoque philosophari est.*

228. Filium commendanti dicentique eum ingenio excellere et optime moratum esse : *Quid ergo*, inquit, *me indiget?*

229. Ἰδών ποτε νεανίσκον θηλυνόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, χείρονα τῆς φύσεως περὶ σαυτοῦ βουλευόμενος; Ἡ μὲν γάρ σε ἄνδρα ἐποίησε, σὺ δὲ σαυτὸν βιάζῃ γυναῖκα εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 65. Huc fortasse pertinet Athenæi locus lib. XIII p. 565 C : Διογένης δὲ ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον ἔφησε, Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε καὶ οὐ γυναῖκα;)

230. Ἰδὼν ἄφρονα ψαλτήριον ἁρμοζόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, τοὺς μὲν φθόγγους τῷ ξύλῳ προσαρμόττων, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸν βίον μὴ ἁρμόττων;

(Diogenes Laertius lib. VI, 65.)

231. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἀνεπιτήδειός εἰμι πρὸς φιλοσοφίαν, Τί οὖν, ἔφη, ζῇς, εἰ τοῦ καλῶς ζῆν οὐ μέλει σοι;

(Diogenes Laertius lib. VI, 65.)

232. Πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρός, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, καταφρονεῖν τούτου, δι' οὗ μέγα φρονεῖς;

(Diogenes Laertius lib. VI, 65. At hoc Platonem dixisse refert Stobæus Floril. LXXIX, 43 : Πλάτων θρασυνόμενον ἰδών τινα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· οὐ παύσει μειράκιον, εἶπε, τούτου καταφρονῶν, δι' ὃν μέγα φρονεῖν ἀξιοῖς.)

233. Ἰδὼν εὐπρεπῆ νεανίσκον ἀπρεπῶς λαλοῦντα, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολυβδίνην ἕλκων μάχαιραν;

(Diogenes Laertius lib. VI, 65.)

234. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι ἐν καπηλείῳ πίνει, Καὶ ἐν κουρείῳ, φησί, κείρομαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 66.)

235. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι παρὰ Ἀντιπάτρου τριβώνιον ἔλαβεν, ἔφη· Οὗτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 66. Versus est Homeri Iliad. III, 65.)

236. Πρὸς τὸν λιπαροῦντα τῇ ἑταίρᾳ, Τί θέλεις, ἔφη, τυχεῖν, ὦ ταλαίπωρε, οὗ τὸ ἀποτυχεῖν ἄμεινόν ἐστι;

(Diogenes Laertius lib. VI, 66.)

237. Πρὸς τὸν μυριζόμενον, Βλέπε, εἶπε, μὴ ἡ τῆς κεφαλῆς σου εὐωδία δυσωδίαν σου τῷ βίῳ παράσχῃ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 66.)

238. Τοὺς μὲν οἰκέτας ἔφη δεσπότας, τοὺς δὲ φαύλους ἐπιθυμίαις δουλεύειν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 66.)

239. Ἐρωτηθείς, διὰ τί ἀνδράποδα ἐκλήθη, Ὅτι, φησί, τοὺς πόδας ἀνδρῶν εἶχον, τὴν δὲ ψυχὴν ὁποίαν σὺ νῦν ὁ ἐξετάζων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 67. Aliter Eustathius ad Odyss. lib. I pag. 1416 : ἀνδράποδα, δι' ὧν δοῦλοι σημαίνονται ὑποκείμενοι δεσπόταις, καὶ ὄντες αὐτοῖς ὥσπερ οἱ κατωτάτω πόδες ὅλῳ τῷ ἄνω σώματι. Cf. eundem ad Iliad. VII, 475.)

240. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι αὐτὸς αἰτεῖ, Πλάτωνος μὴ αἰτοῦντος, Κἀκεῖνος, εἶπεν, αἰτεῖ, ἀλλ'

Ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίατ' οἱ ἄλλοι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 67.)

241. Ἰδὼν τοξότην ἀφυῆ παρὰ τὸν σκοπὸν ἐκάθισεν, εἰπών, Ἵνα μὴ πληγῶ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 67.)

242. Τοὺς ἐρῶντας ἔφη πρὸς ἡδονὴν ἀτυχεῖν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 67.)

243. Ἐρωτηθεὶς εἰ κακὸς ὁ θάνατος, Πῶς, εἶπε, κακός, οὗ παρόντος οὐκ αἰσθανόμεθα;

---

229. Conspicatus quondam juvenem effeminatum, *Non pudet*, inquit, *te deterius quam naturam ipsam de te statuere? Illa enim virum te fecit, tu feminam te fieri cogis.*

230. Hominem insipientem videns psalterium contendere nervis, *Non erubescis*, inquit, *sonos ligno aptare, quum animum ad vitam non accommodes?*

231. Dicenti cuidam, *Idoneus ad philosophiam non sum*, *Quid ergo*, inquit, *vivis, si honeste vivere non curas?*

232. Patrem contemnenti, *Non erubescis*, inquit, *eum contemnere, cujus beneficio altos spiritus geris?*

233. Videns formosum juvenem stulte loquentem, *Non pudet*, inquit, *te ex eburnea vagina plumbeum educere gladium?*

234. Reprehensus, quod in caupona biberet, *Et in tonstrina*, inquit, *tondeor.*

235. Exprobranti quod ab Antipatro palliolum tritum accepisset, dixit : *Rejicienda deum non sunt insinia dona.*

236. Supplicante quodam meretrici, Quid vis, inquit, consequi, miser, quod satius sit non consequi?

237. Unguentis delibuto, *Vide*, inquit, *ne bonus capitis tui odor fœtorem vitæ tuæ præstet.*

238. Servos quidem dominis, malos autem homines cupiditatibus servire ajebat.

239. Interrogatus, cur mancipia *andrapoda* appellarentur, respondit : *Quia pedes quidem virorum, animum autem habent, qualem tu qui hoc quæris.*

240. Reprehensus, quod ipse stipem colligeret, Platone non mendicante, Etiam ille, inquit, mendicatur,

Sed capite admoto, reliqui ne forte resciscant.

241. Conspicatus imperitum sagittarium juxta scopum consedit, dicens, Ne forte percutiar.

242. Amantes dicebat delectationis causa esse infortunatos.

243. Interrogatus num mala esset mors, respondit : *Qui mala sit, quam non sentimus præsentem?*

(Diogenes Laertius lib. VI, 68.)

244. Πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστάντα καὶ εἰπόντα, Οὐ φοβῇ με; Τί γάρ, εἶπεν, εἶ; ἀγαθὸν ἢ κακόν; Τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀγαθόν· Τίς οὖν, εἶπε, τὸ ἀγαθὸν φοβεῖται;

(Diogenes Laertius lib. VI, 68.)

245. Τὴν παιδείαν εἶπε τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 68.)

246. Πρὸς Διδύμωνα τὸν μοιχὸν ἰατρεύοντά ποτε κόρης ὀφθαλμόν, Ὅρα, φησί, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου θεραπεύων τὴν κόρην φθείρῃς.

(Diogenes Laertius lib. VI, 68.)

247. Εἰπόντος τινός, ὅτι ὑπὸ τῶν φίλων ἐπιβουλεύεται, Καὶ τί δεῖ πράττειν, ἔφη, εἰ δεήσει τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὁμοίως χρῆσθαι;

(Diogenes Laertius lib. VI, 68.)

248. Ἐρωτηθείς, τί κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη· Παῤῥησία.

(Diogenes Laertius lib. VI, 69.)

249. Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου, καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλάς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις.

(Diogenes Laertius lib. VI, 69. Simile est illud Stratonici citharœdi apud Athenæum lib. VIII p. 348, D: διδάσκων γὰρ κιθαριστάς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐννέα μὲν εἰκόνας τῶν Μουσῶν, τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινὸς πόσους ἔχοι μαθητάς, ἔφη, Σὺν τοῖς θεοῖς δώδεκα.)

250. Πρᾶσιν ἤνεγκε γενναιότατα· πλέων γὰρ εἰς Αἴγιναν, καὶ πειραταῖς ἁλούς, ὧν ἦρξε Σκίρπαλος, εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς ἐπιπράσκετο· καὶ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος, τί οἶδε ποιεῖν, ἔφη, Ἀνθρώπων ἄρχειν. Ὅτε καὶ δείξας τινὰ Κορίνθιον εὐπάρυφον, τὸν Ξενιάδην, ἔφη· Τούτῳ με πώλει, οὗτος δεσπότου χρῄζει. Ὠνεῖται δὴ αὐτὸν ὁ Ξενιάδης καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν Κόρινθον, ἐπέστησε τοῖς ἑαυτοῦ παιδίοις, καὶ πᾶσαν ἐνεχείρισε τὴν οἰκίαν. Ὁ δὲ οὕτως αὐτὴν ἐν πᾶσι διετίθει, ὥστε ἐκεῖνος περιὼν ἔλεγεν· Ἀγαθὸς δαίμων εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰσελήλυθε. Φησὶ δὲ Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παιδαγωγικῷ, τοὺς γνωρίμους λυτρώσασθαι αὐτὸν θελῆσαι· τὸν δὲ εὐθέως αὐτοὺς εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λέοντας δούλους εἶναι τῶν τρεφόντων, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας τῶν λεόντων· δούλου γὰρ τὸ φοβεῖσθαι· τὰ δὲ θηρία φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 74-75.)

251. Διογένης ἰδών τινα ἐξυρημένον τὸ γένειον, ἔφησεν· Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε καὶ οὐ γυναῖκα; Ἕτερον δέ τινα ἐπὶ ἵππου ἰδὼν παραπλησίως ἔχοντα, καὶ μεμυρισμένον, καὶ τούτοις ἀκολούθως ἠμφιεσμένον, πρότερον μὲν ἔφησε ζητεῖν, τί ἐστιν ὁ ἱππόπορνος, νῦν δὲ εὑρηκέναι.

(Athenæus lib. XIII p. 565 c. ed. Casaubon. Conf. fragm. 229.)

252. Διογένης πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ ἀποτριβομένῳ ἔλεγεν· Εἴθ' ἠδυνάμην καὶ τὴν γαστέρα τρίψας τῆς πείνης καὶ τῆς ἐνδείας παύσασθαι. — Διογένης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πολιτείᾳ νόμισμα εἶναι νομοθετεῖ ἀστραγάλους.

(Athenæus lib. IV pag. 158 F. et pag. 159 C.

---

244. Alexandro supervenienti ac dicenti, *Non times me? Quid enim*, inquit, *es? bonum an malum?* Dicente illo *bonum*, *Quis ergo*, ait, *bonum timet?*

245. Doctrinam adolescentibus moderationem, senioribus solatium, pauperibus divitias, divitibus ornamentum esse dixit.

246. Didymoni adultero curanti aliquando puellæ oculum, *Vide*, inquit, *ne virginis oculum curans pupillam* [i. e. puellam] *corrumpas.*

247. Dicente quodam, ipsi amicos insidiari, *Sed quid*, inquit, *facere oportet, si æque amicis atque inimicis utendum erit?*

248. Rogatus, quid inter homines honestissimum esset, respondit: *Loquendi libertas.*

249. Scholam aliquando ingressus quum multas Musarum imagines, paucos autem discipulos vidisset, *Cum deabus*, inquit, *præceptor, multos habes discipulos.*

250. Sui auctionem fortissime pertulit. Quum enim in insulam Æginam navigaret atque a piratis esset captus, quorum dux erat Scirpalus, in Cretam abductus ac venditus est. Præcone autem interrogante, quid sciret facere, respondit: *Hominibus imperare;* simulque digito monstrans Corinthium quendam prætextatum, Xeniadem, *Huic*, inquit, *me vende: hic enim domino indiget.* Emit igitur illum Xeniades Corinthumque secum ductum filiolis præceptorem dedit, totamque domum ei commisit. Is vero omnino eam ita administravit, ut ille circumiens diceret: Bonus genius domum meam ingressus est. Refert Cleomenes in libro qui Pædagogus inscribitur, familiares suos illum redimere voluisse, ipsum vero eos fatuos vocasse. Neque enim leones servos esse nutrientium, sed contra illos servire leonibus. Nam servi timere est, feras vero hominibus terroti esse.

251. Diogenes quum quendam mentum rasum habere vidisset: *An tu*, inquit, *exprobrandum esse putas naturæ, quod virum te fecit, non feminam?* Alterum vero conspicatus simili specie in equo sedentem, unguentis delibutum atque his deliciis convenienter vestitum, se prius quæsivisse dixit, quid foret *hippopornus* (scortum equestre), nunc autem invenisse.

252. Diogenes reprehensus, quod corpus fricaret, *Utinam*, inquit, *etiam fricato ventre famis et indigentiæ finem reperire possem.* — Diogenes in sua Republica legem tulit, ut pro nummis tali cederent.

Scripsit Cynicus librum de Republica, quem commemorat Diogenes Laertius lib. VI, 80.)

253. Διογένης ὁ φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἂν ἔνδοξος γίγνοιτο, ἀπεκρίνατο, ὅτι ἥκιστα δόξης φροντίζων.

(Theo Sophist. Progymnasm. cap. V περὶ χρείας.)

254. Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐπιστὰς Διογένει κοιμωμένῳ εἶπεν·

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,

[Iliad. II, 24] καὶ ὁ Διογένης ἀπεκρίνατο·

Ὦ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν.

[Iliad. II, 25].

(Theo Sophist. Progymnasm. cap. V περὶ χρείας. Confer Arrian. Dissert. Epic. III, cap. XXII, 92.)

255. Διογένης μειράκιον ἰδὼν ἀτακτοῦν, τὸν παιδαγωγὸν ἔπαισεν, εἰπών, Τί γὰρ ταῦτα παιδεύεις;

(Theo Sophist. in exemplis pag. 121 ed. Basil.)

256. Διογένης λέγει, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακόν, οὐδὲ γὰρ αἰσχρόν. Λέγει, ὅτι εὐδοξία ψόφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων. Τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι λέγει, ὅτι κρεῖσσόν ἐστι πάσης περιπορφύρου· τὸ δὲ ἐπ' ἀστρώτῳ πέδῳ καθεύδειν λέγει, ὅτι μαλακωτάτη κοίτη ἐστίν. Καὶ ἀπόδειξιν φέρει ἑκάστου, τὸ θάρσος τὸ αὐτοῦ, τὴν ἀταραξίαν, τὴν ἐλευθερίαν, εἶτα καὶ τὸ σωμάτιον στίλβον καὶ συνεστραμμένον.

(Arrian. Dissert. Epictet. I cap. XXIV § 6-8.)

257. Διογένης τῶν σοφιστῶν τινα ἔδειξεν ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον, εἶτα ἐκμανέντος αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν, ἔφη, ὁ δεῖνα· ἔδειξα ὑμῖν αὐτόν.

(Arrian. Dissert. Epictet. III cap. II § 11.)

258. Διογένης που λέγει, μίαν εἶναι μηχανὴν πρὸς ἐλευθερίαν τὸ εὐκόλως ἀποθνήσκειν, καὶ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ γράφει, ὅτι τὴν Ἀθηναίων πόλιν καταδουλώσασθαι οὐ δύνασαι· οὐ μᾶλλον, φησίν, ἢ τοὺς ἰχθύας. Πῶς; οὐ γὰρ λήψομαι αὐτούς; Ἂν λάβῃς, φησίν, εὐθὺς ἀπολιπόντες σε οἰχήσονται, καθάπερ οἱ ἰχθύες. Καὶ γὰρ ἐκείνων ὃν ἂν λάβῃς, ἀπέθανε· καὶ οὗτοι ληφθέντες ἐὰν ἀποθνήσκωσι, τί σοί ἐστι τῆς παρασκευῆς ὄφελος;

(Arrian. Dissert. Epictet. IV, cap. I § 30. 31. Scripsi ex Orellii conjectura τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ rejecta vulgata lectione τῷ Περσῶν βασιλεῖ.)

259. Διογένης ἔλεγε τῷ σωτηρίας δεομένῳ ζητεῖν προσήκειν ἢ φίλον σπουδαῖον, ἢ διάπυρον ἐχθρόν, ὅπως ἐλεγχόμενος ἢ θεραπευόμενος ἀποφεύγῃ τὴν κακίαν.

(Plutarchus De profect. in virtute vol. VII pag. 259 ed. Hutten. Idem De adulat. et amici discrim. cap. 31 : ὥσπερ Διογένης ἔλεγεν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώζεσθαι δεῖ φίλους ἀγαθοὺς ἢ διαπύρους ἐχθροὺς ὑπάρχειν· οἱ μὲν γὰρ διδάσκουσιν, οἱ δ' ἐλέγχουσιν.)

260. Διογένης ἐν Κορίνθῳ τὸν υἱὸν τοῦ Διονυσίου θεασάμενος ἰδιώτην ἐκ τυράννου γεγενημένον, Ὡς ἀναξίως, ἔφη, Διονύσιε, σεαυτοῦ πράττεις. Οὐ γὰρ ἐνταῦθά σε μεθ' ἡμῶν ἔδει ζῆν ἐλευθέρως καὶ ἀδεῶς, ἀλλ' ἐκεῖ τοῖς τυραννείοις ἐγκατωκοδομημένον, ὥσπερ ὁ πατήρ, ἄχρι γήρως ἐγκαταβιῶσαι.

(Plutarchus in libello num seni gerenda sit respublica cap. 1, vol. XII, pag. 100 ed. Hutten. Idem in vit. Timoleontis cap. 15 sic scribit : ὁ Σινωπεὺς Διογένης ἀπαντήσας τῷ Διονυσίῳ, Ὡς ἀναξίως, ἔφη, Διονύσιε, ζῇς. Ἐπιστάντος δὲ ἐκείνου καὶ εἰπόντος· Εὖ ποιεῖς, ὦ Διόγενες, συναχθόμενος ἡμῖν ἠτυχηκόσιν, Τί γάρ, εἶπεν ὁ Διογένης, οἴει μέ σοι συναλγεῖν, οὐδὲ ἀγαναχτεῖν, ὅτι τοιοῦτον ἀνδράποδον ὤν,

---

253. Diogenes philosophus interrogatus a quodam, quomodo gloriam consequi posset, respondit, *Si laudis studio non traheretur.*

254. Alexander Macedonum rex Diogeni dormienti superveniens ait :

Stertere perpetuam non dignum est principe noctem.

Cui Diogenes respondit :

Cui populi salus et tanta negotia curæ.

255. Diogenes quum adolescentem vidisset protervum, educatorem ejus pulsavit, dicens : *Cur hæc doces?*

256. Diogenes mortem negat esse malum, quia ne turpis quidem sit. Gloriam esse ait insanientium hominum strepitum. Nudum esse dicit rem cuivis togæ prætextæ anteponendam; in nudo autem solo dormientem affirmat in mollissimo lecto cubare. Cæterum singulorum quæ dicit signa esse vult suam ipsius fiduciam, suam animi tranquillitatem, suam libertatem, denique etiam corpusculum suum nitidum et compactum.

257. Diogenes porrecto medio digito sophistam quendam monstravit, deinde illo irritato, *Hic*, inquit, *est ille; monstravi eum vobis.*

258. Diogenes alicubi dicit, unam esse rationem retinendæ libertatis non gravate mori, et Macedonum regi scribit, eum Atheniensium civitatem non posse in servitutem redigere; non magis, ait, quam pisces. Quomodo? non capiam eos? Si ceperis, inquit, statim te relicto abibunt, sicut pisces. Namque illorum quemcunque ceperis, moritur. Atque hi capti si moriantur, quid tibi proderit belli apparatus?

259. Diogenes ait eum qui salvus esse velit quærere debere aut bonum amicum aut acerrimum inimicum, ut vel reprehensus vel correctus vitium fugiat.

260. Diogenes quum filium Dionysii tyranni Corinthi videret privatum ex tyranno factum, Quam indignam, inquit, te ipso vitam degis! Non enim hic te libere ac tuto nobiscum vivere oportebat, sed in patria regiæ inclusum patris tui exemplo ad senectutem venire.

καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πατήρ, ἐπιτήδειος ἐγγηράσας ἀπυθανεῖν, ἐνταῦθα παίζων καὶ τρυφῶν διάγεις μεθ' ἡμῶν;)

261. Διογένης ἐρωτηθείς, ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν, Αὐτός, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος.

(Plutarchus De audiendis poetis vol. VII, p. 80 ed. Hutten.)

262. Περὶ Διογένους τοῦ Σινωπέως ἱστοροῦσιν ἀρχομένου φιλοσοφεῖν, ὡς Ἀθηναίοις ἦν ἑορτή, καὶ δεῖπνα πολυτελῆ, καὶ θέατρα, καὶ συνουσίας μετ' ἀλλήλων ἔχοντες ἐχρῶντο κώμοις καὶ παννυχίσιν· ὁ δ' ἔν τινι γωνίᾳ τῆς ἀγορᾶς συνεσπειραμένος ὡς καθευδήσων ἐνέπιπτεν εἰς λογισμοὺς τρέποντας αὐτὸν οὐκ ἀτρέμα καὶ θραύοντας, ὡς ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀνάγκης εἰς ἐπίπονον καὶ ἀλλόκοτον ἥκων βίον αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ κάθηται τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστερημένος. Εἶτα μέντοι μῦν τινα προσερπύσαντα λέγεται περὶ τὰς ψίχας αὐτοῦ τῆς μάζης ἀναστρέφεσθαι. Τὸν δ' αὖθις ἀναφέρειν τῷ φρονήματι, καὶ λέγειν πρὸς ἑαυτὸν οἷον ἐπιπλήττοντα καὶ κακίζοντα· Τί φῄς, ὦ Διόγενες; τοῦτον μὲν εὐωχεῖ τὰ σὰ λείμματα καὶ τρέφει, σὺ δ' ὁ γενναῖος, ὅτι μὴ μεθύεις ἐκεῖ κατακείμενος ἐν ἁπαλοῖς καὶ ἀνθινοῖς στρώμασιν, ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς σεαυτόν;

(Plutarchus De profectu in virtute vol. VII, p. 248 seq. ed. Hutten. Eadem narratiuncula legitur apud Ælianum Var. hist. lib. XIII, cap. 26. Conf. supra fragm. 121.)

263. Διογένης ἔλεγε καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφῆσαι· περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκοδίῳ, καὶ τῷ σκιμποδίῳ, καὶ ταῖς βλαύταις δέ, αἴσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε.

(Ælianus Var. hist. lib. IV, 11.)

264. Διογένης λαβὼν παρὰ Διοτίμου τοῦ Καρυστίου νόμισμα ὀλίγον, ἔφη·

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

Ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι.

(Ælianus Var. hist. lib. IV, 27. Diotimum cinædum Diogenes alloquitur versibus Homericis, quibus Ulixes Nausicaæ, Alcinoi filiæ, nuptias et maritum precatur. Cf. Odyss. lib. VI, 180-181. Apud Latinos quoque homines effeminati *virum quærere* dicuntur. Vid. Petron. Satir. 119.)

265. Ἐπῄνει Σπαρτιάτης τὸ ἔπος Ἡσιόδου τὸ λέγον·

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη,

ἀκούοντος Διογένους. Ὁ δὲ εἶπε· Καὶ μὴν Μεσσήνιοι καὶ οἱ βόες αὐτῶν ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστε οἱ γείτονες.

(Ælianus Var. hist. lib. IX cap. 28. Versus est Hesiodi Op. et D. 348, quem commemorat etiam Heraclides Ponticus libro de Civitatibus, de Cumæis agens.)

266. Διογένης εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθών, καὶ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει Ῥοδιακούς τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἠσθημένους, γελάσας ἔφη, Τῦφος τοῦτό ἐστι. Εἶτα περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις καὶ ῥυπώσαις, Ἄλλος, εἶπεν, οὗτος τῦφος.

(Ælianus Var. hist. lib. IX cap. 34.)

267. Ἤλγει τὸν ὦμον Διογένης, ἢ τρωθείς, οἶμαι, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει σφόδρα ἀλ-

---

261. Diogenes interrogatus quomodo quis ulcisci inimicum posset, respondit : *Si ipse probus et honestus fiat.*

262. Diogenem memorant Sinopensem, quum philosophari cœpisset, ac forte Athenienses festos agerent dies, epularenturque splendide neque solum spectacula essent, sed convivia etiam comissationesque per totam noctem ducerentur, in quodam fori angulo convolutum somni capiendi specie jacentem in cogitationes incidisse animum ipsius non leviter ab instituto avertentes atque frangentes, reputantem, nulla se necessitate coactum vitæ viam laboriosam atque inusitatam diversamque a cæterorum hominum moribus ingressum omnibus bonis carere : ut vero murem arrepere et circa mazæ suæ micas versari vidit, animum rursus erexisse, ac se ipsum increpuisse et hoc modo objurgasse : *Quid ais, Diogenes? mus hic reliquiis tuis lætus vescitur, tu vero præclarus scilicet homo tuam vicem doles ac lamentaris, te non istic in stragulis mollibus et pictis ebrium jacere?*

263. Diogenes Socratem etiam ipsum luxuriose vixisse ajebat : nam incredibilem diligentiam contulisse eum in domunculam et lectulum, crepidas etiam, quibus interdum utebatur.

264. Diogenes accepto exiguo nummo a Diotimo Carystio ait :

Di tibi dent, quæ mente optas et quanta, virumque
Atque domum.

Videbatur autem aliquanto mollior esse Diotimus.

265. Spartanus quidam Hesiodi versum laudabat, cujus hæc sententia est :

Non vel bos pereat, nisi vicinus malus adsit,

idque audiente Diogene. Ille vero, *Atqui*, inquit, *Messenii et boves eorum perierunt, et vos illorum estis vicini.*

266. Diogenes quum venisset Olympiam et in celeberrimo illo conventu Rhodienses quosdam adolescentes vidisset pretiosis vestibus adornatos, ridens ait : *Fastus ille est.* Deinde quum incidisset in Lacedæmonios vilibus et sordidis tunicis (quas exomides vocant) indutos, *Hic*, inquit, *alius fastus.*

267. Humeri dolores habebat Diogenes, vulneratus, puto, vel alia quadam de causa. Quum igitur gravi dolore affici videretur, homo quidam stomachosus illudebat ei dicens : *Cur igitur mortem non obis, o Diogenes, et te ipsum*

γεῖν, τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει λέγων, Τί οὖν οὐχ ἀποθνήσκεις, ὦ Διόγενες, καὶ σεαυτὸν ἀπαλλάττεις κακῶν; Ὁ δὲ εἶπε, Τοὺς εἰδότας, ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τούτους γε ζῆν προσήκει (ὧν καὶ αὐτὸς ὁμολόγει εἶναι) Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, οὐκ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐστιν· ἐμὲ δὲ τὸν ἐπιστήμονα ἐκείνων, πρέπει ζῆν.

(Ælianus Var. hist. lib. X cap. 11.)

268. Ὁ γοῦν κυνικὸς φιλόσοφος Διογένης ὕψει καὶ μεγέθει τοσούτῳ φρονήματος ἐχρήσατο, ὥσθ' ἁλοὺς ὑπὸ ληστῶν, ἐπεὶ γλίσχρως καὶ μόγις τὰς ἀναγκαίας παρεῖχον αὐτῷ τροφάς, οὔθ' ὑπὸ τῆς παρούσης τύχης καμφθείς, οὔτε τὴν ὠμότητα τῶν ὑπηγμένων δείσας, Ἀτοπώτατον, ἔφη, γίνεται, δελφάκια μὲν ἢ πρόβατα, ὁπότε μέλλοι πιπράσκεσθαι, τροφαῖς ἐπιμελεστέραις εἰς εὐσαρκίαν παίνειν, ζῴων δὲ τὸ ἄριστον, ἄνθρωπον, ἀσιτίαις κατασκληκευθέντα, ἐπευωνίζεσθαι. Λαβὼν δὲ τροφὰς διαρκεῖς, ἐπειδὴ μεθ' ἑτέρων ἔμελλεν ἀπεμπολεῖσθαι, καθίσας πρότερον ἡρίστα μάλ' εὐθαρσῶς, ἐπιδιδοὺς καὶ τοῖς πλησίον. Ἑνὸς δὲ οὐ μόνον λυπουμένου, ἀλλὰ καὶ σφόδρα κατηφοῦντος, Οὐ παύσῃ τῆς συννοίας; ἔφη, χρῶ τοῖς παροῦσι·

> Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
> Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
> Ἓξ μὲν θυγατέρες ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.

Ἐπινεανιευμένοις τισὶ [a] τῶν ὠνητικῶς ἐχόντων, Τί δ' οἶδας; Ἄρχειν, εἶπεν, ἀνθρώπων, ὡς ἔοικε, τῆς ψυχῆς τὸ ἐλεύθερον καὶ εὐγενὲς καὶ φύσει βασιλικὸν ὑπηγού σης. Ἤδη δὲ καὶ πρὸς χαριεντισμὸν ὑπὸ τῆς συνήθους ἐκχειρίας, ἐν [b] ᾧ οἱ ἄλλοι συννοίας γέμοντες κατήφουν, ἐτράπετο. Λέγεται γοῦν, ὅτι θεασάμενός τινα τῶν ὠνουμένων, ὃν θήλεια νόσος εἶχεν, ἐκ τῆς ὄψεως οὐκ ἄῤῥενα, προσελθὼν ἔφη· Σύ με πρίω· σὺ γὰρ ἀνδρὸς χρείαν ἔχειν μοι δοκεῖς, ὡς τὸν μὲν ὑσωπηθέντα, ἐφ' οἷς ἑαυτῷ σύνοιδε, καταδῦναι, τοὺς δὲ ἄλλους τὸ σὺν εὐτολμίᾳ εὐθύβολον ἐκπλήττεσθαι.

(Philo Judæus in libello Omn. libr. prob. p. 883 ed. Francof. Locus Homericus exstat Iliad. lib. XXIV, vs. 602–604. Scripsi : [a] ἐπινεανιευμένοις τισὶ, codd. ἐπινεανιευμένοις. [b] ἐν ᾧ, codd. ἐφ' ᾧ. —)

269. Διογένης ἰδών τινα τῶν λεγομένων ἀπελευθέρων ἁβρυνόμενον, καὶ πολλοὺς αὐτῷ συνηδομένους, θαυμάσας τὸ ἄλογον καὶ ἄκριτον, ὅμοιον εἶπεν, ὡς εἴ τις ἀνακηρύξειέ τινα τῶν οἰκετῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας εἶναι γραμματικόν, ἢ γεωμετρικόν, ἢ μουσικόν, οὐδ' ὄναρ τῶν τεχνῶν ἐπησθημένον. Ὡς γὰρ ἐπιστήμονας οὐ ποιεῖ τὸ κήρυγμα, οὕτως οὐδὲ ἐλευθέρους (ἐπεὶ μακάριον ἦν), ἀλλὰ μόνον οἰκέτας.

(Philo Judæus in libello Omn. libr. prob. p. 888.)

270. Διογένης συνειδὼς ἑαυτῷ πυθόχρηστον οὖσαν τὴν φιλοσοφίαν, ἔργοις ᾤετο δεῖν ἐξελέγχειν πάντα, καὶ μὴ δόξαις ἄλλων, τυχὸν μὲν ἀληθέσι, τυχὸν δὲ ψευδέσι προσπεπονθέναι.

(Julianus Orat. VI in Cynicos, Oper. tom. I, p. 191 ed. Lips.)

---

malis liberas? At ille respondit: *Eos qui sciunt, quæ in vita facere quæque dicere oporteat, vivere decet* (inter quos et se esse confitebatur). *Itaque tibi*, inquit, *qui neque quæ dicenda, neque quæ agenda sint nosti, utile est mori; me vero, qui scio illa, par est vita frui.*

268. Nam Diogenes Cynicus tam elato atque excelso animo fuit, ut quoniam ipsi capto prædones vix et ægre quæ ad victum necessaria sunt præbebant, nec præsenti fortuna fractus, neque raptorum sævitiam veritus diceret, absurdissimum esse, quum porcelli vel oves venales ad corpus implendum diligentius saginarentur, hominem, animalium omnium præstantissimum, inedia maceratum vendi. Quocirca postquam quantum satis erat cibi accepit, quum jam in eo esset, ut una cum cæteris venderetur, sedit et prandebat forti animo, impertiens etiam proximis de suo. Ex his unum non modo dolentem, sed etiam mœsto vultu cogitantem conspicatus, *Desine*, inquit, *meditari, et utere præsentibus.*

> *Nec formosa cibum Niobe non sumpsit; at ejus*
> *Pignora sub lectis bis sena exstincta jacebant,*
> *Sex natæ, totidem pubenti corpore nati.*

Quum autem licitatorum quidam juveniliter illum ludificarentur, percontando, quid sciret, respondit, *Imperare hominibus*, voce illa, ut par est, animum ingenuum, generosum vereque regium prodens. Jam vero et ad jocos, quemadmodum per otium facere consueverat, cæteris conservis cogitabundis ac demisso vultu mœrentibus, se convertit. Dicitur enim, intuitus emtorum quendam, morbo muliebri laborantem, qui minime virili esset facie, simul atque ad eum accessit, sic allocutus esse: *Tu me emito; viro enim indigere mihi videris.* Quo factum est ut ille earum quarum sibi conscius erat rerum pudore confusus secederet, cæteri hominis acute conjicientis audaciam perhorrescerent.

269. Diogenes conspicatus quendam eorum qui liberti vocantur hac nova felicitate gloriantem multosque ei gratulantes, simulque illorum miratus incogitantiam et judicii inopiam, hoc simile esse ait, ac si quis præconis voce denuntiaret, ut in posterum servus nescio quis grammaticus foret, vel geometres, vel musicus, qui ne umbram quidem harum artium vidisset. Nam præconium ut scientia augere neminem potest, ita nec ad libertatem vocare (aliuqui res beatissima esset), sed tantum venales in servitutem asserere.

270. Diogenes qui philosophiæ ut oraculi ab Apolline Pythio editi sibi conscius esset, re factoque convincenda putabat omnia, non alienis temere accedendum sententiis, fortasse veris, fortasse etiam falsis.

271. Ἐπειδή τις τῶν νέων ἐν ὄχλῳ, παρόντος καὶ τοῦ Διογένους, ἀπέπαρδεν, ἐπάταξεν ἐκεῖνος τῇ βακτηρίᾳ, φάς· Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηθὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ τὰ τοιαῦτα θαρσεῖν πράξας ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀρχὴ δόξης καταφρονεῖν;

(Julianus Orat. VI in Cynicos pag. 197. Reposui θαρσεῖν pro membranarum lectione θάρσει.)

272. Ἔρωτα λύει λιμός, εἰ δὲ τούτῳ χρῆσθαι μὴ δύνασαι, βρόχος.

(Julianus Orat. VI in Cynicos pag. 198. Codicum scripturam ἂν mutavi in εἰ.)

273. Οὐκ ἐκ τῶν μαζοφάγων, φησὶν ὁ Διογένης, οἱ τύραννοι, ἀλλ' ἐκ τῶν δειπνούντων πολυτελῶς.

(Julianus Orat. VI in Cynicos pag. 198. Plenius Diogenis dictum refert Porphyrius De abstinentia lib. I, 47 : οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων, φησὶν ὁ Διογένης, οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐκ τῶν κρεοφάγων οἱ συκοφάνται καὶ τύραννοι.)

274. Διογένης μειράκιον ἐκστατικὸν ἰδὼν καὶ παραφρονοῦν, Νεανίσκε, ἔφησεν, ὁ πατήρ σε μεθύων ἔσπειρε.

(Plutarchus De liber. educ. cap. III, vol. VII, pag. 4 ed. Hutten.)

275. Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἰδὼν Διογένην κοιμώμενον ἐν πίθῳ, ἔφη· Ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν. Ὁ δὲ φιλόσοφος ἀναστὰς ἔφη· Ὦ βασιλεῦ μέγιστε,

Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.

Πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων·

Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης·
Ἷς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.

(Antonius et Maximus Serm. de fortuna prospera et adversa.)

276. Διογένης ἔφασκεν, ἡδονὴν ἀληθῆ εἶναι, τὸ τὴν ψυχὴν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἱλαρότητι ἔχειν· ἄνευ δὲ ταύτης οὐδὲ τὰ Μίδου οὐδὲ Κροίσου χρήματα ὠφέλιμα εἶναι· ἐὰν δέ τις ἢ ὑπὲρ μικροῦ ἢ ὑπὲρ μεγάλου λυπῆται, οὐκ εὐδαίμων, ἀλλὰ κακοδαίμων.

(Sententiæ selectæ Democriti, Epicuri et aliorum philosoph. e cod. Lugd. Bat. ed. L. R. Beynen [Lugduni Batavorum MDCCCXXXVII] n. 168 pag. 26. Pro Μηδου, quod in codice legitur, reposui Μίδου cujus notæ sunt divitiæ. Vid. Cicer. De div. 1, 36, scholiast. Aristoph. Plut. v. 287 et Diogenian. VII, 42. Præterea καὶ particulam post ἄνευ δὲ omisi.)

277. Εἰσὶν οἱ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες γάλλοι μᾶλλον ἢ φιλόσοφοι.

(Pseudodiogenes Epist. ad Cratetem.)

278. Δεῖ ζητεῖν,

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

(Diogenes Laertius in vita Menedemi lib. VI, 103 : καὶ ὅπερ τινὲς ἐπὶ Σωκράτους, τοῦτο Διοκλῆς ἐπὶ Διογένους ἀναγράφει, τοῦτον φάσκων λέγειν, Δεῖ ζητεῖν κτλ.)

279. Ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἐπιδεικνύντα αὐτῷ ὡροσκόπιον, Χρήσιμον, ἔφη, τὸ ἔργον πρὸς τὸ μὴ ὑστερῆσαι δείπνου.

(Diogenes Laertius lib. VI, 104.)

280. Πρὸς τὸν ἐπιδεικνύντα αὐτῷ μουσικὴν ἔφη·

Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος, οὐ ψαλμοῖσι καὶ τερετίσμασιν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 104.)

281. Ἔφασκε θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων τὸ ὀλίγων χρῄζειν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 105.)

---

271. Quum adolescens quidam in turba, præsente etiam Diogene, pepedisset, hunc ille baculo verberavit, dicens : *Itane vero, o scelus! quum nihil tali audacia publice adhibita dignum egeris, hinc jam nobis gloriæ contemtor esse incipies?*

272. Amorem solvit fames, sin autem hac uti non potes, laqueus.

273. Non ex iis qui mazam esitant, inquit Diogenes, tyranni fiunt, sed ex hominibus apparatius cœnantibus.

274. Diogenes puerum videns mente alienatum ac desipientem, *Adolescens*, inquit, *pater te ebrius genuit.*

275. Quum Alexander, Macedonum rex, Diogenem in dolio dormientem vidisset, exclamavit : *O dolium mentis bonæ plenissimum!* Philosophus igitur surrexit respondens : *Regum maxime,*

Rei secundæ gutta mentis dolio
Præstat.

Cui ex benevolis Alexandri comitibus nonnemo :

Rei secundæ abyssus haud guttam valet
Mentis : carere mente nam miserrimum est.

276. Diogenes dicebat, veram voluptatem in animi tranquillitate et hilaritate consistere; nam sine hac nec Midæ nec Crœsi divitias utiles esse; si quis vero re sive parva sive magna doleret, cum non felicitate uti, sed in miseriis versari.

277. Qui multitudini placent, spadones potius sunt quam philosophi.

278. Inquirendum,

Quid domibus nostris pravi rectique geratur.

279. Diogenes cuidam ostendenti ipsi horologium, *Res sane utilis*, inquit, *ne sero ad cœnam veniamus.*

280. Eum qui musicam ipsi ostentabat sic allocutus est :

Virûm consiliis bene reguntur oppida,
Sed nulla cantu dirigi queat domus.

281. Dicebat deorum esse proprium nulla re indigere; eorum vero, qui diis essent similes, paucis rebus egere.

282. Εὖ γοῦν καὶ Διογένης πρὸς τὸν θαυμάζοντα, ὅτι εὗρε τὸν ὄφιν ἐν τῷ ὑπέρῳ περιειλημμένον, Μὴ θαύμαζε, ἔφη, ἦν γὰρ παραδοξότερον ἐκεῖνο, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημμένον ἐθεάσω.

(Clemens Alexandrinus Strom. VII, pag. 712, ed. Sylb.)

283. Κατεγέλα τῶν, ὁπότε διψῷεν, τὰς μὲν κρήνας παρερχομένων, ζητούντων δέ, ὁπόθεν πάντως ὠνήσαιντο Χῖον ἢ Λέσβιον, καὶ πολὺ ἔφασκεν ἀφρονεστέρους εἶναι τῶν βοσκημάτων· ἐκεῖνα μὲν οὐδέποτε διψῶντα κρήνην οὐδὲ ῥεῦμα καθαρὸν παρελθεῖν, οὐδὲ πεινῶντα ἀπέχεσθαι τῶν ἁπαλωτάτων φύλλων καὶ πόας τῆς ἱκανῆς τρέφειν.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 202 ed. Reisk.)

284. Τοὺς πόδας οὐδέποτε ἔσκεπεν· οὐ γὰρ ἔφη τρυφερωτέρους εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τοῦ προσώπου· ταῦτα γάρ, ἀσθενέστατα περυκότα, μάλιστα ἀνέχεσθαι τὸ ψῦχος, διὰ τὸ γυμνοῦσθαι ἀεί. Μὴ γὰρ εἶναι τοῖς ἀνθρώποις δυνατὸν καταδησαμένους τὰ ὄμματα βαδίζειν, ὥσπερ τοὺς πόδας.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 203 ed. Reisk.)

285. Ἔφη τοὺς πλουσίους ὁμοίους εἶναι τοῖς νεογνοῖς βρέφεσι, δεῖσθαι γὰρ ἀεί ποτε σπαργάνων.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 203 ed. Reisk.)

286. Ἔλεγε διὰ τὴν μαλακίαν τοὺς ἀνθρώπους ἀθλιώτερον ζῆν τῶν θηρίων· ἐκεῖνα γὰρ ὕδατι μὲν ποτῷ χρώμενα, τροφῇ δὲ βοτάνῃ, τὰ πολλὰ δὲ αὐτῶν γυμνὰ ὄντα δι' ἔτους, εἰς οἰκίαν δὲ οὐδέποτε εἰσιόντα, πυρὶ δὲ οὐδὲν χρώμενα, τοῦτο μὲν ζῆν, ὁπόσον ἡ φύσις ἑκάστοις ἔταξε χρόνον, ἐὰν μηδεὶς ἀναιρῇ· τοῦτο δὲ ἰσχυρὰ καὶ ὑγιαίνοντα διάγειν ὁμοίως ἅπαντα, δεῖσθαι δὲ μηδὲ ἰατρῶν μηδὲ φαρμάκων· τοὺς δὲ ἀνθρώπους; οὕτω μὲν πάνυ φιλοζώους ὄντας, τοσαῦτα δὲ μηχανωμένους πρὸς ἀναβολὴν τοῦ θανάτου, τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτῶν μηδὲ εἰς γῆρας ἀφικνεῖσθαι, ζῆν δὲ νοσημάτων γέμοντας, ἃ μηδὲ ὀνομάσαι ῥᾴδιον, τὴν δὲ γῆν αὐτοῖς μηδὲ ἐξαρκεῖν παρέχουσαν φάρμακα· δεῖσθαι δὲ καὶ σιδήρου καὶ πυρός, καὶ μήτε Χείρωνος μήτε Ἀσκληπιοῦ μήτε τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἰωμένων μηδὲν αὐτοῖς ὄφελος εἶναι, διὰ τὴν αὐτῶν ἀκολασίαν καὶ πονηρίαν, μηδὲ μάντεων μαντευομένων, μηδὲ ἱερέων καθαιρόντων.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 205 ed. Reisk.)

287. Ἔφη εἰς τὰς πόλεις συνελθεῖν ἀνθρώπους, ὅπως ὑπὸ τῶν ἔξωθεν μηδὲν ἀδικῶνται, καὶ τὰ δεινότατα πάντα ἐργάζεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο ξυνεληλυθότας· διὰ ταῦτα δὲ δοκεῖν αὐτῷ καὶ τὸν μῦθον λέγειν, ὡς τὸν Προμηθέα κολάζοι ὁ Ζεὺς διὰ τὴν εὕρεσιν καὶ μετάδοσιν τοῦ πυρός, ὡς ἀρχὴν τοῦτ' ὂν καὶ ἀφορμὴν τοῖς ἀνθρώποις μαλακίας καὶ τρυφῆς, οὐ γὰρ δὴ τὸν Δία μισεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οὐδὲ φθονεῖν αὐτοῖς ἀγαθοῦ τινος.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 205 ed. Reisk.)

288. Ἐπεὶ ἔλεγόν τινες, οὐ δυνατὸν εἶναι ζῆν τὸν ἄνθρωπον ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ζῴοις διὰ τὴν ἀπαλότητα τῶν σαρκῶν, καὶ διότι ψιλός ἐστιν, οὔτε θριξὶ σκεπόμενος, ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν θηρίων, οὔτε πτεροῖς, οὔτε δέρμα ἰσχυρὸν ἐπαμπέχεται, πρὸς ταῦτα ἀντέλεγεν, οὕτω μὲν σφόδρα ἁπαλοὺς εἶναι διὰ τὴν δίαιταν· φεύγειν μὲν γὰρ ὡς τὸ πολὺ τὸν ἥλιον, φεύγειν δὲ τὸ ψῦ-

---

282. Recte certe Diogenes quoque admiranti cuidam, quod invenisset pistillum serpente circumplicatum, *Ne mireris*, inquit; *esset enim illud mirabilius, si vidisses rectum serpentem pistillo circumdatum.*

283. Deridebat eos qui sitientes præteritis fontibus, unde Chium utique vel Lesbium vinum mercarentur, quærerent: multoque illos hebetiores quam pecudes esse dicebat, quæ neque siti compulsæ unquam fontem vel amnem purum præterirent, neque esurientes foliis mollissimis aut herbis pabularibus abstinerent.

284. Pedes nunquam tegebat; neque enim delicatiores quam oculos et faciem esse ajebat, quæ in maxima teneritate algoris patientissimæ corporis partes forent, quia semper nudarentur. Neque enim fieri posse, ut homines ligatis ut pedibus, ita oculis incederent.

285. Similes ajebat divites esse infantibus recens natis, semper enim fasciis, quibus devincirentur, indigere.

286. Homines propter suam mollitiem miserius quam belluas vivere dicebat: his enim potui esse aquam, pabulo herbas, et earum plerasque nudas toto anno domum nunquam ingredi quumque ignem nequaquam victui adhiberent, simul tamen vitæ tempus singulis a natura constitutum, nisi necarentur, transigere, simul integris corporis viribus et bona valetudine pariter omnes usque ad mortem uti, neque medentium nec medicamentorum indigas. At homines omnino ita vitæ cupidos, totque viarum repertores quibus moram morti afferre possent, maximam partem ne ad senectutem quidem venire, vitam vero omnem morbis vexatam degere, quos ne nominare quidem facile esset; neque terram medicamentorum genitricem iis sufficere, sed indigere illos et ferro et igne. Verum medicinam neque a Chirone, neque ab Æsculapio, neque omnino a medicis petitam illis prodesse propter ipsorum intemperantiam et pravitatem, nec vatum prædictiones, nec sacerdotum lustrationes.

287. In civitates coiisse homines dixit, ne quam injuriam ab externis hostibus paterentur, verum ibi omnes contumelias aliis imponere, quasi id ipsum spectantes unum in locum convenissent. Quapropter etiam fictis fabulis proditum videri, Prometheum a Jove ob ignem et inventum et mortalibus impertitum pœna affectum esse, quod hæc hominibus causa et materia mollitiæ ac luxus foret. Nam neque odium in homines gerere Jovem, neque quidquam boni iis invidere.

288. Quum dicerent quidam, fieri non posse ut homo eodem pacto quo cætera animalia viveret ob corporis sui teneri-

χος· τὴν δὲ ψιλότητα τοῦ σώματος μηδὲν ἐνοχλεῖν. Ἐπεδείκνυε δὲ τούς τε βατράχους, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα ζῷα, πολὺ μὲν ἀπαλώτερα ἀνθρώπου, πολὺ δὲ ψιλότερα, καὶ ἔνια τούτων ἀνεχόμενα, οὐ τὸν ἀέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ψυχροτάτῳ ὕδατι ζῆν δυνάμενα τοῦ χειμῶνος. Ἐπεδείκνυε δὲ τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν τούς τε ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον οὐδὲν δεόμενον σκέπης. Καθόλου δὲ ἐν μηδενὶ τόπῳ γίγνεσθαι ζῷον, ὃ μὴ δύναται ζῆν ἐν αὐτῷ· ἢ πῶς ἂν ἐσώθησαν οἱ πρῶτοι γενόμενοι ἄνθρωποι, μήτε πυρὸς ὄντος, μήτε οἰκιῶν, μήτε ἐσθῆτος, μήτε ἄλλης τροφῆς, ἢ τῆς αὐτομάτου; ἀλλὰ τὴν πανουργίαν τοῖς ὕστερον καὶ τὰ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον οὐ πάνυ τι συνενεγκεῖν· οὐ γὰρ πρὸς ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην χρῆσθαι τῇ σοφίᾳ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς ἡδονήν· διώκοντας δὲ τὸ ἡδὺ καὶ ἐξ ἅπαντος ἀεὶ ζῆν ἀηδέστερον καὶ ἐπιπονώτερον· καὶ δοκοῦντας προμηθεῖσθαι σφῶν αὐτῶν, κάκιστα ἀπόλλυσθαι, διὰ τὴν πολλὴν ἐπιμέλειάν τε καὶ προμήθειαν· καὶ οὕτω δὴ τὸν Προμηθέα δικαίως λέγεσθαι δεδεμένον τῇ πέτρᾳ κείρεσθαι τὸ ἧπαρ ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 207 ed. Reisk.)

289. Διογένης ὁ Σινωπεύς, ὅτε ἔφυγεν ἐκ Σινώπης, ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα διῆγε ποτὲ μὲν ἐν Κορίνθῳ, ποτὲ δὲ Ἀθήνησιν. Ἔφη δὲ μιμεῖσθαι τοῦ Περσῶν βασιλέως τὴν δίαιταν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῷ μὲν χειμῶνι ἐν Βαβυλῶνι καὶ Σούσοις, ἐνίοτε δ' ἐν Βάκτροις διῆγεν, ἐν τοῖς εὐδιεινοτάτοις τῆς Ἀσίας· τοῦ δὲ θέρους ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδικῆς, ὅπου ψυχράτατος ὁ ἀὴρ ἀεί ποτέ ἐστι, καὶ τῷ περὶ Βαβυλῶνα χειμῶνι τὸ θέρος ὅμοιον· οὕτω δὲ καὶ αὐτὸς μεταλλάττειν τὴν οἴκησιν κατὰ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους.

(Dio Chrysostomus orat. VI, pag. 197 ed. Reisk.,

290. Διογένης ἔλεγε δεῖν τὸν φρόνιμον ἄνδρα, ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ἰατρόν, ὅπου πολλοὶ νοσοῦσιν, ἐκεῖσε ἰέναι βοηθήσοντα, οὕτως ὅπου πλεῖστοί εἰσιν ἀφρονέστεροι) ἐκεῖ μάλιστα ἀποδημεῖν ἐξελέγχοντα καὶ κολάζοντα τὴν ἄνοιαν αὐτῶν.

(Dio Chrysostomus orat. VIII, pag. 276 ed. Reisk.)

291. Παρέσχε δὲ καὶ αὐτὸν τῷ βουλομένῳ ἐντυγχάνειν, καὶ ἔλεγε θαυμάζειν, ὅτι, εἰ μὲν ἔφη ὀδόντας ἰᾶσθαι, πάντες ἂν αὐτῷ προσήεσαν οἱ δεόμενοι ὀδόντα ἐξελέσθαι· καὶ νὴ Δία εἰ ὑπέσχετο ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν, πάντες ἂν γλαμυροὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον· ὁμοίως δὲ εἰ σπληνὸς ἢ ποδάγρας ἢ κορύζης εἰδέναι φάρμακον· ἐπεὶ δὲ ἔφη παύσειν τοὺς πεισομένους αὐτῷ ἀγνοίας καὶ πονηρίας καὶ ἀκολασίας, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχεν, οὐδὲ ἐκέλευσεν ἰᾶσθαι αὐτόν, οὐδ' εἰ πολὺ προσλήψεσθαι ἀργύριον ἔμελλεν.

(Dio Chrysostomus orat. VIII pag. 277 ed. Reisk. Reposui πάντες ἂν γλαμυροὺς ὀφθαλμοὺς pro membranarum lectione πάντες ἄνθρωποι ὀφθαλμούς.)

---

tatem, et quia nudus foret, quippe qui neque villis vestitus esset, ut pleræque belluæ, neque penniger, neque crasso corio tectus, his respondit, homines adeo molles esse propter suum vivendi genus, quoniam plerumque tam solis ardores fugerent quam frigus vitarent; nudum autem corpus nullam habere molestiam. Monstrabat vero ranas aliasque bestias haud paucas multo teneriores hominibus multoque glabriores, quarum tamen nonnullæ non modo aerem paterentur, sed etiam in frigidissima aqua hiberno tempore vivere possent. Ostendebat etiam ipsorum hominum oculos et faciem nullo tegumento indigere. Omnino nullo loco nasci animal contendebat, quod non posset ibi vivere; aut quomodo qui primi orti sunt homines incolumes servati forent, quum neque ignis quo uterentur esset, neque tecta, neque vestimenta, neque alius victus quam nativus? verum calliditatem et inventionem confectionemque rerum plerarumque ad vitæ commoditatem pertinentium posteris parum profuisse affirmabat. Neque enim ad fortitudinem et justitiam colendam homines sapientia uti, sed ad voluptatem comparandam; at dum amœnitates omnibus modis quærerent, nihilo secius eos semper duriorem vitam minusque jucundam agere, et licet sibi ipsis prospicere viderentur, tamen pessime perire propter multam diligentiam suæque salutis custodiam. Quamobrem merito et Prometheum dici affixum esse rupi, aquila jecur ejus exedente.

289. Diogenes Sinopensis quum ex patria urbe fugeret, in Græciam venit ibique nunc Corinthi nunc Athenis vivebat. Ajebat autem sese imitari Persarum regis vivendi genus; qui hieme Babylone et Susis, interdum Bactris etiam, tepidissimis Asiæ locis, æstate autem Ecbatanis Medorum viveret, ubi aer semper frigidissimus est æstasque hiemi Babylone transactæ simillima. Sic et ipsum ad diversa anni tempora accommodate mutare se domicilium dicebat.

290. Diogenes dicebat oportere virum sapientem, quemadmodum bonus medicus auxilii ferendi causa illa loca peteret, ubi multi ægrotarent: sic eo maxime proficisci, ubi plurimi essent insipientes, ut eorum stultitiam redargueret et castigaret.

291. Quin etiam facilem se præbuit omnibus qui cum ipso colloqui vellent, dixitque sese mirari, quod si medicum dentarium se profiteretur, accessuri ad ipsum essent quibuscunque exemto dente opus foret; si ocularium, profecto omnes ipsi lippos oculos ostensuri essent, similiterque si lienis vel podagræ vel gravedinis medicamentum se tenere affirmaret; quum vero ignorantia, improbitate et intemperantia homines sibi obtemperantes liberatum iri præ se ferret, nemo neque ipsi auscultaret neque medicinam ab ipso peteret, etiamsi grandem pecuniam præterea accepturus esset.

292. Προσεοικέναι ἔφη ἑαυτὸν τοῖς κυσὶ τοῖς Λάκωσι· καὶ γὰρ τούτους, ὅταν στῶσιν εἰς τὰς πανηγύρεις, πολλοὺς μὲν εἶναι τοὺς καταψήχοντας καὶ προσπαίζοντας, μηδένα δὲ ὠνεῖσθαι ῥᾳδίως διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι χρῆσθαι.

(Dio Chrysostomus orat. VIII, p. 279 ed. Reisk.)

293. Ἔλεγε δὲ ἐπισκώπτων, ὅτι ὀρθῶς ἐπιπλήττοιτο τὸ τοῦ κυνός· (διὰ γὰρ χαλεπότητα καὶ τὸ λοιδορεῖσθαι κύνα αὐτὸν ἀπεκάλουν·) τοὺς γὰρ κύνας ἕπεσθαι μὲν εἰς τὰς πανηγύρεις, μηδένα δὲ ἀδικεῖν τῶν ἐκεῖ γιγνομένων, ὑλακτεῖν δὲ καὶ μάχεσθαι τοῖς κακούργοις καὶ κακίστοις· καὶ ὅταν οἱ ἄνθρωποι μεθυσθέντες καθεύδωσιν, αὐτοὺς ἐγρηγορότας φυλάττειν.

(Dio Chrysostomus orat. IX, pag. 288 ed. Reisk.)

294. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐστεφανώσατο τῆς πίτυος, πέμψαντες οἱ Κορίνθιοι τῶν ὑπηρετῶν τινας ἐκέλευον ἀποθέσθαι τὸν στέφανον καὶ μηδὲν παράνομον ποιεῖν. Ὁ δὲ ἤρετο αὐτούς, διὰ τί παράνομόν ἐστιν αὐτὸν ἐστεφανῶσθαι τῆς πίτυος, ἄλλους δὲ οὐ παράνομον; Εἶπεν οὖν τις αὐτῶν, ὅτι οὐ νενίκηκας, ὦ Διόγενες. Ὁ δέ, Πολλούς γε, εἶπεν, ἀνταγωνιστὰς καὶ μεγάλους, οὐχ οἷα ταῦτά ἐστι τὰ ἀνδράποδα, τὰ νῦν ἐνταῦθα παλαίοντα καὶ δισκεύοντα καὶ τρέχοντα· τῷ παντὶ δὲ χαλεπωτέρους, πενίαν καὶ φυγὴν καὶ ἀδοξίαν, ἔτι δὲ ὀργήν τε καὶ λύπην, καὶ ἐπιθυμίαν καὶ φόβον, καὶ τὸ πάντων ἀμαχώτατον ἢ καὶ ὑσμαχώτατον θηρίον, ὕπουλον καὶ μαλθακόν, ἡδονήν.

(Dio Chrysostomus orat. IX, pag. 291 ed. Reisk.)

295. Διττὴν ἔλεγεν εἶναι τὴν ἄσκησιν· τὴν μὲν ψυχικήν, τὴν δὲ σωματικήν· ταύτην καθ' ἣν ἐν γυμνασίᾳ συνεχεῖς γινόμεναι φαντασίαι εὐλυσίαν πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα παρέχονται. Εἶναι δ' ἀτελῆ τὴν ἑτέραν χωρὶς τῆς ἑτέρας, οὐδὲν ἧττον εὐεξίας καὶ ἰσχύος ἐν τοῖς προσήκουσι γενομένης, ὡς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ περὶ τὸ σῶμα. Παρετίθετο δὲ τεκμήρια τοῦ ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς γυμνασίας ἐν τῇ ἀρετῇ καταγίνεσθαι· ὁρᾶν τε γὰρ ἔν τε ταῖς τέχναις ταῖς βαναύσοις καὶ ταῖς ἄλλαις οὐ τὴν τυχοῦσαν ὀξυχειρίαν τοὺς τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης περιπεποιημένους, τούς τε αὐλητὰς καὶ τοὺς ἀθλητάς, ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ, καὶ ὡς οὗτοι, εἰ μετήνεγκαν τὴν ἄσκησιν καὶ ἐπὶ τὴν ψυχήν, οὐκ ἂν ἀνωφελῶς καὶ ἀτελῶς ἐμόχθουν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 70.)

296. Οὐδέν γε μὴν ἔλεγε τὸ παράπαν ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι, δυνατὴν δὲ ταύτην πᾶν ἐκνικῆσαι. Δέον οὖν ἀντὶ τῶν ἀχρήστων πόνων τοὺς κατὰ φύσιν ἑλομένους ζῆν εὐδαιμόνως, παρὰ τὴν ἄνοιαν κακοδαιμονοῦσι. Καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς ἡδονῆς ἡ καταφρόνησις ἡδυτάτη μελετηθεῖσα, καὶ ὥσπερ οἱ συνεθισθέντες ἡδέως ζῆν, ἀηδῶς ἐπὶ τοὐναντίον μετίασιν, οὕτως οἱ τοὐναντίον ἀσκηθέντες ἥδιον αὐτῶν τῶν ἡδονῶν

---

292. Similem se canibus Laconicis esse ajebat. Eos enim in nundinis prostantes a multis quidem permulceri et allectari, a nemine vero facile emi, quod uti illis homines nescirent.

293. Quum propter rabiem et convicia canem ipsum in Isthmiorum ludicro vocarent, dixit jocans, merito se a reprehensoribus appellari canem. Canes videlicet hominum comites ad illam ludorum celebritatem venire, neque tamen quemquam lædere eorum qui ludis interessent, sed latrare tantum atque adversus maleficos et sceleratos pugnare, et quando homines ebrii dormirent, illos a canibus vigilantibus custodiri.

294. Quum ipse quoque pineam sibi coronam ad caput accommodasset, Corinthii per apparitores quosdam eum hortati sunt, ut poneret coronam neve quidquam contra leges faceret. Tum eos interrogavit, cur leges pineam coronam sibi imponi vetarent, alios coronari non vetarent. Quorum unus simulatque ei respondit, ipsum non esse victorem, *Ego vero*, inquit, *multos certe magnosque adversarios vici, non mancipia, qualia sunt ista, quæ nunc luctantur hic, discum jaciunt et stadium currunt, sed longe graviores adversarios, paupertatem, exsilium, ignominiam, iram præterea, ægritudinem, cupiditatem, metum omniumque fortissimam et inexsuperabilem vel vix superabilem belluam, subdolam illam et resupinam, voluptatem.*

295. Duplicem esse dicebat exercitationem, alteram animi, corporis alteram; priorem vocari illam, qua exercitatis crebra visa objecta promtam virtutis colendæ facultatem darent. Porro alteram sine altera esse imperfectam, quum bonus habitus et robur æque in animo atque in corpore requirerentur. Quin etiam attulit argumenta, quibus virtutem exercitatione facile coli doceret. Animadvertere enim se in artibus mechanicis et aliis opifices non minimam operis faciendi celeritatem sola operandi consuetudine sibi comparasse; eandemque eo magis tibicinum et athletarum esse rationem, quo magis subeundi laboris assiduitate utrique excellerent, illosque, si exercitationem ad animum etiam transtulissent, nequaquam frustra et incassum laboraturos fuisse.

296. Dicebat porro nihil omnino in vita feliciter sine exercitatione geri, qua vinci omnia possent. Quum igitur recusatis inutilibus laboribus opera naturæ consentanea aggredi ac beate vivere homines deceret, per summum tamen dementiam eos infelices esse. Namque ipsius quoque voluptatis contemtionem consuetudine jucundissimam effici, et sicut ii qui jucunde vivere consuevissent, ægre in contrarium transirent, ita eos qui contraria ratione exer-

καταφρονοῦσι. Τοιαῦτα διελέγετο καὶ ποιῶν ἐφαίνετο, ὄντως νόμισμα παραχαράττων, μηδὲν οὕτω τοῖς κατὰ νόμον ὡς τοῖς κατὰ φύσιν διδοὺς· τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου λέγων διεξάγειν, ὅνπερ καὶ Ἡρακλῆς, μηδὲν ἐλευθερίας προκρίνων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 71. Reposui μελετηθεῖσα ex Henr. Stephani codice; vulgo προμελετηθεῖσα legitur. Arrianus lib. I cap. 24 : τὸ δὲ γυμνάσιον λέγει, ὅτι κρεῖσσόν ἐστι πάσης περιπορφύρου.)

297. Περὶ τοῦ νόμου, ὅτι χωρὶς αὐτοῦ οὐχ οἷόν τε πολιτεύεσθαι· οὐ γάρ φησιν ἄνευ πόλεως ὄφελός τι εἶναι ἀστείου· ἀστεῖον δὲ ἡ πόλις· νόμου δὲ ἄνευ, πόλεως οὐδὲν ὄφελος· ἀστεῖον ἄρα ὁ νόμος. Εὐγενείας δὲ καὶ δόξας καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα διέπαιζε, προκοσμήματα κακίας εἶναι λέγων, μόνην δὲ ὀρθὴν πολιτείαν εἶναι τὴν ἐν κόσμῳ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 72. Similiter Arrianus lib. I Dissert. XXIV Λέγει : ὁ Διογένης) ὅτι ἀδοξία φῶς ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων. Cf. supra fragm. 222.)

298. Ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας, γάμον μηδένα νομίζων, ἀλλὰ τὸν πείσαντα τῇ πεισθείσῃ συνεῖναι, κοινοὺς δὲ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς υἱέας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 72.)

299. Μηδέν τε ἄτοπον εἶναι ἐξ ἱεροῦ τι λαβεῖν, ἢ τῶν ζώων τινὸς γεύσασθαι· μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, ὡς ὄῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷ ὀρθῷ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι καὶ διὰ πάντων ἰέναι λέγων. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι, καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτον, καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διά τινων ἀδήλων πόρων ὄγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 73.)

300. Μουσικῆς τε καὶ γεωμετρικῆς καὶ ἀστρολογίας καὶ τῶν τοιούτων ἠμέλει, ὡς ἀχρήστων καὶ οὐκ ἀναγκαίων.

(Diogenes Laertius lib. VI, 73.)

301. Διογένης ὁ Σινωπεύς, ὅτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ, ἑαυτὸν φέρων μόγις ἔρριψε κατά τινος γεφυρίου πρὸς γυμνασίῳ ὄντος, καὶ προσέταξε τῷ παλαιστροφύλακι, ἐπειδὰν αἴσθηται ἀποπεπνευκότα αὐτόν, βῖψαι εἰς τὸν Ἴλισσόν. Οὕτως ἄρα ὀλίγον ἔμελε Διογένει καὶ θανάτου καὶ ταφῆς.

(Ælianus Var. hist. lib. VIII cap. 14. Reposui μόγις pro codd. scriptura μόνον. At Diogenes Laertius lib. VI, 79 de morte ejus hæc scribit : ἔνιοι δέ φασι, τελευτῶντα αὐτὸν καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥῖψαι, ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι· ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι· οἱ δέ, εἰς τὸν Ἴλισσὸν ἐμβαλεῖν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται.)

---

citati essent libentius ipsas voluptates spernere. Talia disserebat faciebatque palam, revera hominum morem tanquam monetam adulterans, quod nihil legitimis ita ut rebus naturalibus concederet, quippe qui eandem vitæ rationem quæ Herculi olim placuisset suscepisse se affirmaret neque quidquam libertati anteponeret.

297. De lege ita exposuit, quod sine ea rempublicam administrari posse negaret. Nullum enim, inquit, usum sine civitate præbet urbanitas : atqui civitas urbana est; sine lege autem civitas nihil prodest; ergo lex urbana est. Nobilitatem vero et gloriam et cætera ejusmodi ridebat, malitiæ ornamenta esse dicens, solamque veram esse rempublicam quæ mundi terminis circumscripta foret.

298. Dicebat et mulieres communes esse oportere, matrimonium nullum statuens, sed ut quisque alteri persuasisset, ita virum cum femina coire, communesque ideo filios haberi debere.

299. Haudquaquam indecorum esse dixit, de templo quidpiam auferre, vel animal nescio quod gustare, neque nefas esse putavit humana etiam vesci carne, quod exterarum nationum moribus declararetur. Sed recta ratione omnia in omnibus esse et omnia pervadere contendit. Etenim in pane carnem esse et in olere panem; eodemque modo in reliquis corporibus rem se habere, quum omnibus per occultos quosdam meatus corpuscula vel ingerantur vel ex iis evaporentur.

300. Musicam, geometriam, astronomiam aliaque hujusmodi studia, ut inutilia neque necessaria contemnebat.

301. Diogenes Sinopensis, quum ad extremum morbo exitiali correptus esset, vix membra sustinens de ponticulo prope gymnasium sito se dejecit, atque insuper palæstræ custodi mandavit, ut postquam exspirasse ipsum animadvertisset, in Ilissum abjiceret. Adeo scilicet mortis et sepulturæ incuriosus erat Diogenes.

DE CRATETE CYNICO.

Crates (1) Thebanus, Ascondi filius, quem pauci Brysonis Achivi auditorem, plerique Diogenis Sinopensis discipulum fuisse testantur, Cynicæ sectæ luminibus atque ornamentis annumerari solet. Quum vero initio in rerum omnium abundantia vixisset simulque inter proceres Thebanorum emineret, siquidem non magis natalium splendore, quam famulorum multitudine, domus et prædiorum amplitudine florebat : postea rerum humanarum, quæ fragiles caducæque essent nec quidquam ad bene beateque vivendum valerent, pertæsus unam virtutem altissimis defixam radicibus esse credidit.

Hæc atque alia id genus postquam a Diogene audivit (2), rem familiarem abjicere atque ad Cynicam sectam transire constituit. Quocirca in forum profectus reipublicæ opes suas concessit. Fertur autem dixisse :

Crates Cratetem privat hac pecunia,

quod tum demum se in libertatem assertum putaret, et quasi acceptæ libertatis causa coronam sibi ad caput accommodasse, quia paupertatem cum divitiis commutavisset. Exin pera (3) et pallio trito instructus vitam tanquam diem festum per jocum et cum risu transegit. Porro quum distorto esset corpore, cruris sui claudicationem et gibbum humerorum cavillabatur. Quid? quod ædes amicorum sive invocatus seu vocatus ingrediebatur, familiarissimos in gratiam reducens, si quando illos dissidere inter se animadvertisset (4). Reprehendebat vero non graviter, sed venuste : non ut calumniari castigatos, sed prodesse velle tam ipsis, quam cæteris qui audiebant, videretur. Sed quoniam omnium domos intrans honorifice et amanter excipiebatur, a civibus ostiorum apertor vocatus est (5).

Floruit circa centesimam et tertiam decimam Olympiadem (6). Neque tamen dubium est quin vixerit usque ad quartum Olympiadis centesimæ vicesimæ secundæ annum, quo missus a populo Atheniensi Demetrium ab iterata Athenarum obsidione avertit (7). Ut Xenocratem teste M. An-

(1) Suidas s. v. Κράτης Ἀσκώνδου Θηβαῖος, φιλόσοφος Κυνικός, μαθητὴς Διογένους καὶ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ, ὃς ἐξαργυρίσας τὴν οὐσίαν δέδωκε τὰ ἀργύρια τραπεζίτῃ εἰπών, εἰ οἱ παῖδες αὐτῷ φιλοσοφήσουσι, τῷ δήμῳ δοῦναι· εἰ δὲ μή, τοῖς παισὶν αὐτοῦ· γήμας δὲ Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνείτην, κυνογαμίαν τὸν γάμον ἐκάλεσε· παῖδα δὲ ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Πασικλέα. Ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ριγ' Ὀλυμπιάδος. Ἐπεκλήθη δὲ θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ ἀδεῶς εἰσέρχεσθαι εἰς παντὸς οὗπερ ἠβούλετο οἶκον. Οὗτος καταλιπὼν τὴν οὐσίαν μηλόβοτον, ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν· Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης. Ἔγραψε φιλόσοφα. Κράτης εἶπεν· Ἔρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μή, χρόνος· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, βρόχος. Οὗτος κατεπόντωσε τὴν οὐσίαν, ὡς λέγει Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος ἐν τῷ βίῳ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀναξαγόρᾳ. Diogenes Laertius lib. VI, 85 : Κράτης Ἀσκώνδου, Θηβαῖος, καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων τοῦ Κυνὸς μαθητῶν. Ἱππόβοτός δέ φησιν οὐ Διογένους αὐτὸν μαθητὴν γεγονέναι, ἀλλὰ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ. — (2) Simplicius Comment. in Epictet. Enchir. cap. X p. 107 seq. ed Schweigh. : Πενία οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Κράτητι ἂν ἔδοξε τῷ Θηβαίῳ δεινόν, ὃς τῶν ἑαυτοῦ τῇ πόλει παραχωρήσας καὶ εἰπών, Κράτης Κράτητα χρημάτων ἀποστερεῖ, τότε ἔδοξεν ἐλευθεροῦσθαι καὶ στέφανον ὡς ἐπὶ ἐλευθερίᾳ περιεβάλλετο, ὅτι τὴν πενίαν ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἠλλάξατο. Diogenes Laertius VI, 87 : Τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα καὶ τἆλλα λυπρὸν ἅξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν· ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν (καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν) ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις διανεῖμαι ταῦτα, αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν, ὥστε καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. Φησὶ γοῦν· Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασύ, Ἵν' ὡς Κράτης ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος βάκας. Cf. Ælian. Var. hist. lib. III, 6 ; Plutarch. De vit. ær. al. cap. 8, vol. XII pag. 218 ed. Hutten ; Origen. contra Celsum lib. II pag. 84 ed. Spencer. et in Matthæum cap. 19. Aliter Demetrius Magnes ap. Laertium VI, 88 : Φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης, τραπεζίτῃ τινὶ παρακατατιθέναι τὸ ἀργύριον, συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γένοιντο, αὐτοῖς ἀποδοῦναι, εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ δήμῳ διανεῖμαι. Μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσοφοῦντας. Mire Philostratus in vita Apollonii lib. I cap. 10 : τὸν δὲ Θηβαῖον Κράτητα καταποντώσαντα τὴν οὐσίαν οὔτε ἀνθρώποις γενέσθαι ἐπιτήδειον οὔτε προβάτοις. — (3) Plutarchus De animi tranquillitate cap. 4 : Κράτης πήραν ἔχων καὶ τρίβωνα, παίζων καὶ γελῶν ὥσπερ ἐν ἑορτῇ τὸν βίον διετέλεσε. — (4) Julianus Orat. VI pag. 201 : ὁ Κράτης ἐδημοσίευσε τὴν οὐσίαν· εἶτα εἰς τὸ σῶμα βλαβείς, ἐσκωπτεν ἑαυτὸν τὴν χωλότητα τοῦ σκέλους καὶ τὸ κυρτὸν τῶν ὤμων· ἐπορεύετο δὲ ἐπὶ τὰς τῶν φίλων ἑστίας, ἄκλητος, κεκλημένος, διαλλάσσων τοὺς οἰκειοτάτους ἀλλήλοις, εἴ ποτε στασιάζοντας αἰσθοιτο. Ἐπετίμα δὲ οὐ μετὰ πικρίας, ἀλλὰ μετὰ χάριτος· οὐχ ἵνα συκοφαντεῖν δοκῇ τοὺς σωφρονισθέντας· ὠφελεῖν δὲ ἐθέλων αὐτούς τε ἐκείνους καὶ τοὺς ἀκούοντας. — (5) Plutarchus Symposiac. lib. II quæst. I cap. 6 : Κράτητα δὲ τὸν φιλόσοφον εἰς πᾶσαν οἰκίαν εἰσιόντα μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης ἐχομένων, θυρεπανοίκτην ἐκάλουν. Conf. fragm. 41. — (6) Diogenes Laertius lib. VI, 87 : ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. — (7) Plutarchus vit. Demetr. cap. XLVI : ὁ δ' ὀργῇ μὲν ἐπῆλθεν αὐτοῖς, καὶ πολιορκίαν περὶ τὸ ἄστυ συνεστήσατο καρτεράν. Κράτητος δέ, τοῦ φιλοσόφου, πεμφθέντος ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς αὐτόν, ἀνδρὸς

tonino (8) asperioribus facetiis Crates perstrinxit: ita Demetrium Phalereum, Thebis exsulantem, consolatus est (9). Conspicatus aliquando adolescentulum secreto ambulantem, interrogavit, quid illic solus faceret. *Mecum*, inquit, *loquor*. Cui Crates: *Cave*, inquit, *rogo, et diligenter attende, ne cum homine malo loquaris* (10).

Cæterum tanto in honore apud Thebanos fuit Cynicus, ut virgo nobilis Hipparchia (11), spretis junioribus et ditioribus procis, ultro eum sibi optaret. Quumque interscapilium Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, peramque cum baculo et pallium humi posuisset, eamque supellectilem sibi esse puellæ profiteretur, illamque formam quam viderat, proinde sedulo sibi consuleret, ne post querelæ ullus locus foret: enimvero Hipparchia conditionem accepit. Jam dudum enim sibi provisum satis et satis consultum respondit, neque ditiorem maritum, neque formosiorem usquam gentium posse invenire, proinde duceret, quo liberet. His peractis nuptiæ in porticu Atheniensi, quæ pœcile vocatur, factæ sunt (12). Adeo autem impudens et impura fuit Hipparchia, ut in publico cum Cratete coiret. Exstat in eam hoc Antipatri epigramma (Anthol. VII, 413):

Οὐχὶ βαθυζώνων Ἱππαρχίη ἔργα γυναικῶν,
τῶν δὲ κυνῶν ἑλόμαν ῥωμαλέον βίοτον.
Οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονήτιδες, οὐ βαθύπελμος
εὐμαρίς, οὐ λιπόων ἴχαδε κεκρύφαλος,
Θυλὰς δὲ σκίπωνι συνέμπορος, ἄ τε συνωδὸς
δίπλαξ, καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος.
Ἄμμι δὲ Μαιναλίας χρίσσων βίος ἦν Ἀταλάντας,
τόσσον δσον σοφίη χρέσσον ὀρειδρομίας.

Edidit Hipparchia, si fides Suidæ (13), φιλοσόφους ὑποθέσεις καί τινα ἐπιχειρήματα καὶ προτάσεις πρὸς Θεόδωρον ἄθεον. Ipsi Crateti tribuuntur epistolæ philosophicæ (14) mundissimo orationis genere scriptæ, ut propter dictionis præstantiam cum Platonica subtilitate componerentur. Adde ludicra (15) (παίγνια), ephemeridem (16), hymnos (17) aliaque carmina, denique tragœdias (18) verborum granditate, quæ philosophum decet, insignes. Quæcunque autem ex ejus carminibus et libris pedestri sermone confectis superesse voluit fortuna sive fragmenta sive sententias et apophthegmata, post Orellium Opusc. Gr. vet. sent. et moral. tom. II pag. 132-144 et Bergkium Poet. lyr. pag. 522-529 primus collegi, accurate recensui et latine interpretatus sum.

ἐνδόξου καὶ δυνατοῦ, τὰ μέν, οἷς ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων ἐδεῖτο, πεισθείς, τὰ δ' ἐξ ὧν ἐδίδασκε περὶ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων, νοήσας, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν, καὶ συναγαγών, ὅσαι νῆες αὐτῷ, καὶ στρατιώτας μυρίους καὶ χιλίους σὺν Ἱππεῦσιν ἐμβιβάσας, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἔπλει, Ἀνσιμάχου Καρίαν καὶ Λυδίαν ἀποστήσων. — (8) M. Antoninus VI, 13. — (9) Plutarchus De adulatoris et amici discrim. cap. 42: λέγεται δὲ καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, ὅτε τῆς πατρίδος ἐξέπεσε, καὶ περὶ Θήβας ἀδοξῶν καὶ ταπεινὰ πράττων διῆγεν, οὐχ ἡδέως ἰδεῖν προσιόντα Κράτητα, παῤῥησίαν κυνικὴν καὶ λόγους τραχεῖς προσδεχόμενος. Ἐντυχόντος δὲ πρᾴως αὐτῷ τοῦ Κράτητος, καὶ διαλεχθέντος περὶ φυγῆς, ὡς οὐδὲν ἔχοι κακόν, οὐδ' ἄξιον φέρειν βαρέως, πραγμάτων σφαλερῶν καὶ ἀβεβαίων ἀπηλλαγμένος, ἅμα δὲ θαῤῥεῖν ἐφ' ἑαυτῷ καὶ τῇ διαθέσει παρακαλοῦντος, ἡδίων γενόμενος καὶ ἀναθαρσήσας, πρὸς τοὺς φίλους εἶπε· Φεῦ τῶν πράξεων ἐκείνων καὶ ἀσχολιῶν, δι' ἃς ἄνδρα τοιοῦτον οὐκ ἐγνωμεν. — (10) Seneca Epist. X. — (11) Diogenes Laertius VI, 96: ἐθηράθη δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Μητροκλέους, Ἱππαρχία. Μαρωνεῖται δ' ἦσαν ἀμφότεροι. Καὶ ἦρα τοῦ Κράτητος καὶ τῶν λόγων καὶ τοῦ βίου, οὐδενὸς τῶν μνηστευομένων ἐπιστρεφομένη, οὐ πλούτου, οὐκ εὐγενείας, οὐ κάλλους· ἀλλὰ πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ. Καὶ δὴ καὶ ἠπείλει τοῖς γονεῦσιν ἀναιρήσειν αὑτήν, εἰ μὴ τούτῳ δοθείη. Κράτης μὲν οὖν παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν γονέων αὐτῆς ἀποτρέψαι τὴν παῖδα, πάντα ἐποίει. Καὶ τέλος μὴ πιθών, ἀναστὰς καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἀντικρὺς αὐτῆς, ἔφη, Ὁ μὲν νυμφίος, οὗτος· ἡ δὲ κτῆσις, αὕτη· πρὸς ταῦτα βουλεύου. Οὐδὲ γὰρ ἔσεσθαι κοινωνός, εἰ μὴ καὶ τῶν αὐτῶν, ἐπιτηδευμάτων γενηθείης. Εἵλετο ἡ παῖς, καὶ ταὐτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριήει τῷ ἀνδρί, καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο. Cf. Apulejus Flor. lib. I pag. 349 seq. ed. Elmenhorst., qui etiam oratione de magia Cratetis meminit. — (12) Clemens Alexandrinus Strom. lib. IV, p. 523 A. — (13) Suidas v. Ἱππαρχία. — (14) Diogenes Laertius lib. VI, 98: φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον Ἐπιστολαί, ἐν αἷς ἄριστα φιλοσοφεῖ, τὴν λέξιν ἔστιν ὅτε παραπλησίως Πλάτωνι. Sed quæ sub ejus nomine feruntur epistolæ, subditiciæ sunt. Vid. Fabric. Bibl. Gr. vol. I pag. 686 ed. Harles. — (15) Diog. Laert. VI, 85: τούτου παίγνια φέρεται τάδε· πήρη τις κτλ. Vid. fragm. 2. — (16) Diog. Laert. VI, 86: ἔστι καὶ ἐφημερὶς ἡ θρυλλουμένη οὕτως ἔχουσα· τίθει μαγείρῳ κτλ. Vid. fragm 3. — (17) Vid. fragm. 4. — (18) Diogenes Laertius lib. VI, 98: γέγραφε καὶ τραγῳδίας, ὑψηλότατον ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα. Vid. fragm. 1 et 17. Cf. Tragicorum Græc. fragm. p. 134 ed. Didot.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ

ΤΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ

α' ΛΕΙΨΑΝΑ ΕΜΜΕΤΡΑ.

1. Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος,
ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα τὴν ψλόγα σβέσῃ,
θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἀρτήσθω βρόχος.

(Anthol. Planud. I, tit. 37, pag. 38 ed Steph. et Stob. Flor. XLI. Brunck. Analect. tom. I p. 186 seqq. Crateti tribuit Diogenes Laertius lib. VI, 86, ubi legitur : Ἔρωτα παύει λιμός, εἰ δὲ μή, χρόνος· ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος. Cum hoc fere consentit Suidas v. Κράτης, nisi quod secundum versum sic corruptum exhibet : εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, βρόχος. Eundem locum spectavit Clemens Alexandrinus Strom. II p. 493 ita scribens : οὗτος (ὁ Κράτης) ἐν ἄλλοις εὐθυβρήμονως γράφει· τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκαταστάτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμόν· εἰ δὲ μή, βρόχον. Hinc Theodoretus Serm. XII de virtute actuosa : οὗτος εἰώθει λέγειν, τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς κατάπαυμα λιμὸν εἶναι. Similiter Julianus Orat. VI, pag. 198 : οἱ Διογένους νόμοι καὶ Κράτητος ὑπὲρ τούτων οὐκ ἀτιμαστέοι, Ἔρωτα λύει λιμός· ἂν δὲ τούτῳ χρῆσθαι μὴ δύνασαι, βρόχος.)

2. Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,
καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυπος, οὐδὲν ἔχουσα,
εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν·
ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα καὶ ἄρτους,
ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων,
οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ [δόξης.

(Diogenes Laertius lib. VI, 85. Imitatus est Crates locum Homericum qui legitur Odysseæ lib. XIX vs. 172—173 : Κρήτη τις γαῖ' ἐστί, μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος κτλ. cujus rei meminit etiam Apulejus Orat. de magia p. 26. Eosdem versus affert Demetrius Phalereus de Elocutione cap. 259, qui tamen pro πόλις ἐστὶ habet γαῖ' ἐστί, ut est apud Homerum et Apulejum. Demetrii verba sunt : καίτοι ἐστὶ πολλαχοῦ ἐκ παιδιᾶς παραμεμιγμένης δεινότης ἐμφαινομένη τις, οἷον ἐν ταῖς κωμῳδίαις· καὶ πᾶς ὁ κυνικὸς τρόπος, ὡς τὰ Κράτητος, Πήρη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ. Pera quæ Cynicæ institutionis doctoribus non solum pro re familiari, sed etiam pro civitate est, certum Cynicæ vitæ signum habetur, ad quam contemta voluptate sapientes confugiunt. Verum ejusmodi vita quum plerisque inops et horrida videatur, constat neminem nec stultum nec cinædum ad hanc sectam transire posse. In versu secundo bene posuit Stephanus περίῤῥυπος rejecta membranarum lectione περίῤῥυτος. Verba ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν comparant cum Homericis Iliad. lib. II vs. 462 : ἐπαγαλλόμεναι πτερύγεσσι.)

3. Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμήν·
κόλακι τάλαντα πέντε, συμβούλῳ καπνόν·
πόρνῃ τάλαντον, φιλοσόφῳ τριώβολον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 86. Perstringit Crates asperioribus facetijs divitum perversitatem qui magnos sumptus in coquos, in assentatores, in meretrices faciebant, quum in viros bonos et sapientes parci ac restricti essent.)

4. Χαῖρε θεὰ δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα,
Εὐτελίη, κλεινῆς ἔκγονε Σωφροσύνης.
Σὴν ἀρετὴν τιμῶσιν, ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσι.

(Antholog. Planud. I, tit. XII et Julianus

CRATETIS

THEBANI

1. RELIQUIÆ NUMERIS ASTRICTÆ.

1. Fames amorem sedat, aut sedat dies :
Quodsi nec istis flamma cedat contumax,
medicina restat laqueus extremo loco.

2. Est quædam medio fundata urbs Mantica fastu,
pulchra quidem pinguisque et sordida, rebus egena,
quam nullus parasitus adit stolidusve penetrat,
aut natium cupes pathicus curvamine lætus :
allia sed, panes, ficus, effert quoque bulbos,
quæ rixæ cupidis nunquam prætenta fuere;
armorum nec causæ argentum et gloria vana.

3. Tribue coquo minas decem, medico drachmam :
assentatori talenta quinque, consiliario fumum :
meretrici talentum, philosopho triobolum.

4. Salve dea domina, bonorum hominum deliciæ,
Frugalitas, inclytæ Temperantiæ progenies.
Tuam virtutem colunt, quicunque justitiam exercent.

Orat. VI, p. 199. Est autem hoc fragmentum initium hymni in Frugalitatem.)

5. Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ
[Μουσῶν
σέμν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος
[ἔμαρψε.

(Diogenes Laertius lib. VI, 86. Sed Plutarchus quoque in libello Quomodo quis se ipsum citra invidiam laudare possit cap. XVII, vol X p. 209 ed. Hutten., hos versus Crateti diserte assignans auctor est philosophum eos Sardanapali versiculis opposuisse. Sic enim scribit: πάνυ δὲ χαριέντως καὶ ὁ Κράτης πρὸς τό· Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος Τέρπν' ἔπαθον· ἀντέγραψε τό· Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν Σέμν' ἐδάην. Quippe Sardanapalus in busto suo incidi jussit: Εὖ εἰδώς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε, Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις. Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι. Νίνου μεγάλης βασιλεύσας· Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται. Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν. Vid. Strabonem lib. XIV p. 672 ed. Casaub. Anthol. Græc. VI, I, 1, p. 375 seq. ed. Jacobs; Athenæum lib. VIII p. 336; Theodoretum ad Græcos Serm. XII; Dionem Chrysostomum in IV de Regno. Adde Ciceronem qui Tusc. Disput. lib. V cap. 35 elogium illud ita latine vertit: Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit: at illa jacent multa et præclara relicta.)

6. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ·
χόρτον ἐμῇ συνεχῶς δότε γαστέρι, καὶ δότε χω-
[ρὶς
δουλοσύνης, ἣ δὴ λιτὸν ἔθηκε βίον.
* * *
ὠφέλιμον δὲ φίλοις, μὴ γλυκερὸν τίθετε.
Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτά, κανθά-
[ρου ὄλβον,
μύρμηκός τ' ἄφενος χρήματα μαιόμενος,
ἀλλὰ δικαιοσύνης μετέχειν καὶ πλοῦτον ἀγινεῖν
εὔφορον, εὔκτητον, τίμιον εἰς ἀρετήν.
Τῶνδε τυχὼν Ἑρμῆν καὶ Μούσας ἱλάσομ' ἀγ-
[νάς,
οὐ δαπαναῖς τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὁσίαις.

(Julianus Orat. VI, pag. 199 C: ἵνα δὲ μή τις ὑπολάβῃ με ταῦτα ἄλλως λέγειν, ἐκ τῶν παιγνίων Κράτητος ὀλίγα σοι παραγράψω· Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς κτλ. Eadem exstant Orat. VII, p. 213 B. Est verò totus hic locus parodia elegiæ Solonis apud Stobæum Flor. IX, 25: Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα, Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ· ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε κτλ. Cf. Poet. Lyr. Græc. p. 339 ed. Bergk. Variat lectio versuum 3 et 4 qui altero loco in membranis sic scribuntur: χόρτον ἀεὶ (vel ἐμῇ) συνεχῆ δότε γαστέρι, ἥτε μοι αἰεὶ χωρὶς δουλοσύνης λιτὸν ἔθηκε βίον. Continet autem hic locus cavillationem contra parasitos, qui amicis non utiles, sed jucundi (γλυκεροί) coguntur esse, quoniam venter turpium omnium rerum dator habetur. Ait enim Linus (Philos. Græc. Fragm. vol. I p. 156) νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων. Versu 6 pro ὄλβον altero loco legitur οἶτον. Similiter Democritus (Phil. Gr. Fragm. vol. I p. 344) Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσι dixit; Theocritus vero Idyll. XVII, 107 μυρμάκων πλοῦτον hujusmodi divitias vocavit. Versu 8 pro ἀγινεῖν alii habent ἀσινῆ. Cæterum verbis οὐ δαπαναῖς τρυφεραῖς κτλ. consentanea sunt quæ de Diogene tradit Julianus Orat. VI, p. 199: εἰ δέ, ὅτι μηδὲ ἐθεράπευε τοὺς νεώς, μηδὲ τοὺς βωμούς, οἴεταί τις ἀθεότητος εἶναι σημεῖον, οὐκ ὀρθῶς νομίζει. Ἦν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ τῶν τοιούτων, οὐ λιβανωτός, οὐ σπονδή, οὐκ ἀργύριον, ὅθεν αὐτὰ πρίαιτο· εἰ δὲ ἐνόει περὶ θεῶν ὀρθῶς, ἤρκει τοῦτο μόνον. Αὐτῇ γὰρ αὐτοὺς ἐθεράπευε τῇ ψυχῇ, δι' ὧν, οἶμαι, τὰ τιμιώτατα τῶν ἑαυτοῦ, τὸ καθοσιῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῶν ἐννοιῶν.)

7. Οὐκ οἶσθα, πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει
θέρμων τε χοίνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.

(Teles apud Stobæum Flor. XCVII, 31: οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης· Οὐκ οἶσθα, φησί, κτλ. In eandem

---

5. Hæc habeo, quæ didici ac meditatus sum Musisque adjuvantibus gravia percepi; at multa illa et præclara fastus abstulit.

6. Mnemosynes et Jovis Olympii clara suboles,
Musæ Pierides, audite me precantem:
cibum assidue ventri meo date, et date
sine servitute, quæ tenuem efficit victum
* * *
utilem porro amicis, non jucundum facite.
Pecuniam vero nolo cogere inclytam, scarabæi felicis formicæque divitias pecuniam quærens,
sed justitiæ consors esse et opes acquirere [tatem,
tolerabiles, parabiles, ad exercendam virtutem pretio- [sas.
Eas consecutus Mercurium et Musas castas placabo,
non impendiis luxuriosis, sed virtutibus sanctis.

7. Ignoras, quantam vim habeat pera
et lupinorum choenix et animus securus.

dem sententiam Diogenes Laertius lib. VI, 86 : Κράτητός ἐστι καὶ τόδε, ὅτι ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ περιγένοιτο Θέρμων τε χοῖνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.)

8. Συναισθόμενος, ὅτι ἀποθνήσκει, ἐπῇδε πρὸς ἑαυτὸν λέγων,

Στείχεις δή, φίλε κύρτων,
βαίνεις τ' εἰς Ἀΐδαο δόμους κυφὸς διὰ γῆρας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 92, qui addit : ἦν γὰρ κυφὸς ὑπὸ χρόνου. Recepi Casauboni emendationem; nam legebatur : βαίνεις εἰς Ἀΐδαο δόμους κυφὸς ὥρην διὰ γῆρας. Præstat autem hæc Bergkii conjecturæ : Στείχεις δὴ φίλε κύρτων, Βαίνεις τ' εἰς Ἀΐδαο Κυφαύχην διὰ γῆρας. Cf. Poet. Lyr. Græc. p. 526. Quum vero probabile sit, illud ὥρην vel simile vocabulum ad priorem versum pertinuisse, quia librarii sæpe nulla metri ratione habita poetarum locos apud Diogenem obvios corruperunt, conjicio Cratetem sic orsum esse : Ἐξανύσας μοῖραν καμάτων στείχεις φίλε κύρτων κτλ.)

9. Πρὸς Ἀλέξανδρον πυθόμενον, εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, ἔφη· Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως ἄλλος Ἀλέξανδρος αὐτὴν κατασκάψει.

Πατρίδα δ' ἔχειν
ἀδοξίαν πενίαν τ', ἀνάλωτα τῇ τύχῃ·
καὶ Διογένους
εἶναι πολίτης ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 93. Metrum restitui; namque in codicibus verba post κατασκάψει sic scripta leguntur : ἔχειν δὲ πατρίδα τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν πενίαν δ' αὖ, ἀνάλωτον τῇ τύχῃ, καὶ Διογένους εἶναι πολίτης, ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ. Eandem rem aliter refert Ælianus Var. hist. lib. III, 6. Ait enim : Κράτης ὁ Θηβαῖος τά τε ἄλλα μεγαλόφρων ὢν πεφώραται, καὶ καταφρονητικὸς τῶν ὑπὸ τοῦ πλήθους θαυμαζομένων, ἀτὰρ οὖν καὶ χρημάτων καὶ πατρίδος. Ὅτι μὲν οὖν τῆς οὐσίας ἀπέστη τοῖς Θηβαίοις, τοῦτο μὲν καὶ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε, τὸ δὲ ἕτερον αὐτοῦ οὐ πᾶσι γνώριμον. Ἔστι δὲ ἐκεῖνο· ἀπαλλαττόμενος τῶν Θηβῶν οἰκισθεισῶν πάλιν ἔφη· Οὐ δέομαι πόλεως, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει [ἢ] ἄλλος. Meminit hujus dicti et Philostratus lib. VII de vita Apollonii cap. 1 : ὁ δὲ (Κράτης) ἀνοικτεῖν Θήβας Ἀλεξάνδρου δι' αὐτὸν φήσαντος, Οὐκ ἄν, ἔφη, δεηθῆναι πατρίδος, ἣν κατασκάψει τις ὅπλοις ἰσχύσας.)

10. Τῶνδε κράτει ψυχῆς ἤθει ἀγαλλομένη,
οὔθ' ὑπὸ χρυσείων δουλουμένη, οὔθ' ὑπ' ἐρώτων
τηξιπόθων· ἀτὰρ οὐχὶ συνέμποροί εἰσι φιλύβρι·

καὶ τὸ ὅλον ἐπιλέγει·

Ἡδονῇ ἀνδραποδώδει ἀδούλωτοι καὶ ἄκαμπτοι
ἀθάνατον βασιλείαν ἐλευθερίαν τ' ἀγαπῶσιν.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. II p. 492 ed. Potter.: καὶ Ἀντισθένης δὲ μανῆναι μᾶλλον ἢ ἡσθῆναι αἱρεῖται, ὅ τε Θηβαῖος Κράτης, Τῶνδε, φησί, Κράτει κτλ. Vs. 2 χρυσείων scripsi cum Sylburgio; vulgo χρυσίων. Vs. 3 scripsi ἀτὰρ οὐχὶ συνέμποροί εἰσι φιλύβρι, codd. οὐδ' ἔτι συνέμποροί εἰσι φίλυβρι. Vs. 4-5 affert etiam Theodoretus Therapeut. XII, 172, 50 : τούτου (τοῦ Διογένους) Κράτης ὁ Θηβαῖος τὸν βίον ἐζήλωσε καὶ πολλαῖς μὲν εὐφημίαις τὴν ἀρετὴν ἐστεφάνωσεν· αὐτοῦ γὰρ δὴ δὲ ὁ λόγος. Ἡδονῇ κτλ. Pro ἄκαμπτοι, quod est apud Theodoretum, Clementis libri habent ἄκναπτοι.)

11. Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων μὲν σοφός,
ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

(Stobæus Flor. CXVI, 31 Κράτητος· Ὁ γὰρ κτλ.)

12. Καὶ μὴν καὶ Στίλπων' ἔσιδον χαλέπ' ἄλγε' [ἔχοντα
ἐν Μεγάροις, ὅθι φασὶ Τυφωίος ἔμμεναι εὐνάς·
ἔνθα τ' ἐρίζεσκεν, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι·
τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτρι- [βον

---

8. Quum autem sentiret se morti propinquum esse, hujusmodi carmen in se ipsum cantabat :

Vadis nunc, optime gibber,
vadis ad Orci ædes, longa gibbose senecta.

9. Alexandro roganti, num vellet patriam suam restitui, Sed quid, inquit, opus est? rursus enim fortasse alter Alexander eam diruet.

Patriam vero se habere
ignobilitatem et paupertatem, quæ fortunæ inexpu- [gnabiles forent,
et Diogenis
se esse civem, hominis ab invidia liberi.

10. Hæc vince, animi robore glorians,
neque aureis nummis capta, neque ardentibus amoribus; at insolens comitem perversitatis suæ non [habet.

Quin etiam summam rem prius dictis addit :

Qui prava voluptate neque deleniuntur neque per- [mulcentur,
hi in regno immortali et libertate acquiescunt.

11. Tempus enim me incurvavit, sapiens quidem artifex, sed omnia reddens infirmiora.

12. Quin etiam Stilponem aspexi gravibus malis pressum, Megaris, ubi Typhoei cubile esse ajunt;
ibi verbis contendebat inter sodales suos satis multos, virtutem autem nomine tenus sequendo semper in [ore habebant ac velut deterebant.

(Diogenes Laertius lib. II, 118 : καὶ τὸν (Κράτητα) ἀχθεσθέντα παρῳδῆσαι εἰς αὐτὸν (Στίλπωνα) οὕτω· Καὶ μὴν κτλ. Cf. Hesychius Milesius pag. 52 ed. Orell. Quartus versus τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα κτλ. significat : de summa virtute verbo tenus disserebant, rem ipsam negligebant. Alia ratio est loci Aristotelei Rhet. lib. III cap. 11, pag. 1412 ed. Bekk. : τὰ δὲ παρὰ γράμμα ποιεῖ, οὐχ ὃ λέγει λέγειν, ἀλλ' ὃ μεταστρέφει ὄνομα. Hujusmodi autem agnominatione in deridendo Cratete usus erat Stilpo apud Laertium l. c. : Ὦ Κράτης, ὀχεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ, id est, καὶ νοῦ.)

13. Φλιάσιόν τ' Ἀσκληπιάδην καὶ ταῦρον Ἐρέτρην.

(Diogenes Laertius lib. II, 126 : Φαίνεται δὴ ὁ Μενέδημος σεμνὸς ἱκανῶς γενέσθαι, ὅθεν αὐτὸν Κράτης παρῳδῶν φησι· Φλιάσιον κτλ. Cf. Hesych. Mil. p. 36. Ἐρέτρην valet hoc loco idem quod Ἐρετριέα vel Ἐρετρικόν, ut apud Demosthenem Orat. XVIII, 289 in epigrammate βράδην dicitur pro βραδέα, etsi non defuerunt qui ut hic Ἐρετρῇ, ita ibi βραδῇ legi vellent. Quum vero eandem scripturam tam Laertii quam Hesychii codices præbeant, nihil mutare ausus sum.)

14. Καὶ μὴν Μίκυλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα,
τῶν ἐρίων ξαίνοντα γυναῖκά τε συγξαίνουσαν,
τὸν λιμὸν φεύγοντας ἓν αἰνῇ ὀῆϊοτῆτι.

(Plutarchus De vit. aere al. cap. 7, vol. XII pag. 214 ed. Hutten. : Οὐχ ὁρᾷς, ὡς πολλὰ μὲν γῆ παρέχει, πολλὰ δὲ θάλαττα; Καὶ μὴν Μίκυλον εἰσεῖδον, φησὶν ὁ Κράτης, τῶν ἐρίων κτλ. Versum primum supplevi ex Homero, quum Crates hic imitatus sit Odyss. lib. XI, 581 : καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον, χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα. In tertio pro membranarum lectione ἐν ἑνὶ ὀῆϊοτῆτι jam Xylander recte reposuit ἐν αἰνῇ ὀῆϊοτῆτι ex Iliad. III, 20.)

15. Κόγχον καὶ κύαμον σύναγε.

(Teles apud Stobæum Flor. V, 67 : Ἀπορία καὶ ὀάνεια περιέστηκεν; κόγχον καὶ κύαμον συνήγαγε (al. συνάγαγε), φησὶν ὁ Κράτης, καὶ τὰ τούτοις πρόσφορα. Scripsi cum Bergkio Poet. Lyr. Græc. p. 525 σύναγε.)

16. Ὠνείδισάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα,
οὗ μὴ τυχόντι θάνατός ἐσθ' ἡ ζημία,
οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτέ,
ἀνιώμεθ'· οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει·
τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

(Stobæus Flor. CXV, 9 Κράτητος ἐξ Ἀντιφάνους. Videntur igitur hi versus a Stobæo ex Antiphanis quadam comœdia petiti esse, qui Cratetem eo modo de senectute disserentem induxerit. De Antiphane egit Meinekius Com. Græc. Fragm. vol. I. p. 304 seqq.)

17. Οὐχ εἷς πάτρας μοι πύργος, οὐ μία στέγη,
πάσης δὲ γέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
ἕτοιμος ἡμῖν ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 98 : γέγραφε (ὁ Κράτης) καὶ σπουδαίας ὑψηλότατον ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα, οἷόν ἐστι κἀκεῖνο· Οὐχ εἷς κτλ.

β'. ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

18. Πενία οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Κράτητι ἂν ἔδοξε τῷ Θηβαίῳ δεινόν, ὃς τῶν ἑαυτοῦ τῇ πόλει παραχωρήσας, καὶ εἰπών,

Κράτης Κράτητα χρημάτων ἀποστερεῖ,

τότε ἔδοξεν ἐλευθεροῦσθαι καὶ στέφανον ὡς ἐπὶ ἐλευθερίᾳ περιεβάλλετο, ὅτι τὴν πενίαν ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἠλλάξατο.

(Simplicius Comment. in Epictet. Enchir. cap. X p. 107 seq. ed. Schweigh. [pag. 64 ed. Salmas.] Latius illud Diogenes Laertius VI, 87 his verbis perscribit : Τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα καὶ τἆλλα λυπρὸν αἴξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν· ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν (καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν) ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις διανεῖμαι ταῦτα,

---

13. Phliasiumque Asclepiaden et taurum Eretriensem.

14. Quin etiam Micylum vidi gravia mala ferentem,
lanam carminantem ejusque uxorem operis sociam
famem vitantes in horribili bello.

15. Concham et fabam collige.

16. Exprobrasti mihi senectutem, tanquam magnum malum,
quam qui non fuerit adeptus, morte mulctatur,
quam omnes desideramus; at si quando venerit,
dolemus; adeo ingrati adversus naturam sumus.
Nam nemo vitæ tam cupidus est, quam qui senescit.

17. Non una patriæ turris, non unum tectum mihi est,
sed universæ terræ oppida et domus
nobis paratæ habitationes sunt.

2. SENTENTIÆ ET APOPHTHEGMATA.

18. Paupertas non est malum; alioquin etiam a Cratete Thebano in malis numerata foret, qui quum reipublicæ opes suas concessisset dixissetque :

Crates Cratetem privat hac pecunia,

tum demum se in libertatem assertum credidit, et quasi acceptæ libertatis causa coronam sibi ad caput accommodavit, quia paupertatem cum divitiis commutasset.

αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν, ὥστε καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. Φησὶ γοῦν· Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασύ, ἵν' ὡς Κράτης ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος. Eadem fere leguntur apud Ælianum Var. hist. III, 6; Plutarchum de vit. aer. al. cap. 8, vol. XII pag. 218 ed. Hutten; Originem contra Celsum lib. II pag. 84 ed. Spencer. et in Matthæum cap. 19. At diversa ab his tradit Demetrius Magnes apud Laertium VI, 88: φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης, τραπεζίτῃ τινὶ παρακατατιθέναι τὸ ἀργύριον, συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γένοιντο, αὐτοῖς ἀποδοῦναι, εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ δήμῳ διανεῖμαι· μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσοφοῦντας. Adde Philostratum in vita Apollonii lib. I cap. 10 ita scribentem: τὸν δὲ Θηβαῖον Κράτητα καταποντώσαντα τὴν οὐσίαν οὔτε ἀνθρώποις γενέσθαι ἐπιτήδειον οὔτε προβάτοις.)

19. Τοὺς τῶν μοιχευόντων (γάμους) ἔφη τραγικούς, οὓς φυγὰς καὶ φόνους ἔχειν ἔπαθλα· τοὺς δὲ τῶν ἑταίρας προσιόντων κωμικούς· ἐξ ἀσωτίας γὰρ καὶ μέθης μανίαν ἀπεργάζεσθαι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 89.)

20. Παραχαλῶν περί του τὸν γυμνασίαρχον, τῶν ἰσχίων αὐτοῦ ἥψατο· ἀγανακτοῦντος δὲ ἔφη· Τί γάρ; οὐχὶ καὶ ταῦτα σά ἐστι καθάπερ καὶ τὰ γόνατα;

(Diogenes Laertius lib. VI, 89.)

21. Ἔλεγέ τ' ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ῥοιᾷ ἀεὶ καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. VI, 89.)

22. Νικόδρομον ἐξερεθίσας τὸν κιθαρῳδὸν ὑποπιάσθη· προσθεὶς οὖν πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπέγραψε· Νικόδρομος ἐποίει.

(Diogenes Laertius lib. VI, 89. Simile quid de Diogene traditur. Vid. fragm. 96.)

23. Δημήτριον τὸν Φαληρέα πέμψαντα αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον ὠνείδισεν, εἰπών· Εἶθε γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον. Δῆλον οὖν, ὡς ὕδωρ ἔπινεν.

(Diogenes Laertius lib. VI, 90. Idem narrat Athenæus lib. X p. 422 C: καὶ Κράτης δ' ὁ κυνικός, ὥς φησι Σωσικράτης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς, ἐπερράπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου· Εἶθε γάρ, ἔφη, τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν.)

24. Ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν ἀστυνόμων ἐπιτιμηθείς, ὅτ. σινδόνα ἠμφίεστο, ἔφη· Καὶ Θεόφραστον ὑμῖν δείξω σινδόνα περιβεβλημένον. Ἀπιστούντων δέ, ἀπήγαγεν εἰς κουρεῖον καὶ ἔδειξε κειρόμενον.

(Diogenes Laertius lib. VI, 90.)

25. Ἐν Θήβαις ὑπὸ τοῦ γυμνασιάρχου μαστιγωθεὶς καὶ ἑλκόμενος τοῦ ποδός, ἐπέλεγεν ἀφροντιστῶν,

Ἕλκε ποδὸς τεταγὼν διὰ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

(Diogenes Laertius lib. VI, 90. Versus est Iliad. lib. I, 591.)

26. Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἐν ταῖς Χρείαις καὶ χώδιον αὐτόν φησί ποτε προσράψαι τῷ τρίβωνι ἀνεπιστρεπτοῦντα.

(Diogenes Laertius lib. VI, 91.)

27. Ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν αἰσχρὸς καὶ γυμναζόμενος ἐγελᾶτο. Εἰώθει δὲ λέγειν ἐπαίρων τὰς χεῖρας· Θάρρει, Κράτης, ὑπὲρ ὀφθαλμῶν καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος· τούτους δὲ ὄψει τοὺς καταγελῶντας ἤδη καὶ συνεσπασμένους ὑπὸ νόσου, καὶ σὲ μακαρίζοντας, αὐτοὺς δὲ καταμεμφομένους ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ.

(Diogenes Laertius lib. VI, 91.)

28. Ἔλεγε μέχρι τούτου δεῖν φιλοσοφεῖν, μέχρι ἂν δόξωσιν οἱ στρατηγοὶ εἶναι ὀνηλάται.

(Diogenes Laertius lib. VI, 92. Philosophiam ait in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia positam esse, quique ejus studio teneantur, illam animi altitudinem assequi, qua

---

19. Adulterorum nuptias dixit esse tragicas, quæ præmia haberent exsilia et cædes: eorum nuptias autem qui meretrices adirent, comicas esse; nam ex luxu et ebrietate insaniam efficere.

20. Quum pro quodam intercederet apud gymnasii præfectum, ejus coxas tetigit. Illo indignante: *Quid enim*, inquit, *nonne et istæ tuæ sunt, sicut et genua?*

21. Dicebatque fieri non posse ut inveniretur homo errori non obnoxius, sed ut in malo granato semper etiam granum aliquod esse putridum.

22. Quum Nicodromum citharœdum irritasset, facies ejus sugillata est; quamobrem in tabella fronti imposita inscripsit: *Nicodromus faciebat.*

23. Demetrio Phalereo, qui panes ipsi ac vinum miserat, id exprobravit, dicens: *Utinam fontes etiam panes ferrent.* Manifestum igitur est, eum aquam bibisse.

24. Ab ædilibus Atheniensium reprehensus, quod sindone amictus esset: *Theophrastum quoque*, inquit, *sindone indutum vobis ostendam.* Quod quum illi non crederent, in tonstrinam abductis eum, dum tondebatur, ostendit.

25. Quum Thebis a gymnasii præfecto flagris cæsus esset ac pede traheretur, id non curans statim subjecit:

Protractum pedibus detrusit limine sacro.

26. Zeno Citieus in Chriis refert, etiam vellus eum aliquando assuisse pallio trito, quia de vestitu suo nihil laboraret.

27. Erat autem et facie deformi et quum se exerceret, ridebatur. Solebat vero sublatis manibus dicere: Securus sis, Crates, de oculis et reliquo corpore; sed istos irrisores videbis mox morbo contractos te quidem beatum prædicare, se autem inertiæ arguere.

28. Usque eo philosophandum esse dicebat, quoad exercituum duces asinarii esse viderentur.

belli decora aliaque ornamenta pro nihilo putent.)

29. Ἐρήμους ἔλεγε τοὺς μετὰ κολάκων ὄντας, ὥσπερ τοὺς μόσχους, ἐπειδὰν μετὰ λύκων ὦσιν· οὔτε γὰρ ἐκείνοις τοὺς προσήκοντας, οὔτε τούτοις συνεῖναι, ἀλλὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

(Diogenes Laertius lib. VI, 92.)

30. Κράτης ἀπείκαζε τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων τοῖς τρυπάνοις· ἄνευ γὰρ δεσμοῦ καὶ ἀνάγκης μηδὲν ἐθέλειν τῶν δεόντων ποιεῖν.

(Stobæus Flor. IV, 52 Κράτητος.)

31. Κράτης εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβαλὼν καὶ ὁρῶν τοὺς μὲν πιπράσκοντας, τοὺς δὲ ὠνουμένους, Οὗτοι, ἔφη, διότι ἐναντίον πρᾶγμα ἀλλήλοις ποιοῦσιν, ἑαυτοὺς μακαρίζουσιν· ἐγὼ δὲ ἐμαυτόν, ὅτι ἀμφοτέρων ἀπήλλαγμαι, μήτε ὠνούμενος μήτε πωλῶν.

(Stobæus Flor. V, 52 Κράτητος.)

32. Κράτης τοὺς κόλακάς φησι συγκατανευσιφάγους.

(Stobæus Flor. XIV, 16 Κράτητος.)

33. Κράτης πρὸς νέον πλούσιον πολλοὺς κόλακας ἐπισυρόμενον, Νεανίσκε, εἶπεν, ἐλεῶ σου τὴν ἐρημίαν.

(Stobæus Flor. XIV, 20.)

34. Κράτης λέγεται ὁ Θηβαῖος τοῖς στασιάζουσιν οἴκοις ἐπιφοιτῶν λόγοις εἰρήνης διακρίνειν τὰς ἔριδας.

(Antonius Serm. de caritate et pace.)

35. Μὴ παρὰ πάντων τὰ διδόμενα δέχεσθαι χρή· οὐ γὰρ θεμιτὸν ἀρετὴν ὑπὸ κακίας τρέφεσθαι.

(Antonius et Maximus Serm. de beneficentia et gratia.)

36. Κράτης νεανίσκον ἰδὼν ἀθλητικὸν οἴνῳ καὶ χρεοφαγίᾳ καὶ ἀσκήσει σάρκα πολλὴν ὑποτρέφοντα, εἶπεν. Ὦ δαιμόνιε, παῦσαι καθ' ἑαυτοῦ ποιῶν τὸ δεσμωτήριον ἰσχυρόν.

(Antonius et Maximus Serm. de incontinentia et ingluvie. Similis est S. Basilii sententia relata ab iisdem Serm. περὶ νηστείας καὶ ἐγκρατείας pag. 294 : Μὴ κολάκευέ σου τὴν σάρκα ὕπνῳ καὶ λουτροῖς καὶ μαλακοῖς στρώμασιν, ἀεὶ ἐπιλέγων τὸ ῥῆμα τοῦτο· τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; ὅσῳ γὰρ παχυτέραν σάρκα σεαυτῷ ποιεῖς, τοσούτῳ βαρύτερον τῇ ψυχῇ κατασκευάζεις τὸ δεσμωτήριον.)

37. Κόσμος ἐστίν, ὡς ἔλεγε Κράτης, τὸ κοσμοῦν· κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν· ποιεῖ δὲ τοιαύτην οὔτε χρυσός, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησι.

(Plutarchus Conjug. præcept. vol. VII p. 419 ed. Hutten. et Stobæus Floril. LXXIV, 48.)

38. Κράτης οὐ τῷ πλούτῳ εἶπεν ἑαυτὸν κηδοξηκέναι μεγάλα, ἀλλὰ τῇ πενίᾳ.

(Stobæus Floril. XCVII, 27.)

39. Πολλάκις ὁ Κράτης ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς ἔλεγεν, ὅτι, εἴπερ ἄρα δυνατὸν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ἀνακραγεῖν μέρος· Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, οἵτινες χρημάτων μὲν κτήσεως πέρι πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδήν, τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε;

(Plutarchus De liber. educ. cap. 7, vol. VII p. 16 ed. Hutten.)

40. Κράτης πήραν ἔχων καὶ τρίβωνα, παίζων καὶ γελῶν ὥσπερ ἐν ἑορτῇ τὸν βίον διετέλεσε.

(Plutarchus De animi tranquillitate cap. 4, vol. X p. 6 ed. Hutten.)

---

29. Desertos dicebat eos qui cum assentatoribus versarentur, haud secus ac vitulos, quum inter lupos essent : neque enim cum illis propinquos, neque cum his commercium habere, sed insidiatores.

30. Crates homines stultos terebris comparabat, quod nisi vinculis vel necessitate coacti officio suo fungi nollent.

31. Crates quum in forum descendisset, alios vendentes alios ementes conspicatus : *Hi*, inquit, *quod contraria inter se negotia agunt, se beatos putant; at ego me beatum prædico, quod utraque et emendi et vendendi cura liberatus sum.*

32. Crates parasitos appellat assentatores una cunantes.

33. Crates adolescenti diviti, quem parasitorum comitabatur turba, *Adolescens*, inquit, *miseret me tuæ solitudinis.*

34. Crates Thebanus fertur familias dissidentes adiisse ac de pace disserendo controversias diremisse.

35. Non decet dona a quovis data accipere; neque enim fas est virtutem a malitia sustineri.

36. Crates conspicatus adolescentem athleticæ arti deditum, qui vino, edendis carnibus et exercitatione corpus fecerat : O mirabilis, inquit, homo, desine adversus te ipsum carcerem munire.

37. Ornamentum est, ut dicebat Crates, quod ornat : ornat autem quod modestiorem mulierem efficit : talem vero facit neque aurum, neque smaragdus, neque coccum, sed quæcunque gravitatis, moderationis, verecundiæ speciem præstant.

38. Crates non divitiis, sed paupertate magnam se gloriam adeptum esse dixit.

39. Sæpenumero vetus ille Crates dicebat, se, si forte fieri posset, altissimo urbis loco conscenso exclamaturum : Quo tenditis, homines, qui omni studio ad rem faciendam incumbitis, filiorum autem, quibus opes vestras relinquetis, levem curam agitis?

40. Crates pera et pallio trito instructus, vitam tanquam diem festum per jocum et cum risu transegit.

41. Κράτητα δὲ τὸν φιλόσοφον εἰς πᾶσαν οἰκίαν εἰσιόντα μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης δεχομένων, θυρεπανοίκτην ἐκάλουν.

(Plutarchus Symposiac. lib. II quæst. I cap. 6 vol. XI pag. 65 ed. Hutten. Idem testatur Diogenes Laertius lib. VI, 86 : ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυρεπανοίκτης διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν καὶ νουθετεῖν. Conf. fragm. 17.)

42. Καὶ Κράτης δ' ὁ Θηβαῖος ἔλεγε·

Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων
εἰς στάσιν ἄμμε βάλῃς.

(Athenæus lib. IV, p. 158 B. Eadem verba servavit Plutarchus De sanit. tuend. cap. 7, vol. VII pag. 380 ed. Hutten. : ὁ μὲν οὖν Κράτης διὰ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος οὐχ ἥκιστα τὰς στάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσιν, μετὰ παιδιᾶς παρήνει· Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἀεὶ ἐς στάσιν ἄμμε βάλῃς. Lentibus lautas cœnas, seditionum materiam, præferendas esse Crates negabat.)

43. Ὁ Κράτης ἐδημοσίευσε τὴν οὐσίαν· εἶτα εἰς τὸ σῶμα βλαβείς, ἐσκωπτεν ἑαυτὸν τὴν χωλότητα τοῦ σκέλους καὶ τὸ κυρτὸν τῶν ὤμων· ἐπορεύετο δὲ ἐπὶ τὰς τῶν φίλων ἑστίας, ἄκλητος, κεκλημένος, διαλλάσσων τοὺς οἰκειοτάτους ἀλλήλοις, εἴποτε στασιάζοντας αἴσθοιτο. Ἐπετίμα δὲ οὐ μετὰ πικρίας, ἀλλὰ μετὰ χάριτος· οὐχ ἵνα συκοφαντεῖν δοκῇ τοὺς σωφρονισθέντας· ὠφελεῖν δὲ ἐθέλων αὐτούς τε ἐκείνους καὶ τοὺς ἀκούοντας.

(Julianus Orat. VI, pag. 201.)

44. Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐν Δελφοῖς ἑστῶσαν, ἀνέκραγεν ὅτι τοῦτο τῆς Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκεν.

(Stobæus Flor. VI, 39 Κράτης, et Plutarchus de Alexandri Magni fortuna vel virtute orat. II cap. 3, vol. IX p. 58 ed. Hutten. De eadem re sic Athenæus lib. XIII, p. 591 B : αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περικτίονες ἀνδριάντα ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ· κατεσκεύασε δ' αὐτὸν Πραξιτέλης. Ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ κυνικὸς ἔφη τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα. Ælianus Var. hist. lib. IX cap. 32 : Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ κίονος εὖ μάλα ὑψηλοῦ. Οὐκ ἐρῶ δὲ ἁπλῶς τοὺς Ἕλληνας, ὡς ἂν μὴ δοκοίην δι' αἰτίας ἄγειν πάντας, οὓς φιλῶ πάντων μάλιστα· ἀλλ' οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι. Τὸ δὲ ἄγαλμα χρυσοῦν ἦν.)

45. Ἡ δὲ μέτροις ὡρισμένοις κατέχουσα τὰς ἡδονὰς εὐταξία σώζει μὲν οἴκους, σώζει δὲ πόλεις κατὰ τὴν Κράτητος γνώμην.

(Stobæus Flor. V, 63 Ἰαμβλίχου.)

46. Κράτης τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς εἰκαζεν, ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μηδὲν λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

(Stobæus Floril. XV, 10.)

47. Ζήνων μὲν ἔφη Κράτητα ἀναγινώσκειν ἐν σκυτείῳ καθήμενον τὸν Ἀριστοτέλους προτρεπτικόν, ὃν ἔγραψε πρὸς Θεμίσωνα τὸν Κυπρίων βασιλέα, λέγων ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν ὥστε δαπανᾶν εἰς ταῦτα, ἔτι δὲ δόξαν ὑπάρχειν αὐτῷ. Ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ, τὸν σκυτέα ἔφη προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα καὶ τὸν Κράτητα εἰπεῖν· Ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Φιλίσκε, γράψειν πρὸς σὲ προτρεπτικόν· πλείω γὰρ ὁρῶ σοι ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι ὧν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης.

(Stobæus Floril. XCV, 21 ἐκ τῶν Τέλητος ἐπιτομή. Reposui γράψειν πρὸς σὲ pro membranarum

---

41. Cratetem autem philosophum, qui omnes intrans domos honorifice et amanter excipiebatur, ostiorum apertorem vocabant.

42. Sed Crates quoque Thebanus dicebat :

Ne ante lentem olla aucta
ad seditionem nos incites.

43. Crates bona sua publicabat; quumque distorto esset corpore, cruris sui claudicationem et gibbum humerorum cavillabatur; ad ædes autem amicorum sive invocatus seu vocatus accedebat, familiarissimos in gratiam reducens, si quando illos dissidere inter se animadvertisset. Reprehendebat vero non graviter, sed venuste : non ut calumniari castigatos, sed prodesse velle tam ipsis, quam cæteris, qui audiebant, videretur.

44. Crates conspicatus aureum Phrynes meretricis simulacrum quod Delphis collocatum erat, exclamavit : *hoc Græcorum incontinentiæ tropæum statutum est.*

45. Sed moderatio illa, quæ certis terminis voluptates circumscribit, familias simul et civitates de Cratetis sententia conservat.

46. Crates divitum et prodigorum hominum pecunias ficubus, quæ in præcipitiis nascuntur, comparabat : de quibus homines nihil sumunt, sed corvi et milvi, quemadmodum a prodigis hominibus meretrices et parasiti multa accipiunt.

47. Zeno ait Cratetem in sutrina sedentem legisse Aristotelis orationem suasoriam, quam scripsit ad Themisonem Cypriorum regem, neminem omnibus rebus ad philosophandum instructiorem esse dicens. Nam divitiis eum affluere, ita ut sumtus facere in studia possit, præterea gloria florere. Hæc eo legente, sutorem auscultasse interim calceos sarcientem : tum Cratetem dixisse : Certum mihi est, Philisce, suasoriam orationem ad te scribere; quoniam te omnibus rebus ad philosophandum instructiorem esse video, quam Aristoteles Themisonem fuisse scripsit.

lectione γράφειν εἰς σί. Cf. Pflugk. sched. cr. p. 28 et Cobet. var. lect. p. 205. Est autem Philiscus hoc loco sutoris nomen.)

48. Διὸ καὶ ὁ Κράτης πρὸς τὸν ἐπιζητοῦντα, τί οὖν μοι ἔσται φιλοσοφήσαντι; Δυνήσῃ, φησί, τὸ φασκώλιον ῥᾳδίως λῦσαι, καὶ τῇ χειρὶ ἐξελὼν εὐλύτως δοῦναι, καὶ οὐχὶ ὥσπερ νῦν στρέφων καὶ μέλλων καὶ τρέμων, ὥσπερ οἱ παραλελυμένοι τὰς χεῖρας· ἀλλὰ καὶ πλῆρες ὂν αὐτὸ οὕτως ὄψει, καὶ κενούμενον ἰδὼν οὐκ ὀδυνήσῃ, καὶ χρῆσθαι προελόμενος ῥᾳδίως δυνήσῃ, καὶ μὴ ἔχων οὐκ ἐπιποθήσεις, ἀλλὰ βιώσῃ ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν, τοῖς συμβεβηκόσιν οὐ δυσαρεστῶν.

(Stobæus Floril. XCVII, 31 ἐκ τῶν Τέλητος ἐπιτομή.)

49. Διὸ καὶ εἰ βούλει τὸν υἱόν σου τῆς ἐνδείας καὶ σκάνεως παῦσαι, μὴ πρὸς Πτολεμαῖον πέμπε, ὅπως χρήματα κτήσεται· εἰ δὲ μή, ἀλαζονείαν προσλαβὼν ἀπελεύσεται, περανεῖ δὲ οὐδέν· ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν πρὸς Κράτητα· ἐκεῖνος ἡδύνατο ἐξ ἀπλήστων καὶ πολυτελῶν ἐλευθερίους καὶ ἀφελεῖς κατασκευάζειν. Καὶ Μητροκλῆς δὲ ἐκεῖνος ἔφη, ὡς ἔοικεν, ὅτε μὲν παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ξενοκράτει σχολάζοι, πολλῶν αὐτῷ ἐξ οἴκου ἀποστελλομένων, φοβεῖσθαι, μὴ τῷ λιμῷ ἀποθάνοι, καὶ ἀεὶ σπανίζειν καὶ ἐνδεὴς εἶναι· μεταβὰς δὲ ὕστερον πρὸς Κράτητα, κἂν ἄλλον πρὸς τρέφειν, οὐδενὸς πεμπομένου. Τότε μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀκάττυτον, ἥλους οὐκ ἔχον, εἶτα χλανίδα, παίδων ἀκολουθίαν, οἰκίαν μεγάλην εἰς τὸ σύνδειπνον, ἄρτον καθαρόν, ὄψον μὴ τὸ τυχόν, οἶνον ἡδύν, ὑποδοχὰς τὰς ἐπιβαλλούσας πάντα πολυτελεῖς· ἐλεύθερος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἀναστροφὴ ἐκρίνετο· πρὸς Κράτητα δὲ μεταβάντι οὐδὲν ἦν τούτων· ἀλλ' ἀφελέστερος τῷ τρόπῳ γενόμενος ἤρκειτο τρίβωνι καὶ μάζῃ καὶ λαχανίοις, οὐκ ἐπιποθῶν τὴν προτέραν δίαιταν οὐδὲ τῇ παρούσῃ δυσχεραίνων. Πρὸς ῥῖγος ἡμεῖς μὲν ζητοῦμεν παχύτερον ἱμάτιον· ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸν τρίβωνα περιῄει τρόπον τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων. Εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι, εἰσελθὼν ἂν εἰς τὸ βαλανεῖον τῷ γλοιῷ ἠλείψατο· καὶ βαδίσας ἐνίοτε πρὸς τὴν κάμινον οὗ τὰ χαλκεῖα, τῶν μαινάδων ἀποπυρίδα ποιήσας, περιχέας ἂν ἐλάδιον, καθίσας ἠρίστησε. Καὶ ἐκάθευδε τὸ μὲν θέρος ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὸν δὲ χειμῶνα ἐν τοῖς βαλανείοις, οὐ σπανίζων, ὥσπερ πρὸ τοῦ, οὐδὲ ἐνδεὴς ὤν, ἀλλ' ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, διακόνους οὐκ ἐπιθυμῶν ἔχειν. Θαυμαστὸν μὲν γάρ, φησίν, εἰ Μάνης μὲν Διογένους ἄνευ δυνήσεται ζῆν, Διογένης δὲ ἄνευ Μάνους οὐ δυνήσεται θαρρεῖν.

(Stobæus Floril. XCVII, 31. Reposui οἰκίαν μεγάλην εἰς τὸ σύνδειπνον, ἄρτον καθαρόν, ὄψον μὴ τὸ τυχόν, οἶνον ἡδύν, ὑποδοχὰς τὰς ἐπιβαλλούσας πάντα πολυτελεῖς, quum vulgo legeretur : οἰκίαν μεγάλην εἰς τὸ σύνδειπνον, ὅπως ἄρτοι καθαροί, ὄψον μὴ τὸ τυχόν, οἶνος ἡδύς, ὑποδοχὰς τὰς ἐπιβαλλούσας ἵνα πολυτελῶς.)

50. Εἰ δὲ δεῖ τὸν εὐδαίμονα βίον ἐκ τῶν πλεοναζουσῶν ἡδονῶν ἐγκρῖναι, οὐδείς, φησὶν ὁ Κράτης, εὐδαίμων γεγονὼς ἂν εἴη, ἀλλ' εἰ θέλει τις ἐκλογίσασθαι ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ πάσας τὰς ἡλικίας, εὑρήσει πολλῷ πλείους τὰς ἀλγηδόνας. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ παντὸς

---

48. Quamobrem etiam Crates homini cuidam interroganti, quem fructum e sapientiæ studio percepturus esset, Marsupium, inquit, facile aperire poteris, et manu exemta expedite aliis donare, non ita ut nunc facis, versans et cunctans tremensque, eorum instar quorum manus debilitatæ sunt. Sed si plenum fuerit, eodem modo illud aspicies; et vacuum intuitus, non dolebis. Porro si nummis uti statueris, facile poteris; et si nihil habeas, non alia desiderabis, sed contentus vives præsentibus, eorum quæ absunt non appetens : denique in rerum eventu acquiesces.

49. Quare si vis filium tuum ab egestate et inopia tutum præstare, noli eum ad Ptolemæum mittere, ut pecuniam sibi acquirat : alioquin arrogantia auctus abibit, nihil autem proficiet; verum in Academiam ad Cratetem, qui homines insatiabiles ac sumtuosos reddere potuit liberales et frugi. Sed Metrocles quoque ille, quum Theophrasto et Xenocrati operam daret, licet multa ipsi domo mitterentur, metuisse se tamen, ut par est, ajebat, ne fame periret semperque rerum omnium inopia laboraret et penuria fatigaretur; postea vero, quum in Cratetis castra transiisset, alterum saltem insuper aluisse, quamvis nihil amplius ipsi mitteretur. Tunc enim opus erat habere calceos, præsertim non consutos, ac sine clavis, deinde lænam tenuiorem et molliorem, famulorum comitatum, ædes satis amplas ad convivium, panes candidos, obsonium non vulgare, vinum suave, cœnas aptas, id est lautissimas. Nam hujusmodi victus apud istos liberalis existimabatur. Quum vero ad Cratetis sectam transiisset, nihil istorum habebat, sed mutatis moribus frugalior factus, pallio trito, maza et olusculis contentus erat, priorem vitæ rationem non amplius desiderans neque præsentem ægre ferens. Nos quidem adversus frigus crassiorem vestem quærimus, ille vero pallio duplicato circumibat, ita ut duas quodammodo vestes gereret. Quodsi unctione indigeret, balneum ingressus strigmentis inungebatur; et interdum ad caminum labrorum profectus, pisciculis e mænarum genere super ignem assalis, quum paululum olei affudisset, assidens prandebat. Porro æstate in templis dormiebat, hieme vero in balneis : non indigens, ut antea, nec inops, sed contentus præsentibus, quippe qui famulos habere non cuperet. Nam mirandum, inquit, fuerit, si Manes quidem sine Diogene vivere possit, Diogenes autem sine Mane bono animo esse non possit.

50. Quodsi vitam beatam voluptatum multitudine redundantem statui oportet, nemo, ut ait Crates, beatus

χρόνου ὁ ἥμισυς ἀδιάφορος, ἐν ᾧ καθεύδω· εἶθ' ὁ πρῶτος ὁ κατὰ τὴν παιδοτροφίαν ἐπίπονος. Πεινᾷ τὸ παιδίον, ἡ δὲ τροφὸς κατακοιμίζει· διψᾷ, ἡ δὲ λούει· κοιμηθῆναι θέλει, ἡ δὲ κρόταλον ἔχουσα ψοφεῖ. Εἰ δ' ἐκπέφευγε τὴν τιτθήν, παρέλαβε πάλιν ὁ παιδαγωγός, παιδοτρίβης, γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικός, ζωγράφος. Προάγει ἡλικία· προσγίγνεται ἀριθμητικός, γεωμέτρης, πωλοδάμνης, [ὑπὸ τούτων πάντων μαστιγοῦται,] ὄρθρου ἐγείρεται, σχολάσαι οὐκ ἔστιν. Ἔφηβος γέγονεν, ἔμπαλιν τὸν κοσμητὴν φοβεῖται, τὸν παιδοτρίβην, τὸν ὁπλομάχον, τὸν γυμνασίαρχον. Ὑπὸ πάντων τούτων μαστιγοῦται, παρατηρεῖται, τραχηλίζεται. Ἐξ ἐφήβων ἐστὶ καὶ ἤδη εἴκοσιν ἐτῶν, ἔτι φοβεῖται καὶ παρατηρεῖ καὶ ταξίαρχον καὶ στρατηγόν. Παρακοιτεῖν ὅπου δεῖ, οὗτοι παρακοιτοῦσι· φυλάττειν καὶ ἀγρυπνεῖν, οὗτοι φυλάττουσιν· εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, οὗτοι ἐμβαίνουσιν. Ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀκμάζει, στρατεύεται καὶ πρεσβεύει ὑπὲρ τῆς πόλεως, πολιτεύεται, στρατηγεῖ, χορηγεῖ, ἀγωνοθετεῖ· μακαρίζει ἐκεῖνον τὸν βίον ὃν παῖς ὢν ἐβίωσε. Παρήκμασε καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας, πάλιν παιδοτροφίαν ὑπομένει καὶ ἐπιποθεῖ τὴν νεότητα, καὶ ἡ νεότης μοι φίλον, τὸ δὲ γῆρας βαρύτερον Αἴτνης. Οὐχ ὁρῶ οὖν πῶς εὐδαίμονά τις βίον ἔσται βεβιωκώς, εἴπερ δεῖ τῷ πλεονασμῷ τῶν ἡδονῶν ἐκμετρῆσαι.

(Stobæus Floril. XCVIII, 72 ἐκ τῶν Τέλητος περὶ τοῦ μὴ εἶναι τέλος ἡδονήν.)

---

fuerit, sed si quis singulas totius vitæ ætates considerare velit, multo plures dolores inveniat. Primum enim omnis illius temporis dimidium, quo quiescimus, indifferens est: deinde puerorum educationis primordia laboriosa sunt. Esurit infans, a nutrice sopitur: sitit, ab illa lavatur: dormire vult, nutrix crepitaculum quatit. Jam vero si nutricis manus effugit, rursus ipsum pædagogus assumit, palæstrita, ludimagister, musicus, pictor. Adolescit, accedit arithmeticus, geometres, equorum domitor [ab his omnibus flagellatur], diluculo excitatur e somno, nunquam otio fruitur. Ephebus factus est, rursus moderatorem metuit, palæstritam, hoplomachum, gymnasii præfectum. Ab his omnibus flagellatur, observatur, obtorto collo trahitur. Ex ephebis excessit, et jam vigesimum agit annum; adhuc metuit et observat tum centurionem tum exercitus ducem. Excubare ubi oportet, hi excubant: custodiendum vel vigilandum est, hi custodiunt: naves intrandæ sunt, lidem intrant. Virilem deinde ætatem et vigorem assecutus militat, legationes civitatis nomine obit, rempublicam administrat, exercitui præest, choragi munere fungitur, certamina moderatur: interim vero puerilitiam olim actam laudibus ornat. Postremo ætate declivis consenescit, rursus puerilem institutionem sustinet, et adolescentiam desiderat. O grata mihi adolescentia, senectus vero onus Ætna gravius! Quamobrem non video, quomodo quis vitam beatam degere possit, si voluptatum abundantia metienda sit.

Digitized by Google

DE MONIMO.

Monimus (1) Syracusanus, Diogenis dicipulus, de quo pauca veteres memoriæ tradiderunt, mensarii Corinthii famulus fuit. Huic Xeniades, commemoratis sæpe Diogenis, servi sui, virtutibus, quem dictis factisque excellere judicabat, Cynici desiderium incussit. Quapropter simulata vesania disjicere cœpit numulos et omnem quæ erat in mensa pecuniam, donec a domino dimissus est. Ita accepta libertate Diogenem potissimum audivit et cum Cratete aliisque id genus philosophis versatus est. Quæ res eam vim habuit, ut domino magis etiam insanire videretur. At tantam et eruditionem sibi comparavit et gloriam adeptus est, ut Menander quoque in quadam comœdia de eo mentionem fecerit. Sic enim ait (2) :

Monimus fuit quidam sciens vir, o Philo,
verum nobilior. Pera huic una non erat :
at enim vero tres. Is caninum habitum ferens
nihil dicebat simile istis sententiis,
puta, Te ipsum nosce quæque canunt ejusmodi;
sed nec mendicans quidquam, nec sorde obsitus.
Nam cuncta fastum dixit esse dogmata.

Adeo vero gravem et constantem fuisse proditum est, ut contemta gloria solam veritatem appeteret. Jure igitur inter eos qui judicandi facultatem sustulerunt numeratur a Sexto Empirico (3) adv. Math. p. 146 et 221, quod omnia opinabilia et merum fastum esse affirmasset. Scripsit autem ludicra sententiis seriis permixta, duos de appetitionibus libros et suasoriam (4).

(1) Diogenes Laertius lib. VI, 82-83 : Μόνιμος, Συρακούσιος, μαθητὴς μὲν Διογένους, οἰκέτης δέ τινος τραπεζίτου Κορινθίου, καθά φησι Σωσικράτης. Πρὸς τοῦτον συνεχὲς ἀφικνούμενος ὁ Ξενιάδης ὁ τὸν Διογένην ἐωνημένος, τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων διηγούμενος, εἰς ἔρωτα τοῦ ἀνδρὸς ἐνέβαλε τὸν Μόνιμον. Αὐτίκα γὰρ ἐκεῖνος μανίαν προσποιηθεὶς τό τε κέρμα διερρίπτει, καὶ πᾶν τὸ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἀργύριον, ἕως αὐτὸν ὁ δεσπότης παρητήσατο. Καὶ ὃς τὐθέως Διογένους ἦν. Παρηκολούθησε δὲ καὶ Κράτητι τῷ Κυνικῷ συχνά, καὶ τῶν ὁμοίων εἶχετο, ὅτε καὶ μᾶλλον ὁρῶν αὐτὸν ὁ δεσπότης εὐδόκει μαίνεσθαι. Ἐγένετο δὲ ἀνὴρ εὐλόγιμος, ὡς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι. Ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ εἶπεν οὕτως, Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφός, Ἐνδοξότερος, μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων, Πήρας μὲν οὖν τρεῖς· ἀλλὰ κυνὸς ἐν σχήματι Ἐφήγξατ' οὐδὲν ἐμφερές, μὰ τὸν Δία, Τῷ γνῶθι σαυτὸν οὔτε τοῖς βοωμένοις Τούτοις· παρὰ ταῦτα δ' οὐ προσαιτῶν, οὐ ῥυπῶν· Τὸ γαρ ὑπολειφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη. Οὗτος μὲν ἐμβριθέστατος ἐγένετο, ὥστε δόξης μὲν καταφρονεῖν, πρὸς δὲ ἀλήθειαν παρορμᾶν. Γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λειηθυίᾳ μεμιγμένα, καὶ Περὶ ὁρμῶν δύο καὶ Προτρεπτικόν. — (2) Locum corruptum emendavi. — (3) Sextus Empiricus adv. Math. lib. VII, p. 221 : τάχα δὲ καὶ ὁ Μόνιμος ὁ Κύων, τῦφον εἶναι τὰ πάντα ... ὅπερ οἰησίς ἐστι τῶν οὐκ ὄντων ὡς ὄντων. Idem l. c. p. 146 : οὐκ ὀλίγοι δὲ ἦσαν, ὡς προεῖπον, οἱ καὶ τοὺς περὶ Μητρόδωρον καὶ Ἀνάξαρχον, ἔτι καὶ Μόνιμον φήσαντες ἀνῃρηκέναι τὸ κριτήριον. Ἀλλὰ Μητρόδωρον μέν, ὅτι εἶπεν, Οὐδὲν ἴσμεν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἴσμεν, ὅτι οὐδὲν ἴσμεν. Ἀνάξαρχον δὲ καὶ Μόνιμον, ὅτι σκιαγραφίᾳ ἀπείκασαν τὰ ὄντα, τοῖς τε κατὰ ὕπνους ἢ μανίαν προσπίπτουσι ταῦτα ὡμοιῶσθαι ὑπέλαβον. Marcus Antoninus lib. II, 13 : ὅτι πᾶν ὑπόληψις. Δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου λεγόμενα. — (4) Citatur et Monimus quidam ἐν τῇ τῶν θαυμασίων συναγωγῇ apud Clementem Alexandrinum in Admonitione ad gentes pag. 27, b, et apud Cyrillum libro IV contra Julianum p. 150 ; sed illum a Cynico diversum esse existimamus.

Digitized by Google

ΜΟΝΙΜΟΥ

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Τὸν πλοῦτον εἶπε τύχης ἔμετον εἶναι.
(Stobæus Floril. XCIII, 36 Μονίμου.)

2. Μόνιμος ὁ Κυνικὸς φιλόσοφος ἔφη κρεῖττον εἶναι τυφλὸν ἢ ἀπαίδευτον· τὸν μὲν γὰρ εἰς τὸν βόθρον, τὸν δ' εἰς τὸ βάραθρον ἐμπίπτειν.
(Excerpta e Cod. Flor. Joann. Damasc. in Stob. Floril. vol. IV. p. 201 ed. Meinek.)

MONIMI

APOPHTHEGMATA.

1. Divitias fortunæ vomitum esse dixit.
2. Monimus Cynicus satius esse ait cæcum esse, quam indoctum: illum enim in foveam incidere, hunc in perniciem agi.

Digitized by Google

DE DEMONACTE.

Demonax Cyprius qui Hadriano, Antonino Pio et M. Aurelio imperantibus inclaruit, renovata cum Demetrio et Œnomao Cynicæ sectæ memoria Socratis quidem, Diogenis et Aristippi vestigiis ingressus est, sed ad Cynicorum auctoritatem maxime se contulit. Hujus vitam depinxit ejusque mores et virtutes exposuit Lucianus confecto libro qui etiam nunc inter ejus scripta exstat (2). Est autem Lucianus locuples testis rerum Demonactis, ut qui diuturna cum eo consuetudine conjunctus fuerit (3). Quo magis dolemus libellum ejus non esse integrum, sed inter caput 11 et 12 excidisse commentariorum a philosopho scriptorum atque itinerum illius commemorationem, quia Athenis omnes quos habuisse dicitur magistros audire non potuit. Quando igitur natus et quando mortuus sit Demonax, incertum est, sed non videtur procul errare qui diligentissime temporum annales persecutus hominis Samosatensis narratione perlecta anno post Chr. n. 80 Cynicum in lucem editum et prope centum annorum senem non multo ante M. Aurelii imperatoris mortem, id est, paulo ante a. 180 supremum diem obiisse statuat.

Jam primum omnium quo tempore Cypro relicta Athenas venerit, ubi plurimum postea vixit Demonax, non traditur. Constat tantum, eum sapientiæ professores adiisse Agathobulum et Demetrium Cynicos, Epictetum Stoicum, denique Timocratem Heracleoten non intelligendi solum, sed etiam dicendi auctorem. Quantum autem tum illorum magistrorum disciplinæ, tum suo ingenio in rerum contemplatione debuerit, definiri non potest. Namque ab ineunte adolescentia optimis artibus sese dignum esse ratus in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocavit. Neque vero illotis (4), ut ajunt, pedibus ad sapientiæ studium se contulit, sed postquam cum poetis, quorum plerosque memoria tenebat, familiaritatem contraxerat diuque in dicendi arte versatus erat et superio-

(1) Cf. A. *Recknagelii* commentatio de Demonacte philosopho. Noribergæ 1857. — (2) De quo Eunapius in Proœmio pag. 4 ed. Boisson.: Λουκιανὸς δὲ ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι, Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν, ἐν ἐκείνῳ τε τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις ὅτ' ὄλου σπουδάσας. Iujuria ergo Luciano hunc librum abjudicarunt Olearius et Bekkerus, quos refutavit F. V. *Fritzschius* in Dissertatione de Luciani Demonacte et Sostrato Rostochii anno 1864 edita pag. 3. — (3) Lucianus vit. Demonact. c. 1-3: Ἔμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος τὸ παντάπασιν ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων, ἀλλὰ καὶ σώματος ἀρετὴν ὑπερφυᾶ καὶ γνώμην ἄκρως φιλόσοφον ἐφανεῖν. Λέγω δὲ εἴς τε τὸν Βοιώτιον Σώστρατον ἀναφέρων, ὃν Ἡρακλέα οἱ Ἕλληνες ἐκάλουν καὶ ᾤοντο εἶναι καὶ μάλιστα εἰς Δημώνακτα τὸν φιλόσοφον, οὓς καὶ εἶδον αὐτὸς καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, θατέρῳ δὲ τῷ Δημώνακτι καὶ ἐπὶ μήκιστον συνεγενόμην. Περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ καὶ ἰσχύς· ὑπερβολὴ καὶ ἡ ὕπαιθρος ἐν τῷ Παρνασσῷ εὐνὴ καὶ ἡ ἐπίπονος δίαιτα καὶ τροφαὶ ὄρειοι καὶ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τοῦ ὀνόματος καὶ ὅσα ἢ λῃστὰς ἀναιρῶν ἔπραξεν ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα. Περὶ δὲ Δημώνακτος ἤδη δίκαιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἐκεῖνός τε διὰ μνήμην εἴη τοῖς ἀρίστοις τό γε κατ' ἐμὲ καὶ οἱ γενναιότατοι τῶν νέων καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες ἔχοιεν μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν, ἀλλὰ κἀκ τοῦ ἡμετέρου βίου κανόνα προτίθεσθαι καὶ ζηλοῦν ἐκεῖνον ἄριστον ὧν οἶδα ἐγὼ φιλοσόφων γενόμενον. Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν οὐκ Ἀγαθοβούλου μὰ Δί' οὐδὲ Δημητρίου πρὸ αὐτοῦ οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων, ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο τούτοις καὶ ἔτι Τιμοκράτει τῷ Ἡρακλεώτῃ σοφῷ ἀνδρὶ φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ. Ἀλλ' ὁ γὰρ Δημώναξ οὐχ ὑπὸ τούτων τινός, ὡς ἔφην, παρακληθείς, ἀλλ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κεκινημένος ὑπερεῖδε μὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν ἁπάντων, ὅλον δὲ παραδοὺς ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ καὶ παῤῥησίᾳ διετέλεσεν αὐτός τε ὀρθῷ καὶ ὑγιεῖ καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ χρώμενος καὶ τοῖς ὁρῶσι καὶ ἀκούουσι παράδειγμα παρέχων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην καὶ τὴν ἐν τῷ φιλοσοφεῖν ἀλήθειαν. — (4) Lucianus vit. Demonact. c. 4 — 6: Οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσί, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς ταῦτα ᾔξεν, ἀλλὰ καὶ ποιηταῖς σύντροφος ἐγένετο καὶ τῶν πλείστων ἐμέμνητο καὶ λέγειν ἤσκητο καὶ τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις οὐκ ἐπ' ὀλίγον οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος ἠπίστατο, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἐγεγύμναστο καὶ πρὸς καρτερίαν διεπεπόνητο, καὶ τὸ ὅλον ἐμεμελήκει αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προσδεᾶ εἶναι· ὥστε ἐπεὶ καὶ ἔμαθεν οὐκέτι ἑαυτῷ διαρκῶν, ἐκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου πολὺν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων καταλιπών. Φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐχ ἓν ἀποτεμόμενος, ἀλλὰ πολλὰ ἐς ταὐτὸ καταμίξας οὐ πάνυ τι ἐξέφαινε τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν. Ἔοικε δὲ τῷ Σωκράτει μᾶλλον ᾠκειῶσθαι, εἰ καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ βίου ῥᾳστώνῃ τῶν Σινωπέα ζηλοῦν ἔδοξεν, οὐ παραχαράττων τὰ εἰς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασιν ὢν καὶ πεζὸς καὶ οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τύφῳ κάτοχος συνῆν καὶ ξυνεπολιτεύετο. Τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἀποφαίνων τὰς συνουσίας, ὡς τοὺς προσομιλήσοντας ἀπέναι μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγεννοῦς μήτε τὸ σκυθρωπὸν τῶν ἐπιτιμήσεων ἀποφεύγοντας, παντοίους δὲ ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους καὶ κοσμιωτέρους παρὰ πολὺ καὶ

rum philosophorum præcepta perceperat, ad pertractandam hanc disciplinarum reginam se dedit. Fuit autem, licet habitu et victus tenuitate aliquatenus Sinopensem æmulari videretur, Cynica ejus institutio Socratis aliorumque philosophorum decretis temperata. Quin etiam (5) attica in jocis ejus urbanitas comparebat sermonesque lepore et festivitate conditi erant, ita ut, quod de Pericle scripsit Eupolis, in illius labris Suada sessitaret. Quocirca non modo discipulis, sed omnibus etiam Atheniensibus atque adeo Græciæ universæ placebat (6). Neque tamen obtrectatores ei defuerunt, a quibus nunquam sacrificasse arguebatur. Addebant eum unum ex omnibus non esse Eleusiniis sacris initiatum. Quum igitur Demonax coronatus ac pura veste indutus in concionem prodiisset, partim concinne partim asperius quam pro instituto suo causam dixit. Etenim in hoc imitatus est Socratem, qui ut est apud Ciceronem De or. I, 54 ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse judicum. Quippe asperiore proœmio usus : *Coronatum*, inquit, (victimæ instar) *quoniam me videtis, agite, jam me quoque mactate; priore enim illa hostia* (Socrate) *non litastis. Nolite autem mirari, Athenienses, me prius Minervæ non sacrificasse; siquidem illam sacrificiis a me factis indigere non putabam.* Præterea mysteriis se non esse initiatum professus est, quia si bona forent, ea omnibus enuntiasset, si mala, homines nondum initiatos ab hujusmodi orgiis avertisset. Itaque hac cavillatione causam judicesque ludendo effecit, ut multitudo ad sanitatem reverteretur ipseque e periculo evaderet. Athenienses enim quum jam essent ipsum lapidibus percussuri, versa in benevolentiam ira ab illo tempore cœperunt eum colere et observare ac postremo etiam admirari. Cæterum (7) usque ad vitæ finem tanto honore cives cæterique Græci Demonactem prosecuti sunt, ut prodeunti in publicum magistratus assurgerent omnesque silentium obtinerent.

Postremo quum jam esset summa senectute, vir venerabilis invocatus quamcunque libebat domum ingressus ibi cœnabat ac dormiebat; quique in ea habitabant, deum quendam adve-

φαιδροτέρους καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας. — (5) Lucianus vit. Demonact. c. 7-10 : Οὐδεπώποτε γοῦν ὤφθη κεκραγὼς ἢ ὑπερδιατεινόμενος ἢ ἀγανακτῶν οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾶν τῳ δέοι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων καθήπτετο, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίγνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἤξιου λαμβάνειν τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργῇ δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων· ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου τὰ πταισθέντα ἐπανορθοῦν. Τοιούτῳ δὴ βίῳ χρώμενος εἰς ἑαυτὸν μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνέπραττε τὰ εἰκότα, καὶ τοὺς μὲν εὐτυχεῖν δοκοῦντας αὐτῶν ὑπεμίμνησκεν ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους, τοὺς δὲ ἢ πενίαν ὀδυρομένους ἢ φυγὴν συγχεραίνοντας ἢ γῆρας ἢ νόσον αἰτιωμένους σὺν γέλωτι παρεμυθεῖτο οὐχ ὁρῶντας ὅτι μετὰ μικρὸν αὐτοῖς παύσεται μὲν τὰ ἀνιῶντα, λήθη δέ τις ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ ἐλευθερία μακρὰ πάντας ἐν ὀλίγῳ καταλήψεται. Ἤμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιάζοντας διαλλάττειν καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς γεγαμηκότας εἰρήνην πρυτανεύειν· καί που καὶ δήμοις ταραττομένοις ἐμμελῶς διελέχθη καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἔπεισεν ὑπουργεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. Τοιοῦτός τις ἦν ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, πρᾶος καὶ ἥμερος καὶ φαιδρός. Μόνον αὐτὸν ἡνία φίλου νόσος ἢ θάνατος, ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν τὴν φιλίαν ἡγούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπασι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπον γε ὄντα. Πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. Καὶ πάντα ταῦτα μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεί, τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι. Eupolis apud Diod. Sic. lib. XII cap. 40 : Περικλέης σὺλύμπιος Ἥστραπτ', ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν· Οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις. — (6) Lucianus vit. Demonact. c. 11 : Τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὅ τε σύμπας δῆμος καὶ οἱ ἐν τέλει ὑπερφυῶς ἐθαύμαζον αὐτὸν καὶ διετέλουν ὡς τινα τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. Καίτοι ἐν ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς πολλοῖς αὐτῶν καὶ μῖσος οὐ μεῖον [τοῦ Σωκράτους] παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἐκτήσατο ἐπί τε τῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ, καί τινες ἐπ' αὐτὸν συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ Μέλητοι τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες ἅπερ κἀκείνου οἱ τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτε οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις· πρὸς ἅπερ ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος καὶ καθαρὸν ἱμάτιον ἀναλαβὼν καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο· πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα, οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. Πρὸς δὲ θάτερον, τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν αἰτίαν τοῦ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι, ἂν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων, ἂν τε καλά, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ὑπὸ φιλανθρωπίας· ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντας πράους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀφθαμένους τιμᾶν καὶ αἰδεῖσθαι καὶ τὰ τελευταῖα θαυμάζειν, καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ· Ἄνδρες γάρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ κατεθύσατε, τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε. — (7) Lucianus vit. Demonact. c. 63 : ἐδίω δὲ ἔτη ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατὸν ἄνοσος, ἄλυπος, οὐδένα ἐνοχλήσας τι ἢ αἰτήσας, φίλοις χρήσιμος, ἐχθρὸν οὐδένα οὐδεπώποτε ἐσχηκώς· καὶ τοσοῦτον ἔρωτα ἔσχον πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε αὐτοὶ καὶ ἅπασα ἡ Ἑλλάς, ὥστε παριόντι ὑπεξανίστασθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας, σιωπὴν δὲ γίνεσθαι παρὰ πάντων. Τὸ τελευταῖον δὲ ἤδη ὑπέργηρως ὢν ἀκλητος εἰς ἣν τύχοι παριὼν οἰκίαν ἐδείπνει καὶ ἐκάθευδε, τῶν ἐνοικούντων θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα καί τινα ἀγαθὸν δαίμονα εἰσεληλυθέναι αὐτοῖς εἰς τὴν οἰκίαν. Παριόντα δὲ αἱ ἀρτοπώλιδες ἀνθεῖλκον πρὸς αὐτὰς ἑκάστη ἀξιοῦσα παρ' αὐτῆς λαμβάνειν τῶν ἄρτων, καὶ τοῦτο εὐτυχίαν ἑαυτῆς ἡ δεδωκυῖα ἔφετο. Καὶ μὴν καὶ οἱ παῖδες ὀπώρας προσέφερον αὐτῷ πατέρα ὀνομάζοντες.

nisse arbitrabantur. Tantum vero tum apud cives tum apud alios homines auctoritate valuit et eloquentia, ut si orta seditione ad populum concionaretur, facile mortales ad officium patriæ debitum reduceret. Quare (8) turbidos homines aliquando Athenis, postquam in medium processit, sola præsentia sua coercuit, utque ad sanitatem rediisse vidit, nihil locutus abiit. Vitam cælibem egit, quorundam fortasse philosopho-

— (8) Lucianus vit. Demonact. c. 61-67 : στάσεως δέ ποτε Ἀθήνησι γενομένης εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ φανεὶς μόνον σιωπᾶν ἐποίησεν αὐτούς· ὁ δὲ ἰδὼν ἤδη μετεγνωκότας οὐδὲν εἰπὼν καὶ αὐτὸς ἀπηλλάγη. Ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκέθ' οἷός τε ὢν αὐτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας, καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν, καὶ πάντων ἀποσχόμενος ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρὸς καὶ οἷος ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐφαίνετο. Ὀλίγον δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἐρομένου τινός, Περὶ ταφῆς τί κελεύεις; Μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ ὀδμή με θάψει. Φαμένου δὲ ἐκείνου, Τί οὖν; οὐκ αἰσχρὸν ὀρνέοις καὶ κυσὶ βορὰν προτεθῆναι τηλικούτου ἀνδρὸς σῶμα; Καὶ μὴν οὐδὲν ἄτοπον, ἔφη, τοῦτο, εἰ μέλλω καὶ ἀποθανὼν ζῴοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι. Οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐπὶ πολὺ ἐπένθησαν καὶ τὸν θᾶκον τὸν λίθινον, ἐφ' οὗ εἰώθει ὁπότε κάμνοι ἀναπαύεσθαι, προσεκύνουν καὶ ἐστεφάνουν ἐς τιμὴν τοῦ ἀνδρός, ἡγούμενοι ἱερὸν εἶναι καὶ τὸν λίθον, ἐφ' οὗ ἐκαθέζετο. Ἐπὶ μὲν γὰρ τὴν ἐκφορὰν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἀπήντησε, καὶ μάλιστα τῶν φιλοσόφων· οὗτοι μέντοι ὑποδύντες ἐκόμιζον αὐτὸν ἄχρι πρὸς τὸν τάφον. Ταῦτα ὀλίγα πάνυ ἐκ πολλῶν ἀπεμνημόνευσα, καὶ ἔστιν ἀπὸ τούτων τοῖς ἀναγινώσκουσι λογίζεσθαι, ὁποῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐγένετο.

rum sententiam secutus, qui sapienti non esse ducendam uxorem censuerant.

Quum autem decrepitum senem vires deficere cœpissent, fertur præsentibus amicis illam dixisse clausulam, qua in certaminibus præcones uti solebant : *Finitur certamen pulcherrima tribuens victoribus præmia, tempusque monet, ne differamus amplius.* Abstinens igitur omnibus ex vita migravit hilaris et qualis semper obviis apparuerat. De sepultura idem sensit quod Diogenes. Nam interrogantibus amicis, quomodo sepeliri cuperet, inhumatum se projici velle respondit. At Athenienses magnifico funere eum extulerunt, atque etiam sedem lapideam in qua fessus requiescere solebat, adorabant coronabantque honoris causa, rati lapidem quoque esse sacrum in quo ille consedisset. Denique funeris exsequias nemo fuit qui non prosequeretur, præsertim philosophorum. Hi corpus ejus humeris suis sublatum ad sepulcrum portaverunt.

Quod reliquum est, diu viguisse Demonactis memoriam fidem faciunt dicta ex ejus libris a Stobæo, Joanne Damasceno, Antonio et Maximo excerpta, quæ una cum sententiis a Luciano servatis collecta, recognita et latine versa hic proponam.

Digitized by Google

ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

Γνῶμαι καὶ Ἀποφθέγματα.

1. Τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν προσθήσεις, ὅσον ἂν ὑφέλῃς τῶν ἡδονῶν.

(Antonius et Maximus Serm. de vitæ virtute et vitio p. 35.)

2. Αἰσχρὸν μὲν ἐν ἄλλοις ἀποδέχεσθαι τὰς ἀρετάς, ἐν ἑαυτοῖς δὲ ἔχειν τὰς κακίας.

(Antonius et Maximus Serm. de vitæ virtute et vitio p. 35.)

3. Τοὺς τῶν σωμάτων ἐπιμελουμένους, ἑαυτῶν δὲ ἀμελοῦντας ὠνείδιζεν, ὡς τῶν μὲν οἴκων ἐπιμελουμένους, τῶν δὲ ἐνοίκων ἀμελοῦντας.

(Antonius et Maximus Serm. de vitæ virtute et vitio p. 35.)

4. Ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σεαυτόν, καὶ ἀλλότριος τῶν κακῶν ἔσῃ.

(Maximus Serm. de prudentia et consilio p. 94.)

5. Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.

(Stobæus Floril. XXII, 16 Δημώνακτος.)

6. Ἐξεταζόντων τινῶν, εἰ ὁ κόσμος ἔμψυχος, καὶ αὖθις, εἰ σφαιροειδής· Ὑμεῖς, ἔφη, περὶ μὲν τοῦ κόσμου πολυπραγμονεῖτε, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἀκοσμίας οὐ φροντίζετε.

(Stobæus Eclog. physic. et ethic. lib. II cap. I, 11 pag. 10 ed. Heeren. Cf. Antonius et Maximus Serm. de curiositate p. 164.)

7. Τινὸς σοφιστοῦ αἰτιωμένου αὐτὸν καὶ λέγοντος· Διὰ τί με κακῶς λέγεις; Ὅτι μὴ καταφρονεῖς, ἔφη, τοῦ κακῶς λέγοντος.

(Antonius et Maximus Serm. de vituperatione et calumnia pag. 259.)

8. Δημῶναξ ἐρωτηθείς, πότε ἤρξατο φιλοσοφεῖν, Ὅτε καταγιγνώσκειν, ἔφη, ἐμαυτοῦ ἠρξάμην.

(Stobæus Floril. XXI, 8.)

9. Τοῖς ὠσὶ πλέον ἢ τῇ γλώττῃ χρῶ.

(Antonius et Maximus Serm. de loquacitate p. 396.)

10. Οἱ ἀπαίδευτοι καθάπερ οἱ ἁλιευόμενοι ἰχθύες ἑλκόμενοι σιγῶσι.

(Antonius et Maximus Serm. de doctrina et philosophia p. 706. Cf. Excerpta e cod. Flor. Joann. Damasc. in Stob. Flor. vol. IV p. 196 ed. Meineke.)

11. Ἐλάσσω κακὰ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἢ ὑπὸ τῶν φίλων. Τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδιότες φυλάσσονται· τοῖς δὲ φίλοις ἀνεῳγμένοι εἰσὶ καὶ γίνονται σφαλεροὶ καὶ εὐεπιβούλευτοι.

(Antonius Serm. de malis amicis pag. 724.)

12. Μυστήριον ἐν φιλίᾳ ἀκούσας ὕστερον ἐχθρὸς γενόμενος μὴ ἐκφάνῃς· ἀδικεῖς γὰρ οὐ τὸν ἐχθρόν, ἀλλὰ τὴν φιλίαν.

(Antonius Serm. de malis amicis pag. 724.)

13. Μὴ κτῆσαι φίλον, ᾧ μὴ πάντα πιστεύεις.

(Antonius Serm. de malis amicis pag. 724. De structura μὴ κτῆσαι vide Gregorium Corinthium et ejus interpretes p. 15 sqq. ed. Schæfer.)

DEMONACTIS

SENTENTIÆ ET APOPHTHEGMATA.

Sententiæ et Apophthegmata.

1. Tantum ad virtutem adjicies, quantum voluptatibus detraxeris.

2. Turpe est in aliis probare virtutes, intra se autem habere vitia.

3. Homines corpora tantum curantes, sui autem negligentes reprehendebat, quod domos quidem curarent, sed inquilinos negligerent.

4. Alienis exemplis velim te erudias; tum enim nullo malo vexaberis.

5. Mortales quum sitis, nolite diis majora cogitare.

6. Quum alii inquirerent, num mundus esset animans, et rursus, num globosus: *Vos*, inquit Demonax, *de mundo curiose quæritis, at vestram ipsorum vitam flagitiosam non curatis.*

7. Quum sophista quidam ipsum culparet ac diceret: *Cur mihi maledicis?* respondit: *Quia maledicentem non contemnis.*

8. Demonax interrogatus, quando cœpisset philosophari, *Tum*, inquit, *quum me ipsum damnare incepi.*

9. Auribus magis quam lingua utere.

10. Indocti tanquam pisces capti, dum trahuntur, silent.

11. Pauciora mala hominibus ab inimicis quam ab amicis apportantur. Inimicos enim quum metuant, ab iis cavent: amicis vero aperti sunt, unde pericula iis creari atque insidiæ facile strui possunt.

12. Arcanum manente amicitia auditum inimicus postea factus ne evulges; lædis enim non tam inimicum quam amicitiam.

13. Ne pares amicum, cui non omnia committas.

14. Εἰσί τινες, οἳ τὸν παρόντα βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ ὡς ἕτερον βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα.

(Antonius et Maximus Serm. de divitiis, paupertate et avaritia p. 760.)

15. Δείκνυσιν ἡ μὲν τροπὴ τὸν κατ' ἀλήθειαν ἀνδρεῖον, ἡ δὲ ἀτυχία τὸν φρόνιμον.

(Antonius et Maximus Serm. de fortuna secunda et adversa pag. 820.)

16. Τὰς μὲν πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι κοσμεῖν δεῖ.

(Excerpta e cod. Flor. Joann. Damasc. in Stob. Flor. vol. IV p. 196 ed. Meineke, cap. XIII, 53 Δημώνακτος, Ὑψαίου καὶ Σωκράτους.)

17. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς ὡς ἐν γέλωτι ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτοῦ καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ἐπικεκλασμένον σφόδρα ὡς ἀγεννὲς καὶ γυναικεῖον καὶ φιλοσοφίᾳ ἥκιστα πρέπον, προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ὢν γλευάζοι τὰ αὐτοῦ. Ἄνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημῶναξ, ἐκ παιδιᾶς εἰς φιλοσοφίαν ἥκεις; Ὄρχεις, ἔφη.

(Lucianus vit. Demonact. c. 12.)

18. Ἄλλοτε δέ ποτε ὁ αὐτὸς προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν φιλοσοφίᾳ· ὁ δὲ, Τίς γάρ σοι εἶπεν ὅτι φιλοσοφῶ; καὶ ἀπιὼν ἤδη παρ' αὐτοῦ μάλα ἡδὺ ἐγέλασε· τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος, ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

(Lucianus vit. Demonact. c. 13.)

19. Τοῦ δὲ Σιδωνίου ποτὲ σοφιστοῦ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαινόν τινα τοιοῦτον, ὅτι πάσης φιλοσοφίας πεπείραται (οὐ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν)· Ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἂν Πλάτων ἐπὶ τὴν Ἀκαδήμειαν, ἀφίξομαι· ἂν Ζήνων, ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ διατρίψω· ἂν Πυθαγόρας καλῇ, σιωπήσομαι. Ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τῶν ἀκροωμένων, Οὗτος, ἔφη προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

(Lucianus vit. Demonact. c. 14.)

20. Πύθωνος δέ τινος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν, Ἕν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνει. Ἀγαναχτήσαντος δὲ ἐκείνου ἐπὶ τῷ τῆς ἀμφιβολίας σκώμματι καὶ συναπειλήσαντος, Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα δείξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις;

(Lucianus vit. Demonact. c. 15.)

21. Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθινὴν ἀμπεχόμενος Ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ καὶ αἷμα ἐῤῥύη, οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν ὡς αὐτὸς ἕκαστος τετυπτημένος καὶ ἐδόων ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἰέναι, ὁ δὲ Δημῶναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἰατρόν.

---

14. Sunt quidam qui non hanc præsentem vitam vivunt, sed magno studio tanquam ad alteram vitam, non ad hanc præsentem degendam se comparant.

15. Militum fuga in bello virum re vera fortem indicat, calamitas vero prudentem.

16. Urbes quidem ornamentis affici, sed animos artibus erudiri oportet.

17. Quum enim ex aliquo Phavorinus audivisset, illum suas disputationes facetiis perstringere, maxime vero membrorum in iis nimis fractas delicias, ut non generosam, at muliebrem mollitiem ac philosophiæ minime convenientem, Demonactem adiit ab eoque quæsivit, quisnam esset, a quo ipsius dicta sugillarentur: Is homo, inquit, cui aures sint ad decipiendum non faciles. Instante vero eodem sophista atque interrogante, Quibus subsidiis, o Demonax, a jocis ad philosophiæ studium te contulisti? Testiculis, inquit.

18. Idem alias Demonactem convenit ab eoque sciscitatus est, quam philosophorum sectam magis sequeretur: Quis vero, inquit, tibi dixit me philosophari? Jamque abiens ab eo dulciter admodum risit. Illo autem percontante, qua de re rideret, Demonax, Ridiculum, inquit, mihi visum est, te, qui ipse barbam non habes, ex barba philosophantes judicari velle.

19. Sidonio etiam qui sophista Athenis olim clarus fuit, dicente in suam laudem, se omnem philosophiam esse expertum — (malum autem non erit ea referre quæ dixit): Si me in Lyceum vocarit Aristoteles, sequar: si in Academiam Plato, veniam: si Zeno, in Pœcile commorabor: si Pythagoras vocarit, tacebo. Surgens igitur e medio auditorum, Heus tu, inquit, nomine eum compellans, vocat te Pythagoras.

20. Præterea Pythone quodam ex prætextatis Macedonibus, juvene formoso eum cavillante et quæstionem sophisticam proponente ac syllogismi solutionem dicere jubente, Unum, inquit, scio, mi fili, te confici. Quumque ille dicterii ambiguitatem indignaretur ac simul minaciter diceret, *Statim tibi virum ostendam*, hic ridens interrogavit: *Nempe virum habes?*

21. Quum etiam athleta quidam ab eo derisus, quod quamvis Olympionices esset, picta veste indutus cerneretur, ipsum lapidis ictu in capite vulnerasset atque inde sanguis manaret, homines quidam qui forte aderant quasi pro se quisque percussi indignabantur, ad Proconsulem pergendum esse vociferantes, sed Demonax, Nequaquam, inquit, viri, ad Proconsulem, sed ad medicum.

(Lucianus vit. Demonact. c. 16.)

22. Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προθεὶς ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν καὶ εἰπόντα ὀλκὴν αὐτοῦ καὶ λίθον καὶ τύπον ἀπολαμβάνειν· ἦλθεν οὖν τις μειρακίσκος ὡραῖος αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας.

(Lucianus vit. Demonact. c. 17.)

23. Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ ὡραῖον, θηλυδρίαν δὲ καὶ διακεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς οὑτοσί, καὶ ὁ Δημῶναξ, Καλός, ἔφη, καὶ σοῦ ἄξιος καὶ τῇ μητρὶ ὅμοιος.

(Lucianus vit. Demonact. c. 18.)

24. Τὸν δὲ Κυνικὸν ἐν ἄρκτου δέρματι φιλοσοφοῦντα οὐχ Ὀνώρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

(Lucianus vit. Demonact. c. 19.)

25. Ἐρωτήσαντος δέ τινος, τίς αὐτῷ ὅρος εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, Μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον· ἐκείνου δὲ φήσαντος πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι μήτε δεδιότα· ὁ δέ, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, τοῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς τὸ πολὺ τούτοις δεδουλώμεθα. Καὶ μήν, ἔφη, εἰ κατανοήσεις τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ οὔτε ἐλπίδος οὔτε φόβου ἄξια, παυσομένων πάντως καὶ τῶν ἀνιαρῶν καὶ τῶν ἡδέων.

(Lucianus vit. Demonact. c. 20.)

26. Περεγρίνου δὲ τοῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντος αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντος, Δημῶναξ, οὐ κυνᾷς; ἀπεκρίνατο, Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις;

(Lucianus vit. Demonact. c. 21.)

27. Καὶ μὴν καὶ φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον ἀναστήσας καὶ ἐπὶ φρέαρ ἀγαγὼν καὶ δείξας αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντίποδας εἶναι λέγεις;

(Lucianus vit. Demonact. c. 22.)

28. Ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυράς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλεται, Μὴ θαύμαζε, ἔφη· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς καὶ μικροῦ του φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τῶν ἄρτων, αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 23.)

29. Ἐπεὶ δὲ Ἡρώδης ὁ πάνυ ἐπένθει τὸν Πολυδεύκην πρὸ ὥρας ἀποθανόντα καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ καὶ ἵππους παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ καὶ δεῖπνον παρασκευάζεσθαι, προσελθών, Παρὰ Πολυδεύκους, ἔφη, κομίζω σοί τινα ἐπιστολήν. Ἡσθέντος δὲ ἐκείνου καὶ οἰηθέντος ὅτι κατὰ τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς συντρέχει τοῖς ἄλλοις τῷ πάθει αὐτοῦ, καὶ εἰπόντος, Τί οὖν, ὦ Δημῶναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἥδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

---

22. Aliquando etiam quum ambulans annulum aureum in via invenisset, proposita in foro tabella postulabat ut qui annulum amisisset, quicunque tandem illius dominus foret, veniret, et indicato pondere, gemma et imagine eum reciperet. Venit ergo adolescentulus egregia specie, qui se amisisse illum affirmaret. Verum quoniam iste nihil sani dicebat, Abi, inquit, o puer, tuumque annulum serva; namque hunc non amisisti.

23. Porro quispiam e Romanis senatoribus quum Athenis ipsi filium ostendisset, valde formosum, sed effeminatum et deliciis fractum: Salutat te, inquit, hic meus filius. Tum Demonax, Pulcher ille est, inquit, teque dignus et matri similis.

24. Præterea Cynicum in ursi pelle philosophantem non Honoratum, quod illi nomen erat, sed Arcesilaum vocare volebat.

25. Quum quidam interrogasset, quis ipsi felicitatis terminus esse videretur, respondit, solum esse felicem qui liber foret. Illo autem subjiciente, multos esse liberos, At eum puto, inquit, qui neque sperat neque metuit quidquam. Ille vero, quomodo quis, ait, hoc facere possit? Omnes enim his plerumque servimus. Atqui, inquit, si res humanas consideraveris, eas neque spe neque metu dignas esse invenies, ubi tristia et jucunda omnia desierint.

26. Peregrino autem Protei filio ipsum objurgante, quod plerumque rideret et homines illuderet, dicenteque, Demonax, nonne Cynicum agis? Respondit, Peregrine, nonne tu hominem?

27. Quin etiam physicum quendam de antipodibus disserentem postquam excitavit atque ad puteum deduxit demonstratis in aqua umbris percontatus est, Tales igitur antipodas esse affirmas?

28. Insuper quopiam magum se esse profitente carminaque habere efficacia, quibus omnes ad agendum impelleret et præstaret quæcunque vellet, Ne mireris, inquit, nam ipse eandem quam tu artem exerceo, ac si vis, ad panum venditricem me sequere, et videbis me una cantione et exiguo remedio eam adducturum, ut mihi det panem ex iis quos habet, nummum significans, æqualem incantamentis vim obtinentem.

29. Quum vero illustris ille Herodes Pollucem præmatura morte absumtum lugeret velletque currum equis jungi et tanquam ascensuro sibi præsto esse ac cœnam parari, adiens hunc Demonax, A Polluce, inquit, litteras tibi affero. Quum autem ille gavisus esset atque existimaret ipsum quoque in commune cum suo dolore concurrere, dixissetque, Quid igitur, o Demonax, sibi vult Pol-

(Lucianus vit. Demonact. c. 24.)

30. Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι προσελθὼν ἔλεγε μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Ἐπὶ πολὺ δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος καὶ ἀποροῦντος (οὐ γὰρ εἶχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον), Εἶτ', ἔφη, ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

(Lucianus vit. Demonact. c. 25. Conf. Philos. Græc. Fragm. vol. I p. 332.)

31. Καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων· ἑνί γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ καὶ ὑπερατικῶς ἀποκριθέντι, Ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.

(Lucianus vit. Demonact. c. 26.)

32. Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν, Δημῶναξ, εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον καὶ προσευξώμεθα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ, Πάνυ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιόν, εἰ μὴ δύναται κἀντεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 27.)

33. Ἰδών δέ ποτε δύο τινὰς φιλοσόφους κομιδῇ ἀπαιδεύτως ἐν ζητήσει ἐρίζοντας καὶ τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον, Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ἔφη, ὦ φίλοι, ὁ μὲν ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

(Lucianus vit. Demonact. 28.)

34. Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

(Lucianus vit. Demonact. c. 29.)

35. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατικοῦ, ὁπότε διὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπῄει πρεσβεύσων τῷ πατρί, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος, ἐπειδή τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημῶναξ, οὐδὲ μέγα.

(Lucianus vit. Demonact. c. 30.)

36. Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαύνοντα (ἤδη δὲ ἀπῄει μετάπεμπτος ὡς ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος), Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ.

(Lucianus vit. Demonact. c. 31.)

37. Ἄλλου δέ ποτε ἐρομένου, εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι, Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

(Lucianus vit. Demonact. c. 32.)

38. Περὶ μέντοι Ἡρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον, οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν· οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκην ὡς ζῶντας ἑστιᾶν καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 33.)

39. Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ τῆς προρρήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα τοῦ τὴν τελετὴν

---

lux? Reprehendit te, inquit, quod non jam ad se profecturus sis.

30. Idem filium lugenti atque in tenebris se continenti, postquam eum adiit, magum se esse dixit et filii umbram ab inferis revocare posse, si tres tantum homines ipsi nominaret, qui neminem unquam luctu essent prosecuti. Quum ergo ille diu de ista re dubitaret hæsitaretque, quoniam, opinor, neminem hujusmodi proferre poterat, tum Demonax: O ridicule, ait, solumne te intolerabilibus malis pressum putas, neminem videns luctus expertem?

31. Quin etiam eos deridendos existimabat, qui in sermonibus utebantur admodum vetustis et inusitatis vocabulis. Itaque quum aliquando quempiam aliquid interrogasset atque ille nimis altice respondisset, Ego quidem, inquit, sodalis, nunc te interrogavi, tu vero mihi ut Agamemnonis tempore respondes.

32. Dicente sodalium quopiam, abeamus, Demonax, in Æsculapii fanum pro filio vota facturi, Valde surdum, inquit, Æsculapium esse censes, si non potest nos hinc precantes audire.

33. Quum aliquando duos vidisset philosophos valde ineruditos de quæstione concertantes, alterum absurda rogantem, alterum nihil ad rem respondentem, Nonne videtur vobis, inquit, o amici, horum alter hircum mulgere, alter illi cribrum supponere?

34. Quum Agathocles Peripateticus gloriaretur, se solum et primum esse dialecticum, Atqui, inquit, Agathocles, si primus, non solus; sin autem solus, non primus.

35. Porro quum Cethegus, vir Consularis, quando per Græciam in Asiam proficiscebatur, futurus patris in exercitu vicarius, ridicula multa et diceret et faceret, postea quam sodalium quispiam ea conspicatus illum magnum scelus esse dixit, Per Jovem, inquit Demonax, ne magnum quidem.

36. Quum vero Apollonium philosophum quondam comitante discipulorum caterva equo vectum discedere vidisset, quando arcessitus abibat, ut regis foret præceptor, Accedit, inquit, Apollonius ejusque Argonautæ.

37. Alio vero olim interrogante, num ipsi anima videretur immortalis, Immortalis, inquit, sed ut cætera omnia.

38. De Herode dicebat verum dixisse Platonem, affirmantem non unam nobis esse animam. Neque enim esse ejusdem animæ Regillam uxorem ejus et Pollucem servum, ut vivos epulis excipiat ac talia meditetur.

39. Ausus etiam est aliquando Athenienses publice interrogare, audita sacrorum præfatione, quam ob causam barbaros excluderent, præsertim quum illa sacra Eumolpus barbarus et Thrax instituisset.

αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

(Lucianus vit. Demonact. c. 34.)

40. Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ διὰ χειμῶνος ἔρη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀνατραπέντος τοῦ σκάφους ὑπὸ ἰχθύων καταβρωθῇς; κἄτ' ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔρη, ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδασθῆναι τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών.

(Lucianus vit. Demonact. c. 35.)

41. Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι συνεβούλευεν ἀσκεῖν καὶ γυμνάζεσθαι· τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω, Εἰκότως τοίνυν, ἔρη, τοιαῦτα λέγεις μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

(Lucianus vit. Demonact. c. 36.)

42. Καὶ μάντιν δέ ποτε ἰδὼν δημοσίᾳ ἐπὶ μισθῷ μαντευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔρη, ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ἐπικεκλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς ὁπόσον ἂν αἰτῇς, εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ πάντα ἔσται, τί σου δύναται ἡ μαντική;

(Lucianus vit. Demonact. c. 37.)

43. Πρεσβύτου δέ τινος Ῥωμαίου εὐσωματοῦντος καὶ τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάτταλον ἐπιδειξαμένου καὶ ἐρομένου, Πῶς σοι, Δημῶναξ, μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔρη, ἂν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

(Lucianus vit. Demonact. c. 38. De hoc genere pugnæ vide Vegetium De re milit. I, 11 et II, 22.)

44. Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο· ἐρομένου γάρ τινος ἐπὶ χλευασμῷ, Εἰ χιλίας μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημῶναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνοῦ γένοιντο; Στῆσον, ἔρη, τὴν σποδόν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

(Lucianus vit. Demonact. c. 39.)

45. Πολυβίου δέ τινος, κομιδῇ ἀπαιδεύτου ἀνθρώπου καὶ σολοίκου, εἰπόντος, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἴθε σε, ἔρη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 40.)

46. Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων ἐπὶ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος καὶ δείξας, Τοῦτο μέντοι, ἔρη, πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει καὶ ἦν πρόβατον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 41.)

47. Ἐπεὶ μέντοι λουόμενος ὤκνησεν ἐς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ἠτιάσατό τις ὡς ἀποδειλιάσαντα, Εἰπέ μοι, ἔρη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον;

(Lucianus vit. Demonact. c. 42.)

48. Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις τὰ ἐν Ἅιδου; Περίμεινον, ἔρη, κἀκεῖθέν σοι ἐπιστελῶ.

(Lucianus vit. Demonact. c. 43.)

49. Ἀδμήτῳ δέ τινι ποιητῇ φαύλῳ λέγοντι γεγραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ (οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός,

γελάσας εἶπεν, Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ

---

40. Quum vero aliquando coorta tempestate navigaturum illum amicorum aliquis interrogasset, *Nonne metuis ne eversa nave a piscibus devoreris?* respondit: *Atqui demens fuerim, si a piscibus discerpi timeam, quum tot pisces ipse comederim.*

41. Cuidam autem rhetori pessime declamanti suadebat, ut meditaretur seque in arte exerceret. Qui quoniam respondit, semper apud me declamo, Merito ergo, inquit, talia dicis, quum stulto auditore utaris.

42. Sed valem quoque aliquando intuitus qui publice pacta mercede valicinabatur, Non video, inquit, qua conditione mercedem exigas. Etenim si illam exigis, quasi aliquid de fatorum ordine mutare possis, parum illud est, quantumcunque postulas. Sin autem omnia ut deo visum est eventura sunt, quid potest tua divinatio?

43. Quodam vero sene Romano eoque corpulento armatam adversus palum pugnam ostentante et interrogante, Quomodo, Demonax, tibi pugnasse visus sum? Bene, inquit, si ligneum adversarium habes.

44. Quin etiam ad quæstiones insolubiles omnino apte comparatus erat. Sciscitante enim quopiam per ludibrium, si mille minas lignorum combussero, Demonax, quot erunt fumi minæ? Pondera, inquit, cinerem, et reliqua omnia fumus erunt.

45. Polybio quodam, homine valde indocto naturaque et moribus barbaro dicente, Imperator Romanorum civitate me donavit, Utinam, inquit, te Græcum potius quam Romanum fecisset.

46. Quum et prætextatum quendam vidisset, purpuræ latitudine superbientem, admoto illius auri capite prehensaque veste et commonstrata, Sed hoc, inquit, ante te ovis gerebat et ovis erat.

47. Sed quum in balneis lavans in aquam ferventem descendere gravaretur, ac nescio quis eum quasi ignaviæ insimularet, Dic mihi, inquit, num pro patria id passurus fuerim?

48. Interrogante quodam, Qualia apud inferos esse existimas? Præstolare, inquit, indeque tibi per litteras significabo.

49. Admeto autem cuidam malo poetæ dicenti se monostichon epigramma scripsisse, quod ut cippo suo inscriberetur testamento cavisset, cujus meminisse non inutile erit:

Corpus humo tegitur, diis ipse Admetus adest nunc;

sublato risu, Adeo elegans, inquit, o Admete, epigramma est, ut illud jam inscriptum esse vellem.

ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι.

(Lucianus vit. Demonact. c. 44.)

50. Ἰδών δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιεικῶς γίγνεται, ἤρετο, Τί τοῦτο, ὦ Δημῶναξ; ὁ δὲ μειδιάσας, Χάρων με ἔδακεν, ἔφη.

(Lucianus vit. Demonact. c. 45.)

51. Καὶ μέντοι καὶ Λακεδαιμόνιόν τινα ἰδὼν τὸν αὐτοῦ οἰκέτην μαστιγοῦντα, Παῦσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων.

(Lucianus vit. Demonact. c. 46.)

52. Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, οὐ γὰρ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

(Lucianus vit. Demonact. c. 47.)

53. Μάλιστα δὲ ἐπολέμει τοῖς οὐ πρὸς ἀλήθειαν ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν φιλοσοφοῦσιν· ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνικὸν τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὕπερον, καὶ κεκραγότα καὶ λέγοντα ὅτι Ἀντισθένους καὶ Κράτητος καὶ Διογένους ἐστὶ ζηλωτής, Μὴ ψεύδου, ἔφη, σὺ γὰρ Ὑπερίδου μαθητὴς ὢν τυγχάνεις.

(Lucianus vit. Demonact. c. 48.)

54. Ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας, καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, Οὐκ ἀπεικότως, ἔφη, τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες λέοντας καλοῦσιν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 49.)

55. Ἀστεῖον δὲ κἀκεῖνο αὐτοῦ καὶ δηκτικὸν ἅμα τὸ πρὸς τὸν ἀνθύπατον εἰρημένον· ἦν μὲν γὰρ τῶν πιττουμένων τὰ σκέλη καὶ τὸ σῶμα ὅλον· Κυνικοῦ δέ τινος ἐπὶ λίθον ἀναβάντος καὶ αὐτὸ τοῦτο κατηγοροῦντος αὐτοῦ καὶ εἰς κιναιδίαν διαβάλλοντος, ἀγαναχτήσας καὶ κατασπασθῆναι τὸν Κυνικὸν κελεύσας ἔμελλεν ἢ ξύλοις ξυντρίψειν ἢ καὶ φυγῇ ζημιώσειν· ἀλλ' ὅ γε Δημῶναξ παρατυχὼν παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ κατά τινα πάτριον τοῖς Κυνικοῖς παρρησίαν θρασυνομένῳ. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἀνθυπάτου, Νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτόν, ἂν δὲ ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθεῖν ἄξιός ἐστι; Καὶ ὁ Δημῶναξ, Δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 50.)

56. Ἄλλῳ δέ τινι στρατοπέδων ἅμα καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου τὴν ἀρχὴν ἐμπιστευθέντι ἐκ βασιλέως ἐρομένῳ, πῶς ἄριστα ἄρξει; Ἀόργητος, ἔφη, καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων.

(Lucianus vit. Demonact. c. 51.)

57. Ἐρομένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίοι, Οἴει οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίττας τιθέναι τὰ κηρία;

(Lucianus vit. Demonac.. c. 52.)

58. Πρὸς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένον, ὀψὲ ἔφη Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 53. De Cynægiro vide Herodotum lib. VI cap. 114.)

59. Καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον (λέγω δὲ τὸν χωλὸν τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου) ἰδὼν ἐπὶ πολὺ τοῖς περιπάτοις ἐνδιατρίβοντα, Οὐδέν ἐστιν, ἔφη, ἀναισχυντότερον χωλοῦ Περιπατητικοῦ.

(Lucianus vit. Demonact. c. 54.)

---

50. Quum in cruribus ejus animadvertisset aliquis, qualia senibus fere accidunt, interrogavit, Quid hoc rei est, Demonax? Ille vero subridens, Charon, inquit, me momordit.

51. Atque etiam Lacedæmonium intuitus servum suum flagris cædentem, Desine, inquit, servum tuum conditione tibi parem efficere.

52. Quum Danae quædam litem haberet cum fratre, Legibus discepta, inquit, non enim es Danae Acrisii filia.

53. In primis vero impugnabat eos qui non re vera, sed ad ostentationem philosopharentur. Quare viso Cynico qui pallium tritum et peram habebat, pro baculo vero pistillum, ac vociferabatur dicebatque se Antisthenis et Cratetis et Diogenis esse æmulum, Ne mentiaris, inquit; tu enim Hyperidis discipulus es.

54. Sed quum multos athletarum videret dolose pugnantes, ac præter certaminis legem non pancratio sed morsu decertantes, Non immerito, inquit, nostri temporis athletas comitantes socii leones appellant.

55. Urbanum quoque ac simul mordax illud est quod Proconsuli dixit. Erat enim ex iis quibus pice oblita sunt crura totumque corpus. Quum autem Cynicus quidam lapide conscenso in hac ipsa re illum reprehenderet atque impudicitiæ insimularet, indignatus Proconsul Cynicum detrahi jussit, quem aut fustibus contusurus aut exsilio multaturus erat. Verum Demonax forte interveniens eum rogabat, ut homini ignosceret, qui pro solenni Cynicorum libertate audacter dixisset. Respondente autem Proconsule, Nunc quidem tibi istum condono: sed si posthac tale quid ausus fuerit, qua pœna dignus erit? Tum Demonax: Illum jubeto dropace oblini.

56. Alii autem, qui a rege simul militibus et maximæ genti præpositus erat, quærenti qua ratione optime imperare posset, Si non succenseas, inquit, et pauca quidem loquaris, multa vero audias.

57. Sciscitanti cuidam, num et ipse placentis vesceretur, Num existimas, inquit, apes fatuis suos favos fingere?

58. Conspicatus in porticu quæ Poecile vocatur statuam abscisa manu truncam, sero dixit Athenienses ænea imagine Cynægirum honorasse.

59. Quin etiam quum Rufinum Cyprium, claudum illum dico Peripateticum, vidisset diu philosophantium ambula-

60. Ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα καὶ παιδοποιήσασθαι· πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ ἕτερον ἀνθ' αὑτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει, ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, Οὐκοῦν, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων.

(Lucianus vit. Demonact. c. 55.)

61. Καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸς Ἑρμῖνον τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεῦσαι· εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλην δὲ διὰ στόματος καὶ αὐτοῦ τὰς δέκα κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε, ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 56.)

62. Ἀθηναίων δὲ σκεπτομένων κατὰ ζῆλον τὸν πρὸς Κορινθίους καταστήσασθαι θέαν μονομάχων προελθὼν εἰς αὐτούς, Μὴ πρότερον, ἔφη, ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ψηφίσησθε, ἂν μὴ τοῦ Ἐλέου τὸν βωμὸν καθέλητε.

(Lucianus vit. Demonact. c. 57.)

63. Ἐπεὶ δὲ εἰς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἐλθόντι αὐτῷ Ἠλεῖοι εἰκόνα χαλκῆν ἐψηφίσαντο, Μηδαμῶς τοῦτο, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἠλεῖοι, μὴ δόξητε ὀνειδίζειν τοῖς προγόνοις ὑμῶν, ὅτι μήτε Σωκράτους μήτε Διογένους εἰκόνα ἀνατεθείκασιν.

(Lucianus vit. Demonact. c. 58.)

64. Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ποτε καὶ πρὸς τὸν τῶν νόμων ἔμπειρον ταῦτα λέγοντος, ὅτι κινδυνεύουσιν ἄχρηστοι εἶναι οἱ νόμοι, ἄν τε πονηροῖς ἄν τε ἀγαθοῖς γράφωνται· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέονται νόμων, οἱ δὲ ὑπὸ νόμων οὐδὲν βελτίους γίνονται.

(Lucianus vit. Demonact. c. 59.)

65. Τῶν δὲ Ὁμήρου στίχων ἕνα ἥδε μάλιστα·

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ἐοργώς.

(Lucianus vit. Demonact. c. 60. Cf. Iliad. IX, 320.)

66. Ἐπῄνει δὲ καὶ τὸν Θερσίτην ὡς Κυνικόν τινα δημηγόρον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 61.)

67. Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, τίς αὐτῷ ἀρέσκοι τῶν φιλοσόφων, ἔφη, Πάντες μὲν θαυμαστοί, ἐγὼ δὲ Σωκράτην μὲν σέβω, θαυμάζω δὲ Διογένην καὶ φιλῶ Ἀρίστιππον.

(Lucianus vit. Demonact. c. 62.)

---

tionibus immorantem, Nihil est, inquit, claudo Peripatetico impudentius.

60. Quum aliquando Epictetus simul reprehendendi studio ipsi suaderet, ut uxorem duceret et liberos procrearet, quia philosophum etiam conveniret suo loco alterum naturæ relinquere, argutissime ei respondit : Da mihi igitur, Epictete, unam tuarum filiarum.

61. Illud etiam memoratu dignum est, quo Herminum Aristoteleum notavit. Etenim quum sciret istum hominem nequam esse atque innumera flagitia admittere, Aristotelem vero ejusque decem categorias in ore habere, Hermine, inquit, decem categoriis (*accusationibus*) revera dignus es.

62. Atheniensibus aliquando quod Corinthios imitari vellent de constituendo gladiatorum spectaculo consultantibus, in concionem prodiit Demonax ac, Ne prius, inquit, Athenienses, hæc decernatis, quam Misericordiæ aram subverteritis.

63. Quum Olympiam aliquando venisset ipsique statuam ex ære Elei decrevissent, Nequaquam istud, inquit, facietis, Elei, ne majores vestros reprehendere videamini, quod neque Socrati neque Diogeni statuam posuerunt.

64. Ipsum etiam hæc quondam juris perito dicentem audivi, videri inutiles esse leges, sive malis hominibus scriberentur sive bonis. Etenim hi non egent legibus, illi legibus nihilo meliores fiunt.

65. Unum potissimum Homeri versiculum celebrabat :

Strenuus et segnis fato moriuntur eodem.

66. Laudabat vero etiam Thersiten, tanquam Cynicum quendam concionatorem.

67. Interrogatus aliquando, quis ipsi ex philosophis placeret, Omnes quidem, inquit, admiratione digni sunt, ego autem Socratem colo, Diogenem admiror, Aristippum amo.

Digitized by Google

DE ŒNOMAO.

Œnomaus (1) Gadarenus, quem Hadriano imperante floruisse accepimus (2), si fides Suidæ, non modo libros de republica ac de Homerica philosophia, sed etiam de institutione cynica, de Cratete, Diogene et cæteris Cynicis confecerat. Huc accedit opus illud de oraculorum vanitate, quod alii (3) *adversus oracula* (κατὰ τῶν χρηστηρίων), alii (4) verius *præstigiatorum investigationem* (γοήτων φώραν) inscriptum fuisse dicunt. Denique ei tribuuntur tragœdiæ (5) non minus impuræ et obscenæ, quam Diogenis vel Philisci (6) fabulæ fuerant. Ut enim antiqua tragœdia personarum dignitatem cum dictionis granditate et argumentorum præstantia copulavit : sic ista Cynicorum poesis turpi ipsorum vitæ et doctrinæ respondebat. Quippe Thyestæ (7) fabula ita usus est Diogenes, ut licere mortalibus etiam humana carne vesci defenderet (8).

Quamquam autem tum vitæ genere, tum sapientiæ professione et scriptorum indole, in quibus cynica acerbitas comparebat (9), Cynici gloriam adeptus est homo Gadarenus : tamen Julianus ex alio potius quam ex Œnomao (10) et Philisco, qualis esset Diogenes in rebus divinis et humanis, disci voluit. Videtur autem vulgi superstitionem potissimum derisisse ideoque longa disputatione oracula insectatus esse et fatum quo Stoici cuncta regi censebant sustulisse. Statuebat enim ea lege nasci homines, ut suum jus omniumque rerum libertatem tenerent. Qua in re a philosophiæ cui se addixerat præceptis atque institutis non discedebat, quia Cynici omnes patriorum deorum contemtores

(1) Suidas v. Οἰνόμαος· Οἰνόμαος Γαδαρεύς, φιλόσοφος Κυνικὸς οὐ πολλῷ πρεσβύτερος Πορφυρίου. Ἔγραψε περὶ Κυνισμοῦ, Πολιτείαν, περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας, περὶ Κράτητος, Διογένους καὶ τῶν λοιπῶν. — (2) Syncellus pag. 349. Etenim Suidas v. Οἰνόμαος qui ait illum ætate paulum antecessisse Porphyrio, in summo videtur errore versari. — (3) Julianus orat. VII, pag. 209 : ἐπιγνώσῃ σαφῶς ἐν τῇ τοῦ Κυνὸς αὐτοφωνίᾳ καὶ τῷ κατὰ τῶν χρηστηρίων. Cf. orat. VI pag. 187 et 199. — (4) Eusebius Præp. Evang. lib. V cap. 18, p. 209 : τίθησι γοῦν ὁμοῦ καὶ ἀπελέγχει τὸν χρησμὸν εὖ μάλα τις τῶν νέων ἀνδρικῷ λογισμῷ, Γοήτων φώραν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος. Id. lib. V cap. 21, p. 213 : τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παῤῥησίας τὰ τῆς τῶν γοήτων φώρας κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας. Id. lib. VI cap. 6, p. 254 : ἄκουε δ' οὖν αὖθις τοῦ τὴν τῶν Γοήτων φώραν τὸ οἰκεῖον ἐπονομάσαντος σύγγραμμα. Adde Socratem Hist. eccles. lib. IV cap. 23, p. 165; Theodoret. Græc. affect. cur. VI, p. 561 ed. Paris; Nicephorum X, 36. — (5) Julianus orat. VII, p. 210 C ed. Spanh.: τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένως Κυνικοῦ τινος συγγράμματα, ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον, εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσίν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσκου, τίς ἐπελθὼν (οὐκ ἂν) βουλεύσαιτο καὶ νομίσαι ὑπερβολὴν ἀῤῥητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑταίραις ἀπολελεῖφθαι; Ταῖς Οἰνομάου δὲ ἐντυχὼν (ἐγράψατο γὰρ καὶ τραγῳδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας) ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα καὶ κακῶν πέρα, καὶ οὔτε ὅ, τι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω, κἂν τὰ Μαγνήτων κακά, κἂν τὸ Τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιῤῥίξωμαι τὴν τραγῳδίαν μετὰ τοῦ σατύρου καὶ τῆς κωμῳδίας καὶ τοῦ μίμου· οὕτω πᾶσα μὲν αἰσχρότης, πᾶσα δὲ ἀπόνοια πρὸς ὑπερβολὴν ἐν ἐκείναις τῷ ἀνδρὶ περιλοτέχνηται. — (6) Diogenes Laertius lib. VI, 80 septem quæ sub Diogenis Cynici nomine ferebantur tragœdias hoc ordine enumerat : Ἑλένη, Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεύς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους. Addit autem : Σωσικράτης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς διαδοχῆς καὶ Σάτυρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν βίων οὐδὲν εἶναι Διογένους φασὶ τὰ τε τραγῳδάρια φησὶν ὁ Σάτυρος Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου, γνωρίμου τοῦ Διογένους. Julianus orat. VI, p. 186 C : αἵ τε γὰρ θρυλούμεναι Διογένους τραγῳδίαι Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται εἶναι· καὶ εἰ Διογένους δὲ εἶεν, οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι τὸν σοφὸν παίζειν. — (7) Diogenes Laertius lib. VI, 73 : μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων χρεῶν ἅψασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν· καὶ τῷ ὀρθῷ λόγῳ πάντα ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι λέγων. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι καὶ ἐν τῷ λαχάνῳ ἄρτον· καὶ τῶν σωμάτων τῶν λοιπῶν ἐν πᾶσι διὰ τινων ἀδήλων πόρων καὶ ἀγκων εἰσκρινομένων καὶ συνατμιζομένων, ὡς δῆλον ἐν τῇ Θυέστῃ ποιεῖ. Theophilus Ad Autolycum lib. III, 4 : πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται ἡ τοῦ Διογένους διδάσκοντος τὰ τέκνα τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς θυσίαν ἄγειν καὶ τούτους κατεσθίειν. — (8) Male Suidas v. Διογένης· Διογένης ἢ Οἰνόμαος, Ἀθηναῖος, τραγικός· γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ' καταλύσεως. Δράματα αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. Confudit hic Diogenem Atheniensem, poetam tragicum, post exactos triginta tyrannos clarum, ex cujus Semele locum affert Athenæus XIV, p. 636. A, et philosophum Sinopensem, cui reliquæ septem tragœdiæ a Diogene Laertio VI, 80 assignantur. Præterea verba ἢ Οἰνόμαος delenda esse arbitramur. Cf. Poetarum tragicorum Græcorum fragm. pag. 103 seq. ed. Didot. et Meinek. Exercit. philol. in Athenæum I pag. 46-48. — (9) Eusebius Præp. Evang. lib. V cap. 21, p. 213 : τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παῤῥησίας τὰ τῆς τῶν Γοήτων φώρας κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας. — (10) Julianus orat. VII, p. 212 init. : οὗτος οὖν ὁ Διογένης· ὁποῖός τις ἦν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους μὴ διὰ τῶν Οἰνομάου λόγων μηδὲ τῶν Φιλίσκου τραγῳδιῶν, αἷς ἐπιγράψας τὸ Διογένους ὄνομα τῆς θείας πολλάκις κα-

erant (11). Quum vero plura capita ejus voluminis, in quo contra oracula et fatum disputavit Œnomaus, apud Eusebium Præp. evang. lib. V cap. 18 seqq. et lib. VI cap 7 legantur,

τεψεύσατο κεφαλῆς, ἀλλὰ δι' ὧν εἶδρασεν ἔργων ὁποῖός τις

age nunc omnia illa emendata et conversa hic proponamus.

ἦν γνωριζέσθω. Cf. orat. VI, p. 187. — (11) Julianus orat. VII, p. 209. ed. Spanh.

ΟΙΝΟΜΑΟΥ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Τίθησι γοῦν ὁμοῦ καὶ ἀπελέγχει τὸν χρησμὸν εὖ μάλα τις τῶν νέων ἀνδρικῷ λογισμῷ, Γοήτων φώραν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος. Οὗ καὶ αὐτοῦ τῶν φωνῶν ἀλλὰ μὴ τῶν ἐμῶν ἄκουε, πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὧδέ πως ἀποτεινόμενου· Τί δ'; οὐκ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀνδρόγεων ἀποκτείναντες, καὶ λοιμώξαντες ἐπὶ τούτῳ, εἶπον ἂν μετανοεῖν; Ἢ μὴ λεγόντων, οὗ σε προσῆκον ἦν εἰπεῖν, μετανοεῖτε, μᾶλλον, ἤ

> Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἤνπερ ἑαυτῶν
> σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
> Μίνωϊ, εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
> τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

Ἐῶ γὰρ τὸ Ἀνδρόγεω μὲν Ἀθήνησιν ἀποθανόντος ὑμᾶς ἀγανακτεῖν, τῶν δὲ τοσούτων καὶ πανταχόθι καὶ πάντοτε καθεύδειν. Καίτοι εἰδὼς ὅτι ἐθαλασσοκράτει τότε ὁ Μίνως, καὶ μέγα ἐδύνατο, καὶ πᾶσα ἡ Ἑλλὰς αὐτὸν ἐθεράπευε, καὶ ἦν καὶ διὰ τοῦτο δικαιότατος, καὶ νομοθέτης ἀγαθός, καὶ Ὁμήρῳ ἐδόκει Διὸς μεγάλου εἶναι ὀαριστής, καὶ ἀποθανὼν ἐν Ἅιδου δικαστής· καὶ σὺ διὰ τοῦθ' ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς δίκας ταύτας εἰσεπράττου. Ἀλλὰ παραλείπω οὐδὲν ἧττον γε ταῦτα ὑμῶν, καὶ ὅτι τοὺς φονεῖς ἐάσαντες τοὺς οὐδὲν αἰτίους πέμπειν ἐκελεύετε ἀποθανουμένους, καὶ τοῦτ' ἐπ' ἄνδρα, ὃν ἀναδεικνύναι ἐμέλλετε κοινὸν ἀνθρώπων δικαστήν, ὃς οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἠπίστατο δικάσαι. Καίτοι πόσους ὑμεῖς οἱ θεοὶ ἀντὶ τούτων τῶν κορῶν δίκαιοι πέμπειν ἐστὶ Ἀθηναίοις, οὓς ἀδίκως ὑπὲρ Ἀνδρόγεω ἀπεκτείνατε;

(Eusebius Præpar. evang. lib. V, cap. 18-19, pag. 209 A ed. Viger. [vol. I p. 443 seq. ed. Gaisf.])

2. Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς ὁπόσοις ὁ Ἀπόλλων διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας θανάτου αἴτιος γέγονε, τὴν ἀμφὶ τοὺς Ἡρακλείδας ἀναλαβὼν ἱστορίαν, εὐθύνει λέγων οὕτως· Ἐπεί δέ πως ἐπεμνήσθην τοῦδε τοῦ λόγου, φέρε, τὰ καθήκοντα διέλθω τοῦ κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας διηγήματος. Οὗτοι γάρ ποθ' ὡρμημένοι κατὰ τὸν Ἰσθμὸν εἰσβαλεῖν εἰς Πελοπόννησον ἐσφάλησαν. Ἀριστόμαχος οὖν ὁ Ἀριδαίου, ἐπειδὴ ὁ Ἀριδαῖος ἐτεθνήκει ἐν τῇ εἰσβολῇ, ἔρχεται ἀκουσόμενος παρὰ σοῦ περὶ τῆς ὁδοῦ· ἐπεθύμει δὲ ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. Σὺ δ' αὐτῷ λέγεις,

> Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' δδοῖο στενύγρων.

ŒNOMAI
FRAGMENTA.

1. Quippe hoc responsum simul proponit et acerrima disputatione confutat recentiorum quidam, qui singulari libro Præstigiatorum investigationem complexus est. Audi ergo non meam, sed illius orationem in sortilegum sic quodammodo invehentis. Quid autem? inquit, nonne Athenienses, Androgei interfectores, atque hanc ob causam pestilentia laborantes, sese facinoris commissi pœnitere fatebantur? Aut si ne id quidem, nonne tamen magis te decebat illam iis pœnitentiam injungere, quam hoc responsum dare:

> Tum vos dira fames atque inclementia pestis
> deseret, ac tristes melior deus exuet iras:
> cum vestro e numero scelerisque piacula vestri,
> quæ sors cunque petet, seu mas seu femina cedat,
> corpora pontus aget magni Minois ad urbem.

Mitto enim quod vos interitum unius Androgei Athenis defuncti doletis, tot aliis et ubique et quotidie morientibus dormitatis. Enimvero quia sciebas Minoem per id tempus et maris imperium tenere et magnis opibus præditum esse, et ab universa Græcia coli simulque justissimum et bonarum legum inventorem haberi, atque adeo ab Homero tum magni Jovis socium tum apud inferos judicem nominatum esse: idcirco has tibi pœnas in hominis gratiam exigendas putasti. Verum ista quoque nihilo minus quam vos ipsi prætereo, non solum percussoribus prætermissis innocentes a vobis certum ad exitium esse deditos, sed ad ejusmodi etiam virum allegatos, quem communem hominum judicem capere statueratis, qui tamen ne hanc quidem rem judicare poterat. Sed, dii, quot tandem a vobis juvenes Athenas eorum in locum summitti æquum est, quos ut parentaretis Androgeo nefarie occidistis?

2. Porro, quam multis Apollo responsorum ambiguitate necem intulerit, repetita Heraclidarum historia, idem scriptor hac oratione coarguentis more declarat: Sed quoniam, inquit, hanc semel attigimus disputationem, age, huc quoque spectantem Heraclidarum historiam persequamur. Hi enim quum aliquando per Isthmum in Peloponnesum irrumpere moliti fine excidissent, Aristomachus Aridæi filius, quod pater in eadem irruptione occisus esset, adiit te de suscipiendo itinere consulturus: eadem enim qua pater flagraverat cupiditate ardebat. Tu vero ei respondisti:

> Angustum per iter palmam tibi numina monstrant.

Καὶ ὃς κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ὥρμησεν ἐπιχειρεῖν, καὶ μάχῃ τελευτᾷ. Τούτου υἱὸς ὁ Τήμενος κακοδαίμων ἦκεν ἐκ κακοδαιμόνων τρίτος· σὺ δ' αὐτῷ παρεγγυᾷς ἃ καὶ Ἀριστομάχῳ τῷ πατρί· καὶ ὅς, ἀλλὰ κἀκεῖνός σοι ἐπιπεισθείς, [a] ἀπέθανεν ἐν τῇ εἰσβολῇ. Καὶ σὺ ἔφης, Οὐ κατὰ γῆν λέγω στενύγρην, ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα. Ἐπειδὴ χαλεπὸν ἦν εἰπεῖν κατὰ τὴν θάλασσαν, κἀκεῖνος ἦει κατὰ τὴν θάλασσαν, δόξαν ἐνεποίησας [b] ὅτι κατὰ γῆν εἰσίοι. Καὶ κατὰ μέσον [c] στρατοπεδεύεται Ναυπάκτου καὶ Ῥυπαίης [d]. Καὶ διακοντίζει Κάρνον Ἱππότην Φυλάνδρου τὸν Αἰτωλόν· εὖ, ἐμοὶ δοκεῖ, ποιῶν· καὶ ἐπειδὴ συνεκύρησε νόσος πλησία, καὶ ἀπέθανεν Ἀριστόδημος, πάλιν ἐπανεχώρουν, καὶ ὁ Τήμενος ἐλθὼν ἀπεμέμφετο τῇ ἀποτυχίᾳ· καὶ ἤκουσεν ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου, καὶ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐχῆς Ἀπόλλωνι Καρνείῳ [e] ποίημα τὸ διὰ τοῦ χρησμοῦ λέγον,

Ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀνεμάξαο ποινήν.

Τί οὖν, φησιν ὁ Τήμενος, τί χρὴ ποιεῖν; Καὶ πῶς ἂν ἱλασαίμην ὑμᾶς;

Εὔχευ Καρνείῳ τελέειν σέβας Ἀπόλλωνι.

Ὦ μιαρώτατε καὶ ἀναισχυντότατε μάντι· εἶτ' οὐκ ἠπίστασο ὅτι διαμαρτήσεται τῆς στενύγρης ὁ τὴν στενύγρην ἀκούσας; Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστάμενος χρᾷς, ἔπειτα περιορᾷς διαμαρτάνοντα. Ἀλλ' ἀμφίβολος ἡ στενύγρη, ὅπως νικήσαντι μὲν αἴτιος εἶναι δοκῇς νίκης, ἡττηθέντι δὲ μηδὲν αἴτιος εἶναι ἥττης, ἔχῃς δὲ ἀποφυγεῖν ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα. Ἀλλ' ἦκεν ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα, καὶ οὐκ ἔτυχεν. Εὕρηται πάλιν εἰς ἀποφυγὴν Κάρνος ἄγγελος ἀποθανών. Καίτοι πῶς, ὦ κράτιστε, ὁ κηδόμενος οὕτω τοῦ Κάρνου, ἄλλοις μὲν αὐτὸν θεοφορεῖσθαι ἐκέλευες, ἑαυτῷ δὲ οὔ; Καὶ δέον σώζειν ἕνα ὄντα Κάρνον, αὐτόν τε περιεῖδες, καὶ ἐναποθανόντι αὐτῷ Ὁμηρικὴν νόσον ἐνέβαλες εἰς τὸ πλῆθος, καὶ εὐχὰς ἐπὶ τῇ νόσῳ ἀφηγοῦ; Εἰ δ' εὐχόμενος οὐδὲν ἤνυεν, ἄλλο τι ἂν ἐξεύροιτο [f] ἄκος τῷ σῷ σοφίσματι, καὶ οὐδέποτ' ἂν ἐλήξατε, οἱ μὲν ἐρωτῶντες, σὺ δὲ σοφιζόμενος, ἵνα καὶ νικῶσι καὶ ἡττωμένοις ᾖς ἀφώρατος κακουργῶν. Ἱκανὸν γὰρ τὸ πάθος καὶ ἡ ἐπιθυμία παραβουκολῆσαι, ὡς μηδ' εἰ χιλιάκις σφαγεῖεν ἀπιστεῖν σοι ποιῆσαι.

Τούτοις ἄξιον ἐπισυνάψαι τὰ περὶ Κροῖσον. Λυδίας οὗτος ἐβασίλευσεν, ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν παραλαβὼν τὴν ἀρχήν· εἶτά τι πλέον τῶν προγόνων κατορθώσειν ἐλπίσας τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν διενοήθη, καὶ διὰ πείρας ἐλθὼν ἁπάντων τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλω προκρίνει, κἄπειτα κρατῆρσι καὶ πλίνθοις χρυσαῖς ἀναθημάτων τε μυρίων πλήθει κοσμήσας τὸ ἱερὸν τῶν πανταχοῦ γῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πλουσιώτατον ἀπέφηνεν, οὐδ' ὅσα πρὸς θυσίας ἐξήρκει παραλιπὼν τῇ

Is vero per Isthmum similiter irruptione tentata in prœlio cecidit. Tum infelix Temenus, hujus filius, eo proficiscitur, ex infortunatorum stirpe tertius, qui præceptis tuis quæ et Aristomacho patri dederas obsecutus, eadem quoque, dum irrumpere nititur, morte occumbit. Hic tu, Non per terrestris, inquis, itineris, sed per freti late patentis angustias dico. Quoniam molestum erat, per mare nominatim dicere, idque si diceres, futurum videbas uti maritimum iter ille ingrederetur, hanc ei mentem injecisti, ut terrestri itinere sibi proficiscendum putaret. Itaque inter Naupactum et Rhypæam castra metatur, et Carnum equitem, Phylandri filium, genere Ætolum, jaculo trajicit. Nec injuria, ut mihi quidem videtur. Quum autem repentinus statim morbus ingruisset, eoque perisset Aristodemus, illisque propterea reversis, iterum Temenus de infortunio quæreretur, responsum tulit, eas ab sese ob necatum nuntium divinum pœnas expetitas esse, simulque carmen audivit, quo votum Apollini Carnio nuncupare conceptis oraculi verbis jubebatur,

Legati has nostri solvis pro sanguine pœnas.

Quid ergo rerum, inquit Temenus, facere me oportet? Aut quomodo vos placabo?

Carnio supplex Phœbo sacra concipe vota.

O vates scelestissime atque impudentissime! Itane? nesciebas, quum angustæ semitæ nomen audiisset, futurum ut in itinere deerraret? Tu id tamen probe sciens hoc oraculum edis, illumque postea deerrare sinis. At ambigua callis angusti vox eo valuit, ut si vinceret, victoriæ auctor haberere; sin vinceretur, causam hujus cladis nullam sustineres, sed posses ad maris late patentis interpretationem confugere. Verum adiit homo mare istud late patens, nec tamen voti compos factus est. Hic rursus alterum invenisti deverticulum, Carni nuntii cædem. At quomodo tamen, deorum optime, tu qui pro Carno adeo sollicitus eras, aliorum causa divino instinctu concitari eum voluisti, noluisti sua? Quomodo, Carnum duntaxat unum servari quum oporteret, eum interire passus es, ac propter ejus interitum et Homericam illam in exercitum pestilentiam immisisti, et certas averruncando morbo preces indixisti? Quibus ille si nihil profecisset, aliud continuo effugium sophismati tuo repertum esset, finemque nullum unquam fecissetis, consulendi quidem illi, tu vero cavillandi, ne seu vincerent seu vincerentur fraudis manifestus fores. Quippe satis omnino virium ad illos fallendos animi perturbatio et cupiditas habuisset, ita ut nunquam eos fidem tibi, vel si millies jugulandi essent, non habere pateretur.

His æquum est nos subjungere ea quæ Cræso postea contigerunt. Regnabat is in Lydia, quippe qui a prioribus accepisset imperium, longa annorum serie propagatum. Idem in majoris quam qua illi floruerant felicitatis spem erectus, religiose deos colere statuerat. Itaque explorato omnium numine, Delphicum Apollinem cunctis

μεγαλοψυχίᾳ. Ἐπειδὴ οὖν τὰ τοιαῦτα προδεδάνειστο τῷ θεῷ, ταῖς τῆς εὐσεβείας εἰκότως ὁ Λυδὸς ἐπιθαρσῶν μεγαλουργίαις στρατεῦσαι ἐπὶ Πέρσας διανοεῖται, αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν εἰς μέγα τῇ τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ προμηθούμενος. Τί οὖν ὁ θαυμάσιος χρησμῳδός; Αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ ἐν Δελφοῖς, ὁ Πύθιος, ὁ φίλιος, τὸν ἱκέτην, τὸν εὐσεβῆ, τὸν πρόσφυγα, οὐχ ὅπως τῆς ἀλλοτρίας τυχεῖν ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσεῖν παρασκευάζει, οὔτι ἑκών, ἔμοιγε δοκεῖ, ἀγνοίᾳ δὲ μᾶλλον τοῦ ἀποδησομένου· (μὴ γὰρ τὸ μέλλον εἰδὼς ὁ θεός, ἐπεὶ μὴ θεὸς ἦν μηδέ τις ἀνθρώπου κρειττων δύναμις, ἐπὶ θάτερα σοφιστικῶς τὸν χρησμὸν ἡρμόσατο·) καὶ μονονουχὶ φήσας,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει,

τὴν ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς τὸν εὐσεβῆ κατελθοῦσαν τῆς Λυδίας ἀρχήν, μεγάλην οὖσαν καὶ πολυχρόνιον, καταστρέφει, τῆς ἄγαν περὶ αὐτὸν σπουδῆς τοῦτον ἀποδοὺς τῷ θεοφιλεῖ τὸν καρπόν.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 19-20, pag. 210 A seq. ed. Viger. [vol. I p. 445 seq. ed. Gaisf.] Scripsi : [a] ἐπιπεισθεὶς cum Davisio ad Maxim. Tyr. XXXV, 7; codd. ἔφη πεισθεὶς. — [b] ἐνεποίησας, ut habet Vigeri margo; codd. ἐμποιήσας. — [c] κατὰ μέσον; libri μέσον. — [d] Ναυπάκτου καὶ Ῥυπαίης; codd. Ναυάτου καὶ Τυπαίου. — [e] Καρνείῳ; codd. Καρνίῳ. — [f] ἐξεύρητο; libri ἐξεύροιτο.)

3. Ἐπὶ τούτοις ὁ συγγραφεὺς οἷα οὐκ ἀλόγως διαγανακτεῖ, ἄκουε. Ἔοικας δὴ ὡς ἀληθῶς τὰ μὲν ὅσα ψάμμου ἄξιά ἐστιν εἰδέναι, καλὸν δὲ μηδὲν εἰδέναι. Τὸ γοῦν ὀσμὴν ἐς ῥῖνας σὰς ἐλθεῖν κραταιρίνοιο χελώνης ἑψομένης, ψάμμου ἄξιον ἐπιστήμη [a] ἐστίν· οὐκ ἀληθὲς μὲν δν οὐδ' αὐτό, ἀλλὰ προσεοικός γε ὅμως τῷ ἀλαζόνι καὶ ἀναιδεῖ, καὶ ἐπὶ τοῖς κενοῖς εἰδήμασι τὴν ὀφρὺν ἐπαίροντι, καὶ τὸ Λύδιον ἀνδράποδον τὸν Κροῖσον πείθοντι μὴ καταφρονεῖν αὐτοῦ. Ὅς μετ' ὀλίγον ἐπὶ τῇ πείρᾳ ἤμελλεν ἐρωτᾶν σε, εἰ στρατεύοι ἐπὶ Πέρσας, καὶ σύμβουλον ποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ μανίας καὶ πλεονεξίας. Ὦ οὐκ ὠκνησας εἰπεῖν, ὅτι

Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Ἐκεῖνο μέντοι εὖ, ὅτι σοι οὐδὲν ἔμελεν, εἴ τι ἄτοπον πείσεται ὑπ' ἀμφιβόλου χρησμοῦ ἐπαρθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίαν ἀρχήν, οὐδ' εἰ πικροί τινες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις, δέον ἐπαινεῖν σε ἐπὶ τῷ ἐκτραχηλίσαι μαινόμενον ἄνθρωπον, καὶ προσεγκαλοῖεν, ὡς οὐδὲ ἰσόῤῥοπον φωνὴν ἀφέντι [b], ἵν' ὀκνήσειεν καὶ βουλεύσαιτο ὁ Λυδός· ἀλλὰ καταλῦσαι καθ' ἕνα τρόπον ἐστὶ νοεῖσθαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων, οὐ τὸ [c] τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ τὸ [d] τὴν ἀλλοτρίαν περιποιήσασθαι. Ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ἢ ὁ μητρόθεν μὲν ἐκ τυραννικοῦ πατρόθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικοῦ γένους ἡμίονος ὢν ἐν τῷ αἰνίγματι, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῦσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄμαντιν μαντικήν, εἴπερ οὐκ ἦδη μὴ οὐ συνήσοντα τοῦ αἰνίγματος ὁ μαν-

---

anteposuit, sicque paulo post aureis cum pateris, tum lateribus, nec non infinita donariorum multitudine templum ejus exornavit, ut brevi tempore omnium orbis terræ fanorum ditissimum effecerit, ne omissis quidem iis (usque eo magnificentiæ progressus est) quæ ad sacrificia rite perpetranda sufficerent. Tot igitur tantisque sumtibus numinis in gratiam ante factis, Lydus imperator haud immerito tam egregiis pietatis suæ monumentis fretus, expeditionem adversus Persas suscipere molitur, ea mente, ut imperium suum numinis auxilio ampliaret. Quid igitur mirabilis ille vates? Ille ipse qui Delphis colebatur, Pythius deus, amicitiæ præses, supplicem suum, hominem religiosum, suumque clientem, non modo alieno imperio non auget, sed suo etiam exuit atque evertit; non consulto, ut mea fert opinio, sed potius rerum futurarum ignorantia : (neque enim præscius futuri deus, utpote qui ne deus quidem esset neque alia vis ulla homine major, responsum unquam suum veteratorie in diversas partes detorsisset :) unoque hoc fere versiculo,

Crœsus Halyn superans magnam pervertet opum vim,

tantum illud tamque diuturnum Lydiæ regnum, quod a majoribus ad religiosum hominem hereditario jure devenerat, funditus evertit, ejusmodi fructu regis deo grati eximium erga se studium pietatemque compensans.

3. Id autem quam ægre merito tulerit scriptor, audi : Videris, inquit ille, re vera quæcunque arenæ instar habent omnia perspicere, at boni nihil posse. Quippe nidorem durioris coctæque testudinis ad sensus tuos pervenire, notitia est non pluris quam arenæ pretio æstimanda : et quamquam ne vera quidem illa fuit, tamen tum superbo congruebat et impudenti, tum ob istam inanium rerum cognitionem supercilium allevanti et Crœsum Lydium illud mancipium, ne se despiceret, monenti. Is enim in hunc modum explorata sortium tuarum veritate paulo post ex te quæsiturus erat, num adversus Persas expeditionem susciperet, teque adeo in furoris cupiditatisque suæ causa consiliarium adhibiturus. Cui tu non gravatus es respondere :

Crœsus Halyn superans magnam pervertet opum vim.

Illud quidem bene, quod talia non curabas, sive malo premeretur vir ad invadendum alienum imperium ambiguo impulsus oraculo; sive acerbi quidam homines et malitiosi, quum tibi ob furiosum hominem consilio tuo præcipitem actum laus ab iis prædicatioque deberetur, hoc insuper tibi exprobrarent, quod ne ancipitem quidem vocem emisisses, ut Lydus ille dubitaret ac deliberaret : sed tuum illud καταλῦσαι, hoc est evertere, uno duntaxat modo a Græcis accipiatur, nec regno suo expelli, sed alienum tractum subigere significet. Nam Cyrus ille qui-

τις. Εἰ δ' οὐχ ὑπὸ ἀγνοίας ἀλλ' ὑπὸ τρυφῆς καὶ πονηρίας ἔπαιζε, βαβαὶ οἷα τὰ θεῖα παίγνια ἐστιν. Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι ἐχρῆν οὕτω γενέσθαι, ἀνιερώτατος μὲν οὗτος λόγων σοφιστικῶν· τί δ' ὅμως, εἰ οὕτως ἐχρῆν γενέσθαι, σὺ ὁ δύστηνος ἐν Δελφοῖς καθέζῃ τὰ κενὰ καὶ μάταια ἄδων; τί δέ σου ὄφελος ἡμῖν; τί δὲ μαινόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ἐπὶ σὲ διώκοντες; τί δέ σοι κνίσης δεῖ [c];

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 20-21, pag. 212 B seq. ed. Viger. [vol. I pag. 450 seq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] ἐπιστήμη ἐστίν; codd. ἐπίστημά ἐστιν. — [b] ἀφέντι cum Vigero; codd. ἀφέντα. — [c] οὐ τὸ τῆς; libri οὕτω, τῆς. — [d] ἀλλὰ τὸ; codd. ἄλλοτε. — [e] τί δέ σοι κνίσης δεῖ; codd. τί δὲ σὺ κνηφίας;)

4. Τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παῤῥησίας τὰ τῆς τῶν Γοήτων φώρας, κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας. Οὐδὲ γὰρ δαίμονος, μὴ ὅτι θεοῦ, τοὺς παρὰ τοῖς Παν-ἕλλησι θαυμαζομένους χρησμοὺς εἶναι βούλεται, γοήτων δ' ἀνδρῶν πλάνας καὶ σοφίσματα ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν πολλῶν ἐσκευωρημένα· ὧν ἐπείπερ ἅπαξ ἐμνήσθημεν, οὐδὲν ἂν γένοιτο ἐμποδὼν τοῦ καὶ ἑτέρων ἐλέγχων ἐπακοῦσαι. Καὶ πρώτου γε δι' οὗ φησιν ὁ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε· Ἀλλὰ δὴ ἔδει τι καὶ ἡμᾶς τῆς κωμῳδίας μετασχεῖν, καὶ μὴ σεμνύνεσθαι ὡς οὐκ ἐμπεσόντας εἰς τὴν κοινὴν παραπληξίαν, καὶ τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν, ἣν καὶ αὐτοὶ περὶ σοφίας ἐνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ·

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἰῃ κῆπος Ἡρακληΐος
πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι ὀρεπόμενος πανημαδόν,
οὐδ' ὀλιζοῦται, βέβριθε δ' ὕδασιν διηνεκές.

Εἶτ' ἐγὼ ἀκούσας ὁ βάκηλος καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐφυσήθην, καὶ τοῦ Ἡρακληΐου κήπου θάλλοντος Ἡσιόδειόν τινα ὀνειροπολῶν ἰδρῶτα διὰ τὴν Τρηχῖνα, καὶ ῥηϊδίην αὖθις ζωὴν διὰ τὸν θάλλοντα κῆπον. Εἶτά μοι ἐπερομένῳ, εἴ μοι συναίρονται οἱ θεοί, εἴς τις ἐκ τῶν πολλῶν λέγει, ἐπομνύμενος αὐτοὺς τοὺς συναιρομένους θεούς, ἢ μὴν παρὰ σοῦ ἀκηκοέναι αὐτὸ τοῦτο Καλλιστράτῳ δεδομένον Ποντικῷ τινι ἐμπόρῳ. Ἐγὼ οὖν ὡς ἤκουσα, πῶς, οἴει, ἠγανάκτησα, ὡς δὴ τῆς ἀρετῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀποστερούμενος; Ἀλλὰ καίπερ ὅμως δυσφορῶν ἀνεσκοπούμην τὸν ἔμπορον, εἴ τι κἀκεῖνος ἐθάλῳθη ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους· ἐφαίνετο δὴ οὖν κἀκεῖνος πόνον τινὰ πονεῖν, καὶ κέρδους ἐφίεσθαι, καὶ βίον τινὰ ἡδὺν ἐκ τοῦ κέρδους προσδοκᾶν. Ὡς δ' ἐφαίνετο ὁ ἔμπορος ἐξισούμενος, οὐκέτι τὸν χρησμὸν ἐδεχόμην, οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ' ἀπηξίουν τῶν αὐτῶν κοινωνεῖν, εἴς τε τοὺς παρόντας πόνους αὐτῶν ἀποβλέπων, καὶ τὰς ἐν ἐλπίδι φάτνας. Ἀλλ' οὐδ' ὁ λῃστὴς ἄμοιρος ἐφαίνετο τοῦ χρησμοῦ, οὐδ' ὁ στρατιώτης, οὐδ' ἐρῶν ἀνήρ, οὐδ' ἐρῶσα γυνή, οὐδὲ κόλαξ,

---

dem Semimedus aut Semipersa sive is qui in hoc ænigmate multi nomine adumbratus materno genere tyrannorum progenies, paterno vir privatus erat, non modo tumidam indicat Musam, sed etiam divinationem futura non prævidentem, si quidem vates vim ænigmatis ab isto percipi non posse ignorabat. Sin autem non rerum ignoratione, sed petulantia et malitia ductus sic ludebat, papæ! quales dii ludos faciunt! Denique, si ne id quidem, sed tantum, quod ita rem evenire oportuerit, profana sine dubio hæc cavillatio est; sin autem rem ita evenire oportebat, quid tu Delphis tamen, infortunate, sessitas, vana atque inutilia oracula fundens? Quid porro tu nobis prodes? Quid vero insanimus nos qui e toto terrarum orbe ad te confugimus? Quid denique tibi sacrificiorum nidore opus est?

4. Talia Œnomaus summa libertate in Præstigiatorum investigatione dicit, quæ sane aliquid cynicæ acerbitatis habent : utpote qui ne dæmonis quidem, nedum dei, quæ Græci omnes tantopere suspiciunt oracula esse velit, sed fallacium hominum fraudes potius et astutias, ad vulgus in errorem adducendum malitiose institutas. Et quoniam semel illorum meminimus, nihil obstat quin aliorum insuper refutationem audiamus, atque in primis istius oraculi, quo se ipsum idem Œnomaus ab Apolline Clario deceptum fuisse his verbis testatur : Sed nimirum, inquit, nos etiam in comœdiæ partem vocari oportebat, ne communi dementia caruisse nos gloriaremur, atque adeo illas exponere merces, quas ipsi quoque tanquam ad sapientiæ mercaturam profecti ex Asia a te, Clarie, reportavimus.

Hortulus Herculis est felix Trachinio in arvo,
perpetuo florent ubi cuncta illæsa nec unquam,
dum crebro juvenes properant decerpere flores,
arent irriguumque bibunt violaria fontem.

Ego igitur, ut audivi, stultus et ipse ab Hercule vana spe inflatus sum, ac propter Trachinis nomen Hesiodeum aliquem Herculei horti passim florentis sudorem, facilem vero vitam ob virentis horti mentionem animo somniavi. Deinde quærenti porro, essentne dii mihi opitulaturi, unus e vulgo etiam jurejurando auxilium deos laturos esse firmavit, quia certo comperisset, idem beneficium a te in Callistratum, mercatorem Ponticum, esse collatum. Quod ego postquam rescivi, quam me id ægre tulisse existimas, quasi ab eo virtutis possessione spoliatus forem? Sed quamvis gravius commoverer, tamen quærere cœpi, numquid etiam mercator iste ab Hercule deceptus esset; quem et ipsum labores quosdam exantlare et lucri cupiditate incensum suaviorem aliquam ex eo lucro vitam sperare animadverti. Quare quum dei judicio mercatorem mihi æquari viderem, et oraculum et Herculem deinceps valere jussi, indignum esse ratus, similem istorum subire fortunam, quorum labores quidem præsentes, men-

οὐδὲ ῥήτωρ, οὐδὲ συκοφάντης. Ἑκάστῳ γὰρ ὡς ἐπιθυμεῖ, ἡγεῖσθαι μὲν τὸν πόνον, προσδοκᾶσθαι δὲ τὴν εὐφροσύνην.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 21-22, pag. 213 B seq. ed. Viger. [vol. I pag. 452 seq. ed. Gaisford.] Scripsi autem versu tertio cum Holstenio ad Porphyrii Vit. Pyth. c. 26 ὕδασιν διηνεκές, quum membranarum scriptura ὑδάτεσσιν διηνεκέσσιν numerorum legi repugnaret.)

5. Ταῦτα ἐκθέμενος εὐθὺς ἐπισυνάπτει, ὡς καὶ δεύτερον ἐρωτήσας καὶ τρίτον οὐδὲν εἰδότας ἔγνω τοὺς θαυμασίους, μόνῳ δὲ τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιαν ἐπικρύπτοντας. Λέγει δ' οὖν· Ἐπεὶ δέ μοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἤδη πρὸ ὁδοῦ ἦν, ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγωγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν, ἄπορος δὲ ἐφαίνετο οὗτος, σοῦ [a] ἐδεόμην καὶ τούτου γενέσθαι ἐνδείκτην,

Ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν ἠδ' Ἀχαιοῖσιν χρέος
θήσεται, τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἔσσεται [b].

Τί φής; Εἰ δ' ἀγαλματοποιός τις ἢ ζωγράφος ἐπεθύμουν γενέσθαι, καὶ διδασκάλους ἐζήτουν, ἆρά μοι ἤρκει ἀκοῦσαι «Ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν», ἀλλ' οὐκ ἂν μαίνεσθαι εἶπον τὸν λέγοντα; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐχ ἱκανὸς εἶ διανοῆσαι, ἀσάφειαν γὰρ ἔχει πολλὴν τὰ ἀνθρώπεια ἤθη· ὅπου δέ μοι ἐκ Κολοφῶνος ἄμεινον πορεύεσθαι, οὐκέθ' οὕτως ἀφανὲς τῷ θεῷ,

Ἐκ τανυστρόφοιο λᾶας σφενδόνης ἰεὶς ἀνήρ,
χῆνας ἐναρίζων βολαῖσιν, ἀσπέτους, ποιηβόρους.

Τοὺς δὲ ἀσπέτους, ποιηβόρους χῆνας, τίς μοι μηνύσει ὅ, τι ποτὲ λέγουσι; τίς δὲ τὴν τανύστροφον σφενδόνην; ὁ Ἀμφίλοχος, ἢ ὁ Δωδωναῖος, ἢ σὺ ἐν Δελφοῖς, εἰ γενοίμην; Οὐκ ἀπάγξῃ που ἀπελθὼν τῇ τανυστρόφῳ σφενδόνῃ μετὰ τοῦ ἀδιανοήτου ποιήματος;

Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐληλεγμένων, ὥρα συνιδεῖν αὖθις ἄνωθεν, ὅπως τοὺς παλαιτάτους χρησμοὺς τοὺς ἐν Δελφοῖς ὁ αὐτὸς ἀπελέγχει, τοὺς δὴ μάλιστα ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις θαυμαζομένους.

Πολὺς ἦν ὁ Περσῶν στρατὸς ὡπλισμένος κατὰ Ἀθηναίων, οὐδ' ἦν τις αὐτοῖς ἄλλη σωτηρίας ἐλπίς, ἢ μόνος ὁ θεός. Οἱ δὴ τοῦτον ὅστις ἦν οὐκ εἰδότες, τὸν πάτριον ἀρωγὸν ἐπεκαλοῦντο· ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων οὗτος ἦν. Τί οὖν ὁ θαυμαστὸς οὗτος; ἆρά γε τῶν οἰκείων ὑπερεμάχει; ἆρα λοιβῆς καὶ κνίσης ἐμέμνητο, καὶ ὧν αὐτῷ συνήθως ἐτέλουν τὰς ἑκατόμβας ἐπιθύοντες; Οὐ μὲν οὖν. Ἀλλὰ τί φησιν; Φεύγειν, καὶ φεύγειν ξύλινον τεῖχος παρασκευασαμένους· οὕτω τὸ ναυτικὸν ὀηλῶν· ὅτι οὐ μόνου φησὶν αὐτοὺς σωθήσεσθαι τῆς πόλεως ἐμπρησθείσης. Ὦ μεγάλης θεοῦ βοηθείας. Εἶτα πολιορκίαν οὐ μόνον τῶν ἄλλων κατὰ τὴν πόλιν οἰκοδομημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένων προλέγειν ὅθεν προσποιεῖται. Τοῦτο δὲ καὶ δίχα χρησμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου προσδοκᾶν ἦν.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 22-23,

---

sas vero nisi speratas non viderem. At neque Iatro, neque miles, neque amator, neque amatrix, neque adulator, neque rhetor, neque delator esse videbatur, ad quem non pertineret istud oraculum. Nam ut quisque cupiditate frangitur, ita vel sibi laboriosum aliquid existimat, vel aliquid voluptatis exspectat.

5. Quibus ille expositis statim docet, quemadmodum iterum ac tertio consultos a se vates egregios nihil scire, sed orationis tantum ambiguæ obscuritate ignorantiam suam tegere compererit. Sunt ergo hæc ejus verba: Sed quum jam ad illam mercaturam mihi proficiscendum atque opus esset homine, qui me velut hospitem ad sapientiam duceret, is autem difficilis inventu videretur, a te petebam, ut ejusmodi quoque aliquem indicares. Tu vero ait:

Apud homines faciles et Achivos beneficium
collocabit; prædicta autem ne parva quidem erunt.

Quid dicis? Si statuarius aut pictor fieri cuperem earumque artium magistros quærerem, satisne mihi foret, tuum istud *Apud homines faciles* audire, an potius qui sic mihi responderet, cum furere dicerem? Verum id conjectura assequi fortasse ob nimiam morum humanorum obscuritatem non poteras; quo me quidem Colophone proficisci satius esset, hoc non amplius adeo latebat deum,

Vir procul vibrata funda lapides excutiens, [tes.
anseres crebris ictibus interfice, multos, herba rescen-

Multos autem illos et herba vescentes anseres, quos isti tandem intelligant, quis mihi explicabit? Quis fundam procul vibratam? Utrum Amphilochus, an Jupiter Dodonæus, an tu ipse Delphis, si illuc me conferam? Quin tu abis in malam crucem, ut funda gulam tibi frangas cum tuo isto inexplicabili carmine?

Sed enim horum refutatione præmissa, vetustissima Delphici Apollinis oracula, quæque Græcis præsertim historiis mirum in modum celebrantur, e superiore memoria repetamus, eaque quo pacto ab eodem redarguantur, videamus.

Persarum ingens adversus Athenienses exercitus in armis erat. Hi quum nullam sibi spem salutis nisi in uno deo reliquam esse viderent, quem ipsi non satis noverant, auxiliatorem patrium invocabant. Nimirum is Apollo Delphicus erat. Quid ergo deus hic præclarus? Isne pro suorum salute dimicavit? An libationum et nidoris cæterorumque meminit, quæ suum in honorem immolandis more majorum hecatombis, ab iis fiebant? Minime vero. Quid ergo jubet? fugere: sed ita fugere, ut ligneo muro (ita videlicet classem vocabat) se munirent: atque hanc unam, incensa jam urbe, expediendæ salutis

pag. 215 A seq. ed. Viger. [vol. I pag. 455 seq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] σοῦ ἐδεόμην ; codd. σὲ ἐδεόμην. — [b] οὐδὲ μικρὸν ἔσσεται; libri οὐδὲ μὴν σκοιμᾴζεται.)

6. Εἰκότα δῆτα ποιῶν ὁ συγγραφεὺς διαπαίζει πάλιν τὴν Ἑλληνικὴν ἀπάτην ἐξελέγχων ἐν τούτοις· Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐθελοκάκου τινός ἐστιν· ἐκεῖνα δὲ δεῖ μᾶλλον εἰς τὴν κρίσιν προάγειν, τὰ πρὸς Ἀθηναίους. Καὶ δὴ λεγέσθω τὰ πρὸς Ἀθηναίους·

Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε ; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης[a].
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδος, οὔτε τὸ σῶμα,
οὐ χέρες, οὐδὲ πόδες νέατοι· κατὰ γάρ μιν ἐρείπει
πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, Συριηγενὲς ἅρμα διώκων·
πολλὰ δὲ τῇδ' ἀπολεῖ πυργώματα καὶ κατερείψει[c]·
πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεούμενοι ἑστήκασι[d],
δείμασι παλλόμενοι.

Ἰδοὺ δή σοι τὸ πρὸς Ἀθηναίους λόγιον· ἦ πού τι μαντικὸν ἔνεστι; Οὐ γὰρ οὕτως ἐθάῤῥεις αὐτῷ, νὴ Δία, φαίη τις ἄν. Εἰ δὲ προσθείης ἃ δεομένων βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιλέγεται, γνωσθήσεται. Ἰδοὺ δὴ προσκείσθω,

Οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι
λισσομένη πολλοῖσι λόγοις. . . . . .
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσσας[e].
τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων. . . . . .
τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει·
μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα,
νῶτον ἐπιστρέψας· ἔτι τοί ποτε κάντίος ἔσται.
Ὦ θεία Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης[f].

Ἄξιός τε σοι ὁ Ζεὺς τοῦ Διός, ὦ υἱὲ τοῦ Διός· ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀδελφέ· ἥ τε σπουδὴ αὕτη καὶ ἡ ἀντισπουδία ἐπιπρέπει τῷ πατρὶ καὶ τῇ θυγατρί, μᾶλλον δὲ τοῖς θεοῖς· ὅ τε Ὀλύμπιος οὗτος ὁ τὴν μίαν ταύτην ἐξελεῖν πόλιν ἀσθενῶν, εἰ μὴ ἀπὸ Σούσων ἐπάγοι αὐτῇ τὸν ἄπειρον ἐκεῖνον στρατόν, μέγας τις ἄρα ἦν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς κυρίαν ἔχων, καὶ πιθανὸς ἅμα, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην κινῶν ἔθνη τοσαῦτα, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πόλιν ἀνατρέψαι ἀδύνατος ὤν. Καὶ σὺ δέ, ὁ τολμηρὸς ἅμα καὶ ἐπὶ τῷ μηδενὶ ῥιψοκίνδυνος οὐκ οἰμώζεις; (εἶπον ἂν ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἡ Παλλὰς οὐ δύναται Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι·) ἢ οὐ τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνιεν ὁ Ζεύς, ἀλλὰ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς ξύλοις· κἄπειτα σὺ μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔσωζες, ὁ δὲ τὰ οἰκοδομήματα ἐνεπίμπρα ἐπακτῷ πυρί; Οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ κεραυνὸς τηνικαῦτα. Ἢ μήτι μᾶλλον ἡμεῖς τολμηροί τε ἐσμὲν καὶ ῥιψοκίνδυνοι, οὐκ ἐπιτρέποντες ὑμῖν

---

rationem esse dicebat. O magnum dei auxilium. Deinde non aliorum solum urbis ædificiorum, sed eorum quoque, quæ diis sacra erant, obsessionem prædicere scilicet se simulat. At vero hoc vel sine ullo oraculo omnibus ex ipsa hostium impressione suspicari licebat.

6. Itaque jure profecto ille scriptor hanc rursus Græcorum fraudem redarguens his verbis illudit : At ista forsitan malevoli prævaricatoris fuerint; ideoque potius conveniat de responso Atheniensibus dato quærere. Est illud autem hujusmodi :

O miseri, quid adestis? ad extima cedite terræ.
Non urbi firmum remanet caput, ac neque corpus,
nec palmas, imosve pedes sua robora firmant.
Namque illam flammæ, Syriosque in prœlia currus
sternet agens Mavors, atque altas funditus arces
eruet, ac superum templis incendia mittet,
qui nunc fortassis magno terrore subacti
expresso sudore fluunt.

Ecce oraculum quod Atheniensibus dedit; num quod in eo vel tenuissimum est divinationis vestigium? Quippe, Tu enim, inquiet quispiam, per Jovem hoc oraculo non confidebas. At si quæ auxilium ejus implorantibus subjecit, addideris, tum quale demum illud sit, intelligetur. Addamus ergo :

Jam magnum placare Jovem Jove nata Minerva
haud precibus votisque potest.
Hoc tibi sed rursum ipso adamante perennius ajo :
nam captis reliquis
Juppiter e ligno muris Tritonida donat',
qui soli invicti tibi sint natisque saluti :
ne vero maneas peditesque equitesque, sed ante
terga dato; namque incurret mox obvius hostis.
Divina o Salamis, perdes tu pignora matrum,
sit licet aut dispersa Ceres, aut prompta coire.

Jovem hercle tu nobis Jove dignum, o Jovis fili; dignam Minerva Minervam fingis, o Minervæ frater : et ista voluntatum studiorumque pugna patrem ac filiam, imo deos omnino decet. Quin etiam Olympius iste tuus, qui nisi adductum Susis ingentem illum exercitum admoveret, urbem unam expugnare non posset, magnus videlicet deus est ac totius orbis rector. Idem etiam locuples auctor habendus, traductis ex Asia in Europam tot gentibus, quum ad evertendam unicam Europæ urbem vires ei deessent. Tu vero, audacissime, (inquiant homines illi, quibus Jovem Olympium exorare Minerva non potest;) qui ubi causæ nihil est, usque adeo præceps in obeundis periculis esse soles, hunc casum non deploras? An vero lapidibus lignisque Jupiter, non hominibus irascebatur, ut homines tu quidem a morte eriperes, ipse autem ædificia adventicio incendio deleret? Nec fulmen ei tum suppetebat. Nisi forte audaciores ipsi sumus nimiumque sine causa præ-

οὕτω φληναφεῖν. Πῶς δέ, ὦ μάντι, ὅτι μὲν ἡ θεία Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν ᾔδεις, πότερα δὲ σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης οὐκέτ' ᾔδεις; Πῶς δὲ οὐδὲ τοῦτο ᾔδεις, ὅτι τὰ τέκνα τῶν γυναικῶν εἴποι μὲν ἄν τις εἶναι καὶ τὰ οἰκεῖα, εἴποι δ' ἂν καὶ τὰ πολέμια, αἰσθόμενος τοῦ κακοτεχνήματος; Περιμένειν δὲ δεῖ τὸ ἀποβησόμενον· ἐν γὰρ δεῖ τι τούτων ἀποβήσεσθαι. Ἡ γάρ τοι Σαλαμὶς ἡ θεία οὐδὲ ἡττωμένων ἀφήρμοσεν ἄν, ὡς εἰς οἶκτον οὕτως ἐπιφωνουμένη· ἥ τε μέλλουσα τῶν νηῶν μάχη, ἤτοι που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης, καταπέπλασται τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ, ἵνα γένηται μάντευμα ἀφώρατον τῷ σοφισμῷ, καὶ μὴ εὐθὺς καταφανὲς ᾖ, ὅτι ἐν χειμῶνι μάχη ναυτικὴ οὐ συνίσταται. Ἤδη δὲ οὐδὲ ἡ τραγῳδία ἀφανής, οὐδὲ οἱ θεοὶ ἐπεισκυκλούμενοι, ὁ μὲν ἱκετεύων, ὁ δὲ οὐ καταχαμπτόμενος· χρήσιμοι τῷ μέλλοντι, καὶ τῇ τοῦ πολέμου παραδόξῳ ῥοπῇ, ὁ μὲν σωζομένοις, ὁ δ' ἀπολλυμένοις. Εἴτε γὰρ σώζοιντο, ἰδοὺ αἱ τῆς Παλλάδος λιταὶ προμεμήνυνται, ἱκαναὶ οὖσαι κάμψαι τὴν τοῦ Διὸς ὀργήν· εἴτε καὶ μή, οὐδὲ τοῦτο τῷ μάντει ἀκατασκεύαστον· οὐ γὰρ δύναται Παλλὰς τὸν Δία ἐξιλάσασθαι· πρός τε τὰς ἡμικάκους τύχας ὁ τεχνίτης ἐκέρασε τὸ λόγιον, ὡς ὅ τι τοῦ Διὸς τῇ μὲν τὴν ἑαυτοῦ πρόθεσιν ἐκτελέσαντος, τῇ δὲ τὴν δέησιν τῆς θυγατρὸς οὐ περιῤῥονήσαντος. Τά τε πυργώματα ὅτι πολλὰ ἀπολεῖται, εἰ μετὰ ναρθήκων ἀλλὰ μὴ μετὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ἐπήεσαν, τάχα ἂν ψεῦδος ἦν, ὁπότε καὶ μετὰ ναρθήκων ἔπραξαν ἄν τι πάντως οἱ τοσοῦτοι. Ἀλλ' ἐγώ, φησίν, ἐξεῦρον τὸ ξύλινον τεῖχος, τὸ μόνον ἀπόρθητον. Συμβούλευμα σοῦ γε, ἀλλ' οὐ μάντευμα, οὐχ ἁπτοικὸς τῷ

Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸν εἶναι.

Ὁ γοῦν ἐπιλυσάμενος ἐκεῖνο τὸ αἴνιγμα οὐ χείρων ἦν σου κατιδεῖν, ὅτι ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις πρόφασις ἦν τῷ Πέρσῃ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἡ πᾶσα ἔλασις ἐπὶ ταύτην πρώτην τε καὶ ἐξοχωτάτην ἐγένετο. Ἐπεὶ καὶ ὁ ἅπαντις αὐτὸς ἐγὼ τοῦτ' αἰσθόμενος καὶ τὸν Ἀθηναῖον ἄν, οὐ μόνον τὸν Λυδόν, ἐκέλευον φεύγειν νῶτα ἐπιστρέψαντα. Ἔτι γάρ ποτε κἀντίος ἔσται· πολλὴ γὰρ ἱπποσύνη καὶ πεζὸς ἐπέρχεται. Ὅτι δὲ ναυσίν, ἀλλ' οὐ κατ' ἤπειρον· καὶ γὰρ ἦν γελοῖον ἔχοντας ναυτικόν, καὶ ἐπὶ θαλάσσης κατοικοῦντας, μὴ οὐ πασσυδὶ σκευωρησαμένους, καὶ τροφὰς ὅσας εἶχον συνεμβαλλομένους σώζεσθαι, παραδόντας τοῖς βουλομένοις τὴν γῆν.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 23-24, pag. 215 D seq. ed. Viger. [vol. I pag. 458 seq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης ex Herodot. VII, 140; codd. φύγετ' ἔσχατα γαίης. — [b] ἐρείψει cum Vigero; libri ἔῤῥιψε. — [c] κατερρίψει; codd. καταῤῥίψει vel καταῤῥίψει. — [d] Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 1285 : ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπόν, εἰώθε τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν.— [e] i. e.

---

cipites, qui ne vos quidem sic nugari patiamur. At quomodo tamen, o vates, futurum esse sciebas, ut mulierum fœtus divina Salamis perderet, sed utrum id sementis an messis tempore futurum esset ignorabas? Imo cur ne hoc quidem sciebas, fœtus illos mulierum, uti suos ac proprios, ita etiam hostium liberos; a quolibet qui ludificationem animadverteret, intelligi omnino posse? Nimirum exitus exspectandus est; prorsus enim alterutrum eveniat oportet. Nam ista quidem divina Salamis, utri vincerentur, semper utique cum oraculo congrueret, quasi ad miserationem commovendam ejusmodi carmine appellaretur: navalis autem pugna sub sementis messisve tempus futura, poetici sermonis gravitate ficta est, ne oraculi vanitas his argutiis tecta deprehendi posset, neve statim omnibus liqueret, prœlium navale hiberno tempore committi non solere. Jam vero ne ipsius quidem tragœdiæ finis aut invectorum deorum ratio obscura est, quorum alter supplex alter minus exorabilis esse fingitur, sed uterque ad tempus futurum et inopinatam belli inclinationem accommodatus, alter si salvi forent, alter si perirent. Nam si ab interitu retraherentur, en illæ Minervæ preces prænuntiatæ erant, quæ ad permulcendam Jovis iram satis haberent virium : sin minus, ne hoc quidem vati non provisum; nec enim Jovem, inquit, exorare Minerva potest. Ita suum istud oraculum ad tristis lætæque sortis exitum bonus artifex accommodavit, ut partim Jupiter propositum peregisse, partim filiæ preces minime aversatus esse videretur. Nam arces quidem plurimas disjectum iri, dummodo ferulis, non autem ferro ignique armati urbem invaderent, fortasse falsum erat, quum tanta multitudo solis etiam ferulis instructa omnino efficere aliquid posset. At ligneum, inquit, murum eumque solum inexpugnabilem inveni. Consilium das, Apollo, non oraculum, et consilium quidem alteri huic non absimile :

I, fuge et ignavus posito sis Lyde pudore.

Quin etiam qui tuum istud ænigma solvit, is nihilo sane minus quam tu videbat, Atheniensium urbem Persis profectionis causam fuisse: omnemque illam expeditionem adversus hanc, quæ et primaria et nobilissima foret, susceptam esse. Namque ego ipse, qui neutiquam rerum futurarum interpres sum, ubi rem sensissem, non Lydo tantummodo, sed etiam Atheniensi, ut terga hosti daret, omnino auctor essem. Etenim hostis tibi adhuc obvius aliquando erit, siquidem multi equites peditesque adveniunt. Mari vero, non terra fugam suaderem. Ridiculum enim foret, homines classe instructos et maris accolas, non collectis celeriter vasis et quidquid commeatus suppeteret in naves imposito, salutem suam expedire, terra, quibus ea placeret, libenter relicta.

quod firmum adamantis instar erit futurum. Refertur enim participium ad Apollinem. — [f] dum sementem faciunt. — [g] dum metunt.)

7. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ πρὸς Ἀθηναίους· ἀσθενῆ δὲ σφόδρα καὶ καταγέλαστα τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους. Ἤτοι γὰρ πᾶσά φησιν ἡ πόλις πολιορκηθήσεται, ἢ ἀπολωλότα τὸν βασιλέα πενθήσει. Τοῦτο δ' ἐξ ἅπαντος εἰκὸς ἦν παντί τῳ στοχάζεσθαι, τὸ ἤτοι τόδε ἢ τόδε συμβήσεσθαι. Ἀλλ' οὐ δήπου θεοῦ ἦν μάντευμα ὧδέ πως ἀμφιβάλλειν ἀγνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, βοηθεῖν δέον, καὶ σωτῆρα τῶν Ἑλλήνων ἐν καιρῷ παραφαίνεσθαι, καὶ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ βαρβάρων νίκην τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἂν οἰκείοις φίλοις προξενεῖν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸς ἦν, κἂν τὸ μὴ παθεῖν αὐτούς, μηδ' ἁλῶναι παρέχειν. Ὁ δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' οὐδ' ὅπως αὐτοῖς τὰ τῆς ἥττης περιστήσεται, γινώσκει. Διὸ καὶ πρὸς ταῦτα οἷά φησιν ὁ ἔλεγχος, ἄκουε· Ἀλλ' οὐ δεῖ Λακεδαιμονίοις, φήσεις, ταυτὸν παραινεῖν. Ἀληθῆ λέγεις. Οὐ γὰρ ἠπίστασο, ὦ σοφιστά, οἳ χωρήσει τὰ τῆς Σπάρτης ὥσπερ τὰ τῆς Ἀττικῆς. Ἐδεδοίκεις οὖν μὴ σὺ μὲν κελεύσῃς αὐτοὺς φεύγειν, κἄπειτα οἱ μὲν φεύγοιεν, οἱ δὲ μὴ ἐπέλθοιεν. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τι λέγειν, οὕτως εἶπας τοῖς Λακεδαιμονίοις·

Ὑμῖν, ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο,
ἢ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι
πέρσεται· ἢ τὸ μὲν οὐκί[a], ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
πενθήσει βασιλῆ[b] φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρος.

Πάλιν ὁ ἀμαντευτότατος σύνδεσμος. Ἀλλ' ἐῶμεν αὐτόν, ὡς μὴ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ σοι ἐπιπηδῶντες ἐπαχθεῖς ἅμα καὶ ἄποροι δοκῶμεν εἶναι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐπισκοπῶμεν. Εἰς σὲ μὲν ἀπέβλεπον ἅπαντες ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ· σὺ δ' αὐτοῖς καὶ τῶν μελλόντων μηνυτὴς καὶ τῶν ποιητέων ἦσθα σύμβουλος. Καὶ σὲ μὲν ἐκεῖνοι πιστόν, σὺ δ' αὐτοὺς ἐπέπεισο ἠλιθίους εἶναι· καὶ ὁ καθεστὼς καιρὸς ὅτι ἱκανὸς ἦν ἄγειν καὶ τραχηλίζειν τοὺς ἀβελτέρους οὐ μόνον εἰς Δελφικὰ καὶ Δωδωνεῖα σοφιστήρια, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ ὀρνιθομαντεῖα, καὶ ἀλευρομαντεῖα, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. Πιστοὶ δὲ οὐ μόνον οἱ θεοὶ τηνικαῦτα, ἀλλ' ἤδη καὶ αἱ γαλαῖ, καὶ αἱ κορῶναι, καὶ τὰ καθύπνια παραπταίσματα. Οὔκουν ἄδηλον ὅτι οὔτ' ἂν ἀμφότερα μᾶλλον ἐδέξαντο, ἢ τὸ ἕτερον, οὔτ' ἂν τὸ μεῖζον ἀντὶ τοῦ μείονος, μεῖον δὲ εἶναι ἕνα ἀντὶ πάντων πεσεῖν τὸν βασιλέα. Μετὰ μὲν δὴ τῆς πόλεως πιπτούσης οὐδεμία οὐδ' αὐτῷ ἀποφυγή· εἰ δ' αὐτὸς ἄλλῃ πῃ τάττοιτο, τάχα ἄν τι καὶ παράδοξον γένοιτο. Λείπεται δὴ τοὺς ταῦτα λογιζομένους τὸν μὲν βασιλέα πέμψαι προσπολεμήσοντα, αὐτοὺς δὲ οἴκοι μένοντας ἔξω κινδύνων καραδοκεῖν. Τῷ μὲν οὖν μετ' ὀλίγων ἐναντίῳ ἰσταμένῳ πρὸς τὸν ἄπειραν ὄχλον ὅλεθρος προφανής, ἡ δὲ Σπάρτη ἀνοχὰς εἶχε τοῦ φόβου καὶ παραδόξους ἐλπίδας. Μηδὲν δὲ ἧττον ἀφώρατον εἶναι τὸ σόφισμα, καὶ διαφυγούσης καὶ ἁλούσης. Τί δήποτε; Ὅτι οὐκ εἴρητο μὰ Δία, εἰ ὁ βασιλεὺς ἀπο-

---

7. Hæc igitur sunt, quæ Atheniensibus Apollo respondit; quæ vero Lacedæmoniis, admodum infirma et ridicula. Quippe civitas, inquit, universa aut obsidione cingetur, aut regem exstinctum lugebit. At omnibus omnino probabili conjectura augurari licebat, alterutrum utique eventurum esse. Nec certe ob rerum futurarum ignorationem ita quodammodo ambigere dei erat oraculum edentis, quum auxiliari oporteret et allata opportune Græcis salute his potius, tanquam domesticis amicis, victoriæ ex hostibus ac barbaris referendæ auctorem esse. Quodsi hoc non poterat, id saltem, ne quid ipsi paterentur, neve in hostium potestatem venirent, efficere debebat. Verum ille ne hoc quidem, imo nec cujusmodi iis futurus sit adversi prælii exitus, intelligit. Quamobrem etiam, quæ hujus oraculi refutatio sit, accipe. At non decuit, inquies, Lacedæmoniis idem suadere. Vera prædicas. Non enim sciebas, o sophista, idemne Spartæ quod Atticæ periculum immineret. Itaque verebaris, ne quum eos fugere jussisses, fugerent illi quidem, Persæ vero nequaquam ipsos invaderent. Quoniam igitur aliquid respondendum erat, sic Lacedæmoniis respondisti:

Nobilis o Spartæ cives, aut inclyta vobis
urbs Persarum armis penitus subversa jacebit:
aut si eadem steterit, magno regem Hercule natum
tristia defunctum plangent Lacedæmonis arva.

En rursus non prædicta eventorum colligatio; quam tamen omittamus licet, ne si bis in eadem re exponenda tibi insultatum a nobis fuerit, non solum graves tibi ac molesti, sed etiam dementes ac stupidi esse videamur. Consideremus ergo reliqua. Te unum omnes tanto in periculo intuebantur; tuque eis et futurorum interpres et rerum gerendarum auctor fuisti. Ac te quidem illi fide dignum, tu vero eos stolidos esse putabas, præsertim quum etiam ejusmodi rerum status esset, quo homines stulti non modo in Delphicas vel Dodonæas arguliarum officinas, sed jam ad augurii quoque et prædictiones ex farina et ad vates ventriloquos præcipites agi possent. Quippe non dii tantummodo per id tempus luculenti auctores existimantur, sed feles quoque, cornices et vanæ somniorum species fidem habent. Neque vero dubium erat, eos nec utrumque potius quam alterutrum, nec pro leviori gravius subituros esse; simulque levius hoc demum fore, si rex pro omnibus unus caderet. Jam vero illud etiam facile succurrebat, in communi totius urbis excidio effugium regi patere nullum; idem autem si alio quopiam amandaretur, fortasse aliquid præter opinionem eventurum. Reliquum igitur est, ut hæc secum ipsi reputantes regem, qui bellum hostibus inferat, mittant, domi vero interea manentes, procul a discrimine rei totius exitum opperiantur. Regi porro cum paucis infinitam hostium multitudinem excipienti certam mortem imminere liquebat: quum inte-

θάνοι, ἡ πόλις σωθήσεται, ἀλλ' ὅτι ἡ μόνος ἀπολεῖται ἢ ἡ σύμπασα πόλις· τοῦτο δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἀνεύθυνον, καὶ μόνου αὐτοῦ ἀπολουμένου καὶ μὴ μόνου. Οὗτος δὲ τύφου καὶ ἀφροσύνης καρπός.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 24-25, pag. 218 D seq. ed. Viger. [vol. I pag. 463 seq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] οὐχί ut apud Herodotum VII, 220; codd. οὐχί. — [b] βασιλῆ; codd. βασιλέα.)

8. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Οὐκ ἄξιον δὲ παρελθεῖν καὶ ἅπερ Κνιδίοις ἔχρησε πάλιν εὐχομένοις καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ συμμαχίαν αἰτοῦσιν. Ἔπαθον δὲ καὶ οἱ Κνίδιοι τούτῳ προσεοικὸς Ἁρπάγου ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσαντος. Τὸν γὰρ Ἰσθμὸν τὸν αὐτόθι διακόπτειν ἐπιχειροῦντες καὶ τὴν πόλιν νησοποιεῖν, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ἔργου εἶχοντο· ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀπήντα ἡ ἐργασία, ἀπαγορεύοντες ἤδη ἐχρῶντο. Σὺ δὲ αὐτοῖς εἶπας,

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, αἰκ' ἐβούλετο.

Καὶ οἱ βλάκες ἐπείσθησαν, καὶ ἀποτραπόμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἁρπάγῳ. Τὸ δὲ ῥᾳδιούργημα. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βέβαιος ἀποφυγὴ ὀρύξασι, τούτου μὲν ἔπαυσας· ὡς δὲ μὴ κελεύων ἔργου ἔχεσθαι, ἐπαγγέλλῃ τὴν ἀποφυγήν. Τοῦτο δὲ οὐ τὸ λῴτον εἶναι μὴ ὀρύξασι προσετίθεις, ἀλλ' ὅτι οὐ δοκεῖ τῷ Διὶ αὐτὴν νῆσον εἶναι. Ἐν μὲν οὖν τῇ ἀποτροπῇ ἀμφότερα ἰσόῤῥοπα, ἐν δὲ τῇ προτροπῇ τὸ διαφεύξεσθαι προεῖχεν· ὅθεν [b] δὴ ἀσφαλὲς ἦν τῷ σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν. Οὕτως τε οὐδὲν εἰπὼν ὧν ἕνεκα ἦσαν ἀφιγμένοι, ἀπέπεμψας οἰομένους ἀκηκοέναι τι.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 25-26, pag. 220 C seq. ed. Viger. [vol. I pag. 467 seq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] Ἰσθμὸν δὲ μὴ; codd. Ἰσθμὸν μὴ. — [b] ὅθεν; codd. οὗ.)

9. Ταῦτα δὲ ἡγοῦμαι τὸ ἀδρανὲς τῶν τε χρώντων καὶ τῶν χρωμένων ἀπελέγχειν αὐτάρκως, καὶ ὅτι μηδὲν ἀληθὲς ἢ ἔνθεόν ἐστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς δηλουμένοις. Τὸ δὲ κακότροπον τοῦ ἤθους εἴτε τῶν πονηρῶν δαιμόνων εἴτε τῶν τὰ μαντεῖα καθυποκρινομένων ἀνδρῶν ἴδοις ἄν, εἰ μάθοις ὡς καὶ εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ῥᾳθίζον, εἰρήνης καὶ φιλίας δέον αὐτοὺς εἶναι βραβευτάς. Τοτὲ μὲν οὖν Λακεδαιμονίους ὡς ἂν οἰκείους καὶ φίλους ὁ ἐν Δελφοῖς πάλιν κατὰ Μεσσηνίων παροξύνει, τοτὲ δ' αὖ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων χρᾷ, εἰ πάλιν οὗτοι δι' ἀνθρωποθυσίας ἱλάσοιντο τοὺς δαίμονας. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ περὶ τούτων. Ἐπικρινεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα ἡ σοφία παροῦσα τῇ μαντικῇ, καὶ οὐκ ἐπιτρέψει αὐτῇ ὡς ἔτυχε διαλέγεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πάντων ἀναψαμένη τὰ πείσματα, καὶ ἐπιθεμένη τὰ πρεσβεῖα· οὐδ' ἐρήσει

---

rim inducias metu vacuas a Spartanis optima quæque sperantibus agitarentur. Sed sive caperetur urbs, sive periculum effugeret, tamen nihilominus tectam manere cavillationem. Cur tandem? Quia nequaquam, per Jovem, dixerat vates, si rex periret, salvam fore civitatem, sed tantum, aut unum regem, aut universam civitatem esse perituram. Id vero impune in utramque partem, sive solus ipse periret, sive non solus, accipi posset. Atque hic demum est arrogantiæ ac dementiæ fructus.

8. Sed hæc hactenus. Cæterum non decet prætermittere etiam illud responsum, quod rursus Cnidiis precantibus deique auxilium implorantibus reddidit. Accidit autem, inquit ille, et Cnidiis simile quid, quum Harpagus expeditionem adversus eos suscepisset. Isthmum enim illum, qui erat inibi, tollere ac rescindere, atque urbem insulam efficere moliti, primum quidem opus aggrediebantur : sed postquam gravem laborem ferebant, animo fracti jam oraculum consuluerunt. Tu vero iis respondisti :

Isthmoque nec munito nec fosso est opus;
nam si Jovi placeret, esset insula.

Tibi porro stolidi homines fidem habuere atque a proposito deterriti Harpago sese dediderunt. At hæc veteratoria respondendi ratio est. Nam quod ne suffosso quidem isthmo eos tutum receptum habituros esse videbas, affectum opus inhibuisti : idemque simul, utpote nequaquam ejus inchoandi auctor, effugiendi spem aliquam illis ostendis. Neque tamen, si a suffodiendo se abstinuerint, lætiorem exitum polliceris, sed hoc tantum mones, non placere Jovi urbem insulam fieri. Quippe apparebat, si dehortarere, parem in utramque partem responsi vim fore; si autem hortarere, salutem prædictam posse videri. Quare dehortari modo tutum esse sophista putabat. Atque hoc modo nihil eorum, quorum causa advenerant, locutus miseros dimisisti, qui sese tamen aliquid audivisse opinabantur.

9. His equidem existimo tam respondentium quam consulentium imbecillitatem omniaque illa oracula neque vera esse neque divina abunde coargui. Jam vero nequitiam sive malorum dæmonum sive hominum, qui divinorum personam suscipiebant, ex eo facile intelligas, quod qui pacis et amicitiæ conciliatores esse debuissent, illi eos sæpissime, a quibus consulebantur, ad mutua bella incitarent. Et quidem modo Lacedæmonios, quasi domesticos et amicos Apollo Delphicus in Messenios incitat, modo idem Messeniis adversus Lacedæmonios, dummodo humana victima dæmones iterum placaverint, læta omnia pollicetur. Audi etiam quæ ad hanc rem pertinent. At hæc omnia videlicet ea quæ divinationi præsto est sapientia decernet, nec eam temere quidquid occurrerit effutire sinet, utpote quæ rerum omnium suspensas ex se habeat rationes, ac suum quibusque pretium statuat. Neque vero Pythium illum, ob ejus vanitatem, aut istis,

ματαίῳ ὄντι τῷ Πυθίῳ χρᾶν οὔτε τούτοις, οὔτε Λακεδαιμονίοις περὶ Μεσσηνίων καὶ τῆς γῆς, ἧς εἶχον Μεσσήνιοι ἀπάτῃ νικήσαντες Λακεδαιμονίους [a],

Οὔ σε μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἄνωγεν,
ἀλλ' ἀπάτῃ μὲν ἔχει γαῖαν Μεσσηνίδα λαός·
ταῖς δ' αὐταῖς τέχναις τις ἁλώσεται, αἴσπερ ὑπῆρξεν.

Εἰρήνης μᾶλλον μεμνῆσθαι κελεύει καὶ ὀλιγοδείας καὶ αὐταρκείας. Οἱ δέ που τοῖς Λυκούργου νόμοις κατακοσμούμενοι ἦκον ὑπὸ ἀπληστίας καὶ δόξης κενῆς ἐρησόμενοι, ὡς μὴ δοκοῖεν Μεσσηνίων μάχῃ λείπεσθαι, ἐν νόμοις καρτερικοῖς τεθράφθαι δοκοῦντες. Εἰ δέ γε οἱ ἐν καρτερικοῖς ἦσαν νόμοις οὕτω τεθραμμένοι, ἐκαρτέρουν ἂν ἐπὶ τοῖς ὀλίγοις, καὶ οὐδὲν ἂν μάχης αὐτοῖς ἔδει, οὐδὲ ὅπλων καὶ τῆς λοιπῆς ἀποπληξίας. Ταῦτα Λακεδαιμονίοις κατὰ Μεσσηνίων· πάλιν δ' αὖ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων ταῦτα· σὺ γὰρ καὶ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων, οὐ μόνον Λακεδαιμονίοις κατὰ Μεσσηνίων χρησμῳδεῖς [b].

Παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ, ἥντινα δοίης
δαίμοσι νερτερίοις, καί κεν σώσειας Ἰθώμην.

Τὰ γὰρ παρευρήματα οὐ δέχομαι, ὅτι οὐκ ἦν καθαρὸν ἐκ γένους Αἰπύτου τὸ ἱερεῖον, ὅθεν ἀτέλεστα Μεσσηνίοις εἶναι. Τοιοῦτος γὰρ εἶ, οἷος ταράττειν.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 26-27, pag. 220 D seq. ed Viger. [vol. I pag. 468 seq. ed. Gaisford.] [a] Vid. Pausan. lib. IV, 12. — [b] Cf. Pausan. lib. IV, 9.)

10 Τὰ μὲν δὴ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας τοιαῦτα. Μυρία δ' ἐστὶ καὶ καθ' ἡμᾶς τούτοις συνιδεῖν ὅμοια, ἐκ παλαιοῦ χρόνου καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τοτὲ μὲν εἰς ἀπράκτους πολέμους διὰ τῆς τῶν χρησμῶν συμβουλίας ὁρμώντων, τοτὲ δὲ σφαλλομένων ἐκ τῆς τῶν χρησθέντων ἀσηλίας, ἄλλοτε δὲ ἀποπλανωμένων ἐκ τῆς αὐτόθεν τῶν λογίων ἀπάτης. Τί δεῖ δὲ λέγειν, ὡς ποτε ἐν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς, ἤτοι τῶν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς παρατάξεων, ἢ τῶν ἐν ταῖς σωματικαῖς ἀῤῥωστίαις κινδύνων, τῆς τῶν νενομισμένων θεῶν ἐπικουρίας ἢ θεραπείας οὐδὲν ὤναντο. Τοιαῦτα δὲ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῶν χρησμῶν ἐκπίπτει, οἷα καὶ τὰ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας συνίστησιν. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μάλιστα παρὰ τοῖς Ἕλλησι θρυλουμένων τοῦ Πυθίου χρησμῶν εἷς τις ἦν καὶ ὁ πρὸς Λυκοῦργον, ᾧ προσιόντι ἡ Πυθία ἐπεφώνησε τὸ βρώμενον ἐκεῖνο,

Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε [a], ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι·
δίζω ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον·
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι· ὦ Λυκόοργε,
ἥκεις εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω,

καὶ τὰ τούτοις συνεπιλεγόμενα· φέρε καὶ πρὸς ταῦτα

---

aut Lacedæmoniis de Messeniis eaque regione, quam illi Lacedæmoniis fraude victis occuparant, responsum dare patietur,

Non belli tantum suadet certamina Phœbus
magna tibi, capta est astu Messenia tellus;
sed qui fraude alios cepit, capietur eadem.

Pacis eos potius et temperantiæ meminisse, ac sua sorte contentos esse jubet. Enimvero homines quum Lycurgi legibus fere ad æquitatem instituti essent, inexplebilis cupiditatis et inanis gloriæ stimulo acti oraculum consuluerunt, ne qui ex legum præscripto tolerantiæ innutriti forent, Messeniis pugna cessisse viderentur. Si vero ex legum præscripto tolerantiæ ita innutriti essent, paucis fuissent contenti, quippe qui neque dimicatione neque armis neque reliqua insania egerent. Cæterum illa tu Lacedæmoniis contra Messenios respondisti: at Messeniis contra Lacedæmonios hæc. Nam utrisque vicissim adversus utrosque responsa reddis:

Æpytidis poscunt manes Libitinaque mortem
virginis; hac cæsa caram servabis Ithomen.

Nam quod dicis, non puram ac sinceram ex Æpyti genere victimam, ac propterea litatum a Messeniis non esse: apage ista commenta. Talis quippe es, qui turbare soleas.

10. Atque hujusmodi sunt veteris historiæ exempla. Cæterum sexcenta his similia inde ab antiqua ætate usque ad nostram memoriam proferri possunt: quum tot subinde imperatores modo ad inania bella oraculis auctoribus raperentur, modo responsorum obscuritate fallerentur, modo etiam nativa quadam inducti oraculorum fraude a proposito aberrarent. Quid vero attinet referre, quoties vel gravissimis, quod infaustum cum hostibus prælium commisissent, calamitatibus afflicti, vel morbis periculosissimis laborantes, ab iis qui vulgo dii habebantur neque adjuti neque curati sint? Et quidem talia semper ac perpetuo responsa iis data sunt, qualia in priscis annalibus traduntur. Sed quoniam ex iis Apollinis Pythii oraculis, quæ a Græcis maxime jactantur, unum etiam illud est, quod Lycurgo ipsam consulenti Pythiam edidisse ferunt, omnium sermone celebratissimum,

Ad mea venisti præpingnia templa, Lycurge,
grate Jovi et cunctis qui tecta tuentur Olympi.
Ambigo, tene deum jam nunc hominemne salutem;
sed multo magis esse deum te credo, Lycurge.
Æqua tuis nos jura rogas; damus illa libenter,

et quæ sequuntur: age, quid tandem de isto quoque Œnomaus noster senserit, quum oraculorum vanitatem coargueret, videamus. Sic igitur ipse scribit: Sed enim

τίνα ποτὲ συνεῖδεν ὁ προδηλωθεὶς ἔλεγχος ἐποπτεύσωμεν. Γράφει δὲ ὧδε· Ἀλλὰ σὺ τὸν Λυκοῦργον προκαθηγεμόνα καὶ σκοπὸν ἐλθόντα ποτὲ ὡς σέ, ἥκειν ἔρης ἐκ κοίλης Λακεδαίμονος Ζηνὶ φίλον, καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι, δίζεσθαί τε εἰ θεὸν αὐτὸν μαντεύσῃ, ἢ ἄνθρωπον· ἀλλ' ἔτι καὶμᾶλλον θεὸν ἕλπεσθαι[b] ὅτι ἦλθεν εὐνομίην αἰτήσων. Καὶ πῶς, εἰ θεός, οὐκ ἠπίστατο νόμον πολιτικὸν ὁ φίλος τοῦ Διὸς καὶ πάντων τῶν Ὀλυμπίων; Ἀλλ' ἐπεί τοι καὶ οὐ δίχα θεοῦ ἴσως τὰ τοιαῦτα εὑρίσκεται, ἃ δέδεικται τῷ θειοτάτῳ ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς θεοῦ φωνῆς, φέρε, ἴδωμεν τὴν θείαν φωνήν, καὶ ἃ ἐδίδαξας τὸν Λυκοῦργον·

Ἦκεις εὐνομίην διζήμενος; αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω.

Δός, εἰποιμι ἂν ἐγώ· οὐδεμίαν γάρ πω δόσιν οὐδενὶ ἐπηγγείλω τοιαύτην.

Ἕως ἂν μαντείαισιν ὑποσχέσιάς τε[c] καὶ ὅρκους,
καὶ δίκας ἀλλήλοισι καὶ ἀλλοδαποῖσι διδῶτε,
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς πρεσβηγενέας τιμῶντες,
Τυνδαρίδας δ' ἐποπιζόμενοι, Μενέλαν τε καὶ ἄλλους
ἀθανάτους ἥρωας, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ,
οὕτω τοί χ' ὑμῶν περιφείδοιτ' εὐρύοπα Ζεύς.

Ἄπολλον, διδασκαλίας καὶ παρεγγυήσεως θείας· καὶ οὐ μακρὸς ἕνεκα τούτων ὁ στόλος, οὐδὲ ὅπως εἰς Δελφοὺς ἐκ Πελοποννήσου, ἀλλ' οὐδ' εἰς Ὑπερβορέους αὐτούς, ὅθεν ἀφῖχθαι λέγουσι κατὰ χρησμὸν Ἀστερίας ἄλλης μάντεως

Οἰκητὰς Δήλοιο θυώδεος ἠδ' ἱερῆας.

Δοκεῖ δέ μοι ὁ Λυκοῦργος οὗτος οὐκ ἐσχηκέναι τιθήν, οὐδὲ σὺν θώκῳ πρεσβυτέρων οὐδέποτε κεκαθικέναι, παρ' ὧν καὶ παρ' ἧς εἶχε καλλίω τούτων ἀκοῦσαι καὶ σοφώτερα. Τάχα δέ πού τι προσθήσεις, ἐάν σε λιπαρῇ ὁ Λυκοῦργος εἰπεῖν τι σαφές. Εἰ οἱ μὲν εὖ ἤγοιντο, εἰ δ' ἔποιντο, ἔτι φήσω τοῦ αὐτοῦ εἶναι συνθώκου[d] τοῦτο, καὶ ἀξιώσω τὸν Λυκοῦργον μὴ ἀποκαμεῖν εἴ τι δύναιτο πολιτικὸν παρὰ σοῦ δίδαγμα ἀναλαβὼν ἀπιέναι εἰς τὴν Σπάρτην.

Εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσαι
ἡ μὲν ἐλευθερίας εἰς τίμιον οἶκον ἄγουσα,
ἡ δ' ἐπὶ δουλείας ψευκτὸν δόμον ἡμερίοισι·
καὶ τὴν μὲν διά τ' ἀνδροσύνης ἱερῆς θ' ὁμονοίας
ἔστι περᾶν, ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον·
τὴν δὲ διὰ στυγερῆς ἔριδος καὶ ἀνάλκιδος ἄτης
εἰσαφικάνουσι...

τὴν δὲ περυλάχθαι. Μάλιστα ἀνδρείους εἶναι κελεύεις· τοῦτο μὲν καὶ παρὰ τῶν ἀειλῶν πολλάκις ἠκούσαμεν· ἀλλὰ καὶ ὁμόφρονας· τοῦτο οὐ παρὰ τῶν σοφῶν μόνων, ἀλλ' ἤδη καὶ παρ' αὐτῶν τῶν στασιαζόντων. Ὥστε τούτου μὲν τοῦ παρεγγυήματος ἀφίεμέν σε. Καίτοι

Lycurgum, inquit, quum ad te aliquando viæ quasi dux et explorator adiisset cava Lacedæmone, Jovi et reliquis majorum gentium diis carum venire dicebas, teque ambigere, deumne ipsum an hominem judicares: quin etiam addebas, te malle deum habere, quod æquas abs te leges petiturus venisset. Atqui si deus erat, juris civilis imperitus esse qui poterat, præsertim quum Jovi ac diis superis omnibus adeo carus esset? Sed quoniam excogitari fortasse sine deo non possunt, quæ ipsius deæ voce homini divinissimo declarata sunt, age divinam hanc ejus vocem quæque Lycurgum docueris attendamus:

Æqua tuis nos jura rogas; damus illa libenter.

Utinam vero, inquam, dederis: nemini enim antea donum ejusmodi ullum promisisti.

Dum vos (quod responsa jubent) promissa fidemque
nomine firmatam superùm, et communia juris
civibus externisque simul defendere vincla
cura premet, castisque gravem celebrare senectam
obsequiis; dum Tyndaridæ, Menelaus et omnis
heroum pia turba suo gaudebit honore:
providus illæsam servabit Juppiter urbem.

O doctrinam, Apollo, cohortationemque divinam! Non longum sane iter ista tua præcepta postulabant, nec propterea Delphos ex Peloponneso, imo ne ad Hyperboreos quidem ipsos confugiendum fuit, unde alterius cujusdam vatis Asteriæ jussu et oraculo advenisse quondam memorant

Fragrantis Dei cives sacrosque ministros.

Hic autem Lycurgus mihi videtur neque nutricem habuisse, neque in seniorum consessu unquam versatus esse: nam et ab istis et ab illa tum meliora hisce, tum majoris sapientiæ plena didicisset. Fortasse vero addes aliquid, opinor, si a te precatus fuerit Lycurgus, ut planius quidpiam dicas. Equidem, si aliis bene imperantibus alii obediant, hoc eidem adhuc consessori contingere affirmabo, ac tamen a Lycurgo petam, ne despondeat animum, si quam abs te reipublicæ constituendæ rationem accipere Spartamque secum ferre potuerit.

Semita se longo duplex discrimine findit,
altera honoratas fert libertatis ad ædes,
altera servitii tectum illætabile pandit:
illam vis animi et sacro concordia gressu
trajiciet, quam tu populis monstrare memento;
hanc lis dira aperit tristique ignavia vultu,

quam diligenter caveri jubes. Tu fortitudinem maxime popularibus commendas: eam rem persæpe nobis tradere ipsi etiam meticulosi solent. Concordiam addis: ea vero

μάντις ὤν, οὐκ ἔγνως ἡμᾶς πολλάκις καὶ παρὰ πολλῶν εἰλημότας αὐτό, οὔτε τῆς δάφνης ἐμφαγόντων, οὔτε τὸ Κασταλίας ὕδωρ πιόντων, οὐδ' ἐπὶ σοφίᾳ τὴν ὀφρύν ποτε ἀνασπασάντων; Λέγ' οὖν περὶ ἀνδρείας, λέγε περὶ ἐλευθερίας, λέγε περὶ ὁμοφροσύνης, τίνα τρόπον ἐγγίνεται ταῦτα πόλει, καὶ μὴ ἡμᾶς τοὺς οὐκ εἰδότας κέλευε ἡγεῖσθαι τοῖς λαοῖς τῆς κελεύθου ταύτης, ἀλλ' αὐτὸς ἡγοῦ. Καλὴ μὲν γάρ, ἀλλ' ἄπορος ἡμῖν καὶ φοβερά. Τούτοις προστίθησι λέγων,

Σὺ δὲ καὶ περὶ γάμου ἕτοιμος λέγειν,

Ἄργεος ἱππόβοτου πῶλον λάβε κυανοχαίτην.

Περὶ δὲ παίδων,

Ἠετίων, οὔτις σε τίει πολύτιτον ἐόντα [c].
Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοίτροχον.

Περὶ δὲ ἀποικίας,

Στεῖλ' ἐπὶ χρυσείους ἄνδρας πολυεθνέα λαόν,
ὤμοις μὲν χαλκὸν προφέρων, χερσὶν δὲ σίδηρον.

Περὶ δὲ κενῆς δόξης,

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν οὖδας ἄμεινον [f].
ἵπποι Θρῃκίαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες,
ἄνδρες θ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

Καί μοι δοκεῖς οὐδὲν τῶν τερατοσκόπων καλουμένων χρειττων εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀγυρτῶν καὶ σοφιστῶν. Ἀλλὰ τῶν μὲν οὐδὲν ἔγωγε ἐθαύμασα, εἰ μισθοῦ τραχηλίζουσι· σοῦ δὲ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μισθοῦ τραχηλίζονται. Εἶθ' ὁ μὲν Σωκράτης ἐκεῖνος οὐδέτερον ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, πότερον γαμήσει ἢ μή, ἀλλ' ὅτι μετανοήσει ἀμφότερα· πρὸς δὲ τὸν ἐπιθυμοῦντα παίδων, οὐκ εὖ ἔφη αὐτὸν ποιήσειν, ὃς ἐάσας ἐπιχειρεῖν ὅπως, εἴ οἱ παῖδες γένοιντο, ἄριστα αὐτοῖς χρῷτο, τούτου μὲν οὐδένα λόγον ἐποιήσατο, αὐτὸ δὲ μόνον ἐσκοπεῖτο, πῶς ἂν αὐτῷ γένοιντο. Ἑτέρου δὲ ἀποδημεῖν ἐγνωκότος διὰ τὸ κακῶς ἔχειν αὐτὸν οἴκοι, οὐκ ἔφη ὀρθῶς αὐτὸν βουλεύεσθαι· τὴν μὲν γὰρ πατρίδα αὐτόθι ἀπολιπὼν ἄπεισι, τὴν δὲ ἀμαθίαν μεθ' ἑαυτοῦ ἄγων, ἥτις αὐτὸν καὶ τοῖς ἐκεῖ δυσαρεστεῖν ποιήσει καθάπερ καὶ τοῖς ἐνθάδε. Καὶ οὐχ ὁπότε ἠρωτᾶτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὰς τοιάσδε συνουσίας ἰών.

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνός, καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα [g],
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρῆσθαι ἰατρῷ.

Ἀθηναίοις ὑπὸ καύματος ἐνοχλουμένοις, ἰατρικόν, ἀλλ' οὐ μαντικόν.

Ἔργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο [h],
ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης

---

non solum a sapientibus, sed etiam a seditiosis civibus inculcatur. Quare hoc quidem præceptum tibi condonamus. Quamquam vatem te prædicas, tamen ne id quidem intelligis, quam sæpe multi nobis istud ipsum ingesserint, qui tamen neque laurum comederant neque Castaliam aquam biberant, neque sapientiæ nomine supercilium unquam sustulerant? Dissere igitur de fortitudine, de libertate, de concordia, quemadmodum ista civitatibus præsidia comparentur, neve nos jube populis duces ejus esse viæ quam ignoramus, sed ipse præi. Nam recta illa quidem, sed invia nobis ac formidolosa est. Quibus deinceps hæc subjungit : Tu vero etiam de nuptiis præcipere paratus es,

Cæruleum pullum Argos equis tibi nobile mittat.

Item de liberis,

Eetion, te nemo (licet sis tantus) honorat,
conceptum pariet saxum grave Labda aliquando.

Tum de colonia,

Auratam ad gentem multos transmitte colonos,
æs humeris, manibus ferrum importare memento.

Rursus de vana gloria,

Nobilitate omnes terra anteit una Pelasgûm,
Thraces equi, clara mulier Lacedæmone nata,
virque bibens, Arethusa, tuo de gurgite lymphas.

Ac mihi quidem nihilo tu portentorum interpretibus aut reliquorum circulatorum ac sophistarum turba melior videris. Quamquam hoc hominum genus alios etiam pretio in fraudem impellere, minus equidem miror : at te qui deus es, hominesque cæteros pretio ab iis præcipites agi, id vero vehementer admiror. Cæterum eodem plane modo Socrates ille quærenti, utrum uxorem ducturus esset necne, neutram in partem respondit, sed tantum, utrumlibet feceris, inquit, te pœnitebit. Alterum liberorum cupidum recte ac prudenter facturum negavit, dum neglectis rationibus iis, quibus optime liberos, si quando susciperet, educare posset, eaque prorsus cogitatione missa, unum id spectaret, quemadmodum liberos susciperet. Alium qui quod male domi se haberet solum vertere statuerat sanum consilium cepisse negavit, quod cum suo loco patriam relinqueret, tum suam secum efferret stultitiam, quæ eam vim habitura esset, ut non magis aliis quam suis displiceret. Neque vero tantummodo ubi consuleretur, sed etiam ultro ac sponte hujusmodi congressus expetens egregia nobis fudit oracula.

Viginti ante dies, totidem postquam exstitit ardens
sirius, umbrosa medicus sit Bacchus in æde.

Sic enim Atheniensibus æstu vehementiore laborantibus cecinit, medicum utique, non vatem agens.

O Presboniadæ Clymeni sate sanguine princeps,
tardius, Ergine, hinc sobolem petiturus adisti :

ἱστοδοῇ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην.

Γέροντι νέαν συνοικεῖν, εἰ παίδων ἐπιθυμεῖ, οὐ μάντεως οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ φύσιν ἐπισταμένου. Ἀλλ' ἡ ἐπιθυμία τοὺς βλάκας ἐξίστησι. Διόπερ σοι καὶ νάρθηκα παραινῶ ἐπ' αὐτοὺς λαμβάνειν, εἰ μὴ παίθοις μανθάνειν ἀντὶ τῶν καταπτύστων ἐρωτημάτων ἄξιόν τι τοῦ θείου χρηστηρίου· ἢ Ἀντιόχῳ τῷ Παρίῳ ἀποβαλόντι τὴν οὐσίαν ἐν πολιτικῇ φλυαρίᾳ, καὶ ὑπὸ λύπης ἥκοντι πρὸς σὲ λέγειν,

Ἀντίοχ', εἰς Θάσον ἐλθέ, καὶ οἶκει εὐκλέα νῆσον·

ὃς ἐκείνως ἂν μᾶλλον ὤνατο, ἀκούσας,

Ἀντίοχ', εἰς νοῦν ἐλθέ, καὶ ἐν πενίᾳ μὴ ὀδύρου.

ἢ τοῖς ἥκουσι Κρητῶν·

Φαιστοῦ καὶ Τάρρας ναέται, Δίου τε πολύρρου,
Πυθῶνα κέλομαι τελέειν Φοίβοιο καθαρμὸν
εὐαγέοντας, ὅπως Κρήτην καταναιετάητε,
ὅλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, καὶ Ζῆνα σέβοντες·

οἷς ἀκοῦσαι ἐκεῖνο χρεῖττον ἦν,

Λήρου καὶ μανίας ναέται, πολλοῦ θ' ἅμα τόφου,
οἰκεῖον τελέειν κέλομαι λήροιο καθαρμὸν
εὐαγέοντας, ὅπως σοφίαν καταναιετάητε,
ὅλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, θείοις δὲ σέβοντες·

ὡς μὴ μᾶλλον τῆς Κρήτης σὺ καθαρμοῦ προσδέῃ, Ὀρφικούς τινας ἢ Ἐπιμενιδείους καθαρμοὺς φανταζόμενος.

Διὰ τί δέ, ὦ σοφώτατε, Χαρίλαος καὶ Ἀρχέλαος οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς,

Εἴ κεν ἐπικτήτου μοίρης λάχος Ἀπόλλων·
ἥμισυ δάσσωνται, πολὺ λώϊον ἔσσεται αὐτοῖς;

Ποίῳ δὲ καὶ ἄλλῳ λέγεις Ἀπόλλωνι; Οὐ γὰρ δὴ αὐτῷ σοι, ᾧ ἀναίσχυντε μάντι, ὡς μή τίς σοι αὐτῷ ἐπιπλήξειεν, ἅτε κακῶς οὕτω συνδιαιρουμένῳ τοῖς ληισταῖς. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδε ἐχέτω.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 27. 28, 29. 30. 31. 32, pag. 222 B seqq. ed. Viger. [vol. I pag. 471 seqq. ed. Gaisford.] Scripsi : [a] Αυκόοργε, ut apud Herodot. I, 65 pro vulg. Αυκόεργε. — [b] ἕλπεσθαι cum Vigero; codd. ἕλπομαι. — [c] ὑποσχέσιάς τε cum eodem; libri ὑποσχέσεις τε. — [d] συνθώκου τοῦτο cum Valckenar. ad Herodot. VI, 63; libri σὺν θώκου τοῦτο. — [e] cf. Herodot. V, 92, 2. — [f] cf. Theodoret. Græc. affect. lib. X et Tzetzes Chil. lib. IX, hist. 291. — [g] cf. Athenæus lib. I, p. 22 E. — [h] cf. Pausan. lib. IX, cap. 17, 2.)

11. Φέρε δέ, τούτοις προσθῶμεν καὶ ὅτ' ὢν αὖθις ὁ Ἀπόλλων θαυμάζει τὸν Ἀρχίλοχον, ἄνδρα παντοίαις κατὰ γυναικῶν αἰσχρορρῆμοσύναις καὶ ἀῤῥητολογίαις, ἃς οὐδ' ἀκοῦσαί τις σώφρων ἀνὴρ ὑπομείνειεν, ἐν τοῖς οἰκείοις ποιήμασι κεχρημένον· καὶ τὸν Εὐριπίδην τῆς

---

sed veteri temone novam conjunge coronam.

At si quis dicat prolis cupido seni juniorem uxorem esse ducendam, id ne vatis quidem est, sed cujusvis naturæ vim non ignorantis. Verum cupiditas stolidos homines transversos agit. Quare suadeo tibi, ut fernla etiam cædas vecordes istos, nisi se, putidis hisce quæstionibus abjectis, ad rogandum aliquid divina schola dignum adduci patiantur; aut ut Antiocho Pario, qui civiles in nugas facultates impendisset ac dilapidasset, te vehementi cum ægritudine adeunti respondeas,

I Thason Antioche, hæc tibi sit clara insula sedes;

qui majori sane cum fructu ex te audiisset,

Antioche ad mentem redeas, nec te improba frangat
pauperies.

Aut Cretensium legatis :

Qui Phæstum ac Tarrham incolitis Diumque marinis
fluctibus obsessum, Pythoa piacula Phœbi
sunt ritu servanda suo, sancteque cavendum,
ne Creta in patria, patriis Ditique Jovique
legibus antiquos deinceps reddatis honores;

quibus magis expediebat tale oraculum edi :

Quos nummi cæcusque furor fastusque superbus
occupat, insanæ curare piacula mentis
vos jubeo, ut sanctos melior sapientia cives
accipiat, nec jam patriæ qua moribus itur,
legibus at sacris opibus studeatis et auro.

Ac vide sis, ne tu potius quam Creta lustratione indigeas, qui Orphicas nescio quas aut Epimenideas lustrationes imaginaris. Cur autem, sapientissime deus, Charilaum et Archelaum Lacedæmoniorum reges,

si partem in quæstus ab utroque vocetur Apollo
dimidiam, longe sors lætior inde sequetur?

Quem tu porro alium Apollinem dicis? Nec enim istud profecto provisum a te est, vates impudentissime, ne quis tibi nefariam cum latronibus prædæ societatem exprobraret. Sed hæc hactenus.

11. Addamus vero ea, quibus rursus Apollo Archilochi nomen celebrat, hominis ejusmodi, qui opera sua omni adversus mulieres verborum obscœnitate ac turpitudine impleverit, quam ne audire quidem homo pudicus sustineat, nec non Euripidis, qui cum a Socratis institutis ac philosophia descivit, tum in scena passim hodieque tragœdorum ore jactatur. Homeri præterea, quem nobilis ille Plato ex republica expellit, non modo quod ad nullam

μὲν Σωκράτους διατριβῆς καὶ φιλοσοφίας ἐκπεσόντα, εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς θυμέλης τραγῳδούμενον· καὶ Ὅμηρον ἐπὶ τούτοις, ὃν ὁ γενναῖος Πλάτων ἐξωθεῖ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, ὡς κατ' οὐδὲν ὠφέλιμον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα τοὺς νέους λυμαινομένων λόγων ποιητὴν γεγενημένον. Ἐφ' οἷς πάλιν ὁ προδηλωθεὶς τὸν χρησμῳδὸν θεὸν ὧδέ πως σκώπτει·

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελεσίκλεις [a],
ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποις.

Ὁ δὲ παῖς ἦν Ἀρχίλοχος.

Ἔσται σοι κοῦρος Μνησαρχίδη, ὅντινα πάντες
ἄνθρωποι τίσουσι, καὶ ἐς κλέος ἐσθλὸν ὀρούσει,
καὶ στεφέων ἱερῶν [b] γλυκερὴν χάριν ἀμφιβαλεῖται.

Ὁ δὲ κοῦρος ἦν Εὐριπίδης. Ὅμηρος δέ,

Σοὶ ζωὴ δοιὰς μοίρας λάχεν, ἡ μὲν ἀμαυρῶν
ἠελίων δισσῶν [c], ἡ δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρος [d],
ζῶν καὶ ἀποφθίμενος.

Καὶ διὰ ταῦτα ἤκουεν,

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον [e], ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι.

Λέγει δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλά τις διατεινάμενός ποτε, ὅτι αὐτὸν οὐ χρὴ

Ἀνθρώπων θεὸν ὄντα δυηπαθέων ἀλεγίζειν.

Ἄγε οὖν, ὦ θεέ, μὴ περιΐδῃς μηδ' ἡμᾶς. Ἐπιθυμοῦμεν γάρ, εἰ μή τι ἀδικοῦμεν, οἱ μὲν κλέους ἐσθλοῦ, οἱ δὲ στεφάνων ἱερῶν, οἱ δὲ πρὸς θεοὺς ἰσομοιρίας, οἱ δὲ αὐτῆς ἀθανασίας. Τί πότ' οὖν ἦν τοῦτο, δι' ὃ σοι Ἀρχίλοχος ἔδοξεν ἄξιος εἶναι τοῦ οὐρανοῦ; Μὴ φθονήσῃς, ὦ φιλανθρωπότατε θεῶν, μηδ' ἄλλοις ἀνθρώποις τῆς ἄνω ὁδοῦ. Τί πράττειν κελεύεις ἡμᾶς; Ἢ δηλαδὴ τὰ Ἀρχιλόχου, εἰ μέλλοιμεν ἄξιοι φανεῖσθαι τῆς ὑμετέρας ἑστίας; Λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι, ἅψασθαι δὲ καὶ τῶν κιναίδων, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονηρότεροί εἰσι· οὐχὶ δίχα μέτρου, αὐτὴ γὰρ διάλεκτος καὶ θεῶν, ὥσπερ οὖν καὶ θείων ἀνδρῶν, ὥσπερ Ἀρχιλόχου. Καὶ οὐδὲν ἴσως θαυμαστόν. Διὰ γὰρ τὴν ἐν τούτοις ὑπεροχήν, εὖ μὲν οἶκος οἰκεῖται, εὖ δὲ ἰδιώτης βίος, πόλεις δὲ ὁμοφρόνως, καὶ ἔθνη εὐνόμως συνεστᾶσιν. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα σοι καὶ Μουσῶν θεράπων [f] ἔδοξεν εἶναι, καὶ ὁ φονεὺς αὐτοῦ οὐκ ἄξιος εἶναι τῆς πρὸς ὑμᾶς τοὺς θεοὺς εἰσόδου, οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς, ἄνδρα φωνάεντα ἀποκτείνας. Οὔκουν ἄδικος ἡ πρὸς τὸν Ἀρχίαν [g] ἀπειλή, οὐδ' ἄκαιρος ἡ Πυθία τιμωροῦσα Ἀρχιλόχῳ τῷ πάλαι νεκρῷ, καὶ κελεύουσα [h] ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν ἐναγῆ· Μουσάων γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα. Οὔκουν ἔμοιγ' ἐφάνης, ἐπαμύνων τῷ ποιητῇ, ἀπρεπὴς εἶναι· ἐμεμνήμην γὰρ καὶ τοῦ ἑτέρου ποιητοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν τοῦ Εὐριπίδου στεφάνων· καίτοι ἀπορῶν, καὶ ἀκοῦσαι ἐπιθυμῶν, οὐχ ὅτι ἐστεφανοῦντο, ἀλλὰ πῶς ἦν τὰ στέφη ταῦτα ἱερά· οὐδ' ὅτι αὐτὸς εἰς κλέος ὄρουσεν [i], ἀλλὰ πῶς ἐσθλὸν ἦν τοῦτο. Ἐκροταλίζετο μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὄχλοις, οἶδα· καὶ τυράννοις ἤρεσκε, καὶ τοῦτο οἶδα· καὶ ἔργον ἐπεστήσευεν,

---

rem utilis foret, sed etiam quod ea composuisset carmina, quæ pernicies et pestis adolescentium viderentur. Itaque fatidicum illum deum Œnomaus hac rursus ratione traducit:

Immortalis erit tibi filius, o Telesicles,
æternumque cani dignus.

Filius iste Archilochus erat.

Te, Mnesarche manet summo decorandus honore,
filius, ac meritæ summa ad fastigia laudis
conscendens lætas sacro ex certamine palmas
auferet.

Ille autem filius Euripides erat. Homerus vero is, quem sic alloquitur:

Est tibi sors vitæ duplex: geminum altera solem
obscurum dabit, immortalibus altera jungit.
Vivens exstinctusque simul.

Atque hanc ob causam ex eodem audivit:

Felix infelixque simul, qui natus utrisque es.

Cæterum non jam homo, sed alius quispiam constanter asseverat, ipsum qui deus sit miseros homines negligere debere.

Cave igitur, deus, ne vel nos contemnas. Expetimus enim, modo ne quid peccemus, alii summam gloriam, alii coronas sacras, alii deorum conversationem, alii denique ipsam immortalitatem. Quid igitur tandem illud erat, quamobrem Archilochum cœlo dignum putares? Noli, deorum humanissime, ne cæteris quidem hominibus hoc in cœlum iter invidere. Quid nos facere jubes? An quidem dubium est, quin nos Archilochi vestigiis insistere velis, si tuis digni penatibus videri cupiamus. Acerbis nempe probris vexandæ nobis mulieres, quæ conjugium nostrum repudiarint: mordendi quoque pueri meritorii, quum longe improbos omnes flagitiis superent. Verum id utique carminibus faciendum erit, quod ea sit tum deorum tum divinorum hominum, qualis Archilochus fuit, dictio propria et peculiaris. Neque id fortasse mirum. Nam et familiarum salus et privatæ vitæ incolumitas et rerum publicarum concordia et bonis legibus constituta populorum integritas hujus potissimum artis excellentia continetur. Itaque nec illum sine causa pro Musarum cultore habuisti, et ejus interfectorem vestro, hoc est divino, congressu

ἐφ' ᾧ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐθαυμάζετο ὁ ἐραστής, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, ὅτι μόνη τραγῳδοὺς ἤνεγκεν. Εἰ μὲν οὖν ὁ κρότος ἱκανὸς κριτὴς καὶ ἡ ἐν ἀκροπόλει τράπεζα, οὐδὲν ἔτι λέγω, βλέπων ἐν ἀκροπόλει δειπνοῦντα τὸν Εὐριπίδην, καὶ τὸν Ἀθηναίων ἅμα καὶ τὸν Μακεδόνων δῆμον ἐπιφοροῦντα· εἰ δὲ καὶ δίχα τούτων ἐστί τις καὶ θεῶν ψῆφος, καὶ αὕτη πιστή, καὶ οὐχ ἧττων τῆς τῶν τυράννων, οὐδὲ τῆς τῶν ὄχλων, φέρε, φράσον ἡμῖν, ἐπὶ τίνι τῶν καλῶν ἠνέγκατε ὑμεῖς οἱ θεοὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Εὐριπίδου ψῆφον, ἵνα σπεύσωμεν καὶ διώξωμεν τὸν οὐρανὸν κατὰ πόδας τῶν ὑμετέρων ἐπαίνων. Οὐ γὰρ δὴ οὐκ εἰσι καὶ νῦν ἕτοιμοι κωμῳδεῖσθαι καὶ Σαβαῖοι καὶ Λυκάμβαι, πρὸς δέ γε τὸ τραγῳδεῖσθαι οὐκ ἂν οὐδὲ νῦν ἐνσταίη οὔτε ὁ Θυέστης, οὔτε ὁ Οἰδίπους, οὔτε ὁ Φινεὺς ἐκεῖνος· οὐδ' ἄν, οἶμαι, φθονήσαιεν οὐδενὶ ἐπιθυμοῦντι φιλίας τῆς τῶν θεῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἄν μοι δοκοῦσιν ἐκεῖνοι, εἰ ᾔσθοντο ὅτι ἔσοιτό τις Εὐριπίδης, ἀνὴρ ἐπὶ τῷ διασκευάσαι αὐτοὺς γενόμενος θεοφιλής, ἀμελῆσαι ἂν τῶν κακῶν ἐκείνων, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸ κρείττονα [k] φρονεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μετροποιεῖν τραπέσθαι· καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων εἰ τὰ ὀνόματα ὄγκου πλήρη ἤκουον, χρῆσθαι τούτοις εἰς τὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁδοιπορίαν, ἵν' ἐλθόντες καθέζοιντο ἐν τῷ Ὀλύμπῳ μετὰ τῶν ποιητῶν [l], ἐν τῇ τοῦ Διὸς αὐλῇ. Ταῦτα γὰρ λέγει ὁ ἐν Δελφοῖς ποιητής. Φέρε καὶ τὴν Ὁμήρου τοῦ ὀλβίου ἴδωμεν ἐρώτησιν, ἣν τὸν θεὸν ἐρωτᾷ· ἦ που γάρ τις οὐρανία ἦν, καὶ ἱκανὴ τὸν θεὸν ἐκκαλέσασθαι· οὐ γὰρ ἂν οὕτω ῥᾳδίως ὁ θεὸς ὄλβιον μὲν ἐπεφώνησεν, ἐπὶ δὲ τῷ ὀλβίῳ ῥῆσιν ἀπένειμε·

Πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστι [m].
Μίνωος ὀ' ἀπὸ γῆς, οὔτε σχεδόν, οὔτ' ἀπὸ τηλοῦ,
ἐν τῇ σοι μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο,
εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων (μὴ) γνῷς (ἐπακούσας)
ἀξύνετον πολλοῖσι λόγοις εἰρημένον (ὔμνον).

Δεινὸν γάρ, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν, μᾶλλον δὲ θεῶν, εἰ μήτε ὅπου τῆς γῆς ἐξέθορε τῆς μητρὸς εἰδείη ὄλβιος, μήτε ὅπου καταμύσας κείσεται. Ἐγὼ δὲ καὶ ὤμην ἴσον εἶναι, Ὁμηρόν τε ὄντα περὶ τούτων προσιέναι τῷ θεῷ, καὶ ἕνα τῶν κανθάρων, καὶ τὸν θεὸν μὴ μᾶλλον ἂν Ὁμήρῳ ἀφηγήσασθαι περὶ τοιούτων ἀγνοημάτων ἢ κανθάρῳ. Οἷον εἰ καὶ κάνθαρός τις γεννηθεὶς οὐκ ἐνεβίωσεν οὐδ' ἐνεγήρασεν ἐν ἐκείνῃ τῇ κοπρίᾳ, ἀλλ' ἐχθρῷ ἀνέμῳ περιέτυχε, καὶ κανθαρίῳ ὀλίμονι σκληρῷ, ὃς αὐτὸν μετέωρον ἅρας βίᾳ ἀπήνεγκεν ἐπί τινα ἄλλην

---

et voce prorsus indignum putasti, qui virum usque adeo vocalem interfecerat. Ergo nec injustæ fuerunt, quibus Archiam insequebatur, minæ, nec importuna Pythia, quæ et Archilochum jam pridem mortuum ulcisceretur, et templo excedere nefarium hominem juberet; siquidem Musarum cultorem occiderat. Ergo neque mihi absurde facere visus es, dum te poetæ vindicem præstitisti. Nam et alterius poetæ et sacrarum Euripidis coronarum mihi in mentem venit, licet dubitanti et audire cupienti, non eum coronatum esse, sed cur sacræ ejus coronæ dicantur: neque acquisitam ab eo gloriam esse, sed cur illa gloria summa appelletur. Nimirum homini turba plaudebat, quam rem compertam habeo; tyrannis idem placebat, quod minime ignoro, atque etiam artem factitabat, quæ ejusmodi erat, ut non modo amator ejus, verum Athenæ quoque ipsæ in magna essent admiratione, utpote quæ solæ tragœdos tulissent. Si igitur vel iste plausus vel exstructa in arce mensa idonei sunt in hoc genere arbitri, nihil dico amplius; scio enim tum in arce cœnasse Euripidem, tum simul Atheniensium et Macedonum plausu exceptum esse. Sin autem aliquod præterea deorum suffragium accesserit, quod fide dignum nec tyrannorum saltem aut multitudinis opinione levius esse debeat, agedum expone nobis, qua virtute Euripides honorificentissima deorum de se judicia consecutus sit, ut magnis in cœlum passibus per impressa vestris quasi laudibus vestigia contendamus. Nam neque ullos amplius hoc tempore vel Sabæos vel Lycambas habemus, comœdiæ salibus dictoriisque pungendos, neque ad tragœdiæ gravitatem nobis aut Thyestes occurrit, aut Œdipus, aut ille Phineus. Quin etiam ne illi quidem, opinor, mortalium ulli deorum amicitiam expetenti invidissent: imo si quendam olim Euripidem futurum suspicari licuisset, qui exornatis rebus divinis deorum benevolentiam sibi conciliaret, suis ipsi sceleribus abstinuissent, nec ad saniora sese consilia, sed ad scribendos versus contulissent. Ita si quæ forte hominum superioris ævi nomina superbiæ fastusque plena audiissent, iis quoque celebrandis viam sibi in cœlum munire voluissent, ut eo demum delati cum poetis in Olympo atque in ipsa Jovis aula considerent. Namque hæc Delphicus vates aliquando recinit. Jam qua de re etiam Homerus ille beatus deum consulat, videamus. Cœlestis profecto res fuit atque ad evocandum numen idonea: alioqui nunquam deus cum tam facile beatum prædicasset, eique tanquam beato hoc responsum reddidisset,

De patria quæris: matris tibi, non patris exstat:
non prope, non itidem procul a Minoide terra;
in qua fata volunt te vitæ attingere finem,
quando quod pueri perplexo carmine dictum
extulerint lingua, tu conjectare nequibis.

Indignum scilicet videbatur, o virorum, imo deorum sapientissime, ubi terrarum beatus iste materna ex alvo exsiluisset, aut ubi demum futurum esset, ut clausis morte oculis jaceret, ignorare. Mihi vero, quemadmodum Homerus ea de re oraculum consulens, scarabeo persimilis, sic deus Homero non aliter in harum rerum ignoratione, quam scarabeo cuidam respondere visus est. Perinde nimirum, ac si scarabeus nequaquam eodem in

γῆν, καὶ ἄλλην κοπρίαν, κἄπειτα ἐλθὼν εἰς Δελφοὺς ἀνηρώτα, ἥτις ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἦν ἡ πατρῴα κοπρία, καὶ ἥτις αὐτὸν γῆ δέξεται ἀποθανόντα. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ποιητῶν.

(Eusebius Præp. Evang. lib. V cap. 32-33, pag. 227 D seqq. ed. Viger. [vol. I pag. 480 seqq. ed. Gaisford.] Pauca hic notanda: [a] cf. Theodoret. Græc. affect. lib. X, pag. 141, 20 et Valerius Maximus VI, 3. Suidas : Ἀρχίλοχον ποιητὴν γενναῖον τἆλλα, εἴ τις αὐτοῦ τὸ αἰσχροεπὲς καὶ τὸ κακόῤῥημον ἀφέλοι κτλ. — [b] στερέων ἱερῶν] Suidas : νίκας δὲ εἵλετο πάντε, τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ ὁρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ. — [c] ἀμαυρῶν ἠελίων δισσῶν] intellige oculorum lumina; nam utroque oculo captus fuisse fertur Homerus. — [d] Vid. Plutarch. de vit. Hom. I c. 4. — [e] Theodoretus l. c. : τὸ μὲν διὰ τὴν ἐπιγενομένην τυφλότητα, τὸ δὲ διὰ τὴν ποίησιν. — [f] Μουσῶν θεράπων] Suidas v. Ἀρχίλοχος. — [g] Archilochi interfectorem Suidas et alii non Archiam, ut Oenomaus, sed Callondam vocant, cognomine Coracem. Plutarchus de sera numinis vindicta c. 17, p. 560 E : ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς ἔοικεν· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. Ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκώς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισι καὶ προστροπαῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. — [h] Versus erat : Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ. — [i] Scripsi αὐτὸς εἰς χλόος ὄρουσεν cum Vigero; codd. αὐτοῦ χλόος ὄρουσεν. — [k] τὸ κρείττονα φρονεῖν cum eodem; libri τὰ κρείττονα φρονεῖν. — [l] ποιητῶν cum eodem; codd. πυκτῶν. — [m] Pausanias lib. X cap. 24 : θεάσαιο δ' ἂν καὶ εἰκόνα Ὁμήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ, καὶ ἐπιλέξει τὸ μάντευμα ὃ γενέσθαι τῷ Ὁμήρῳ λέγουσιν· Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι, πατρίδα δίζηαι, μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστιν. Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα δέξεται, ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι. Vide et Plutarch. vit. Homer. c. 4, vol. XIV p. 477 ed. Hutten.)

12. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνους ποιητὰς ἤδη δὲ καὶ πύκτας καὶ ἀθλητὰς ὁ θαυμάσιος θεὸς διὰ τῶν οἰκείων χρησμῶν ἐξεθείωσεν, εἰκότως μοι δοκεῖ καὶ ταῦτα ἀπελέγχειν ὁ δεδηλωμένος τούτοις τοῖς ῥήμασιν·

Ὦ εἰδὼς ψάμμου τ' ἀριθμόν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
καὶ κωφοῦ ξυνιείς, καὶ μὴ λαλέοντος ἀκούων.

Εἴθε ὤφελες τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα ἀγνοεῖν, ἐκεῖνο δὲ εἰδέναι, ὅτι ἡ πυκτικὴ τῆς λακτιστικῆς οὐδὲν διαφέρει, ἵν' ἢ καὶ τοὺς ὄνους ἀπηθανάτους, ἢ μηδὲ Κλεομήδην πύκτην [a] Ἀστυπαλαιέα, λέγων οὕτως·

Ὕστατος Ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς οὐκ ἔτι θνητὸν ἐόντα.

Διὰ τί γάρ, ὦ πάτριε τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητά, ὡς σε καλεῖ Πλάτων [b], ἐθέωσας τὸν ἄνδρα τοῦτον; Ἢ ὅτι Ὀλυμπίασι πληγῇ μιᾷ πατάξας τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀνέῳξε τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καὶ ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα ἐλάβετο τοῦ πνεύμονος; Ἄπολλον, ἀξιοθέου ἔργου· ἢ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι προστιμηθεὶς τεσσάρων ταλάντων ζημίαν ἐπὶ τούτῳ οὐχ ὑπέστη, ἀλλ' ὑπ' ἀχθηδόνος καὶ βαρυθυμίας ἐνήρεισε τὸν θυμὸν τοῖς ἐν τῷ διδασκαλείῳ παισί, τὸν κίονα ὑφελκύσας, ὃς ἀνεῖχε τὴν στέγην; Ἆρ', ὦ θεοποιέ, διὰ ταῦθ' ὑμῖν ὁ Κλεομήδης τιμητέος ἐστίν; Ἢ κἀκεῖνο προσθήσεις, τὸ ἕτερον δεῖγμα τῆς ἐκείνου ἀνδρείας ἅμα καὶ θεοφιλίας, ὅτι δὴ ἐμβὰς εἰς ἱερὸν κιβώτιον, καὶ τὸ πῶμα ἐπαγόμενος, ἄληπτος ἐγένετο τοῖς διώκουσι, πειρωμένοις αὐτὸν ἐξελκύσαι; Ὦ Κλεόμηδες, ἆρα ἥρως οὐκ ἔτι θνητός; οἷα τὰ μηχανήματα ὑπὲρ ἀθανασίας ἐξεῦρες. Ἤσθοντο γοῦν εὐθέως οἱ θεοὶ τῆς ἀγαθουργίας, καὶ ἀνηρείψαντό σε· ὥσπερ οἱ τοῦ Ὁμήρου τὸν Γανυμήδην· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπὶ τῷ κάλλει, σὲ δὲ ἐπὶ τῇ ἰσχύϊ, καὶ τῆς ἰσχύος τῇ χρήσει τῇ ἀγαθῇ. Εἴθε οὖν, ὦ μάντι, ὡς ἔφην, ἐάσας τὴν ψάμμον καὶ τὴν ἅλμην, ἀντ' αὐτῶν ἐξέμαθες, ὁπόσου ἄξιόν ἐστιν ἡ πυκτική, ἵνα καὶ τοὺς πύκτας ὄνους θεοὺς ἐνόμιζες, καὶ τοὺς ὀνάγρους τῶν θεῶν τοὺς ἀρίστους· καὶ ἦν ἄν τι οἰκεῖον λόγιον ἐπ' ἀποθανόντι ὀνάγρῳ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τῷ σῷ πύκτῃ,

Ἔξοχος ἀθανάτων ὄνος ἄγριος, οὐ Κλεομήδης,

---

stercore, unde natus primum esset, aut viveret aut consenesceret, sed infesti venti aut dæmonis alicujus scarabeis perniciosi impetu, allam in regionem atque aliud in stercus sublimis raperetur : isque postea ex Delphico oraculo quæreret, quodnam patrium sibi stercus fuisset et quæ terra mortuum exceptura esset. Hæc igitur de poetis dicta sufficiant.

12. Quoniam vero non poetas solum, sed pugiles etiam atque athletas in deorum numero suis oraculis mirabilis ille deus reposuit, jure mihi videtur hæc quoque ejus verba Oenomaus hunc in modum redarguere :

Qui pelagi fines numerumque jacentis arenæ
et muti sensus cognosti, audisque silentem.

Utinam vero istiusmodi omnia ignorares, hoc unum scires, nihil inter pugilatum et calcitratum interesse, ut vel asinos etiam redderes immortales, vel ne Cleomedem quidem, pugilem Astypalæensem, de quo sic cecinisti :

Ultimus heroum Cleomedes Astypalensis,
divinum a vobis ferat immortalis honorem.

Cur enim, o indigena Græcarum religionum interpres (sic

ὂν θυσίαις τιμᾷθ' ὡς οὐκ ἔτι θνητὸν ἐόντα.

Μὴ γὰρ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ ὄναγρος ἐπιδικάσεται ἀθανασίας, ἱκανῶς τὰ θεῖα παρεσκευασμένος· καὶ ἀκούσας μὴ ἀνασχέσθαι ἀλλ' ἀπειλῆσαι καὶ αὐτὸν τὸν Κλεομήδην πατάξας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν, καὶ οὐκ ἐπιτρέψειν αὐτῷ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι. Εἶναι γὰρ αὐτοῦ ἀξιώτερος αὐτῶν τῶν θείων ὡρῶν, ἅτε μήτε αὐτῷ μόνῳ ἕτοιμος ὢν μάχεσθαι, κἂν εἰ σιδηροῖς χρῷτο τοῖς ἱμᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ Θασίῳ πύκτῃ ἅμα ἀμφοτέροις, ὑπὲρ οὗ τοῦ ἀνδριάντος ἐχαλέπηναν οἱ θεοί, καὶ τὴν Θασίων γῆν ἄφορον εἰργάσαντο. Πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ τούτου οὐκ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ θεῷ τῷ αὐτῷ. Ἐξ ὧν ἐγὼ καὶ πάνυ κατενόησα, ὅτι θεῖόν τι ἄρα ἦν ἐπιτήδευμα ἡ πυκτική, τοὺς δὲ πολλοὺς καὶ οἰομένους εἶναι σοφοὺς ἐλελήθει· ἵν' ἀφέμενοι τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ εἶναι ἤσκουν τὰ τοῦ Θασίου πύκτου· ᾧ ἀθανασίαν μέν, ὥσπερ Κλεομήδει, οὐκ ἔδωκαν, ἐφίλησαν δὲ μεγάλως οἱ θεοί. Οὕτω καὶ ὁ χάλκεος αὐτοῦ ἀνδριὰς ἔδειξέ τι ὑπὲρ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπικατενεχθεὶς τῷ μαστιγοῦντι ἐχθρῷ, κατά τινα, ὡς ἔοικε, δαιμονίαν μέριμναν. Ἀλλ' οἱ ἄφρονες Θάσιοι, καὶ θείων ἄπειροι πραγμάτων, ἠγανάκτησάν τε καὶ ἄγος ἐπεκάλεσαν τῷ ἀνδριάντι, καὶ δίκην εἰσεπράξαντο, καὶ καταδῦσαι ἐτόλμησαν εἰς τὴν θάλασσαν. Οὐ μὴν διέφυγόν γε οἱ Θάσιοι, ἀλλ' οἱ θεοὶ ἔδειξαν ἥλίκον κακὸν ὑπ' αὐτῶν ἐτολμήθη, λιμὸν ἐπιπέμψαντες τὸν τῆς θείας δίκης διάκονον, ὃς ἐδίδαξε μᾶλις αὐτοὺς τὰ τῶν θεῶν βουλεύματα, ὅ τε φιλανθρωπότατος θεῶν σὺ τῷ οἰκείῳ τρόπῳ τὴν βοήθειαν αὐτοῖς ἔπεμψας, λέγων,

Εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητραν ἀμήσεις.

Ἀλλ' οἱ ἀβέλτεροι πάλιν τοὺς φεύγοντας ἀνθρώπους ᾤοντο ὅτι δεῖ αὐτοὺς καταλαλεῖν· κακῶς εἰδότες. Τί γὰρ δὴ καὶ μέλει τοῖς ἀφιλανθρωποτάτοις θεοῖς ἀνθρώπων κατακαλουμένων, ὅσονπερ ἀνδριάντων. Ἀμέλει οὐδὲν ἂν ἐπὶ τούτῳ ὠφελήθη ἡ γῆ ὥστε παύσασθαι νοσοῦσα, εἰ μὴ τῶν σοφῶν καὶ ἐπισταμένων τις τὸν θείων νοῦν συνῆκε φυγάδα εἶναι τὸν καταπεπονταμένον ἀνδριάντα. Καὶ ἦν οὕτως. Ἅμα γὰρ ἀνεστάθη, καὶ εὐθὺς ἡ μὲν γῆ ἀνέθαλλεν, οἱ δὲ ἐκόμων Δήμητρι λοιπόν. Πῶς οὖν οὐ τεκμήρια ταῦτά εἰσιν ἐναργῆ τῆς θεοπρεποῦς ἀθλητικῆς, ὅτι ἐστὶ θεοτίμητος; Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ πεντάθλου ἀνδριάντι ὑβρισμένῳ ἐμήνισαν οἱ θεοί, καὶ Λοκροὶ ἐπείνησαν διὰ τοῦτο, ὥσπερ Θάσιοι, ἕως αὐτοὺς ἰάσατο λόγιον σὸν ἔχον οὕτως·

Ἐν τιμῇ τὸν ἄτιμον ἔχων, τότε γαῖαν ἀρώσεις.

Οὐδὲ γὰρ Λοκροὶ ἤσθοντο θείας διανοίας πρότερον,

---

enim te Plato vocat), hominem in istum consecrasti? An quod in Olympico certamine adversarium uno ictu non solum afflixerit, sed etiam patefacto latere pulmonem ejus immissa manu abstraxerit? Dignum sane deo facinus, o Apollo! An præterea quod irrogatam sibi ea de causa quatuor talentorum mulctam sufferre noluerit, sed vi mœroris iracundiæque commotus furorem suum in puerorum qui tum in ludo litterario versabantur capita effuderit, revulsa columna, quæ tectum sustinebat? Num, deorum creator, Cleomedem propterea divinis honoribus afficiendum putasti? an alterum etiam hoc adjunges ejusdem cum fortitudinis tum divinæ amicitiæ documentum: quod quum sacram in arcam insiluisset, adducto deinde operculo, comprehendi ab insequentibus, in eo extrahendo frustra laborantibus, nulla vi potuerit? O Cleomedes, tuae heros es ac de mortalium numero eximendus? Quibus tibi artibus immortalitatem peperisti! Sensere quippe dii statim pulchri facinoris excellentiam, teque ut quondam Homeri immina Ganymedem in cœlum rapuere: nisi quod illum propter pulchritudinem, te ob robur et bonum roboris usum sustulerunt. Utinam ergo, o vates, quemadmodum ante dicebam, arena marique prætermissis, quod pretium pugilatui statuendum sit, didicisses, ut et pugiles haberes asinos deos, et onagros deorum fortissimos. Foret etiam tum demortuo onagro, quam tuo pugili convenientius oraculum:

Maximus hic onager superùm, non jam Cleomedes,
divinum a vobis ferat immortalis honorem.

Noli enim mirari, quod, si tale quid fieret, onager rebus opibusque divinis satis instructus immortalitatem sibi suo quasi jure vindicaret: quodque ubi de vestro consilio aliquid audivisset, injuriæ impatiens futurum minaretur, ut Cleomedem ipsum calcibus contusum in voraginem dejiceret, nec illum unquam in cœlum ascendere pateretur: esse enim se divinis illis muneribus digniorem contenderet, quam istum, quoniam non cum eo solum, tametsi ferreis cæstibus uteretur, verum simul cum altero quoque pugile Thasio pugnare vellet, illo, inquam, cujus statua graviter commoti superi Thasiorum olim agrum sterilitate affecerunt. Fidem autem facit non homo nescio quis, sed idem, de quo loquimur, deus. Ex quibus prorsus intelligo, divinam vitæ rationem esse pugilatum, id quod plerosque eorum qui videntur sibi esse sapientes latebat, ut omissis recti honestique studiis Thasii pugilis artem exercerent, cui immortalitatem quidem ut Cleomedi superi non dederunt, sed tamen mirifice eum dilexerunt. Adeo singulare quiddam, supra cæterorum hominum imagines, æneum ejus simulacrum ostendit, quando non sine divino, ut videbatur, consilio in inimicum, a quo flagris cædebatur, delapsum est. At Thasii tum dementes, tum rerum divinarum ignari casum ægre ferre, piaculi simulacrum arcessere, pœnas expetere, denique in mare projicere ausi sunt. Non tamen periculum effugerunt Thasii, sed dii ostensuri, quanto scelere sese obstrinxissent, famem divinæ justitiæ ministram in eorum regionem immiserunt. Quamquam vix hæc eos, quæ essent deorum consilia, docuit.

ἢ σε αὐτοῖς τούτου πρόξενον γενέσθαι. Ἀλλ' Εὐθυκλέα τὸν πένταθλον ἐνέβαλον εἰς εἱρκτήν, αἰτιασάμενοι αὐτὸν ἐπὶ τῇ πατρίδι εἰληφέναι δῶρα· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντος καὶ οὗτοι εἰς τὰς εἰκόνας ἐξύβριζον, ἕως οἱ θεοὶ οὐκ ἀνασχόμενοι τῶν γιγνομένων ἐπαφῆκαν αὐτοῖς τὸν κράτιστον λιμόν· καὶ ὑπὸ[d] τοῦ λιμοῦ διώλοντο ἄν, εἰ μὴ ἡ παρὰ σοῦ ἦλθε βοήθεια, λέγουσα ὅτι δεῖ αὐτοὺς τιμᾶν ἄνδρας πεφατνευμένους, οὓς οἱ θεοὶ φιλοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ οὓς οἱ ἀλφιτοποιοὶ πιαίνουσι βοῦς, δι' ὧν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι ἐνίοτε θύοντες πείθουσιν· οὐχ ἧττον ἴσως ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον παχέων βοῶν οἱ παχεῖς ἄνθρωποι εὐφραίνουσιν ὑμᾶς οὕτως, ὥστε ἐνίοτε ὅλῃ πόλει καὶ ὅλῳ ἔθνει ὀργίζεσθαι, ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀδικούντων ταῦτα τὰ θρέμματα. Ὡς δὴ ὠφελες, ὦ μάντι, ἀλείπτης ἡμῖν ἀντὶ μάντεως γενέσθαι, ἢ καὶ μάντις ἅμα καὶ ἀλείπτης, ἵν' ἦν ὥσπερ[c] χρηστήριον Δελφικόν, οὕτω καὶ γυμναστήριον. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀλλότριον ἦν ἀγῶνος Πυθικοῦ Πυθικὸν εἶναι καὶ τὸ γυμναστήριον.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V, cap. 34, pag. 230 seqq. ed. Viger. [vol. I p. 486 seqq. ed. Gaisford.] De lectionis varietate aliisque rebus quædam monenda : [a] Cf. Plutarchus in Romulo p. 35; Pausanias lib. VI cap. 9; Origenes contra Celsum III p. 134; Theodoretus VIII de Græc. affect. p. 115. — [b] Plato de Republ. IV p. 427. — [c] scripsi οὐδὲν ἂν ἐπὶ τούτῳ ὠφελήθη] codd. οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ ὠφελήθη. — [d] καὶ ὑπὸ] libri κἂν ὑπὸ. — [e] ἵν' ἦν ὥσπερ; codd. ἵν' ἦ ὥσπερ. Cæterum in margine codicis Parisiensis 451 legitur : πεφατνευμένους λέγει τοὺς ἀθλητὰς διὰ τὴν σωμασκίαν καὶ ἀναγκοφαγίαν.)

13. Τούτοις ἐπισυνάψω καὶ ἃ φησιν ἀπελέγχων ὡς καὶ τοὺς τυράννους κολακεύειν εἰώθασιν οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος.

Ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει,
Κύψελος Αἰακίδης[a], βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου.

Οὐκοῦν καὶ οἱ τύραννοι, οὐ μόνον οἱ τῶν τυράννων ἐπίβουλοι,

Κύψελος, ὃς δὴ πολλὰ Κορίνθῳ πήματα τεύξει,

καὶ Μελάνιππος, ὁ πολλὰ ἀγαθὰ τῇ Γελώων πόλει τεύξας. Πῶς δ' εἰ Κύψελος ὄλβιος, ὦ κακόδαιμον, οὐ καὶ Φάλαρις ὄλβιος, ὁμότροπος ὢν Κυψέλῳ; Ὥστ' ἂν ἐκείνως ἄμεινον εἶναι ὑμῖν,

Εὐδαίμων Φάλαρις, καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
θείας ἀγητῆρες ἐν ἀνθρώποις ὀιζυροίας.

Ἤκουσα δέ σου καὶ διαλελυμένον χρησμὸν περὶ τοῦ Φαλάριδος, ἐπαινοῦντα καὶ τιμῶντα, ὅτι λαβὼν ἐπιβουλεύοντας ᾐρέσατο μέν, καρτεροῦντας δὲ ἀγάμενος ἀφῆκε· Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν ἐψηφίσαντο θανάτου Φαλάριδι, ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσηνέχθη. Ἀλλ' εὖγε καὶ μόλις ἡμῖν τὰ περὶ τοῦ θανάτου ἐδείξας καὶ τῆς ζωῆς, ὅτι κάλλιστόν τι ἐστὶν ἡ ζωή. Ἐπὶ τούτοις ἅπασι καὶ τόδε προσκείσθω·

Ἀλλά κε Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώϊον ἔσται,
ᾗ λλῃνὸν τιμῶσι Διωνύσοιο[b] κάρηνον.

Itaque tu, qui deorum humanissimus haberis, tuo more consulentibus opem tulisti, hoc responso :

Redde modo exsulibus patriam, seges ampla metetur.

Verum vecordes isti rursus revocandos exules non alios esse quam homines putabant, versu non intellecto. Cur enim diis inhumanissimis tantæ curæ sint homines ab exsilio revocandi, quantæ simulacra restituenda? Profecto illa res non eam agro utilitatem attulisset, ut morbo liberaretur, nisi homo quidam sapiens ac sollers divinam mentem assecutus exsulem appellari demersam in aqua statuam affirmasset. Ita autem erat. Nam simulatque suo loco reposita est, statim in agro omnia regerminare, Thasiique deinceps soli ubertate superbire cœperunt. Nonne hæc certa sunt signa, divinæ athletarum arti divinos honores deberi? Nam et alterius quinquertionis statua alias violata commoti sunt dii, nec minore Locri propterea quam Thasii fame laborarunt, donec tuum responsum calamitatis medicina esset. Sic autem respondisti :

Redde decus læso; seges ampla sequetur aratrum.

Neque enim prius Locri divinum consilium intellexerunt, quam te ejus velut interpretem habuissent. Quippe Euthyclem illi quinquertionem, quasi munera a patriæ hostibus accepisset, in vincula conjecerant; nec eo contenti in ipsius demortui imagines iidem etiam injuriosi fuerant, donec dii facinoris indignitatem haud tolerantes, gravissimam iis famem inferrent : qua sane confecti periissent, nisi opis aliquid ipsis datum esset tuo responso, quo homines pingues tanquam observandos iis commendabas, utpote qui diis non minus placerent, quam boves a pultis confectoribus saginati. Et his quidem cæsis placare interdum vos homines possunt : cæterum nihilominus vos, imo etiam magis hominum quam boum pinguedine delectari vel ex eo constat, quod si unus vel duo duntaxat tales alumnos læserint, tum integræ nonnunquam aut civitati aut genti vehementer irasci soleatis. Debuisses ergo, bone vates, pro vate nobis unctor esse, aut etiam unctor simul et vates, ut Delphicum aliquod sicut oraculum, sic gymnasium haberemus. Neque enim a Pythico certamine gymnasium quoque Pythicum bene institutum abhorrebat.

13. Jam ea superioribus subjungam, quibus idem tyrannis etiam ipsis eos, de quibus adhuc loquimur, deos adulari solitos redarguit. Sic igitur de Cypselo :

Felix qui properat nostras venturus in ædes,

Θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελετὰς ἄγουσιν οὐ μόνον φαλληνοῖς Διονύσοιο καρήνοις, ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις· οὐ μόνον φαλληνοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς Διονύσοις [c], καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς. Τρὶς γὰρ ὡς ἀληθῶς μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ οὐκ ἀθάνατοι, ἀλλὰ λίθινοι καὶ ξύλινοι δεσπόται ἀνθρώπων· οἷ εἰ ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφεώρων, οὐκ ἂν τοσοῦτος ἦρθη λῆρος, ὥστε καὶ ἤδη καὶ μέχρις ὑμῶν κεχωρηκέναι τὸ κακόν, ἐπιδιαβὰν καὶ εἰς τὸν Ὄλυμπον, ὅθι, φασί, θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί. Καίτοι εἰ ἀσφαλὲς ἦν, οὐκ ἂν ἦν ἐπιβατὸν λήρῳ, οὐδ' ἂν εἷς τις τῶν Ὀλυμπίων εἰς τοῦτο ἦλθε παρανοίας, ὥστε ἐλαΐνου κορμὸν θεῶσαι· ὃν οἱ Μηθυμναῖοι σαγήνης ἐμπλακέντα τοῖς λίνοις ἀνείλκυσαν, καὶ δίς, εἰ βούλει, καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις ἐν τῷ αὐτῷ σαγηνεύοντες ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ἐκείνου εἰς τὸ Λιβυκὸν ἐξοκείλαντες, οὐδ' εἰς τὴν γῆν ἔξω ἐκβαλόντες αὐτόν· ἐπεὶ οὐκ ἄν, μὰ τὸν Διόνυσον, ἔτι αὐτοῖς ἐνεπλάκη τοῖς λίνοις. Ἀλλ' ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμὸς (Ἄπολλον, ξένου κατασκευάσματος·) τί ποτ' οὖν ἔπραττεν ἐν τῷ πελάγει; ἀπορήσαι ἄν τις. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐκάθητο, νὴ Δία, ἀναμένων ἕως ἄνθρωποι μαινόμενοι, οὐ γὰρ φήσω ὅτι καὶ θεοί, ἐγκυρήσαντες αὐτῷ, οὐ διοπετές, ἀλλὰ ποσειδωνοπετὲς ἡγήσωνται, κἄπειτα εἰς ἄστυ ἀπαγάγωσιν, ὥσπερ τινὰ ἀγαθὴν τύχην, κακὴν οὖσαν ὡς ἀληθῶς, οὐ τύχην, ἀλλὰ τυφεδόνα; Ἦ οὐκ ἤρκει ἄρα αὐτοῖς οἴκοθεν διολλύουσα, ἀλλ' αὐτὴν ἐπέῤῥωσέν τε καὶ προσαπέτεινε θεοπληξίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἐκ Δελφῶν μετάπεμπος ἐπιθήκη. Τοσαῦτα καὶ ὁ Οἰνόμαος.

(Eusebius Præpar. Evang. lib. V cap. 34. 35. 36, pag. 233 seqq. ed. Viger. [vol. I pag. 493 seqq. ed. Gaisford.] Scripsi: [a] Αἰακίδης] cum parte membranarum et Vigero; alii codd. habent Ἠετίδης. Cf. Herodot. V, 92. — [b] Διωνύσοιο; codd. Διονύσοιο. — [c] Διονύσοις ex codice Veneto; reliquæ membranæ Διονυσίοις. Cæterum de Melanippo vide Athenæum XIII p. 602 et Ælianum var. hist. lib. II cap. 4, e quorum testimoniis apparet Pythiam de Melanippi et Charitonis amicitia hujusmodi versus fudisse: Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ, Θείας ἀγητῆρες ἑταιρίοις φιλότητος.)

14. Ἄκουε δ' οὖν αὖθις τοῦ τὴν τῶν Γοήτων φώραν τὸ οἰκεῖον ἐπονομάσαντος σύγγραμμα, ὡς εὖ μάλα νεανικῷ φρονήματι τὸν πλάνον τῶν πολλῶν καὶ αὐτοῦ

Cypselus Æacides, claræ rex ille Corinthi.

Ergo tyranni quoque ipsi, non modo tyrannorum insidiatores, felices vobis ac beati,

Cypselus, exitium quondam pestisque Corinthi,

simulque Melanippus ille, qui Gelensium urbem fortunis locupletavit. Quodsi Cypselus felix est, pessime dæmon, nonne et Phalaris qui mores ejus refert, felicitate florebit? Quare verius utique caneretis:

Et Phalaris felix, et Melanippus erant,
quos divina duces olim discordia sensit.

Audivi vero ex te aliquando molle ac solutum de Phalaride responsum, quo hominem celebrasti, quod insidiatores quosdam suos, ubi aliquamdiu cædi jussisset, eos tandem talem doloris tolerantiam admiratus dimisisset. Loxias videlicet ac Jupiter pater differre Phalaridis mortem decreverunt, quia placidius Charitonem et Melanippum raclasset. At tu vitæ mortisque rationes, vix licet, præclare tamen expressisti, dum hoc facto vitam eximium quiddam esse probasti. Quibus omnibus hoc postremum subjungamus:

Res tibi Methymnæ felicius incola cedet,
si Bacchi caput ex tereti venerabere ligno.

Quippe passim civitates non lignea modo, sed etiam lapidea, ænea, aurea Bacchi capita sacrificiis ac statis religionibus colunt: imo non Bacchi tantummodo capita, sed ipsos quoque Bacchos et alios permultos deos qui Hesiodi fabulis celebrantur. Nam triginta plane non immortalium, sed lapideorum et ligneorum humani generis dominorum millia animantium altrix terra complectitur; qui profecto si cognoscendo hominum sceleri jurique præessent, nunquam eo nugarum vanitas excrevisset, ut ad vos quoque malum perveniret, Olympo superato, ubi deorum, ajunt, *sedes secura per ævum*. Quæ securitas si vere jactaretur, nugas omnes excluderet, neque Olympiorum quisquam eo vecordiæ processisset, ut oleagino caudici divinitatem tribueret. Illum videlicet everriculi plagulis irretitum Methymnæi extraxerant, idque semel iterumque, si placet, imo etiam tertio vel sæpius demissis eundem in locum retibus fecerant: inde autem Libycum in mare delati nequaquam eum in terram excusserant. Id enim si fecissent, non jam, per Bacchum, ad ipsas illas plagulas adhæsisset. At iste caudex in capitis speciem a summo stipite conformatus (insitatum, o Apollo, machinamentum!) ad quam tandem rem in mari tendebat? forsitan quispiam quærat. Ad quam aliam, per Jovem, nisi ut ibidem jaceret? donec furiosi homines (piget enim deos dicere) in ipsum incidentes non de Jovis sede delapsum, sed a Neptuno emissum putarent, ac postmodum in urbem, tanquam quoddam prosperæ fortunæ omen invecterent, funestam re ipsa, non fortunam, sed facem urbis futuram. Aut non satis ad exitium iis erat intestina pestis, nisi eam diræ stoliditatis divinitus immissæ accessio, Delphis, ut ita dicam, arcessita confirmaret atque intenderet. Hactenus Œnomaus.

14. Audi ergo, quemadmodum philosophus ille, qui suum ipse opus Præstigiatorum investigationem inscripsit,

γε τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπανορθοῦται, δι' ὧν γράφει τάδε κατὰ λέξιν. Σὲ οὖν ἐν Δελφοῖς καθῆσθαι μὴ δυνάμενον, μηδ' εἰ βούλοιο, σιωπᾶν. Ὁ δ' Ἀπόλλων ἆρα ὁ τοῦ Διὸς υἱὸς νυνὶ βούλεται, οὐχ ὅτι βούλεται, ἀλλ' ὅτι ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ βουληθῆναι τέταχται. Δοκῶ δέ μοι τὰ λοιπὰ πάντα παρεὶς, ἐπειδὴ εἰς τοῦτον τὸν λόγον οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπήχθην, οἰκεῖόν τι καὶ ἀξιοζήτητον ζητήσειν πρᾶγμα. Ἀπόλωλε γάρ, τό γ' ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε σίακά τις αὐτὸ εἴτε ἕρμα εἴτε χρηπῖδα ὀνομάζων χαίρει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία, ἣν ἡμεῖς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα, Δημόκριτος δέ γε, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν δοῦλον, ὁ δὲ ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιδεῖξαι. Ἀλλὰ τούτων μὲν λόγος τοσοῦτος, ὅσον ἄν τις ἀξιώσειεν ἄνθρωπος ὢν ἀνθρωπίνως μάχεσθαι· εἰ δ' ἤδη καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν καταστρατεύεται, παπαῖ, οἷα πεισόμεθα. Ἀλλ' οὐκ εἰκός, οὐδὲ δίκαιον, ἀπὸ γοῦν τούτων τεκμαιρομένοις ἡμῖν,

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἦσο.

Τί γάρ, φησὶν ὁ Ἀργεῖος, εἰ βουλοίμην, ἔξεστί μοι, καὶ δύναμαι, εἴ μοι δόξει, ἧσθαι καὶ πεφυλάχθαι; Ἔξεστιν, εἴποις ἄν, καὶ δύνασαι· ἢ πῶς ἄν σοι τοῦτ' ἐγὼ προσέταττον;

Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλειτοῖο Κάρυστε,
Πήλιον ἐκπρολιπὼν Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι,
ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
Ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

Ἦ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπ' ἀνθρώπῳ τι ἐστίν, ὦ Ἀπόλλον, καὶ βουληθῆναι Πήλιον ἐκπρολιπεῖν, κύριός εἰμι ἐγώ; Καὶ μὴν ἤκουον παρὰ πολλῶν καὶ σοφῶν, ὅτι εἴ μοι πέπρωται Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι καὶ ἱερὰν χώραν κτίζειν, καὶ ἥξομαι καὶ κτίσω, εἴτε λέγοις, εἴτε μή, καὶ εἴτε βουλοίμην, εἴτε μή. Εἰ δέ με δεῖ καὶ βουληθῆναι ὅ, τι μοι ἀνάγκη ἐστὶ καὶ εἰ μὴ βουλοίμην βουληθῆναι· ἀλλὰ σύ, ὦ Ἀπόλλον, πιστεύεσθαι δικαιότερος. Ἔοικα δή σοι μᾶλλον προσέξειν.

Ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Ἀγγελῶ νὴ Δία, (φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος, ἢ σε ἐλέγχων,) κἂν μὴ κελεύσῃς· πέπρωται γάρ. Καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία νῆσος· ἥξουσι δ' ἐπ' αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. Σὺ οὖν, δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν, οὐκ ἀνέξῃ οἶμαι αὐτοῦ, οὕτως ὄντος ἀχαρίστου καὶ θρασέος, ὅς, εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν, οὐδ' ἂν

---

quamque acriter cum vulgi, tum ipsius quoque Apollinis errores convincat. Sic enim ad verbum scribit: Te igitur Delphis sedere ac ne, si velis quidem, silere posse. Nempe Apollo Jovis filius nunc vult aliquid, non quo ita velit, sed quod necessitate quadam ad hanc voluntatem cogitur. Videor mihi vero cæteris omnibus prætermissis, quandoquidem nescio quo pacto ad hanc orationem adductus sum, de re cum hujus loci propria, tum scitu dignissima quæsiturus. Sublata nimirum est funditus, quantum quidem in nostris sapientibus fuit, ex humana vita, sublata, inquam, facultas illa vitæ nostræ quam ejus seu gubernaculum, seu columen mavis, seu denique fundamentum appelles licet; nos rerum necessariarum dominam existimamus, at Democritus et Chrysippus, nisi fallor, alter servam, alter dimidia servitute oppressam rerum humanarum pulcherrimam esse demonstrare instituit. Verum istorum eatenus sane ratio valeat, quatenus humaniter duntaxat homines utentur armis. Sin autem nos ipsum jam deorum numen oppugnabit, quis, papæ, nostrarum calamitatum finis erit? At id neque verisimile, neque justum fuerit, si quidem ex hisce versibus conjecturam capere liceat,

Finitimis invise, deis dilecte beatis,
interius tutamen habens cautusque sedeto.

Quid enim, inquit Argivus, licebitne si volam? præterea possimne sedere et cavere, si libeat? Tu vero licere ei et posse illum respondebis, alioquin hoc te nunquam imperaturum fuisse:

Chironis magni soboles præclara, Caryste,
desere Peliacum montem, Eubœæque potentis
culmen adi: sacram hic fatum est tibi ponere sedem.
Ergo age, rumpe moras.

Ain' tu aliquid, o Apollo, vere in hominis potestate esse? licetne mihi meo arbitrio velle Pelium relinquere? Atqui ex multis sapientibus viris audieram, si mihi fatum esset in Eubœæ promontorium venire ac sacram urbem ibi condere, fore ut eo venirem illamque volens, nolens, te sive dicente sive non dicente, conderem. Sin autem id quoque me velle oportet, quod necessitas ut vel invitus velim me cogat: tu fide nimirum, Apollo, dignior es. Videor ergo tibi potius auscultaturus.

I Pariosque mone, Telesicles, numine nostro,
insula in Aeria sublimem sedibus urbem
condere te jussum.

Certiores illos, per Jovem, ea de re faciam, (inquiet fortasse protervus quispiam, aut quisquis refellere te volet,) etiamsi nihil jubeas: id enim fatum mihi est. Cæterum Aeria illa insula Thasus est, in quam auctore Archilocho, filio meo, Parii se conferent; hæc enim insula prius Aeria vocabatur. Tu autem ut in ulciscendo severus es, nunquam, opinor, hominem tam ingratum atque audacem

οἱ Πάριοι Θάσον ᾤκησαν. Οὐκ οἶδ' οὖν εἰ σὺ λέγεις μὲν ταῦτα, οὐκ οἶσθα δὲ ἃ λέγεις. Ἀλλ' ἐπεὶ σχολὴν ἄγειν ἐοίκαμεν καὶ μακρὰ διαλέγεσθαι, ὁ δὲ λόγος οὐ πάρεργος, ἐκεῖνό μοι λέγε· (ἴσως γὰρ καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἀρκεῖ·) ἆρά γέ τί ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ; Φαίης ἄν· Τοῦτο δὲ ὁπόθεν ἴσμεν; τῷ ποτ' ἄρα τοῦτο εἰδέναι ἐκρίναμεν; Ἢ οὐκ ἄλλο ἱκανὸν οὕτως, ὡς ἡ συναίσθησίς τε καὶ ἀντίληψις ἡμῶν αὐτῶν; Τί δ'; ὅτι ζῷά ἐσμεν πῶς ποτ' ἄρα ἐξεύρομεν; πῶς δ' ὅτι καὶ ζώων, ὡς μὲν ἂν ἐγὼ εἴποιμι, ἄνθρωποι· καὶ ἀνθρώπων ὁ μὲν γόης, ὁ δὲ γόητος ἀπελεγκτής· ὡς δ' ἂν σύ, ὁ μὲν ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεός, καὶ ὁ μὲν μάντις, ὁ δὲ συκοφάντης; Καὶ ἔστω γέ σοι οὕτως ἔχον, ἐάνπερ ἔγωγε ἀλῶ. Πῶς δ' ὅτι διαλεγόμεθα ἐν τῷ παρόντι ἐγνώκαμεν; Τί φής; ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἐκρίναμεν τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν τῷ πάντων ἐγγυτάτω πράγματι αὐτῷ; Δηλονότι. Οὐ γὰρ ἦν ἄλλο αὐτοῦ οὔτε ἀνώτερον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε πιστότερον. Ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἔξει, μήτε ἆρα ὡς σέ τις εἰς Δελφοὺς παραγενέσθω λοιπὸν ὄνομα Ἀλκμαίων, ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, καὶ οἴκοθεν ἐλαυνόμενος, καὶ οἴκαδε ἐπιθυμῶν. Οὐ γὰρ οἶδεν, οὔτ' εἰ ἔστι τι αὐτὸς τοπαράπαν, οὔτε εἰ οἴκοθεν ἐλαύνεται, οὔτ' εἰ οἴκαδε ἐπιθυμεῖ· ἀλλ' εἰ καὶ μαίνεται ὁ Ἀλκμαίων καὶ ὑπονοεῖ τὰ μὴ ὄντα, ὅ γε Πύθιος οὐ μαίνεται. Μηδὲ λέγε οὕτως,

Νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἰκέσθαι
Ἀμφιαρηϊάδη.

Οὐδὲ γὰρ σὺ οἶσθά πως εἴ σέ τις ἐρωτᾷ Ἀμφιαρηϊάδης, οὐδ' εἰ σύ τι εἶ ὁ ἐρωτώμενος, καὶ λέγειν ἔχων περὶ ὧν τις ἐρωτᾷ. Μηδὲ Χρύσιππος ἄρα ὁ τὴν ἡμιδουλείαν εἰσάγων, ὅτι ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο οὐκ εἰδώς [a], ἀπαντάτω εἰς τὴν στοάν, μηδ' οἰέσθω ἀπαντήσεσθαι τοὺς βλέννους ἐκείνους ὡς αὐτὸν ἀκουσομένους τὸν οὕτιν· μηδὲ διατεινέσθω περὶ μηδενὸς καταστὰς πρὸς μὲν Ἀρκεσίλαον παρόντα, πρὸς δὲ Ἐπίκουρον οὐ παρόντα. Τί γάρ ἐστιν ὁ Ἀρκεσίλαος, τί δὲ ὁ Ἐπίκουρος, ἢ τί ἡ Στοά, ἢ τί οἱ νέοι, ἢ τίς ὁ οὕτις, οὔτ' οἶδεν, οὔτε οἷος εἰδέναι· πολὺ γὰρ πρότερον οὐδ' εἰ αὐτός τί ἐστιν οἶδεν. Ἀλλ' οὐκ ἀνέξεσθε οὔτε ὑμεῖς, οὔτε ὁ Δημόκριτος, εἰ λέγοι τις ταῦτα· οὐ γὰρ εἶναι πιστότερον μέτρον οὗ λέγω· οὐδ' εἰ ὀκεῖ καὶ ἄλλα τινὰ εἶναι, τούτῳ γ' ἂν παρισωθείη· ἡ παρισωθείη μὲν ἄν, ὑπερβάλλοι δὲ οὐκ ἄν. Οὐκοῦν, φήσειεν ἄν τις, ὦ Δημόκριτε, καὶ σὺ ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ ὦ μάντι, ἐπειδὴ ἀγανακτεῖτε εἴ τις ἐθελήσει παρελέσθαι τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν· οὐ γὰρ ἔτι τὰς πολλὰς ἐκείνας βίβλους εἶναι· φέρε καὶ ἡμεῖς ἀνταγαναχτήσωμεν. Τί δή ποτε; Ἔνθα μὲν ἂν ὑμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ πιστότατον καὶ πρεσβύτατον· ἔνθα δ' ἂν μὴ δοκῇ, ἐκεῖ

---

fores: qui nisi cum rei admonere voluisses, nec id unquam ipse nuntiasset, nec Archilochus ejus filius Pariorum coloniam eo deduxisset, nec Parii Thasum habitassent. Equidem nescio, an tu hæc quidem dicas, sed tamen ea quæ dicis non intelligas. Verum quoniam longiorem sermonem otium nostrum patitur, nec is alienus est futurus, illud mihi dic (pauca enim fortasse e multis sufficiunt): num quid ego et tu simus? Summus, inquies. Hoc autem unde scimus? aut quo tandem argumento nos id scire collegimus? Nonne fateris, nulla alia re perinde hoc effici, quam sensu quodam et perceptione nostra? Quid vero? animantes nos esse, quomodo tandem comperimus? quomodo ex animantibus, ut mihi quidem loquendum videtur, homines, ex hominibus præstigiatorem alterum, alterum præstigiatoris exagitatorem: ut tu vero dicis, deum alterum, alterum hominem? itemque vatem alterum, alterum delatorem? Et sit quidem tibi rerum ratio talis, si ego convictus fuero. Nos autem in præsentia hæc disputare, quo pacto cognovimus? Quid ais? nonne recte de nostra percipiendi vi ex eo qui inter manus est loco judicamus? Omnino. Neque enim aliud eo vel superius vel antiquius vel fide dignius est. Alioquin enim desinat in posterum te Alcmæon nescio quis, interfecta matre, domo pulsus ejusque tamen cupidus, Delphis convenire. Quippe neque ipse, sitne omnino aliquid, nec domone pellatur, nec ejusdemne cupidus sit intelligit. At licet furiosus sit Alcmæon, quæque non sunt suspicetur, non furit quidem Pythius. Cave etiam sic canas:

Tu redditum in patriam votis flagrantibus urges,
Amphiaraïade.

Nam primum ne ipse quidem ullo modo intelligis, num quis te interroget Amphiarai filius, deinde num quid tu sis qui interrogaris, denique num respondere possis de re de qua quis te consulit. Ne igitur Chrysippus dimidiatam introducens servitutem, quum tamen quæ sit ea res prorsus ignoret, in porticum ventitare conetur, neve eodem stolidos homines ad ipsum audiendum quem neminem existimamus, venturos putet; neve jam de stabili gradu aut præsente cum Arcesila aut cum Epicuro absente contendat; quando is, quid aut Arcesilas, aut Epicurus, aut quid Porticus, quid adolescentes, quid nemo ipse sit, nec intelligit, nec intelligere omnino potest; nam quod multo prius est, sitne ipse aliquid an nihil sit, ne hoc quidem exploratum habet. At orationem istam neque vos scilicet, neque Democritus ferat, quod alia certior, quam ea cujus memini, hujus rei æstimandæ ratio nulla esse queat; aut si aliæ præterea sint, cum illa tamen adæquari non possint; aut si forte adæquari possint, eam certe superare nequeant. Quamobrem, inquiet quispiam, o Democrite, tuque o Chrysippe et tu bone vates, quoniam indignemini si quis vobis animi perceptionem eripere conetur; neque enim id jam est, ingentem istam nescio quam librorum supellectilem eripere: age nos quoque indignemur. Quid tandem? Ubi vobis ita visum fuerit, certissimum hoc videlicet et antiquissimum argumentum erit;

καταδυναστεύσει τι λελη θὸς αὐτοῦ εἱμαρμένη πεπρωμένη, διαφορὰν ἑκάστῳ ὑμῶν ἔχουσα, τῷ μὲν ἐκ θεοῦ, τῷ δὲ ἐκ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων κάτω καὶ ἀναπαλλομένων ἄνω καὶ περιπλεκομένων καὶ διαλυομένων καὶ διισταμένων καὶ παρατιθεμένων ἐξ ἀνάγκης; Ἰδοὺ γὰρ ᾧ τρόπῳ ἡμῶν αὐτῶν ἀντειλήμμεθα, τούτῳ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐθαιρέτων καὶ βιαίων. Οὐ λέληθε δὲ ἡμᾶς ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ βαδίζειν καὶ τοῦ ἄγεσθαι, οὐδὲ ὅσον τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι. Ὧν δὲ ἕνεκα ταῦτα προσήνεγκα τῷ λόγῳ; Ὅτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς ταῦτά γε οὐκ ἂν εἰδείης, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως. Αὕτη δέ γε ἐφαίνετο οὐκ ὀλίγων οὖσα πραγμάτων ἀρχή· ὃν δὲ ἡ ἀρχή, ἥτις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα αἰτία, ἐκπέφευγεν, ἢ πού γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος. Ἀναίσχυντος δηλαδὴ ὁ Λαΐῳ προμαντευόμενος, ὅτι αὐτὸν ἀποκτενεῖ ὁ φύς. Ἠμελλε γάρ που ὁ φὺς κύριος ἔσεσθαι τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως, καὶ οὔτε τις Ἀπόλλων, οὔτε τις αὐτοῦ ὑπέρτερος ἐξικνεῖσθαι ἱκανὸς οὐδεμιᾷ δυνάμει, ὧν οὐκ ἔστιν οὔτε ὑπαρξις, οὔτε γενέσεως ἀνάγκη. Ἐκεῖνο γὰρ δὴ τὸ καταγελαστότατον ἁπάντων, τὸ μῖγμα καὶ ἡ σύνοδος τοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τι εἶναι, καὶ εἱρμὸν οὐδὲν ἧττον εἶναι. Προσεοικέναι γὰρ αὐτόν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφώτεροι, τῷ Εὐριπιδείῳ λόγῳ· τεκνῶσαι μὲν γὰρ ἐθελῆσαι τὸν Λάϊον, κύριον εἶναι τὸν Λάϊον, καὶ τοῦτο ἐκπεφευγέναι τὴν Ἀπολλωνίαν ὄψιν· τεκνώσαντι δ' αὐτῷ ἐπεῖναι ἀνάγκην ἄφυκτον ὑπὸ τοῦ φύντος αὐτὸν ἀποθανεῖν· οὕτως οὖν τὴν ἐπὶ τῷ μέλλοντι ἀνάγκην παρέχειν τῷ μάντει τὴν τοῦ γενησομένου προαίσθησιν. Ἦν δέ που καὶ ὁ φὺς τῆς ἰδίας βουλήσεως κύριος, ὥσπερ ὁ φύσας· καὶ ὡς ἐκεῖνος τοῦ τεκνῶσαι καὶ μή, οὕτως οὗτος τοῦ ἀποκτεῖναι καὶ μή. Τοιαῦτα δὲ ὑμῶν τὰ μαντεύματα πάντα· καὶ ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν ὃ ἔλεγεν, τὸ

Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος,

ὅτι πήρωσις μὲν ἔσται αὐτοχειρία τοῦ φύντος ἐπὶ γάμῳ μητρὸς καὶ τυραννίδι ἣν παρέλαβεν ἐπ' αἰνίγματος λύσει, παίδων δὲ ἀλληλοκτόνοι σφαγαὶ ἐπὶ φυγῇ μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑτέρου, τοῦ δὲ ἑτέρου πλεονεξίᾳ, καὶ γάμῳ τοῦ φυγάδος ἐν Ἄργει, καὶ στόλῳ στρατηγῶν ἑπτὰ καταγελάστων καὶ συμβολῇ· ὧν ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας διαιρουμένων, πῶς ἂν ἥ σοι ἐξεπίστασθαι, ἢ ὁ εἱρμὸς συνδεῖν δύναιτο; Εἰ γὰρ αὐτοῦ κύριος ὢν μὴ ἐβουλήθη τυραννεῖν ὁ Οἰδίπους, ἢ τοῦτο βουληθεὶς καὶ πράξας γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην οὐ προείλετο, ἢ γήμας μὴ ἐτετύφωτο μηδ' ἦν δύσθυμος καὶ δυσάρεστος, πῶς ἂν τὰ καθ' ἕκαστα ἐπράχθη; πῶς δ' ἂν τῶν ὀφθαλμῶν ἥψατο; πῶς δ' ἂν τοῖς παισὶν ἐπηράσατο τὴν Εὐριπίδου καὶ τὴν σὴν ἀράν; τά τε ἐξῆς τούτων τίνα ἂν τρόπον ἐγεγόνει, μὴ προτέρων αἰτιῶν γιγνομένων ἢ σύ τι περὶ τῶν μελλόντων λέγειν ἠδύνασο; Πάλιν δ' αὖ εἰ συμβάντες οἱ παῖδες ἅμα ἑκάσ-

---

ubi autem aliter existimaveritis, eo potentius erit occultum nescio quid, fatalis, inquam, illa necessitas; qua de re tamen dissidetis, quum alius eam ex deorum numine, alius ex minimis illis corpusculis pendere velit, quæ modo deorsum ferantur, modo contra sursum vibrentur, atque ejusmodi sint, ut inter se paulo ante commissa, paulo post dirimantur, ac vicissim disjuncta prius quum essent, necessario postmodum conjungantur? Etenim quo modo nos ipsos cognoscimus, eodem plane spontaneos et violentos animi nostri motus percipimus. Neque nos profecto latet, quantum inter eum qui sponte incedat, et eum qui agatur, quantum inter eum qui eligat, et eum qui cogatur intersit. Cur autem hæc superioribus adjeci? Fugit te nimirum, bone vates, quarum rerum potestatem habeamus, tuque ille qui cuncta nosti, ne ea quidem nosti, quæ nostra ex voluntate tanquam ex retinaculis quibusdam suspensa sunt. Atqui hanc multarum rerum principium esse constat: quem autem eorum quæ postea consequuntur principium et causa latet, is videlicet ea quæ ex eodem fonte manant intelligat. Impudens nempe fuit, quisquis Laio prædixit, eum a filio interfectum iri. Potens enim fere voluntatis suæ filius iste futurus erat, neque vel Apollo vel Apolline quisquam superior ulla mentis vi illas res complecti potest, quæ nec sint ipsæ nec ullam ortus sui necessitatem habeant. Nam illa quidem omnium maxime ridicula est temperatio et rerum colligatio, quod idem et aliquid in hominum potestate situm esse et seriem tamen causarum esse defendunt. Quippe hanc, ut eorum sapientissimi dicunt, ad Euripideæ narrationis similitudinem accedere. Nam ut Laius liberos procreare vellet, id quidem in Laii potestate fuisse, quod tamen Apollineæ mentis aciem fugerit: si vero procrearet, tum ejus qui nasceretur manibus ipsum ineluctabili necessitate periturum: ideoque rerum futurarum necessitatem dedisse vati earum præsentiendarum facultatem. Atqui non minus sane filius voluntatis suæ potens quam pater erat: et ideirco tam integra ei parentis cædes, quam parenti filii procreatio fuit. Atque hujusmodi omnia vestra oracula sunt. Nec melioris notæ fuit, quod hunc in modum Euripideus Apollo respondit:

Tua omnis alto sanguine natabit domus.

Nimirum oculos sibi filius suis ipse manibus effodere parabat, partim maternarum nuptiarum, partim ejus quam sibi ænigmatis solutione peperisset tyrannidis indignitate stimulatus: deinde mutuæ liberorum ejusdem cædes, ob alterius regno pulsi exsilium, alterius regnandi cupiditatem, simulque ob exsulis nuptias Argis factas septemque ducum ridiculorum expeditionem dimicationemque consecutoræ erant. Enimvero quum in varia imperia diver-

λευον, ἢ εἰ συνθέμενοι παρὰ μέρος ἔμενον ἐπὶ τοῖς συγκειμένοις, ἢ εἰ ὁ ἀπελαθεὶς ἔγνω μὴ εἰς Ἄργος ἀλλ' εἰς Αἰβύην ἢ Περῤῥαιβοὺς ἀπελθεῖν, ἢ εἰσελθὼν ἐπὶ τὸ Ἄργος ἔγνω ταριχοπωλεῖν, καὶ μὴ πλουσίαν λαβεῖν γυναῖκα ἀλλὰ χερνῆτίν τινα ἢ κάπηλιν, ἢ εἰ ὁ Ἄδραστος μὴ ἔδωκε τὴν θυγατέρα αὐτῷ, ἢ εἰ ὁ μὲν ἔδωκεν ὁ δ' οὐκ ἐπεθύμησε τῆς οἰκαδε ὁδοῦ, ἢ εἰ ἐπιθυμήσας ἐκράτησεν ἑαυτοῦ, ἢ εἰ μὴ προσέσχεν αὐτῷ δεομένῳ συμμαχίας ὁ Ἄδραστος, ἢ εἰ τῷ Ἀδράστῳ μήτε ὁ Ἀμφιάραος μήτε ὁ Τυδεὺς μηδὲ τῶν ἄλλων ταξιάρχων ἕκαστος ἠκολούθουν, ἢ εἰ οἱ μὲν συνηκολούθουν, ὁ δὲ ἐλθὼν οὐκ ἐμάχετο τῷ ἀδελφῷ ἀλλ' ἢ συμβὰς ἐβασίλευσεν ἅμα αὐτῷ ἢ μὴ βουλομένῳ ἀνεχώρησε, πεισθεὶς Εὐριπίδῃ λέγοντι,

Ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ πορθήσων πάτραν,

ἢ εἰ οὗτος μὲν μή, ὁ δ' ἕτερος, τῶν Εὐριπιδείων ἀκούσας σοφιστευμάτων ἐκείνων τῶν ἄλλων,

Εἰθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχειν ἴσον;

πῶς ἂν συστάντες ἐμάχοντο, καὶ Λαΐου πᾶν δῶμα ἔδη δι' αἵματος; Ἀλλὰ μήν, φήσεις, γέγονε ταῦτα. Γέγονεν· ἀλλὰ σὺ ποίᾳ ὁδῷ εἰσῆλθες εἰς τὴν τούτων εἴδησιν; Ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς πυκνὰ διακέκοφε τὸ ὅλον ὅραμα ἡ ἐν ἡμῖν τοῖς τὸ ὅραμα συμπληροῦσι δύναμις; Οὕτω δὲ καὶ ἣν βούλει ὑπόθεσιν λαβών, διατεμῶ τὸν εἱρμὸν ὑμῶν, ἀποφανῶ τε ἀδύνατον ὄντα. Ἀλλὰ σὺ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἴσχατα εἰδέναι λέγεις· ἡ δὲ ὑπόθεσις ἐκ διακοσιῆς εἱρμοῦ δυνάμεως ὅλη συντέτακται. Ἢ ὃ λέγω οὐ συνίης[c]; Ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν, ὦ μάντι, τὰ ζῷα ἢ ὀλίγας πολλάκις ἀρχὰς ποιούμενα, ἢ πολλὰς ἐν αὐτῇ. Αἱ δὲ ἀρχαὶ ἀεὶ τὰ μέχρις αὐτῶν διακόψασαι, αὐτὰ ἄλλα προάγουσι πράγματα· τὰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον προχωρεῖν δύναται, ἐφ' ὅσον ἂν [d] μὴ ἄλλη, πόθεν ἐπιστᾶσα ἀρχὴ τὰ μετ' αὐτὴν μὴ τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖν ἀλλ' ἑαυτῇ κελεύσῃ. Εἴη δ' ἂν ἀρχή, καὶ ὄνος, καὶ κύων, καὶ ψύλλα. Οὐ γὰρ παραιρήσει οὐδὲ τῆς ψύλλης, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τὴν ἐξουσίαν· ἀλλ' ὁρμήσει τινὰ ἰδίαν ὁρμὴν ἡ ψύλλα, ἢ καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐνίοτε συμπλακεῖσα ἀρχὴν ἑαυτὴν παρέξεταί τινος ὁδοῦ. Σὺ δὲ χρώμενος οὐκ αἴσθῃ τῷ γένει τούτῳ.

Τρηχὺν ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλέος θείοιο,

---

sasque provincias distributi ac divisi essent, qui tandem vel tibi ea nosse contigit, vel series illa causarum eadem inter se potuit colligare? Nam si rursus Œdipus, sui juris quum esset, regnum occupare noluisset : aut si voluisset quidem ac simul occupasset, idem tamen Iocastam uxorem ducere non destinasset; aut si illam insuper in matrimonio habenti nequaquam tamen ægritudinis ac doloris vis amentiam injecisset, quomodo reliqua deinceps consecuta essent? Quomodo aut oculos sibi eruisset, aut illas Euripidis tuasque diras suis ipse liberis imprecatus esset? Cætera deinceps, ubi priores deessent causæ, qua tandem ratione evenissent? Quid tu ipse quod de rebus futuris pronunciares, habuisses? Contra si Œdipi liberis aut communiter ex composito regnare, aut pactione de mutua regni successione inita stare conventis placuisset, itemque si pulsus alter non Argos, sed vel in Libyam, vel ad Perrhæbos migrare statuisset; aut si Argos appulsus salsamenta venditare decrevisset, ideoque non locupletem aliquam uxorem, sed manuum mercede inopiam tolerantem vel copam ducere voluisset : aut si Adrastus filiam suam ei negasset, aut si dedisset ille quidem, sed hic tamen redire in patriam neutiquam cupivisset, vel si hujusmodi desiderio incensus, tamen se ipsum animumque vicisset : aut si vel auxilium implorantem Adrastus repulisset, vel Adrasto se comitem ac socium neque Amphiaraus, neque Tydeus neque cæterorum ducum quisquam adjungere voluisset, aut si facta cum iis societate reversus in patriam manus fratri non intulisset, sed potius vel ex composito imperii consortem accivisset, vel nolenti ultro cessisset, Euripidi obsecutus ita præcipienti :

Vesanus etiam civium oppressor venis,

aut si non ille, sed frater potius imperium deposuisset, aliis hisce ejusdem poetæ cavillationibus inductus :

Hominibus ergo solque noxque serviant,
parem ipse quemquam ferre non possis domi?

quomodo tandem aut pugnam inter se ambo commisissent, aut sanguine contaminata universa Laii domus periisset? At vero hæc, inquies, jam acciderunt. Omnino. Sed quæro nunc, qua via istarum rerum scientiam consecutus sis. Non vides, quam sæpe totam fabulam interceperit quæ in nobis est ejus consummandæ facultas? Ego vero, quodcunque tu argumentum delegeris, eadem facilitate nexum hunc vestrum incidam, neque ullo modo stare posse convincam. Dices argumenti exitus te cognitos habere : atqui ex hujus quoque nexus interrupta vi argumentum illud universum aptum est. Num forte quid dicam, non intelligis? Oriuntur nimirum, o vates, ab ipsis animantibus in quovis argumento initia quædam, pauciora nonnunquam, interdum vero plura. Ubi autem ea rerum ad se pertinentium seriem interciderint, ipsarum quoque rationes et naturam mutant. Eadem porro eatenus duntaxat progredi poterunt, quatenus nullum aliud aliunde principium ingruet, quod secum, non autem cum superioribus sequentia cohærere jubeat. Fingamus ergo aliquod ejusmodi principium esse asinum, canem, pulicem, neque enim, per Apollinem, suam vel pulici facultatem eripias, sed suo ipse ac proprio feretur impetu, atque etiam rebus humanis interdum implicitus cujusdam viæ sese ducem præbebit. Tu autem a te quoque hoc animalium genus consuli non intelligis.

Amphitryoniadæ divi Trachina tuisti,

ὦ Λοκρέ· σοὶ δὲ Ζεὺς ἄτας ἔδωκε, τὸ ἔτι δώσει.

Τί φής; Οὐ γὰρ ἐπέπρωτο ὑφ' ὑμῶν ἐξαιρεθῆναι αὐτήν; Κἀτί τί αἴτιοι ἡμεῖς, ἀλλ' οὐχ ἡ ὑμετέρα ἀνάγκη; Οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ Ἄπολλον, οὐδ' ὀρθῶς ἐπιτιμᾷς τοῖς οὐδὲν ἀδικοῦσιν ἡμῖν. Ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται, ἀλλ' οὐκ (εἴπερ ἄρα) ἑαυτόν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; Τί δὲ καὶ ἀπειλεῖ ἡμῖν; Ἢ τί ἡμεῖς, ὡς ὄντες τούτου κύριοι, λιμώττομεν; Ἀλλὰ καὶ ἤτοι ἀνοιχισθήσεται πρὸς ἡμῶν, ἢ οὔ· ὁπότερον δ' ἂν ᾖ, τοῦτο πέπρωται. Λῆξον δή, ὦ Ζεῦ λιμοποιέ, τοῦ θυμοῦ· ἔσται γὰρ ὃ πέπρωται, καὶ τοῦτο προστέτακται ποιεῖν ὁ σὸς εἱρμός· ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτον οὐδέν ἐσμεν. Παῦσαι δὲ καὶ σύ, ὦ Ἄπολλον, μάταια χρησμῳδῶν· ἔσται γὰρ ὃ δὴ ἔσται, κἂν σὺ σιωπᾷς. Ἡμεῖς δέ, ὦ Ζεῦ καὶ Ἄπολλον, τί πάθωμεν, οὐδὲν ὄντες αἴτιοι τῆς ὑμετέρας νομοθετήσεως, τοῦτ' ἔστιν ἀναγκοθετήσεως; Τί δ' ἡμῖν καὶ ταῖς ὑμετέραις ἄταις, ἃς αὐτοὶ ἔχειν δίκαιοί ἐστε ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἠναγκάσθημεν;

Οἰταῖοι, μὴ σπεύδετ' ἀτασθαλίῃσι νόοιο.

Ἀλλ' οὐ σπεύδομεν, ὦ Ἄπολλον, ἀλλ' ἐλαυνόμεθα, οὐδὲ ἀτασθαλίαις, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀνάγκῃ. Τὸν δὲ Λυκοῦργον ἐκεῖνον πῶς, ὦ Ἄπολλον, ἐπαινεῖς, ὃς οὐκ ἦν ἀγαθός, οὔτε ἑκών, οὔθ' ἑλόμενος, ἀλλ' ἄκων; εἴπερ που καὶ γίνεταί τις ἀγαθὸς ἄκων. Ἔοικε δὲ ὃ νῦν ποιεῖτε, ὡς εἴ τις τοὺς μὲν καλοὺς τὰ σώματα ἐπαινοίη καὶ γεραίροι, τοὺς δὲ αἰσχροὺς ψέγοι καὶ κολάζοι. Δίκαια γὰρ εἴποιεν ἂν πρὸς ὑμᾶς οἱ πονηροί, ὅτι οὐκ ἐπετρέψατε ἡμῖν, ὦ θεοί, ἀγαθοῖς γίνεσθαι, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἐβιάσασθε εἶναι πονηρούς· οἵ τε ἀγαθοί, εἰ ἐξηγκωνισμένοι περιπατοῖεν, οὐκ ἐπιτρέψει τις αὐτοῖς, ἀλλὰ φήσει, Ὦ Χρύσιππέ τε καὶ Κλεάνθες καὶ ὅσοι τούτου τοῦ χοροῦ, (ὑμεῖς γὰρ πεποίησθε εἶναι ἀγαθοί,) ἐγὼ μὲν ἀρετὴν ἐπαινῶ, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐναρέτους οὐκ ἐπαινῶ. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, ὃν σὺ πολλά, ὦ Χρύσιππε, ἐβλασφήμησας, ἐγὼ τό γε ἐπὶ σοὶ ἀφίημι τῶν ἐγκλημάτων. Τί γὰρ πάθῃ ὃς οὐχ ἑκὼν ἦν μαλακὸς οὐδὲ ἄδικος, ὥσπερ πολλάκις αὐτὸν ἐλοιδόρησας;

Εὐτάκτων θνητῶν βιοτὴν θεοὶ ἥσιοι εἰσιν,
εὐσεβέων θ' ἁγίας θυσίας τιμάς τε δέχονται.

Δοκεῖτε δέ μοι οὐκ ἂν ταῦτα λέγειν, μὴ πεπεισμένοι ὅτι οὐκ ἄκοντες ἀλλὰ βουλόμενοι χωροῦσιν, ἐφ' ἃ χωροῦσιν. Ἃ δ' ἂν βουληθῶσι τῶν οὕτω προειλεγμένων, οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος σοφιστὴς τολμήσει λέγειν ὅτι ὑποτέτακται· ἢ λόγους μὲν οὐκέτι πρὸς αὐτὸν

---

o Locre, sed dura pœna te Juppiter urget.

Quid ais? Non vobis auctoribus urbi illi fatum fuit everti? Num forte nos hujus excidii molitores fuimus, ac non potius vestra necessitas? Injuste facis, o Apollo, neque merito nobis, qui nihil peccavimus, pœnas irrogas. At vester ille Juppiter, ista necessitatis vestræ necessitas, quorsum in nos, ac non potius, siquidem pœnas libet exigere, in se ipsum animadvertat, qui ejusmodi esse necessitatem ostenderit? Quorsum vero nobis minatur? quorsum ipsi, quasi ejus rei potestatem habeamus, fame premimur? Cæterum illa urbs aut restaurabitur a nobis, aut non restaurabitur: utrum autem eveniat, id fatale est. Desine ergo, Juppiter, famis architecte, gravius irasci. Erit enim, quod fato impendet, atque id tuus iste causarum ordo perficere jussus est: nos vero præ hoc ordine nihil sumus. Tu quoque, Apollo, desine vana edere oracula. Erit enim profecto quod futurum est, etiamsi tu taceas. Nos autem, Juppiter tuque Apollo, qua digni simus pœna, qui vestrarum legum, id est necessitatis a vobis adhibitæ auctores non simus? Quid nobis cum vestris illis pœnis ac furiis, quas ipsi profecto ob ea quibus nos necessario obstrinximus scelera, sustinere debeatis?

Ne ruat, Œtæi, vestræ vecordia mentis.

At non festinamus, o Apollo, sed agimur, nec vecordia, sed necessitate vestra. Jam vero Lycurgum illum, Apollo, cur laudibus effers, qui non sponte sua vel animi inductione probus erat, sed plane invitus? siquidem probus quisquam invitus esse potest. Perinde autem agitis, ac si quis homines egregia specie laudet præmiisque afficiat, turpes vituperet ac puniat. Merito enim vobis improbi objiciant, non modo virtutem sibi per vos minime coluisse licuisse, sed vobis etiam cogentibus sese fuisse improbos. Probos vero, si ansati ambulent, nemo ferat, sed, O Chrysippe, inquiat aliquis, et Cleanthes, vosque cæteri istius cohortis (vobis enim probitatem attribuitis), ego virtutem quidem laudo, sed vos virtute præditos non laudo. Quin etiam Epicurum illum, quem tu, Chrysippe, multis verborum contumeliis notasti, si res tuis decretis congruenter decernenda est, omni crimine absolvo. Qua enim pœna dignus sit, qui non sponte vel mollitiæ vel improbitati adhæserit, quod sæpius ei probrose objecisti?

In placidos hominum inclinant pia numina mores,
Horum etiam cultu et sacro lætantur honore.

Verum, ut mea fert opinio, nunquam hæc diceretis, nisi homines ad ea, quæ sequuntur, non vi ulla, sed voluntate sua duci vobis persuasum esset. Quæ autem instituerint mortales e genere rerum sic prædamnatarum: ea neque deus neque homo cavillator necessitati assignare audeat. Aut si quis tamen erit ejusmodi, non jam verbis cum eo contendamus, sed arrepta, tanquam adversus contumacem puerum, duriore scutica latera ejus egregie cædamus. Hæc tanta est disputatio, qua in vatem Oenomaus invehitur.

ποιησόμεθα, σκύτος δέ τι τῶν εὐτόνων λαβόντες, ὡς ἐπ' ἀνάγωγον παῖδα, τὰς πλευρὰς εὖ μάλα καταξανοῦμεν αὐτοῦ. Τοσαῦτα πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὁ Οἰνόμαος ἀπετείνατο.

{Eusebius Præpar. Evang. lib. VI cap. 6 extr. et 7, pag. 255 B seqq. ed. Viger. [vol. II p. 41-51 ed. Gaisford.] De singulis locis pauca annotanda. Oraculum ἐχθρὲ περικτιόνεσσι κτλ. exstat etiam apud Herodotum VII, 148. Alterum Χείρωνος φίλε τέκνον κτλ. illustratur a Stephano v. Κάρυστος. Tertium Ἄγγελον Παρίοις κτλ. profert Stephanus v. Θάσος. Scripsi : [a] ὅ, τι ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο οὐκ εἰδώς cum Vigero] codd. ὅ, τι ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο. —[b] αὑτοῦ cum eodem] codd. αὗ. — [c] συνίης] libri συνίεις. — [d] ἂν μὴ] libri ἐὰν μὴ. — [e] ἅτας] codd. ἄλλας. — [f] ἃ δ' ἂν βουληθῶσι τῶν οὕτω προειλεγμένων, οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος σοφιστὴς] libri manu scripti ἃ δ' ἂν βουληθῶσιν, οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος σοφιστής, οὕτω προειλεγμένων.)

Digitized by Google

DE MAXIMO CYNICO.

Maximus Ephesius (1) quem alii Epirotam sive Byzantium fuisse ajunt, Juliani Imperatoris præceptor ejusque epistolis nobilitatus, Cynicis annumerari et potest et solet. Hujus multa ingenii monumenta litteris mandata exstabant, quibus nomen suum ad immortalitatis memoriam consecravit. Nempe, si fides Suidæ (2), confecerat librum unum de insolubilibus objectationibus, alium de principiis, tertium de numeris; præterea commentarium in Aristotelem (3) atque alia quædam volumina Juliano dedicata conscripserat. Huc pertinebant sine dubio etiam variæ declamationes (μελέται διάφοροι) quas Maximo sophistæ assignat Photius cod. CXXXV. Sed vita honestissime acta, licet amplissimis honoribus et præmiis a Juliano decoratus esset, tamen quod magiæ illecebras exerceret, jussu Valentiniani interfectus est (4). Etenim virum cætera egregium a magicis vanitatibus non abhorruisse fidem facit libellus ejus περὶ καταρχῶν sive de auspiciis rerum humanarum negotiorumque. Nimirum in hoc astrologorum illius ætatis more qui nugatores esse solebant, perversæ sapientiæ præcepta versibus tradit. Bene autem nobiscum agitur, quod istud tum philosophi tum astrorum interpretis carmen, quamvis initio mutilum, magna ex parte superest in codice Mediceo (5), ex quo transscriptum superiore sæculo edidit Jo. Alb. Fabricius Bibl. Græc. vol. VIII p. 415 seqq. Porro poema illud in pedestrem sermonem versum exstat Florentiæ in eadem Bibliotheca Medicea (6). Ejus interpretationis, quam integram esse scimus, initium est : πῶς ὁ τεχθεὶς ἄνθρωπος οὐξιφωτούσης τῆς σελήνης ἔμπρακτος ἔσται κτλ. Primum caput est περὶ κτήσεως δούλων, secundum περὶ πλοῦ καὶ ἐμπορίας, quæ in carmine desiderantur. Sequuntur capita et ipsius carminis et interpretationis communia περὶ ὁδοιπορίας sive ξενιτείας, περὶ γάμου, περὶ νόσων, περὶ τομῆς, περὶ χειρουργίας, περὶ δραπετῶν, περὶ παίδων διδασκαλίας, περὶ γεωργίας, περὶ τῶν ἐν δεσμοῖς et περὶ κλοπῆς, in quibus e lunæ cursu per orbem signiferum vel errantium stellarum respectu æstimatur, quod sit auspicatissimum tempus suscipiendi itineris vel matrimonii contrahendi, vel qui futurus sit morbi eventus, vel quando sive venam incidi sive chirurgicam artem adhiberi oporteat, quando auspicato conducantur servi, pueri optime instituantur, ager colatur; quando spes sit fore ut homines e vinculis et captivitate liberentur vel res furtiva restituatur. Fuerunt qui Maximo tale carmen abjudicarent atque illud, quod sub ejus nomine fertur, poetæ Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii æquali, tribuerent (7). Utcunque est, præclarum esse carmen nemo negabit.

Accedo ad alterum ejus quod superesse voluit fortuna opusculum de *insolubilibus objectationibus*. Hoc in membranis Venetis D. Marci DVIII et DXII (8) servatum primus in lucem protulit Carolus Stephanus subjunxitque Dionysii Halicarnassensis epistolæ ad Pompejum Parisiis 1554. Postea Jo. Alb. Fabricius eandem disputationem græce et latine repetiit in Bibl. Gr. vol. IX p. 569 seqq.; Chr. Walzius autem Rhett. Græc. tom. V inclusit, unde nos depromtam, recognitam et accurate conversam hic inseremus. Nam quominus carmen denuo divulgaremus summa A. Kœchly et Fred. Dübneri obstitit diligentia, qui illud jam pridem cum paraphrasi Florentina in Bibliothecæ hujus volumine XXII publicarunt.

(1) Socrates hist. III, 1. Nicephorus X, 1. — (2) Suidas, Μάξιμος, Ἠπειρώτης ἢ Βυζάντιος φιλόσοφος, Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τοῦ παραβάτου διδάσκαλος. Ἔγραψε περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, περὶ καταρχῶν, περὶ ἀριθμῶν, ὑπόμνημα εἰς Ἀριστοτέλην καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἰουλιανόν. Cf. Eudocia in Villoison. Anecd. vol. I p. 300. — (3) Conf. Simplicius in Categ. fol. 1 a. — (4) Eunapius vit. Maximi. — (5) XXVII plut. 28 teste Bandinio Catal. codd. ms. gr. II p. 52. — (6) Bandin. Catal. codd. ms. gr. II p. 61, nr. XVII cod. XXXIV. — (7) Ruhnkenius Epist. ad Heynium Opusc. vol. II p. 687 ed. Friedemann. — (8) Catal. p. 273 et 275.

ΜΑΞΙΜΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΛΥΤΩΝ ΑΝΤΙΘΕΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Αἱ ἄλυτοι ἀντιθέσεις ὅτι μὲν οὐκ ἐπιδέχονται λύσιν ἐμφανῆ, πρόδηλον· οὐ γὰρ ἂν εἶεν ἄλυτοι, εἰ ἐπιδέχοιντο λύσιν· ὅτι δὲ μεθόδου τινὸς πρὸς αὐτὰς χρεία, ἐμφανές ἐστι. Πόθεν οὖν αἱ μέθοδοι πρὸς τὰς ἀλύτους ἀντιθέσεις; ἐροῦμεν ἃς εὑρήκαμεν.

α'. Ἐὰν ἐμπίπτῃ ἄλυτος ἀντίθεσις, ἢ ἐν προσχήματι τοῦ δοκεῖν λύειν, ἀντικατηγορεῖν τοῦ ἀντιδίκου.

β'. Ἢ εὐπροσώπως μὴ ἔχοντα λῦσαι, ἀναβαλέσθαι εἰς ἕτερον χρόνον τὴν λύσιν.

γ'. Ἢ συνδραμόντα, οὕτως ἀντικατηγορεῖν τοῦ ἀντιδίκου.

δ'. Ἢ πάλιν συνδραμόντα, τῷ δικαίῳ ἀντιθεῖναι τὸ συμφέρον.

ε'. Ἢ τὸν δικαστὴν ἀπάγειν μὲν ἀπὸ τῆς ἀλύτου ἀντιθέσεως, εἰς ἕτερα δὲ πράγματα χρινόμενα ἐμβιβάζειν.

ς'. Ἢ μετὰ αἰτίας λύειν τὴν δοκοῦσαν ἄλυτον εἶναι.

ζ'. Ἢ πολλάκις τὴν ἄλυτον ὑπομερίσαντα, κατὰ μέρος εἰσάγοντα δοκεῖν λύειν.

η'. Ἢ μὴ τιθέντα, διὰ λόγου πρὸς αὐτὴν βλέποντας λύειν.

θ'. Ἢ παραινετικῶς καὶ ὥσπερ κηδόμενον τοῦ ἀντιδίκου, μεθοδεύειν τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν ἐν αὐτῇ τῇ παραινέσει.

ι'. Πάλιν, ἐὰν ἄλυτος ἀντίθεσις, προστιθέναι τι αὐτῇ εὔλυτον, ἵνα ἀπὸ τοῦ εὐλύτου ἀφορμὴ λύσεως γένηται.

ια'. Ἢ μηδὲ μεμνῆσθαι τῆς ἀλύτου τοπαράπαν, εἰ ἤλπικε τὸν δικαστὴν αὐτῆς ἐπιλελῆσθαι.

ιβ'. Ἢ συνδραμόντα, τὴν γνώμην διαβάλλειν τοῦ ἀντιδίκου.

ιγ'. Ἢ μὴ τιθέντα πειρᾶσθαι λύειν, προσρίπτοντα τὴν λύσιν ὡς ἐν ἀφηγήσεως τρόπῳ, καὶ σπουδὴν ἔχειν ἵνα μὴ τὸ χρινόμενον γένηται.

ιδ'. Ἢ ὄνομα ἀντ' ὀνόματος θέντα, οὕτω τῷ εὐλύτῳ ὀνόματι συμπλεκόμενον δόξαι λύειν.

ιε'. Ἢ ἐν προσχήματι τοῦ δοκεῖν πλείους παρέχεσθαι λύσεις, ἀπάγειν μὲν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ ὄντος ἀλύτου τοὺς δικαστάς, τὴν δὲ γνώμην ἐξετάζειν τοῦ νομοθέτου, μεθ' ἧς γέγραφε τὸν νόμον.

ις'. Ἢ ἐὰν ἰσάζωσιν αἱ ἀντιθέσεις, ἐκ διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου καὶ οἰκείας συστάσεως ἀντερωτῶντα, οὕτως λύειν τὴν ἰσάζουσαν μέν, ἄλυτον δὲ εἶναι δοκοῦσαν·

MAXIMI

DE

INSOLUBILIBUS OBJECTATIONIBUS LIBER

Objectationes insolubiles patet non admittere evidentem solutionem; hanc enim si admittant, non fuerint insolubiles. Hinc manifestum est, via aliqua et ratione adversus illas esse opus. Quibus igitur viis et artibus adversus insolubiles objectationes utemur? Dicam quas reperi.

1. Quando insolubilis incidit objectatio, licebit causando solutionem adversarium vicissim accusare.

2. Aut ubi non suppetit quo directe et commode solvamus, solutionem in aliud tempus differre.

3. Aut concedendo litem suam adversus alterum facere.

4. Aut rursus concedentem utile justo opponere.

5. Vel judicem avocare ab insolubili objectatione et ad alia, de quibus contenditur, contemplanda impellere.

6. Vel causa allata solvere objectationem, quæ solvi non posse videbatur.

7. Vel insolubilem in plures dividere partes, atque ita sigillatim inducendo solvere videri.

8. Vel non diserte ponere, oratione tamen eam respiciendo solvere.

9. Vel adhortando ac velut adversarii partibus favendo, objectationem insolubilem in ipsa adhortatione evertere.

10. Rursus, si insolubilis sit objectatio, illi rem explicabilem annectere, atque ita ex eo quod explicari potest solutionis petere occasionem.

11. Vel omnino non facere insolubilis objectationis mentionem, si quis speret judicem illius esse oblitum.

12. Vel concedendo, adversarii voluntatem perstringere.

13. Vel non diserte ponere et tamen solvere tentare objectationem, solutione quasi narrationis in modum adjuncta, ac dare operam, ne res controversa sit.

14. Vel vocabulum ponere pro vocabulo, atque ita si explicabili voci adhærescamus, videri solvere objectationem.

15. Vel per speciem plurium solutationum afferendarum judices abducere a dicto vere insolubili, et legum latoris in ista lege scribenda voluntatem scrutari.

16. Vel si objectationes pares sint, ex adversarii criminatione suique commendatione vicissim interrogare, atque ita solvere objectationem æque gravem quidem, sed insolubilem visam.

Εἴπωμεν οὖν ἑκάστου τούτων τὰ παραδείγματα, ἃ προεθέμεθα ἐν τάξει ἀλύτου, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ῥήτορος τὰς μεθόδους τῶν ἀλύτων ἀντιθέσεων λαμβάνοντες.

α'. Ἐν μὲν οὖν προσχήματι τοῦ δοκεῖν λύειν ἄλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν, ἀντικατηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐχρῶντο τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τοῦτο εἰρήνην ἐπράξαμεν. Οὐ δυνάμενος λῦσαι ταύτην ὁ ῥήτωρ, ἀντικατηγορῶν φάσκει· Ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν ἀντερωτήσατε [b] αὐτὸν μεμνημένοι, πότερον ἐξ ἑτέρας τινὸς πόλεως ᾤχετο πρεσβεύων, ἢ ταύτης αὐτῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑτέρας, ἦν κεκρατηκέναι τε τῷ πολέμῳ φήσει, καὶ χρηστοὺς ἔχειν στρατηγούς, εἰκότως χρήματα εἴληφεν· εἰ δὲ ἐκ ταύτης αὐτῆς, τίνος ἕνεκα ἐφ' οἷς ἡ πέμψασα πόλις τῶν αὑτῆς ἀφέστηκεν, ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται; Ἀδυνατῶν γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμουν, διὰ τοῦτο οὖν φησιν ἀντικατηγορῶν, δῶρα εἰληφας.

β'. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς λῦσαι ἀντίθεσιν εὐπροσώπως, ἀναβάλλου [c] τὰς λύσεις τῶν εἰρημένων· εἰς ἕτερον χρόνον παρέξομαι. Ἢ, νῦν διὰ τόδε οὐ πεποίηκα, ἢ, παρὰ τόδε [d] ποιήσω. Οὕτως ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος. Ἂν τοίνυν λέγῃ περὶ τοῦ τῆς ἑταιρήσεως νόμου, ὡς ὑβρίζομεν ἡμεῖς καὶ βλασφημίας οὐχὶ προσηκούσας κατ' αὐτοῦ [e] ποιούμεθα, δέον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ἐλέγχειν, ἵνα ἐκεῖ περὶ χιλίων ἐκινδυνεύομεν [f], ὑποβάλλετε αὐτῷ, ὅτι καὶ τοῦτο ποιήσομεν ὕστερον, ἐπειδὰν νῦν περὶ ὧν εἴρηται, δῷ λόγον. Οὔτε γὰρ ἀδύνατος εἶναι δόξεις λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, καὶ ἀναβολὴν μετὰ ἀπολογίας εἰργασμένος ἀξιοπίστως, ἀπάξεις ἀπὸ τῆς ἀντιθέσεως οὔσης ἀλύτου τὸν δικαστήν.

γ'. Συνδράμῃς [g] δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, καὶ συνδραμὼν ἀντικατηγορήσεις τοῦ ἀντιδίκου. Πάλιν γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀλύτων θεωρήματι παρασχετέον παράδειγμα, μικρᾶς καὶ ἀσθενοῦς καὶ γλίσχρου τῆς διαφορᾶς οὔσης ἐνταῦθα. Ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· Εἶπε τοίνυν μοί τις ἄρτι προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πρᾶγμα καινότατον πάντων, Χάρητος κατηγορεῖν αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου καὶ τούτων τῶν λόγων ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν. Ἐγὼ δὲ ὅτι πάντα μὲν τρόπον κρινόμενος Χάρης εὑρεθήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς, ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πράττων ὑπὲρ ὑμῶν· διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι, πολλῶν ὑστερῶν, οὐ σφόδρα διϊσχυρίζομαι, ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι. Ἔστω γάρ, πάντα τἀληθῆ λέξειν περὶ αὐτοῦ τουτονί· καὶ οὕτω τοίνυν κωμῳδῆ γέλως ἐστὶ κατηγορεῖν ἐκείνου τουτονί. Ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων· τούτων γάρ εἰσιν ὑπεύθυνοι οἱ στρατηγοί. Οὐδὲ τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην· ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντα ἀφίημι. Τί οὖν λέγω, καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; τοῦ, ποιουμένης τῆς πόλεως εἰρήνην, Φιλοκράτει συνειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τοῖς τὰ βέλτιστα γράφουσι· τοῦ δῶρα ‹εἰληφέναι, τοῦ ἐξαπα-

Ponamus igitur horum singulorum, quæ deinceps de insolubili exposuimus, exempla, a Demosthene ipso retundendarum insolubilium objectationum rationes mutuati.

1. Causando igitur solutionem objectationis, quam solvere non poterat, vicissim accusat adversarium orator in oratione adversus Æschinem. *Duces male rem gesserunt in bello, ideoque pacem* (cum Philippo) *fecimus.* Eam objectationem quum non posset solvere orator, vicissim accusans ait : *Quæ si dixerit, per deos obtestor vos, ut memineritis eum vicissim interrogare, utrum ex alia urbe legatus abierit, an ex hac eadem. Nam si ex alia, quam bello superiorem fuisse dicet, ac bonos duces habuisse, merito pecuniam accepit. Sin ex hac ipsa, qua gratia propter quæ urbs, a qua missus erat, suis bonis cessit, ob ea ipse dona accepisse comperitur.* Quum enim non posset ostendere, duces in bello rem non male gessisse, idcirco vicissim accusando eum arguit dona accepisse.

2. Si non possis commode solvere objectationem, eorum quæ dicta sunt solutionem hunc in modum differ : Alio tempore dabo responsum. Vel, nunc propterea responsione abstinui, vel, tunc huic objectationi satisfaciam. Sic Demosthenes in oratione contra Androtionem : *Quodsi de impudicitia dixerit nos esse injurios et falsa in se maledicta conjicere, apud Seviros accusationis fidem faciendam fuisse, ut ibi de mille drachmis* (pro calumnia pendendis) *periclitaremur : monete ipsum, nos hoc deinceps esse facturos, postquam horum, de quibus agitur, rationem nunc reddiderit.* Ita enim nec videberis solvere objectationem non posse, et te defensurus de dilatione persuadebis judici, ideoque eum ab objectatione insolubili abduces.

3. Concedendo objectationem quæ solvi nequit, eique assentiendo accusabis vicissim adversarium. Nam rursus et istud exemplum in doctrina hac de insolubilibus objectationibus afferre juvat, licet parva hæc sit levisque et lubrica differentia. Sic autem Demosthenes oratione adversus Æschinem : Modo igitur ante tribunal quidam venit, et mihi rem dixit omnium maxime mirandam, instituisse eum Charetem accusare, atque eo modo et iis verbis decipi vos posse sperare. Ego vero, si accusetur Chares, inventum eum iri fideliter et benevole omnibus modis pro vobis egisse, quantum in ipso fuerit : propter eos autem qui pretio corrupti negotia perderent, multis fuisse inferiorem, non magnopere contendo, sed nimium isti largiar. Esto, vere Æschines de eo dicat omnia : etiam sic tamen admodum ridiculum erit, eum ab isto accusari. Ego enim nihil, quod in bello commissum est, Æschini imputo, earum enim rerum rationem duces reddunt ; neque pacem factam a republica : sed hactenus omnia condono. Quid igitur dico et unde accusare incipio? Quod, quum pacem respublica faceret, Philocrati suffragatus est, non iis qui optima suadebant ‹ quod munera accepit, quod fucum

τῆσαι. Συνδραμὼν γὰρ ὅτι κακῶς ἐπολέμει Χάρης, οὕτω κατηγορῶν Αἰσχίνου προδοσίαν ἐπὶ τῷ συνειπεῖν Φιλοκράτει, ἀξιόπιστος ἔδοξεν εἶναι, ὅτι καὶ δῶρα εἴληφε, λέγων.

δ'. Συνδραμὼν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι, τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὡς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι Πονηροὶ Φωκεῖς ἦσαν, καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, οὐκ ἀντέστη μέν, συνδραμὼν δὲ ἔφη, Ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. Οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτε ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τοῦτο τῇ πόλει.

ε'. Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀντιθέσεως ἣν ὁ ἀντίδικος παρέχεται, μεταβιβάσεις τὸν δικαστὴν ἐφ' ἑτέραν ἀντίθεσιν, τὴν μὲν ἄλυτον, μὴ συνεκτικὴν εἶναι λέγων τοῦ παρόντος ἀγῶνος, ἣν δὲ ἀντεισάγεις σύ. Οὕτως ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκε λόγῳ. Λέγοντος γὰρ τοῦ Τιμοκράτους ὅτι ἐκτέτισται τὰ χρήματα Ἀνδροτίωνι καὶ Γλαυκέτῃ καὶ Μελανώπῳ, ὑπὲρ ὧν αἰτίαν ἔχω θεῖναι τὸν νόμον, ὡς ὀφειλόντων ἔτι τῇ πόλει, φησίν, Ἀλλ' οὐ περὶ τούτων κρίνεται νῦν, εἴτε ἐκτέτισται τὰ χρήματα τούτοις, εἴτε μή· ἀλλ' εἰ παράνομον ἔγραψε Τιμοκράτης ψήφισμα. Ἀπαγαγὼν γὰρ τῆς ἀλύτου ἀντιθέσεως, τῆς λεγούσης ὅτι ἐκτέτισται τὰ χρήματα αὐτοῖς, οὐχ ὑπὲρ τούτων κρίνεται, λέγων, καὶ οὐχ ὑπὲρ τούτων ἔγραψα τὸν νόμον, τὸ παράνομον ἐπήγαγεν εἰπών, ὡς παρανόμου τῆς γραφῆς οὔσης ὑπὲρ ἧς ἥκουσι κρίνοντες.

ς'. Μετὰ αἰτίας δὲ τὸ πιστὸν τῶν πραχθέντων παρέξεις, τὰς ἀλύτους ἀντιθέσεις μεθοδεύων. Ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος, λέγοντος Φορμίωνος, Ἡ μήτηρ οὖν ἡ σὴ τὰς διαθήκας ἐμοὶ πεισθεῖσα ἐξήλειψε [b], καὶ ἐρωτῶντος ἐδόκει ἀπίθανον εἶναι τὸ τὸν Φορμίωνα προτιμηθῆναι ὑπὸ τῆς Ἀπολλοδώρου μητρός. Μετὰ τῆς αἰτίας οὖν τὸ πιστὸν παρήγαγεν, εἰπών, ὅτι μὴ ἀπίστει. Διέφθαρται γὰρ ἡ μήτηρ, καὶ οὐ δοῦλος ἦν Φορμίων ἀλλ' ἀνήρ. Τὸ δὲ ἐπαχθὲς ἔφυγε, τῷ δόξαι μητρὸς κατηγορεῖν, προσεπισημηνάμενος ὅτι ἀναγκαζόμενος καὶ οὐχ ἑκὼν λέγει ταῦτα.

ζ'. Ὅταν δὲ ἀλύτου ἀντιθέσεως μέρη διαιρῇς, πειράσῃ μεθοδεύειν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου πεποίηκε. Λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι καὶ Χερρόνησος ὑμῖν ἀπὸ τῆς εἰρήνης περιγέγονε, καὶ εἰρήνην ἔχετε ἀντὶ πολέμου, καὶ τριήρεις τριακοσίας, καὶ σκεύη ταύταις καὶ χρήματα, οὐ δυνάμενος πρὸς ἅπαντα ταῦτα ὁ Δημοσθένης ἀθρόως ἀντιστῆναι, οὐδὲ ὡς οὐκ ἔστιν ἀληθῆ δεῖξαι, διεῖλε τὴν ἀντίθεσιν εἰς τρία μέρη. Καὶ κατὰ μέρη εἰσαγαγὼν οὕτως τῇ διαιρέσει μεθώδευσε τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, καὶ τοῖ λύσεσιν ἐσοφίσατο, ἀλύτων ὄντων καὶ τῶν μερῶν. Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ τὴν Χερρόνησον ἔχετε ἐξ ἧς σῖτος ἄφθονος ὑμῖν κομίζεται, ἐν τῇ εἰσαγωγῇ τὴν ὀχοῦσαν λύσιν διὰ τῆς ἀντικατηγορίας παρέστησεν, εἰπὼν

fecit. Postquam enim concessit Charetem male in bello se gessisse, ita dum arguit Æschinem proditionis, quod Philocrati esset suffragatus, fide dignus etiam videtur, quando munera eum accepisse affirmat.

4. Largitus rursus ea quæ adversarius justa et æqua objicit, utilitatem opponit ita, ut Demosthenes iterum in oratione adversus Æschinem. Quum enim ille dixisset malos fuisse Phocenses, et perire oportuisse : non adversatus est sed astipulatus ei : At reipublicæ, inquit, interat eos incolumes servari. Neque enim Lacedæmonios propter virtutem olim conservastis, neque nefarios illos Euboenses, sed quod eos incolumes esse reipublicæ expediebat.

5. Ab objectatione qua utitur adversarius, judicem abduces ad aliam objectationem; illamque insolubilem negabis cohærere cum præsenti controversia, sed hanc potius quam tu vicissim affers. Sic Demosthenes in oratione adversus Timocratem, quum ille dixisset pecuniam solutam esse ab Androtione, Glaucete et Melanopo, pro quibus accusor legem tulisse, ut qui civitati adhuc debuerint : respondet non jam quæri, utrum pecunia ab illis soluta sit nec ne, sed feceritne Timocrates decretum legibus contrarium. Quippe abducens judices ab insolubili objectatione, quod pecunia soluta ab illis esset, Non de hoc, inquit, contenditur, neque de hoc legem tuli, sed objicit de insolentia, et actionem ipsam de qua jam litigent, legibus repugnare.

6. Causa allata fidem rebus facies, atque ita insolubiles objectationes declinabis. Sic Demosthenes in oratione pro Phormione, quum Phormio diceret, *mater tua*, Apollodore, *mihi obsecuta testamenti tabulas delevit* et proposita quæstione videretur incredibile Phormionem ab Apollodori matre prælatum esse filio, causa allata fidem rei facit aitque, *noli diffidere; mater enim fuit corrupta, nec servus erat Phormio, sed vir.* Reique invidiam effugit, quod matrem videbatur accusare, significans coactum et invitum se hæc dicere.

7. Insolubilem objectationem commode tentabis evadere, si eam in partes diviseris, ut fecit Demosthenes in oratione adversus Æschinem. Quum enim hic Atheniensibus objecisset, quod pacis beneficio Chersonesum haberent, et pro bello constituta esset pax, et trecentæ illis forent naves, simulque instrumenta navalia et pecuniæ : quumque hæc non posset conjunctim refellere Demosthenes, nec falsa esse demonstrare, divisit objectationem in tres partes singulasque inducens ita divisionis ope hanc insolubilem objectationem scite declinavit, et solutionum specie elusit etiam partes, quæ solvi non possent. Nam respondens ad primam, *Chersonesus vobis est, ex qua magna vis frumenti vobis subvehitur*, in inductione per mutuam accusationem solvere objectationem videtur

οὕτως· Ἂν τοίνυν ἀντὶ Φωκέων καὶ Πυλῶν Χερρόνησος ὡς περίεστι τῇ πόλει, λέγῃ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μὴ ἀποδέξησθε. Ἐδύνασθε γὰρ ἂν εἰ μὴ διὰ τούτους, καὶ Χερρόνησον καὶ Πύλας καὶ Φωκέας ἔχειν. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἦν λύσις ἐκείνη, ὅτι οὐ περιγέγονε Χερρόνησος· ἐπεὶ δὲ ψεῦδος ἦν, τὸ σόφισμα ἐκεῖνο γέγονεν, Ἀλλ' οὐκ ἀντὶ Φωκέων καὶ Πυλῶν. Πάλιν δὲ τὸ δεύτερον τῆς ἀντιθέσεως μέρος εἰσήγαγε, λέγων, Οἶδα τοίνυν ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτοῦ [1] λόγους Αἰσχίνης φεύξεται· βουλόμενος δὲ ὑμᾶς ὡς πορρωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπαγαγεῖν, διέξεισιν, ἡλίκα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ ἐκ τῆς εἰρήνης γίγνεται, καὶ τοὐναντίον ἐκ τοῦ πολέμου κακά, καὶ ὅλως ἐγκώμια εἰρήνης ἐρεῖ, καὶ τοιαῦτα ἀπολογήσεται. Ἔστι δὲ καὶ ταῦτα πάντα, κατηγορήματα τούτου. Εἰ γὰρ ἡ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἰτία, τοσούτων πραγμάτων καὶ τηλικαύτης ταραχῆς ἡμῖν αἰτία γέγονε, τί τις εἶναι τοῦτο φαίη, πλὴν ὅτι δῶρα λαβόντες οὗτοι, καλὸν πρᾶγμα φύσει, κακῶς διέθηκαν; Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαιρέσει ἐσοφίσατο. Οὐ γὰρ ἔλυσεν, ὅτι καλὸν ἡ εἰρήνη· ἢ οὐκ εἰρήνην ἄγετε. Ἀλλ' ἐζημιώθημεν ἐξ αὐτῆς, εἶπε. Καὶ τὸ ἕτερον δὲ μέρος τῆς ἀντιθέσεως οὕτως εἰσήγαγε· Τί δέ; οὐ τριήρεις τριακόσιαι, καὶ σκεύη ταύταις καὶ χρήματα ὑμῖν περίεστι, καὶ περιέσται διὰ τὴν εἰρήνην; ἴσως ἂν εἴποι. Πρὸς δὲ ταῦτα ἐκεῖνο ὑμᾶς ὑπολαμβάνειν δεῖ, ὅτι καὶ τὰ Φιλίππου πράγματα ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονεν εὐπορώτερα πολλῷ, καὶ κατασκευαῖς ὅπλων καὶ χώραις καὶ προσόδοις, αἷ γεγόνασιν ἐκείνῳ μεγάλαι· τὰ δὲ ἐκείνου οὐδεὶς ἀπέδοτο, ὡς οὗτοι τὰ ἡμέτερα. Οὐ δὴ δίκαιον ἐκείνῳ μὲν ἀμφότερα ηὐξῆσθαι διὰ τούτους, καὶ τὰ τῆς χώρας καὶ τὰ τῶν συμμάχων· ἃ δὲ ἡμῖν δικαίως ἂν ὑπῆρχεν ἐκ τῆς εἰρήνης, ταῦτα ἀνθ' ὧν ἀπέδοντο οὗτοι, λογίζεσθαι· οὐ γὰρ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἦν ἂν ὁμοίως ἡμῖν, ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους. Τὸ σόφισμα κἀνταῦθα πρὸς τὸ μεμερίσθαι τὴν ἀντίθεσιν ἐκείνῳ, γέγονε, καὶ τοῦ μέρους ὄντος τῆς ἀντιθέσεως ἀλύτου. Μὴ δυνάμενος γὰρ εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἔχουσι τριήρεις τριακοσίας, ἀντέθηκε φήσας, ὅτι καὶ τὰ Φιλίππου πράγματα πολλῷ εὐπορώτερα ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονεν, ἐκεῖνα δὲ οὐ προδέδοται, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα.

η'. Δι' ὅλου δὲ τοῦ λόγου μεθοδεύσεις τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, οὐδέποτε προηγουμένως παρεχόμενος τὰς λύσεις, οὕτως ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, ὅτι οὐ προσήκει σοι τῶν Κόνωνος τοῦ ἁλιέως· ἐγὼ γὰρ καὶ ἠμφισβήτησα, καὶ εἰσελθὼν εἰς δικαστήριον ἐνίκησα, καὶ δεσπότης εἰμί· σὺ δὲ εἰ ἠμφισβήτεις τοῦ κλήρου, πρὸ τῆς τῶν δικαστῶν ἀποφάσεως ἐχρῆν ἀντιποιῆσαι. Τὰς μὲν ἀντιθέσεις οὐδαμῶς προηγουμένως ἔθηκε, λέγει δὲ ὅτ' ὅλου τοῦ λόγου, ὅτι μοι πρὸς Ὀλυμπιόδωρον συνῆκαί τινες ἐγένοντο, ἵνα κοινῇ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγωνισώμεθα· τὸ μὲν ἥμισυ τοῦτον ἔχειν τοῦ κλήρου, τὸ δὲ ἥμισυ ἐμέ. Καὶ ὠμόσαμεν

quum ait: *Quodsi pro Phocensibus et Pylis Chersonesum superesse reipublicæ dixerit, per Jovem et deos vos obtestor, ne admittatis; potuissetis enim aliorum opera et Chersonesum et Pylas et Phocenses habere.* Si enim vera solutio fuisset dicentis, *Chersonesum non esse relictam Atheniensibus*, præsto esset oratori; sed quoniam falsum hoc erat, ad illam potius cavillationem descendit, *at non pro Phocensibus et Pylis.* Hinc ad alteram objectationis partem transgressus: *Equidem scio*, inquit, *Æschinem ad accusationem nihil esse responsurum: sed, quo vos quam longissime a causa abducat, commemoraturum, quantum commodorum homines universi ex pace capiant, contra quas bello clades contrahant, ac denique pacis laudes defensionis loco allaturum. Sunt autem ea omnia cum ejus accusatione conjuncta. Nam si pax, quæ aliis tot bonorum causa est, tot negotiorum et tantæ perturbationis causa nobis exstitit, quid tandem dici conveniet, nisi istos muneribus acceptis, rem suapte natura bonam male corrupisse?* Etiam in hac divisione artem adhibait. Neque enim solvit objectationem, negando pacem esse rem bonam, aut pacem non agitare Athenienses, sed incommodis inde ortis affectos esse affirmavit. Sed et alteram objectationis partem hunc in modum attingit: *Quid vero? nonne triremes trecentæ et armamenta illarum et pecuniæ vobis supersunt et supererunt propter pacem? fortasse dicat. Vobis autem contra ita sentiendum est, etiam Philippi opes ea pace multo auctiores esse factas, et apparatu armorum et provinciis et reditibus, quos ille nactus est ingentes: at illius res nemo alienavit, ut isti nostras tradiderunt. Non est igitur æquum, illi utraque esse aucta per istos, et provincias et fœderatas civitates: a nobis ea quæ ob pacem merito teneremus illorum loco quæ ab istis vendita sunt haberi. Non enim hæc pro illis accepimus; nam longe abest ut ita sit. Sed et hæc eodem modo teneremus, et illa his accessissent, nisi isti obstarent.* Artificium etiam hic in dividenda adversarii objectatione apparet, quoniam pars quoque illius insolubilis est. Itaque quum non posset negare trecentas triremes esse Atheniensibus, opposuit hisce et Philippi res ea pace multum auctas, quæ tamen non ita proditæ essent, ut nostræ Atheniensium.

8. Per totam orationem eludes insolubilem objectationem, nunquam ex instituto solutionem ejus professus, ut Demosthenes in oratione contra Olympiodorum. Non competit tibi Cononis piscatoris hereditas. Nam ego qui de re ambigebam in jus adii, et causam obtinui, ideoque hereditatem consecutus sum. Te vero, si de illa ambigebas, oportebat ante judicum sententiam hereditatem tibi vindicare. Demosthenes objectationes neutiquam ex instituto ponit, at per totam orationem præ se fert cum Olympiodoro pactionem initam esse, ut communiter cum cæteris certaremus, et dimidia hereditatis pars ad ipsum veniret, dimidiam ego caperem. Quin etiam conjunctis in unum viribus nos cum quibusvis certaturos esse jura-

κοινῇ πρὸς ἅπαντας ἀγωνιεῖσθαι· παρέβη δὲ Ὀλυμπιόδωρος τὰς συνθήκας. Οὕτω γὰρ ἀμφοτέρας λελη-θότως τὰς ἀντιθέσεις μεθοδεύει, μηδὲ ἥντινα συνθεὶς ἐκ προηγουμένου. Λέγω δὲ ὅτι διὰ τὰς συνθήκας οὐκ ἠμφισβήτησα, νομίζων σε πιστὸν εἶναι· ἐνίκησας δὲ ἐμοῦ σιωπήσαντος κατὰ τὰ δόξαντα.

θ'. Παραινῶν δὲ τῷ ἀντιδίκῳ, καὶ ὡς δοκῶν αὐτοῦ προκήδεσθαι, ἄλυτον εἶναι δοκοῦσαν μεθοδεύεις ἀντίθεσιν, ὡς ὁ Δημοσθένης πεποίηκεν ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος. Λέγοντος γὰρ τοῦ Βοιωτοῦ, Μαντίθεος λέγομαι· δεύτερον γὰρ ὁ πατὴρ εἰσήγαγεν εἰς τοὺς φράτορας· τὴν μὲν ἀντίθεσιν προηγουμένως οὐκ ἔθηκεν· ὁ Μαντίθεος γὰρ ἦν αὐτός· ὡς προνοούμενος δὲ μεθοδεύει, ἐρωτῶν, Βούλει πρὸς θεῶν, ὦ Βοιωτέ, Μαντίθεος λέγεσθαι; σὲ οὖν εἰσήγαγε δεύτερον ὁ πατὴρ εἰς τοὺς φράτορας, ὃν ἀναγκασθεὶς ἐποιήσατο ὄντα ἀπὸ τῆς ἑταίρας Πλαγγόνος. Ἀδυνατῶν γὰρ κἀνταῦθα λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, ἔθηκε προηγουμένως ὡς παραινῶν τῷ ἀντιδίκῳ, καὶ κατεσοφίσατο, καὶ λύειν ἔδοξε, μετὰ τοῦ καὶ ὀνειδίζειν αὐτῷ τὰς προτέρας τύχας τῶν πατέρων.

ι'. Παρεμπλέκων δέ τι εὔλυτον τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, δόξεις παρέχεσθαι λύσιν, τὴν ἀφορμὴν ἀπὸ τοῦ συμπλεκομένου εὐλύτου λαμβάνων· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην πεποίηκεν. Οὐ δυνάμενος γὰρ λῦσαι ὡς οὐ πολλοὶ ἀνάξιοι ἔχουσι τὰς ἀτελείας, παραπλέκει τι τούτῳ, καὶ λέγει, ὅτι φησὶ Λεπτίνης, ἐπειδὴ ἀνάξιοι ἔχουσι τὰς ἀτελείας, διὰ τοῦτο τὰς δωρεὰς τοὺς εὐεργέτας ἀφελώμεθα. Ἀπὸ τοῦ πεπραγμένου, ὅτι τὰς δωρεὰς τοὺς εὐεργέτας ἀφελώμεθα, εὐπορεῖν ἔδοξε λύσεως, πρὸς τὸ ὅτι πολλοὶ ἀνάξιοι τὰς ἀτελείας ἔχουσιν.

ια'. Ἐὰν δὲ ἡ ἀντίθεσις ἄλυτος ᾖ, ἐλπίζῃς δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπιλήσεσθαι αὐτῆς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιτηδείων ἐν τῷ λόγῳ συμπραχθέντων, μηκέτι μέμνησο ἐν τῷ λόγῳ αὐτῆς. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ πεποίηκε. Λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου, Ἀλλὰ πρὶν ἐμὲ ἐξελθεῖν, καὶ Κερσοβλέπτης ἀπώλετο· οὐκ ἔθηκε τὴν ἀντίθεσιν ἐν τῷ λόγῳ, τῷ χρόνῳ δόξας πολλὴν ἀντιθέσεων ἀφθονίαν παρέχεσθαι ἑτέρων, καὶ σύγχυσιν ἐργασάμενος, τὴν ἀνθυποφορὰν τὴν περὶ τῶν χρόνων, οὐκ ἐλπίσας τοὺς δικαστὰς ὡς περὶ τοῦτο κρινόμενον ἐνεστήσεσθαι.

ιβ'. Συντρέχων δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, τὴν γνώμην διαβαλεῖς [k] τοῦ ἀντιδίκου, ἵνα δοκῇς προσχήματι ὡς λύσιν δή τινα τὴν κατηγορίαν γνώμης παρέχεσθαι, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκε. Μὴ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ψήφισμα τὸ γραφὲν τῷ Ἀριστοκράτει προβούλευμα, τὴν γνώμην τοῦ γράψαντος διαβάλλει. Ἐγὼ δέ, φησίν, οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ἐκεῖνο ὑπολαμβάνειν, ὅτι τὸ ψήφισμα τοῦθ' οὗτος ἔγραψεν, οὐχ ἵνα ὄντος ἀκύρου, μηδὲν ἀηδὲς ὑμῖν συμβῇ (τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐξῆν αὐτῷ μὴ γράψειν, εἴγε τὸ τῇ πόλει βέλτιστον σκοπεῖν ἐβούλετο) ἀλλ' ἵνα ἐξαπατη-

vimus. Olympiodorus vero hanc pactionem perturbavit. Ita utramque simul objectationem sensim evertit Demosthenes, licet neutram ex instituto proponat. Ajo nimirum me propter pactum nequaquam dubitasse, te fidem conservaturum esse ratus. Tu autem litem obtinuisti, quum ego ex composito tacuissem.

9. Monendo adversarium, ac velut curam ejus agendo, objectationem, quæ insolubilis videbatur, discutes, ut fecit Demosthenes in oratione adversus Bœotum de nomine. Quum enim Bœotus affirmaret, se Mantitheum vocari, secundo enim loco a patre in curiales cooptatum esse: ille objectationem diserte non posuit, nam Mantitheus ipse erat, sed velut prospiciens adversario, eam eludit, dum rogat, Vis igitur, per Deos, o Bœote, Mantitheus vocari? Te certe secundo loco pater in curiales coopiavit, quem coactus adoptasset susceptum ex amica Plangone. Quum enim solvere hic objectationem non posset, posuit vel maxime quasi moniturus adversarium, atque ita elusit, visusque est solvere, priorem etiam parentum conditionem exprobrando.

10. Insolubili objectationi aliquid, quod facile solvi potest, inserens videberis solutionem afferre, si argumentum ex illo quod facile est ad solvendum duxeris, ut factum est a Demosthene in oratione adversus Leptinem. Quum enim non posset dissolvere, quod dicebatur multos etiam indignos omnium rerum immunitatem habere, admiscet ei aliquid et ait Leptinem defendere, quia indigni immunitatibus juventur, idcirco etiam bene meritis præmia esse eripienda. Ex hoc enim quod agebatur de eripiendo bene meritis præmio visus est etiam alterum illud de multis indignis immunitates habentibus posse diluere.

11. Si dissolvi nequeat objectatio, et spes sit judices ejus ob multitudinem rerum opportunarum in adversarii oratione simul allatarum oblituros, ne amplius ejus in oratione tua memineris. Hoc Demosthenes quoque fecit. Quum enim Æschines diceret, antequam ipse esset profectus, Cersoblepten periisse, objectationem in oratione sua non posuit, ratus magnam aliarum objectationum copiam deinceps se in medium prolaturum esse, et relationem de tempore cum aliis confundens speravit non fore, ut judices huic controversiæ insisterent.

12. Concessa insolubili objectatione consilium adversarii accusabis, ut isto prætextu videaris velut pro solutione quadam consilii accusationem intendere, ut fecit Demosthenes in oratione adversus Aristocratem. Quum enim non posset demonstrare, decretum ab Aristocrate factum non esse quasi præcursorium senatusconsultum, consilium auctoris culpat. Ego vero, inquit, vos illud arbitror debere reputare, decretum ab isto esse factum, non ut eo irrito molestiis vacui essetis (licuisset enim et omnino nihil scribere, si quid esset e republica spectare vellet), sed ut vobis deceptis quidam ea, quæ cum ve-

θέντων ὑμῶν, διαπράξαιντό τινες τἀναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσιν. Οἱ δὲ γραψάμενοι καὶ χρόνους ἐμποιήσαντες, καὶ δι' οὓς ἄκυρόν ἐστιν, ἡμεῖς ἐσμεν· Ἐνστῆναι γὰρ οὐ δυνάμενος ὅτι οὐκ ἔστι προβούλευμα, συνέδραμε, καὶ συνδραμὼν τῆς γνώμης τοῦ γράψαντος κατηγόρησεν.

ιγ'. Μὴ τιθεὶς δὲ ἀντίθεσιν, λήσεις προσρίπτων τὴν λύσιν, καὶ σπουδὴν ἕξεις ἵνα μὴ περὶ τοῦτο ὡς κρινόμενον ἵστηται ὁ δικαστής, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου ὁ ῥήτωρ ἐποίησεν. Οὐ δυνάμενος γὰρ ἐξαρνηθῆναι ὅτι οὐκ ἔδωκε χρήματα Ὀλυνθίοις καὶ Φωκεῦσιν ἵνα Αἰσχίνου καταμαρτυρήσωσιν· ἐλέγχει γὰρ ταῦτα Αἰσχίνης, αὐτῶν Ὀλυνθίων παρεχόμενος μαρτυρίας, οἷς περὶ τούτου διαλεχθεὶς ὁ Δημοσθένης ἐφαίνετο· μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν προηγουμένως ταύτην ὁ ῥήτωρ πειρᾶται λύειν, προσρίπτων τὴν λύσιν, καὶ λέγων, Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων οἱ μὲν οἶμαι βέλτιστοι καὶ μετριώτατοι, φυγάδες γεγενημένοι καὶ τοιαῦτα πεπονθότες, ἡσυχίαν ἄγουσιν· οἱ δὲ μηδ' ὁτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες, τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔδωκα ἂν οὐδενὶ οὐδέν, ὥστε μοι παραστάντας ἐνταυθοῖ, βοᾷν οἷα πεπόνθασιν. Ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. Οὔτε γὰρ ἔθηκεν αὐτῷ τὴν ἀνθυποφοράν· αὐτὸς γὰρ ἦγε Φωκέων αὐτῶν καταμαρτυρούντων αὐτοῦ· καὶ δόξας παρέχεσθαι τὴν λύσιν ἣν προσέρριψεν, οὐκ ἐποίησε περὶ αὐτὸ ἵστασθαι τὸν δικαστήν, εἰπὼν αὐτὸ ἐν ἀφηγήσεως τρόπῳ.

ιδ'. Ὄνομα δὲ ἀντ' ὀνόματος μεταθείς, τὴν ἄλυτον μεθοδεύσεις ἀντίθεσιν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου πεποίηκεν. Οὐ δυνάμενος γὰρ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ ὅτι οὐχ ὑπεύθυνον ὄντα αὐτὸν ὁ Κτησιφῶν ἀνηγόρευσεν (ὅπερ ἄντικρυς καὶ διαῤῥήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει, μηδένα τῶν ὑπευθύνων ἀναγορεύεσθαι κελεύων) ὀνόματος μεταθέσει τὴν μέθοδον παρέσχετο, ἀντὶ τοῦ ἀνηγόρευσεν, ἐπῆνεσεν, εἰπών, αὐτὸν ὑπεύθυνον ὄντα. Οἱ γὰρ νόμοι οὐ κωλύουσιν ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ἀναγορεύεσθαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ ὁρισμοῦ μεθοδεύσεις τὴν ἄλυτον ἀντίθεσιν, συντρέχων αὐτῇ τὸν τρόπον τοῦτον. Κέχρηται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ῥήτωρ. Ἐκεῖνος γὰρ οὐ δυνάμενος δεῖξαι ὅτι οὐκ ἦν ὑπεύθυνος, οὐδὲ αὖ τὸ ὅτι οὐ κωλύουσιν οἱ νόμοι τοὺς ὑπευθύνους ἀναγορεύεσθαι, συνδραμὼν τῷ ὅτι ὑπεύθυνος ἦν, λέγει τὸ, ἄξιον ἔκρινέ με στεφάνου Κτησιφῶν οὐ περὶ τούτων οὐδενὸς ὢν ὑπεύθυνος ἦν, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐπέδωκα, ὦ συκοφάντα. Ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα, φησί. Καὶ διὰ τοῦτό γε ὀρθῶς ἐπῃνούμην (οὐκ ἀνηγορευόμην εἶπεν) ὅτι τὰ ἀνηλωμένα ἐπέδωκα, καὶ οὐκ ἐλογιζόμην. Ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς εὐθυνῶν καὶ τῶν ἐξεταζόντων προσδεῖται· ἡ δὲ ὠρεὰ χάριτος καὶ ἐπαίνου δικαία τυγχάνειν ἐστίν. Ἀδυνατῶν γὰρ ὅτι οὐχ ὑπεύθυνος ἦν δεῖξαι τὴν ἀντίθεσιν, συνδραμὼν καὶ ἐπὶ τὸ ὁρίσασθαι καταφυγὼν ὧν οὐκ ἦν ὑπεύθυνος, τοῦτ' ἔστιν ἐφ' οἷς ἐπέδωκε, μεθοδεύειν ἔδοξε τὴν ἀντίθεσιν.

ιε'. Ἐν προσχήματι δὲ τοῦ δοκεῖν πλείους μὲν

stris utilitatibus pugnant, consequerentur. Qui autem accusarint et rem distulerint et effecerint, ne ratum esset decretum, hi nos sumus. Quum enim contendere non posset, decretum non esse quasi præcursorium senatusconsultum, hoc concesit, eoque concesso consilium auctoris accusavit.

13. Non posita objectatione, sensim solutionem ingeres, dabisque operam, ne huic rei tanquam controversæ judex insistat. Sic in oratione adversus Æschinem Demosthenes fecit. Quum enim non posset negare, pecuniam se dedisse Olynthiis et Phocensibus, u contra Æschinem testimonium dicerent; probat enim hoc Æschines ipsorum Olynthiorum prolatis testimoniis, quibuscum Demosthenes hac de re collocutus esse videbatur: non ponit diserte hanc objectationem orator, sed solvere tentat, solutionemque obiter ingerit quum ait: Phocensium qui exsules sunt optimi quique, ut puto, et modestissimi in exsilium ejecti et talia perpessi otium nimirum habent: qui vero nihil sine pecunia facturi sunt, ii præbitorem non habent. Neque enim ego cuiquam quidquam darem, ut hic mihi assistentes vociferarentur, qualia perpessi essent. Veritas enim et res ipsa clamat. Neque enim opposuit isti relationem, quod ipse Phocenses illos ut testimonium adversus Æschinem dicerent induxisset, sed dum videtur solutionem afferre quam obiter ac narrationis in modum adjicit, effecit ut judex illi rei minus insisteret.

14. Vocabulum ponendo pro vocabulo objectationem insolubilem eludes, ut fecit Demosthenes in oratione de corona. Quum enim non posset infitiari, se rationi reddendæ obnoxium auctore Ctesiphonte præconis voce prædicatum esse (quod manifesto et aperte lex vetat, neminem eorum qui rationi reddendæ obnoxii sunt præconis voce prædicari sinens) vocabuli mutatione diluendæ objectationis viam invenit et rerum suarum rationem redditurum laudatum se a Ctesiphonte, non præconis voce prædicatum dixit. Nam leges nos non laudari, sed præconis voce prædicari vetant. A definitione etiam mutuaberis rationem diluendæ insolubilis objectationis, si illam concesseris hoc modo. Hujusmodi autem viam orator quoque ingressus est. Quum enim non posset ostendere, se rerum suarum rationem reddere non debere, neque virtutis eorum qui rationi reddendæ obnoxii sunt prædicationem non esse legibus vetitam, postquam talem se esse concessit, subjungit: *atqui me dignum corona judicavit Ctesiphon non ob eorum quidquam quæ præstare debebam, sed ob ea quæ largitus sum, o calumniator. Sed et murorum,* inquit, *restitutor fuisti. Et ob hoc quidem recte laudabar* (non ait *prædicabar*) *quod impensas de meo feci, neque in expensi tabulas retuli. Expensi enim tabulæ rationes et inquisitores flagitant, at donatio gratiarum actionem et laudationem merito consequitur.* Quum enim non posset sibi rerum suarum rationem non esse reddendam contra id quod objiciebatur ostendere: concedens hoc et ad definitionem confugiens, eorum quæ præstare non debebat, hoc est largitionum factarum, objectationem visus est diluisse.

15. Causando plures esse in promtu solutiones, quam

ἔχειν παρέχεσθαι λύσεις τοῦ ἔχοντος νόμου, ὡς ὁ ἀντίδικος λέγει, οὐ βούλεσθαι δὲ ἀνθίστασθαι αὐτῷ, τὴν γνώμην δὲ ἐξετάζειν τοῦ θέντος τὸν νόμον μᾶλλον αἱρεῖσθαι τῶν συλλαβῶν τῶν ἐν αὐτῷ τῷ νόμῳ ὑπεναντίως ἐχουσῶν σοι, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου πεποίηκεν. Οὐ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι ὅτι ἔξεστι τοὺς ὑπευθύνους ἀνακηρύττεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ, τούτου μὲν ἀφίσταται, τὴν γνώμην δὲ τοῦ νομοθέτου ὑπὲρ αὐτοῦ οὖσαν ἐξετάζει, μετὰ τοῦ δοκεῖν πλείους ἂν παρέχεσθαι λύσεις πρὸς τὸ ῥητόν, εἰ ἐβούλετο. Καὶ μὴν περί γε τοῦ ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνακηρύττεσθαι τὸ μὲν μυριάκις μυρίους κεκηρῦχθαι παραλείπω, καὶ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον. Ἀλλὰ πρὸς θεῶν, οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε οὐ δύνασαι λογίσασθαι, ὅτι τῷ μὲν στεφανουμένῳ τὸν αὐτὸν ἔχει ζῆλον, ὅπου ἂν ἀναῤῥηθῇ ὁ στέφανος· τοῦ δὲ τῶν στεφανούντων ἕνεκα συμφέροντος ἐν τῷ θεάτρῳ γίγνεται τὸ κήρυγμα; οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἅπαντες εἰς τὸ ποιεῖν εὖ τὴν πόλιν προτρέπονται, καὶ τοὺς ἀποδιδόντας τὴν χάριν μᾶλλον ἐπαινοῦσι τοῦ στεφανουμένου. Δόξας γὰρ πλείους ἔχειν ἂν παρέχεσθαι λύσεις εἰ ἐβούλετο, ἐκείνας μὲν παρέλιπε, τὴν γνώμην δὲ ἐξετάσας καθ' ἣν συμφέρει μᾶλλον ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνακηρύττεσθαι, μεθώδευσε τὸν νόμον, κατ' αὐτοῦ μὲν ὄντα, ἔχοντα δὲ οὕτως.

ις'. Ἐὰν δὲ ἰσάζωσιν αἱ ἀντιθέσεις, ἐκ διαβολῆς μὲν τοῦ ἀντιδίκου, συστάσεως δὲ τῆς ἑαυτοῦ, κρατυνεῖς [1] ἃ οἴει σοι συμφέρειν, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος πεποίηκεν. Ὄντος γὰρ τούτου τοῦ ζητήματος, ὄμοσον σύ. Οὐχί. Ἀλλ' ἐγὼ ὀμνύω. Καὶ τοῦ κατὰ τὸν ὅρκον ἰσάζοντος, πότερον ὀμόσαι δεῖ, διαβαλὼν τὸν ἐχθρὸν καὶ εἰπών, ὅτι τὰ Ἑκαταῖα κατήσθιε, καὶ ἠσέβει περὶ τοὺς θεοὺς ἀεί, εὐσεβὴς δὲ ἐγὼ καὶ πλεῖστον τῶν χρειττόνων ποιούμενος λόγον, Οὕτω τὴν ἰσάζουσαν ἀντίθεσιν ὡς ᾤετο συμφέρειν μὲν ἑαυτῷ, λυπεῖν δὲ τὸν ἀντίδικον, ἐκράτυνεν, εἰπών, Ἐγὼ τοίνυν ὀμνύω ὡς νόμιμον κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας, ἀξιοπιστότερος ὁ τῶν θεῶν πλείω ποιούμενος λόγον.

ιζ'. Ἔτι περὶ τῶν εὐλύτων καὶ τῶν δυσλύτων ἀντιθέσεων.

Τὰς ἀντιθέσεις ὅσαι λύσεις ἐπιδέχονται, ἐὰν μὲν ὦσιν εὔλυτοι, προηγουμένως θείς, καὶ κατασκευάσας ἃ ἂν ὁ ἀντίδικος εἴπῃ [n], διά τε ἀξιοπιστίαν καὶ τὸ πιστεύειν τῷ πλήθει τῶν λύσεων, οὕτως ὕπαγε ὁ πρὸς τὴν ἀντίθεσιν. Ἐὰν δὲ ᾖ δύσλυτος, προδιαβαλὼν καὶ σαθροτέραν ποιήσας ταῖς διαβολαῖς, οὕτω λύσεις πρόφερε [p]. Εἰσάγαγε δὲ τὰς ἀνθυποφορὰς ποικίλως. Ἢ γὰρ ὡς ἀκούσας ὅ,τι μέλλει λέγειν ὁ ἀντίδικος, ἢ ὅτι πρὸς τόδε δεῖ πρῶτον ἀπαντῆσαι· ἢ ὅτι ἀκήκοας τόδε τι μέλλειν λέξειν αὐτόν· ἢ ὅτι ἅπερ πέπεισαι τάδε αὐτὸν λέξειν· ἢ ὅτι αὐτὸν χρὴ τῶνδε τῶν λόγων ἀποκλείεσθαι· ἢ ὅτι οὐχ ὅμοια τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις λέγει· οἱ μὲν γὰρ τάδε, οὗτος δὲ τάδε. Ἢ οὕτως, εἰκὸς

contineat lex, ut ait adversarius, nolle autem te adversus illam jam disputare, sed consilium potius ejus qui legem tulit, quam syllabas et verba legis, quæ tibi adversantur, scrutari malle, quemadmodum Demosthenes in Oratione de corona fecit. Quum enim non posset demonstrare, licere in theatro rationi reddendæ obnoxios præconis voce prædicari, hoc quidem relinquit, sed consilium legislatoris de illa re exquirit, ratus plura sibi, si vellet, etiam adversus legem scriptam responsa haud deesse. Atqui quod attinet ad prædicationem in theatro faciendam, sexcenties quidem sexcentos prædicatos taceo meque ipsum sæpenumero antehac ibidem coronatum. Sed per deos, itane vecors ac demens es, Æschine, ut reputare non possis, viro qui coronatur æque gloriosam esse coronam, ubicunque illa prædicetur, sed ob eorum qui coronam dant emolumentum in theatro fieri præconia? Omnes enim, quotquot audierunt, ad bene merendum de republica incitantur, eosque qui gratiam referunt majoribus laudibus ornant, quam eum qui corona redimitur. Quum enim videri posset plures habere paratas solutiones, si vellet illi uti, his prætermissis consilium excussit, quo magis expedire creditor bene meritos in theatro præconis voce renuntiari, atque ita legem elusit ipsi quidem adversantem, sed eo datam consilio.

16. Si paria utrimque sint objectationum momenta ex criminatione adversarii et tui ipsius commendatione, confirmabis ea quæ causæ tuæ prodesse duxeris, ut Demosthenes fecit in oratione adversus Cononem. Hac enim quæstione instituta, Jura tu. Non. Sed ego jurabo. Ac paribus hinc inde uter jurare deberet argumentis allatis, criminatus inimicum Hecates cœnas comesse et impie semper erga deos se gessisse, ego autem, inquit, semper pius ac deorum reverens fui. Sic argumentorum æqualitatem, ut suæ causæ prodesse, adversario autem obesse putabat, confirmans, Ego igitur, inquit, jurabo solemne jusjurandum, tum mihi ipsi, tum genti, tum familiæ meæ exitium, si fefellero, imprecatus longeque ero fide dignior, qui deos religiosius colui.

17. De objectationibus tum facilibus ad solvendum tum difficilibus.

Ex objectationibus solutionem admittentibus eas quæ facile possunt solvi, diserte expone, et enarratis perspicue iis quæ ab adversario dicuntur, ut fide dignus videaris atque ut multitudini solutionum tuarum credatur, ita progredere ad confutationem. Sin autem objectatio difficilis sit ad solvendum, prius eam criminando et criminationibus labefactando ita solutionem profer. Cæterum relationes varie afferre tibi licebit. Vel quasi audiveris, quid dicturus sit adversarius; vel prius occurrere oportet huic objectationi; vel fama et auditione te accepisse, hoc adversarium esse dicturum; vel de quibus tibi persuasum sit, ea adversarium esse dicturum; vel his rationibus eum excludendum; vel non similia eum ac cæteros loqui homines; quia illorum hu-

αὐτὸν τάδε λέξειν· ἢ ὡς θαυμάζοντά σε ὅτι τόδε τι μέλλει λέξειν ὁ ἀντίδικος χρὴ εἰσάγειν· ἢ ὡς ἀγανακτοῦντος τοῦ ἀντιδίκου καὶ ταῦτα λέγοντος· οἷον, ποῦ δὲ ἅλες; ποῦ δὲ τράπεζαι; ποῦ σπονδαί; ἢ ὅτι τάδε λέγοντος οὐ χρὴ ἀποδέχεσθαι. Ἢ ὅτι οὐκ ἔλαθε τόδε μέλλων λέγειν. Ἢ ὅτι ὁμοίους τινὶ τῶν πρώην κεκριμένων λέξει λόγους· ἢ ὅτι τεχνικώτατος οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ λόγος· ἢ ὅτι πρὸ μικροῦ ἦν ἀκούσας ὁ μέλλω λέγειν· ἢ ὅπως ἂν ἐπινοήσαις.

ιη'. Περὶ τῶν ἐπιλογικῶν ἀντιθέσεων.

Αἱ δὲ ἐπιλογικαὶ ἀντιθέσεις αὐξήσεως ἕνεκεν παραλαμβάνονται, καὶ ὥστε τὸν δικαστὴν πρὸς ὃ βούλει ἐγκρατῆ ποιῆσαι. Χρὴ δὲ αὐτὰς ἔσθ' ὅτε καταμιγνύναι καὶ ταῖς μαχίμοις. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τοῦ ἀγωνίζεσθαι ἔσθ' ὅτε χρὴ καὶ τὸν δικαστὴν ἐμπαθῆ ποιῆσαι, δεῖ οὖν ποιεῖν καὶ τὸν ἀντίδικον ὡς ἀντιθέσεως σχήματι λέγειν περὶ αὑτοῦ, ὅτι ἂν ὁ ἡττηθεὶς εἴπῃ· οἷον τὸ Μή με Δημοσθένει παραδῶτε, μηδὲ διὰ Δημοσθένην ἀνέλητε. Ἡ γὰρ ἀντίθεσις αὕτη ἐν μέσῃ τῇ μάχῃ κειμένη τῇ λεγούσῃ ὅτι χρή σε ἰδιωτικὴν πρὸς ἐμὲ [q] ἐπαναιρεῖσθαι δίκην, τοὺς μὲν δικαστὰς ἀπὸ φθόνου τοῦ καθ' ἑαυτὸν διὰ τὸ δημοσίαν εἰληχέναι, εἰς ὀργὴν ἐμβέβληκε τὴν κατὰ Μειδίου· τὸν ἀντίδικον δὲ ὡς προκαταγινώσκοντα ἑαυτοῦ ὅπερ ἀμφισβητεῖται, τοὺς λόγους ἐποίησε τούτους λέγειν διὰ τῆς ἐπιλογικῆς ἀντιθέσεως.

jusmodi, hujus diversa oratio sit. Vel sic, verisimile est hæc eum dicturum; vel mirantem te inducas, si hoc dicturus sit adversarius, vel indignantem adversarium et hæc quidem dicentem, verbi causa, *ubi sal? ubi mensæ? ubi fœdera?* vel hæc ejus verba non esse admittenda; vel manifesto eum dicturum fuisse; vel ejus orationem similem futuram esse cuidam earum quæ nuper condemnatæ sunt; vel hanc adversariorum rationem esse subtilissimam; vel paulo ante audivi quod jam dicturus sum; vel quamcunque aliam rationem ut comminiscaris tibi placuerit.

18. De objectationibus ad perorationem idoneis.

Objectationes perorationi idoneæ ad exaggerandum assumuntur, atque ita quidem ut judex ad id quod volumus adducatur. Oportet autem illas aliquando etiam pugnatoriis admiscere. Nam quoniam inter decertandum quandoque judicem opus est commoveri, oportet inducere et adversarium objectationis specie de se ipso dicentem, quæcunque diceret jam victus, quale est illud, *Ne me Demostheni tradite, ne me Demosthenis causa condemnate.* Hæc enim objectatio in media concertatione prolata, quæ eo valebat, ut mihi privatam inviam litem jubereris, judices ab invidia ipsi conflata, quod publicam litem intulisset, avocatos in Midiam incitavit: adversarium autem, velut prædamnantem se ipsum de re, de qua adhuc litigabatur, hæc dicentem fecit per objectationem perorationi accommodatam.

(Scripsi : [a] ὄντως; codd. ὄντος. — [b] ἀντερωτήσατε cum codd; sed apud Demosthenem de male gesta legatione p. 386 ed. Reisk. quem citat Maximus, legitur ἐρωτήσατε. — [c] ἀναβάλλου; codd. ἀναβάλλῃ. — [d] τόδε; libri τῷδε. — [e] αὐτοῦ ex Demosth. orat. contr. Androt., pag. 599 ed. Reisk; membranæ αὐτῆς. — [f] ἐκτινδυνεύομεν ex Demosth.; codd. ἐκκτινδυνεύωμεν. — [g] συνδράμῃς; codd. συνδραμῇ. — [h] ἐξήλειψε; codd. ἐξέπλεξε. — [i] αὐτοῦ ex Demosth. de male gesta leg. p. 369 ed. Reisk; codd. αὐτῷ. — [k] διαβαλεῖς; codd. διαβάλλεις. — [l] κρατυνεῖς; codd. κρατύνεις. — [m] αὑτοῦ; codd. αὐτοῦ. — [n] εἴπῃ; codd. εἶποι. — [o] ὕπαγε; codd. ἔπαγε. — [p] πρόφερε; codd. πρόσφερε. — [q] πρὸς ἐμέ; codd. πρός με.)

Digitized by Google

CYRENAICORUM FRAGMENTA.

DE ARISTIPPO (1).

Aristippus (2), voluptariæ disciplinæ auctor, patrem habuit Aritaden, patriam Cyrenas, urbem etiam tum celebrem et copiosam. Hic; quantum conjectura auguramur, secundo Olympiadis 86 anno, sive ante Chr. 435 natus est. Ac primum quidem circa Olympiadem 91 lifdos Olympiæ spectavit, ubi Ischomacho occurrit, cujus suavissimum cum Socrate colloquium servatum est a Xenophonte Œcon. VI, 21. Ab illo sciscitatus, quibusnam disputationibus Socrates ita adolescentes afficeret : acceptis exiguis sermonum ejus seminibus ac documentis eo animi ardore abreptus est, ut et corpus marcesceret et plane pallidus gracilisque redderetur, donec sitiens et flagrans Athenas se contulit atque ex ipso fonte hausit, Socratemque et doctrinam ejus ac philosophiam cognovit, cujus finis est agnoscere sua mala iisque liberari (3). Quamdiu hoc doctore usus sit, incompertum habemus.

Postquam vero satis in rerum divinarum humanarumque cognitione profecit (4), ipse quoque scholam aperuit atque adolescentibus bene beateque vivendi vias commonstravit. Sed ut primus Socraticorum, sophistarum more mercedem a discipulis exegit : ita suo etiam magistro pecuniam mittere consueverat. Cui quum aliquando viginti minas misisset, ille indignabundus continuo eas remisit, deum hoc sibi permittere negans.

E philosophis, qui ejusdem ætatis fuerunt, fortasse simultates quondam cum Æschine, Xenophonte, Platone aliisque gessit. Cui rei testimonio sunt quæ Diogenes Laertius et Plutarchus de ejus vita tradiderunt. Quum enim aliquando Æschini vehementer irasceretur (5), haud multo post, Nonne in gratiam, ait, redibimus? nonne dēlirandi finem faciemus? Num exspectabis, donec nugator aliquis inter scyphos nos reconciliet? Tum Æschines, Libenter, inquit. Aristippus vero subjecit, Memento ergo, me quamvis ætate te præcurram, tamen priorem ad te accessisse. Mox Æschines, Recte sane, inquit, per Junonem, ac prudenter dixisti; nam me multo melior es. Ego enim inimicitiæ, tu concordis amicitiæ et caritatis auctor fuisti. Porro Xenophon (6) ei infestus fuisse fertur. Quocirca

(1) Cf. J. F. Thrigii de Aristippo philosopho Cyrenaico aliisque Cyrenaicis disputatio, inserta libro qui inscribitur Res Cyrenensium. Hafniæ 1828. — Amadei Wendtii de philosophia Cyrenaica dissertatio. Gottingæ. 1841. — Henrici de Stein de philosophia Cyrenaica commentationis pars I, quæ est de vita Aristippi. Gottingæ 1855. — Adde Batteux, *Développement de la morale d'Aristippe* in *Mémoires de Littérature*, vol. XXVII. — C. M. Wieland, *Aristipp und einige seiner Zeitgenossen*. Lipsiæ 1800-1802, 4 vol. — (2) Suidas : Ἀρίστιππος, Ἀριτάδου ἀπὸ Κυρήνης φιλόσοφος, Σωκράτους ἀκουστής, ἀφ' οὗπερ ἡ Κυρηναϊκὴ κληθεῖσα αἵρεσις ἤρξατο. Diogenes Laertius lib. II, 65 : Ἀρίστιππος τὸ μὲν γένος ἦν Κυρηναῖος, ἀφιγμένος δὲ Ἀθήναζε, καθά φησιν Αἰσχίνης, κατὰ κλέος Σωκράτους. — (3) Plutarchus De curiositate cap. 2 vol. X p. 132 ed. Hutten. : Ἀρίστιππος Ὀλυμπίασιν Ἰσχομάχῳ συμβαλὼν ἠρώτα, τί Σωκράτης διαλεγόμενος οὕτω τοὺς νέους διατίθησι, καὶ μικρὰ ἄττα τῶν λόγων αὐτοῦ σπέρματα καὶ δείγματα λαβών, οὕτως ἐμπαθῶς ἔσχεν, ὥστε τῷ σώματι συμπεσεῖν καὶ γενέσθαι παντάπασιν ὠχρὸς καὶ ἰσχνός· ἄχρις οὗ πλεύσας Ἀθήναζε διψῶν καὶ διακεκαυμένος ἠρύσατο τῆς πηγῆς, καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἱστόρησεν, ἧς ἦν τέλος ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι. Lucianus Vitt. auct. cap. 12 : ἐπαιδεύθη μὲν οὖν Ἀθήνησιν. — (4) Diogenes Laertius lib. II, 65 : οὗτος σοφιστεύσας, ὥς φησι Φανίας ὁ Περιπατητικὸς ὁ Ἐρέσιος, πρῶτος τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς εἰσεπράξατο, καὶ ἀπέστειλε χρήματα τῷ διδασκάλῳ. Καί ποτε πέμψας αὐτῷ μνᾶς εἴκοσι, παλινδρόμους ἔλαβεν· εἰπόντος Σωκράτους, τὸ δαιμόνιον αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπειν· ἐδυσχέραινε γὰρ ἐπὶ τούτῳ. Suidas : πρῶτος δὲ Σωκρατικῶν μισθοὺς ἐπράξατο. — (5) Diogenes Laertius lib. II, 83 : ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην μετ' οὐ πολύ, Οὐ διαλλαχθησόμεθα, οὐ παυσόμεθα, εἶπε, ληροῦντες; ἀλλὰ ἀναμενεῖς, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαλλάξῃ; Καὶ ὅς, Ἀσμένως, ἔφη. Μνημόνευε τοίνυν, εἶπεν Ἀρίστιππος, ὅτι σοι πρότερος, πρεσβύτερος ὤν, προσῆλθον. Καὶ ὁ Αἰσχίνης, Εὖγε, νὴ τὴν Ἥραν, εὐλόγως εἶπας, ἐπεὶ πολλῷ μου βελτίων ὑπάρχεις· ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχθρας, σὺ δὲ φιλίας ἄρχεις. Plutarchus De cohibenda ira cap. 14, vol. IX p. 447 ed. Hutten. : ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὐτῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καί τινος εἰπόντος, Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῖν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησίν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ Καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προσελθὼν εἶπεν· Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; Ὁ δ' Αἰσχίνης, Οὐδέν, ἔφη, θαυμαστόν, εἰ πρὸς πάντα τῇ φύσει μου διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δίον πρότερος συνεῖδες. Vid. fragm. 52. — (6) Diogenes Laertius, lib. II, 65 : Ξενοφῶντι τε εἶχε πρὸς αὐτὸν δυσμενῶς· διὸ καὶ τὸν κατὰ τὴς ἡδονῆς λόγον Σωκράτει κατὰ Ἀριστίππου περιτεθεικεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων ἐκάκισεν αὐτόν, καὶ Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Idem lib. III, 36 : εἶχε δὲ φιλέχθρως ὁ Πλάτων καὶ πρὸς

initio libri II Memorabilium Aristippeæ de voluptate doctrinæ Socratis sermonem, qui cum voluptario philosopho habitus esse fingitur, opponit. Quin etiam Theodorus in libro de sectis eum vituperavit, et Plato (7) in Phædone p. 59 C videtur reprehendere, quod morienti Socrati non affuerit. Adde Aristotelis (8) locum Rhet. lib. II cap. 23 : « Aut quemadmodum Aristippus adversus Platonem asseverantius quiddam proferentem, ut putabat : *At vero sodalis ille*, inquit, *noster, nihil tale*, Socratem significans. » At his narrationibus non multum tribuimus. Erat (9) enim Aristippus omnibus locis, temporibus, hominibus accommodatus, adeo ut quamlibet personam apte sustinere posset. Qui quamvis rebus præsentibus delectaretur, absentibus tamen frui non laborabat. Quapropter etiam præ cæteris Dionysii tyranni gratia floruit, ideoque a Diogene regius canis appellatus est. Recteque Timon Phliasius (10) in Sillis de eo scripsit : *ut mollis Aristippi natura tactu falsum a vero discernentis.*

Ex iis quæ apud Platonem in Phædone l. c. leguntur patet, Aristippum circa Olympiadem 95 in insula Ægina versatum esse, ita ut extremis magistri colloquiis antequam moreretur cum cæteris condiscipulis frui non posset. Huc accedit, quod Athenæus (11) auctor est, Aristippum quotannis in eadem insula luxuriose viventem cum Laide meretrice ludis Neptunalibus totos dies posuisse. Id vero multis displicuit. Exprobranti igitur homini cuidam (12), quod meretricem contubernalem haberet, Numquid interest, inquit, utrum domum accipias, in qua multi aliquando habitaverint, an illam, in qua nemo? Negante illo, Quid, inquit, num interesse putas, utrum ea navi veharis, qua innumeri olim navigaverint, an ea, qua nemo? Minime, inquit ille. Ergo, ait, nihil interest, utrum cum muliere consuescas, cum qua multi rem habuerint, an cum illa quæ sese nemini prostituerit. Præterea quum objurgaretur (13), quod cum Laide rem haberet, *Habeo*, inquit, *Laidem, non habeor ab illa.* Nam cupiditatibus imperare, nec servire eis, pulchrum esse, non abjicere omnem cupiditatem. Nemo autem gravius vituperavit Aristippum, quam Lactantius De fals. sapient. III, 15. Is enim : « O præclara, inquit, et imitanda bonis sapientia! huic vero liberos in disciplinam dares, ut discerent habere meretricem. Aliquid inter se ac perditos interesse dicebat; scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur. In quo sapientior meretrix fuit, quæ sic philosophum habuit pro lenone, ut ad se omnis juventus, doctoris exemplo et auctoritate corrupta, sine ullo pudore concurreret. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet, quum eum populus et rivales sui viderent omnibus perditis nequiorem? Nec satis fuit ita vivere; sed docere etiam libidines cœpit, ac mores suos de lupanari ad scholam transtulit, disserens, voluptatem corporis esse summum bonum. Quæ doctrina exsecrabilis et pudenda non in corde philosophi, sed in sinu meretricis est nata. »

Ἀρίστιππον. Ἐν γοῦν τῷ περὶ ψυχῆς διαβάλλων αὐτόν φησιν, ὅτι οὐ παρεγένετο Σωκράτει τελευτῶντι, ἀλλ' ἐν Αἰγίνῃ ἦν καὶ σύνεγγυς. — (7) Plato Phæd. p. 59 C : ΕΧ. Τί δαί; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; ΦΑΙΔ. Οὐ δῆτα, ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. — (8) Aristoteles Rhet. lib. II cap. 23, pag. 1398 b ed. Bekker. : ἢ ὡς Ἀρίστιππος πρὸς Πλάτωνα ἀπαγγελτικώτερόν τι εἰπόντα, ὡς ᾤετο· Ἀλλὰ μὴν ὅ γ' ἑταῖρος ἡμῶν, ἔφη, οὐθὲν τοιοῦτον, λέγων τὸν Σωκράτην. — (9) Diogenes Laertius lib. II, 66 : ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι. Διὸ καὶ παρὰ Διονυσίῳ τῶν ἄλλων εὐδοκίμει μᾶλλον, ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος. Ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων· ὅθεν καὶ Διογένης βασιλικὸν κύνα ἔλεγεν αὐτόν. Ὁ δὲ Τίμων παρίφαγεν ὡς θρυπτόμενον, οὑτωσί πως εἰπών· οἷά τ' Ἀριστίππου τρυφερὴ φύσις ἁμφαφώντος ψεύδη. Horatius lib. I Epist. I, 18 : Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor, et mihi res, non me rebus subjungere conor; et XVII, 23-24; Omnis Aristippum decuit color et status et res; tentantem majora, fere præsentibus æquum. — (10) Vid. Philos. Græc. fragm. vol. I pag. 89. — (11) Athenæus lib. XII p. 544 D : Διέτριβεν ὁ Ἀρίστιππος καὶ πολλὰ ἐν Αἰγίνῃ τρυφῶν. Διὸ καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασί φησιν ὅτι πολλάκις ἐννυθέτει αὐτὸν ὁ Σωκράτης, καὶ τὴν ἠθοποιΐαν πλάσας τῆς Ἀρετῆς καὶ τῆς Ἡδονῆς εἰσῆγεν. Id lib. XIII, p. 588 E : Ἀρίστιππος δὲ κατ' Ἴτος συνδιημέρευε Λαΐδι ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις. — (12) Diogenes Laertius lib. II, 74 : πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι ἑταίρᾳ συνοικεῖ, Ἀρά γε, εἶπεν, μή τι διενέγκαι οἰκίαν λαβεῖν, ἐν ᾗ πολλοί ποτε ᾠκησαν, ἢ μηδείς; Εἰπόντος δέ, οὔ· Τί δὲ, πλεῦσαι ἐν νηΐ, ᾗ μυρίοι ποτὲ ἐνέπλευσαν, ἢ μηδὲ εἷς οὐδαμῶς· οὐδ' ἄρα γυναικί, ἔφη, συνεῖναι, ᾗ πολλοὶ χέχρηνται, ἢ μηδείς. Vid. fragm. 28. — (13) Diogenes Laertius lib. II, 75 : πρὸς τοὺς μεμφομένους, ὅτι ἐχρῆτο Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, ἔφη· Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι· ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. Athenæus lib. XII p. 544 D : ὁ Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν· Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. Lactantius De fals. sapient. III, 15 : Aristippo, Cyrenaicorum magistro, cum Laide nobili scorto fuit consuetudo; quod flagitium gravis ille philosophiæ doctor sic defendebat, ut diceret, multum inter se et cæteros Laidis amatores interesse, quod ipse haberet Laidem, alii vero a Laide haberentur. Clemens Alexandrinus Strom. II p. 411 A : ὀνειδιζόμενος οὖν ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ, Ἔχω γάρ, ἔλεγεν, Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Theodoretus Græc. affect. cur. XII : καὶ ὁ Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναϊκὸς ὀνειδιζόμενος, ὅτι δὴ θαμὰ ξυνεγίνετο τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ, Ἔχω, ἔλεγε, Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Cf. Chrysostomus in Matth. 10. Homil. 34. De vi verborum ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι lege Mureti Var. lect. VI, 7 et Jacobs.

Post Socratis (14) mortem verisimile est Aristippum cum Æschine aliisque ejus sectatoribus Megara habitatum concessisse. Verum quamdiu ibi manserit, ignoramus. Ac sæpius quidem peregrinatum esse Aristippum nemo dubitabit; sed haud scio an illud ejus iter commenticium sit, quod in Peloponnesum ad visendum Xenophontem suscepisse dicitur. Etenim personatus Xenophon (15) in Epist. Socrat. p. 26 amicos quosdam invitat, ut ad se veniant in prædium suum prope Olympiam. Visitatum se esse ab Aristippo et Phædone, iisque recitasse Memorabilia Socratis, quæ ab utroque approbata sint. *Sed quis credat*, inquit Bentlejus Opusc. phil. p. 54, *Aristippum tanto itinere facto Scillunte petiisse, ut Xenophontem, inimicissimum suum, adiret? multo minus, approbasse librum, quo satira in semet contineretur.* Mihi certe rem dubiam neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est. Aliud ejus iter commemorat Vitruvius in præfatione libri VI his verbis : « Aristippus, philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodiensium littus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites dicitur : Bene speremus, hominum enim vestigia video : statimque in oppidum Rhodum contendit, et recta in gymnasium devenit : ibique de philosophia disputans muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerant, vestitum et cætera, quæ opus essent, præstaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari : tunc ita mandavit dicere, ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quæ etiam e naufragio una possent enatare. » Alii id ipsum de quo hic agitur evenisse contendunt, quum Aristippus aliquando navigans, fracta scapha, in Syracusanorum littus ejectus foret (16). Quid? quod in Asia quoque commoratum esse hunc philosophum Diogenes Laertius (17) prodidit, qui eum ab Artapherne captum esse dicit. Accidit hoc, ni fallor, circa Olympiadem 96, quo tempore etiam Artabazum sine dubio convenit. Namque ut istum monumento aliquo celebraret, librum qui Artabazus inscribebatur emiserat (18). Laidem insuper Corinthi invisit, quæ, ut ait Gellius I, 8, ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat (19). Corinthum igitur aliquando proficiscenti ac tempestate vexato contigit, ut mente turbaretur. Qua in re dicenti cuidam : *Nos vulgus ignobile non metuimus, vos vero philosophi cur trepidatis?* respondit : *Quid mirum? Non enim de sua quisque vita vestræ simili solliciti sumus* (20). Libycum ejus iter tangunt Diogenes Laertius (21), Horatius, alii. Quum ergo in via

Op. IV p. 403. n. 12. Vide fragm. 30. — (14) Diogenes Laertius lib. II, 62 : τούτου (τοῦ Αἰσχίνου) τοὺς διαλόγους ὑπώπτευε καὶ Ἀρίστιππος. Ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ φασι σκῶψαι εἰπόντα, Πόθεν σοι, λῆστά, ταῦτα; Pseudaristippus Epist.: ἐπίστειλας δέμοι, πῶς ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἑρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, διὸτότε μή τι καὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν αὐτῶν ἂν καὶ οὐκ ἐποιεῖτε φλαύρως. Καὶ ἁμὲς οὖν ὡς ἐσμέν, ἐν Αἰγίνᾳ διατελέομες ἐπὶ τοῦ παρόντος· εἶτα δὲ παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα. (Vid. fragm. 73.) Æschines in Epist. Socraticorum p. 27 ed. Orell. : οὐ γὰρ πόρρω ἐστὶν ἰέναι εἰς Μέγαρα. Pseudaristippus Epist. : ὃς ἐν Μεγάροις ὠμίλει μοι. (Vid. fragm. 74.) — (15) Xenophon in Epist. Socrat. p. 26. ed. Orelli : πεποίημαι δέ τινα ἀπομνημονεύματα Σωκράτους. Ὅταν οὖν μοι δόξῃ εὖ ἔχειν παντελῶς, διαπέμψομαι αὐτὰ καὶ ὑμῖν. Ἀριστίππῳ μὲν γὰρ καὶ Φαίδωνι ἐδόκει ἁρμόδιά τινα εἶναι. —

(16) Galenus Protrept. ad litteras discendas cap. V, p. 11 ed. Willet. : Ἀρίστιππος ἐπειδή ποτε πλέων, τοῦ σκάφους ἀπολομένου, ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠιόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάρρησε, θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν· ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. Ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος· Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι; προσιόντας τέ τινας ἔσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντας, ὅστις εἴη, καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταλιδόντας εὐθέως. Ὡς δ' εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο, μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει, κελεύειν αὐτοὺς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει. — (17) Diogenes Laertius lib. II, 79 : διατρίβων ἐν Ἀσίᾳ καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Ἀρταφέρνου τοῦ σατράπου, πρὸς τὸν εἰπόντα· Καὶ ὡδε βαρβάρεις; Πότε γάρ, εἶπεν, ὦ μάταιε, βαρβήσαιμι ἂν μᾶλλον ἢ νῦν, ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνη διαλέξασθαι; Vid. fragm. 41.— (18) Diogenes Laertius lib. II, 83 : τοῦ δὲ Κυρηναϊκοῦ φιλοσόφου φέρεται βιβλία, τρία μὲν ἱστορίας τῶν κατὰ Λιβύην, ἀπισταλμένα Διονυσίῳ, ἓν δὲ ἐν ᾧ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν· οἱ μὲν Ἀθήδι, οἱ δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ γεγραμμένοι οἵδε· Ἀρτάβαζος κτλ. — (19) Gellius I, 8 : Lais Corinthia ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat. Conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant : neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc ait (Phocion) natum esse illud frequens apud Græcos dictum adagium : οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod posceretur. Hermesianax apud Athenæum lib. XIII p. 599 B : ἀνδρα Κυρηναῖον δ' εἶσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ δεινόν, ὅτ' ἀπιθάνης Λαΐδος ἠράσατο ὀξὺς Ἀρίστιππος, πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας φεύγων, οὐδ' ἀνέμων ἐξεπόρησε βίη. — (20) Diogenes Laertius lib. II, 71 : εἰς Κόρινθον αὐτῷ πλέοντί ποτε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. Πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα, Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δειδοίκαμεν, ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε; Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι. Vid. fragm 16. — (21) Diogenis Laertius lib. II, 77 : τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον καὶ βαρυνομένου, Ἀπόχεε, ἔφη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε. Suidas : λέγεται δὲ ὅτι καὶ τοῦ παιδὸς αὐτῷ φέροντος ἀργύριον, καὶ ἀχθομένου τῷ βάρει, Τὸ βαροῦν ἀπό-

esset, famulus portabat pecuniam; qui quoniam onere premebatur, *Effunde*, ait, *quod nimium est, et fer quantum potes.*

Ad hæc proditum est Aristippum navigasse quondam navemque piraticam esse sero intellexisse. Quod postquam animadvertit, aurum prolatum numeravit, deinde quasi invitus in mare abjecit, atque ea scilicet in re ingemuit. Sunt qui eum hanc etiam vocem edidisse memorent, *Præstat hæc ab Aristippo, quam propter hæc Aristippum perdi* (22). Fuerunt qui eum post has peregrinationes in patriam rediisse conjicerent, a quorum opinione non abhorreo. Jam vero constat, eum Siciliæ tyrannis placuisse et quotidiana consuetudine cum utroque Dionysio conjunctum fuisse (23). Versatus igitur est regnante Dionysio Majore una cum Platone Syracusis primo Olympiadis 98 anno. Huc spectat illa de Platonis verecundia et Aristippi levitate narratio. Quippe jubente quondam Dionysio super vinum et epulas singulos in purpurea veste saltare, ajunt Platonem rejecta purpura dixisse :

Effeminata veste non possum indui.

Contra Aristippum sumta palla jamjam saltaturum scite hoc modo locutum esse :

sacris nec Liberi
patris pudica mens, puto, corrumpitur (4).

Alia occasione oblata qua Dionysius ex tribus meretricibus unam eligere ipsum jubebat, tres simul abduxit, dicens, ne Paridi quidem profuisse, quod unam cæteris prætulerit. Has vero ad vestibulum usque deductas dimisisse fertur. Adeo ille et eligendi et contemnendi peritus fuit (25). Venio nunc ad gravissimum Diodori Siculi (26) testimonium, qui lib. XV cap. 76 de tertio Olympiadis 103 anno sive ante Chr. 366 agens cum alios ejus ætatis viros doctos, tum Aristippum nominatim profert. Hinc intelligitur, Cyrenæum etiam tum superstitem fuisse. A primo Olympiadis 98 anno usque ad tertium Olympiadis 104 annum fortasse in patria urbe sæpius commoratus est, ibique si non alios, at filiam saltem instituit (27). Tum quarto Olympiadis 104 anno una cum Platone Dionysio Minori adfuit. Etenim ad hoc quod cum tyranno habuit commercium varios Diogenis aliorumque scriptorum locos referimus. Cuidam videlicet (28), quod a Dionysio ipse pecuniam, Plato librum accepisset, objurganti respondit, Nempe ego pecunia egeo, Plato libris. Asputus (29) a Dionysio contumeliam æquo animo perpessus est. Quæ res quoniam ipsi vituperationi fuit : Itane vero, inquit, piscatores ut gobium venentur, mari patiuntur se aspergi, et ego, ut biennum capiam, non patiar sputo me aspergi? Sciscitanti Dionysio, cur philosophi divitum fores frequenter adirent, divites autem philosophorum domos non item, respondit : *Quod illi sciunt, quibus indigeant; at hi nesciunt* (30).

Gale, ἔφη. Horatius Serm. lib. II, 3, 100 : quid simile ist Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum in media jussit Libya, quia tardius irent propter onus segnes. Ausonius Idyllio XXXI : spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum. — (22) Diogenes Laertius lib. II, 77 : πλέων ποτέ, ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικόν, λαβὼν τὸ χρυσίον ἠρίθμει· ἔπειτα ἐς θάλατταν, ὡς μὴ θέλων, παρακατέβαλε, καὶ ὄθεν ἀνώμωξεν. Οἱ δὲ καὶ ἐπειπεῖν φασιν αὐτόν, ὡς ἄμεινον ταῦτα ὑπ' Ἀριστίππου, ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι. Vide fragm. 36. — (23) Luciani Schol. ad Menipp. p. 20, 7, de Aristippo : παρὴν Διονυσίῳ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τὴν Σικελίαν κτλ. — (24) Diogenes Laertius lib. II, 78 : καί ποτε παρά πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, (φασὶ) τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι εἰπόντα· Οὐκ ἂν ἐνεγκαίμην ὄθλιον ἐνδῦναι στολήν. Τὸν δὲ Ἀρίστιππον λαβόντα καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι εὐστόχως εἰπεῖν· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν οὐσ' ἡ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Suidas : καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθών, καὶ πίνων, ἐνίκα, καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ προσκεμιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς εἶπεν Εὐριπίδου ἰαμβικά, Οὐκ ἂν ἐνεγκαίμην ὄθλιον ἐνδῦναι στολήν, Ἄρρην περυκώς, καὶ γένους ἐξ ἄρρενος. Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ, Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Vid. fragm. 39. — (25) Diogenes Laertius lib. II, 67 : Διονυσίου ποτέ, τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν, μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπών· Οὐδὲ τῷ Πάριδι συνήνεγκε μίαν προκρῖναι. Ἀπαγαγών μέντοι, φασίν, αὐτὰς ἄχρι τοῦ θυρῶνος, ἀπέλυσεν. Οὕτως ἦν καὶ ἐλέσθαι καὶ καταφρονῆσαι πολύς. Vid. fragm. 2. — (26) Diodorus Siculus lib. XV cap. 76 : ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος, ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι, Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος ἐσχατογήρως ὤν (μέμνηται γὰρ τῆς Ἐπαμεινώνδου τελευτῆς μετ' ὀλίγον χρόνον γεγενημένης), Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης, πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σῥήττιος ὁ Σωκρατικός. — (27) Diogenes Laertius lib. II, 72 : τὰ ἄριστα ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀρήτῃ συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτικὴν τοῦ πλείονος εἶναι. In eandem sententiam personatus Aristippus : ὑποτίθεμαι δέ σοι τὰ πρὸς ἄρχοντας οἰκονομεῖν, ὥστε τὸ ἐμὸν συμβούλευμα τοῦτο συμφέρον δείξεσθαι. Τοῦτο δὲ ἦν μὴ τοῦ πλείονος ὀριγνᾶσθαι. Vide fragm. 74. — (28) Diogenes Laertius lib. II, 81 : ἐκδεξάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ Διονυσίου, Πλάτωνος ἄραντος βιβλίον, πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, Ἐγὼ μὲν γάρ, εἶπεν, ἀργυρίων, Πλάτων δὲ βιβλίων ἐστὶν ἐνδεής. — (29) Diogenes Laertius lib. II, 67 : Διονυσίου προσπτύσαντος αὐτῷ ἠνέσχετο· μεμψαμένου δέ τινος, Εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι βαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα κωβιῶν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι χρέμματι ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω; vid fragm. 3. — (30) Diogenes Laertius lib. II, 69 : ἐρωτηθείς ὑπὸ Διονυσίου· διὰ τί οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται, οἱ δὲ πλούσιοι ἐπὶ τὰς τῶν φιλοσόφων οὐκέτι, ἔφη· Ὅτι οἱ μὲν

Reprehensus (31) a Platone quondam, quod magnifice viveret : Nonne, inquit, vir bonus tibi videtur esse Dionysius? Eo assentiente : Atqui ille, ait, me lautitia superat. Quamobrem nihil obstat, quominus et magnifice et honeste vivamus. Cogente (32) eum aliquando Dionysio, ut de quodam philosophiæ loco dissereret, Ridiculum est, inquit, te ex me dicendi rationem quærere, quando autem dicendum sit, mihi præscribere. Quam rem indignatus Dionysius in infimo lecto accumbere jussit. Sed ille, Horatiorem, inquit, hunc locum esse voluisti. Interroganti Dionysio (33), quo animo venisset, respondit : Ut quæ habeo tibi impertiam, quæ non habeo accipiam. At quidam eum sic respondisse referunt : Quando sapientia egebam, adii Socratem ; nunc pecunia egens ad te veni. Alio tempore quum pro amico Dionysium deprecaretur (34), neque tamen orando quidquam impetraret, ad pedes ejus provolutus hominem flexit. Cavillanti igitur quidam, Non ego, inquit, culpandus sum, sed Dionysius qui aures in pedibus habet. Exprobranti, quod a Socrate ad Dionysium se contulisset (35), Atqui, inquit, doctrina indigens ad Socratem sum profectus, ad Dionysium vero animi relaxationem et requiem quærens. Interrogatus (36), qua in re a Dionysio objurgaretur, In eadem, inquit, in qua cæteri me objurgant. Poscebat (37) nummos Dionysium ; ille autem, Atqui dixisti, inquit, sapientem nullius rei inopia laboraturum. Tum sermone ejus excepto *Da*, inquit, *et postea de hac re quæramus :* sed simul atque dedit : Videsne, ait, me non indiguisse. Quum Dionysius ipsum sic allocutus esset (38) :

> Quisquis tyranni scilicet intrat regiam,
> fit servus ejus, liber etsi venerit ;

respondit :

> Non servus ille fit, si liber venerit.

Præterea quum idem tyrannus Aristippo exprobraret, quod nullam ex ejus amicitia utilitatem cepisset, Vera loqueris, inquit, si quid enim tibi profuissem, tyrannide tanquam morbo comitiali liberatus esses (39). Denique, si fides Pseudoaristippo in Epistola ad Areten filiam, Cyrenæus exacta septuaginta quinque fere annorum vita primo Olympiadis 105 anno sive ante Chr. n. 360 in insula Lipara mortuus videtur (40).

Transeo ad Aristippi cæterorumque Cyrenaicorum decreta. Duas perturbationes statuebant, dolorem et voluptatem : voluptatem lenem motum, dolorem vero asperum appellantes : nihil differre voluptatem a voluptate, neque aliud alio suavius esse. Atque illam quidem cunctis animantibus jucundam, hunc infestum esse. Voluptatem vero corporis, non stabilem illam, quæ in doloris privatione consistat, et quasi molestiæ vacuitatem, quam Epicurus admittit, finem bonorum esse dicunt. Videtur autem eis et finis a felicitate differre : quippe finem esse singularem voluptatem, contra felicitatem ex peculiaribus voluptatibus constare : peculiarem quoque voluptatem propter se ipsam

ἴσασιν ὧν δέονται, οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν. Vid. fragm. 8. — (31) Diogenes Laertius lib. II, 69 : ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν ὑπὸ Πλάτωνος, ἔφη· Ἆρα φαίνεταί σοι Διονύσιος ἀγαθός; Τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, Καὶ μήν, ἔφη, ζῷ ἐμοῦ πολυτελέστερον· ὥστ' οὐδὲν κωλύει καὶ πολυτελῶς καὶ καλῶς ζῆν. — (32) Diogenes Laertius lib. II, 73 : ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας, Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ πυνθάνῃ, τὸ δὲ πότε δεῖ λέγειν σύ με διδάσκεις. Ἐπὶ τούτῳ δὴ ἀγανακτήσαντα τὸν Διονύσιον ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι· καὶ τὸν, Ἐνδοξότερον, φάναι, τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι. Athenæus lib. XII p. 544 B : καὶ ταῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἔχαιρε, καίτοι πολλάκις ἐνυβριζόμενος. Ἡγήσανδρος γοῦν φησιν, ὡς καὶ ἀδόξου ποτὲ κλισίας παρ' αὐτῷ τυχών, ἤνεγκεν, ἐρωτήσαντός τε τοῦ Διονυσίου, τί φαίνεται ἡ κατάκλισις; πρὸς τὴν χθές, ἔφησε παραπλησίαν εἶναι. Ἐκείνη τε γάρ, ἔφησεν, ἀδοξεῖ τήμερον χωρισθεῖσα ἐμοῦ, χθὲς δὲ πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη δι' ἡμᾶς· αὕτη δὲ τήμερον καὶ ἔνδοξος γέγονε διὰ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, χθὲς δὲ ἠδόξει, μὴ παρόντος ἐμοῦ. Vid. fragm. 24. — (33) Diogenes Laertius lib. II, 77-78 : Διονυσίου ποτὲ ἐρομένου, ἐπὶ τί ἥκοι, ἔφη· Ἐπὶ τὸ μεταδώσειν ὧν ἔχει, καὶ μεταλήψεσθαι ὧν μὴ ἔχει. Ἔνιοι δὲ (φασιν) οὕτως ἀποκρίνασθαι· Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἦκον παρὰ τὸν Σωκράτη· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος παρὰ σὲ ἥκω. — (4) Diogenes Laertius lib. II, 79 : Δεόμενός ποτε περὶ φίλου Διονυσίου καὶ μὴ ἐπιτυγχάνων, εἰς πόδας αὐτοῦ πεσών ἐπεισε. Πρὸς οὖν τὸν ἐπισκώψαντα, Οὐκ ἐγώ, φησίν, αἴτιος, ἀλλὰ Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων. Suidas : ὑπὲρ φίλου δὲ ἀξιῶν, καὶ μὴ τυγχάνων, τῶν ποδῶν ἥψατο καὶ ἔπεισε, καὶ, Οὐ ταύτης ἐγὼ τῆς κολακείας αἴτιος, εἶπεν, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν γόνασι τὰς ἀκοὰς ἔχων. — (35) Diogenes Laertius lib. II, 80 : πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι, Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον παιδείας δεόμενος, πρὸς δὲ Διονύσιον παιδιᾶς.

— (36) Diogenes Laertius lib. II, 81 : πρὸς τὸν εἰπόντα, Τίνος ἕνεκα ἐλέγχεται παρὰ Διονυσίου; Οὐ ἕνεκα, φησίν, οἱ ἄλλοι ἐλέγχουσιν. — (37) Diogenes Laertius lib II, 82. Ἤτει Διονύσιον ἀργύριον, καὶ ὃς· Ἀλλὰ μήν ἔφης οὐκ ἀπορήσειν τὸν σοφόν. Ὁ δ' ὑπολαβών, Δός, εἶπε, καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν· ὄντος δέ, ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἠπόρηκα. — (38) Diogenes Laertius lib. II, 82 : εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου, Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται, κείνου ἐστὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ, ὑπολαβών (ἔφη)· Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ. Vid. fragm. 51. — (39) Stobæus Flor. XLIX, 22 : τοῦ Διονυσίου λέγοντος πρὸς Ἀρίστιππον, Οὐδὲν ὠφέλημαι ὑπὸ σοῦ, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, εἰ γὰρ ὠφέλησα, ἐπέπαυσο ἂν τῆς τυραννίδος, ὥσπερ ἱερᾶς νόσου. — (40) Pseudaristippus in Epistola ad Areten filiam : ἐπειδὴ δὲ ἀναλύω μὴ ἐμπλησθεὶς αὐτοῦ, πέποιθα καὶ σοί, διότι τὴν αὐτὴν ἄξεις πορείαν τὴν συνήθη ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ἐρρῶσο

esse expetendam, at felicitatem non propter se ipsam, sed propter singulas voluptates: voluptatem præterea bonum esse affirmant, etiamsi a turpissimis rebus oriatur. Quamvis enim fœdum sit facinus, voluptatem tamen per se ipsam expetendam esse atque in bonis numerandam. Porro illa doloris detractio, ut est apud Epicurum, eis non videtur esse voluptas, neque voluptatis privatio dolor: utraque enim esse in motu, quum non sit motus doloris voluptatisve privatio. Nempe illa doloris vacuitas tanquam dormientis status est. Posse quosdam ajunt voluptatem minime appetere per animi pravitatem: non tamen omnes animi voluptates ac dolores e corporis voluptatibus ac doloribus nasci. Nam ex qualibet simplici patriæ prosperitate sive privata felicitate gaudium gigni. Sed neque bonorum memoria aut exspectatione voluptatem effici ajunt, quod placebat Epicuro; nam tempore motum animi languescere. Quin nec solo visu vel auditu voluptates constare dicunt, siquidem eos qui lamentationes imitantur, libenter audimus, vere autem lamentantes, non libenter. Insuper voluptatis ac doloris privationem medios status appellabant. Longe tamen præstantiores esse corporis quam animi voluptates, deteriores vero molestias, quas corpus habet. Cæterum Cyrenaici (42) non omni malo ægritudinem effici censent, sed insperato et necopinato malo. Iidem (43) propter permotiones intimas nihil putant esse judicii. Etenim in solo tactu, et eo quidem quem philosophi interiorem vocant, aut doloris aut voluptatis, putant veri esse judicium, quia sentiatur. Negant autem esse quidquam (44), quod percipi possit extrinsecus, ea se sola percipere, quæ tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem; neque se, quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire, affici se quodam modo. Quid? quod iis placet (45) neque sapientem semper in voluptate vivere, neque rursus insipientem semper in dolore, verum majore ex parte sic utrumque affici. Satis autem esse, homines unius incidentis voluptatis beneficio suaviter restitui. Prudentiam quidem bonum esse affirmant, nec tamen propter se ipsam expetendam, sed eorum gratia quæ ex illa percipimus. Amicitias utilitatis causa parandas. Nam et corporis partes, quamdiu adsint, amari. Virtutes quasdam et imprudentibus ingenerari. Corporis exercitationem conferre ad virtutis studium. Sapientem nunquam neque invidum neque amasium neque superstitiosum fore, quia hæ res e vana opinione oriantur: dolore tamen et metu turbatum iri, propterea quod hæc naturæ convenienter fiant. Divitias ultro voluptatum effectrices esse, neutiquam per se expetendas. Perturbationes item comprehendi posse dicebant, nequaquam tamen ea ex quibus exsistunt. Ut quæstiones naturales omittebant, quod naturam comprehendi non posse appareret: ita logicen propter ejus usum attingebant. Nihil natura justum esse contendebant, aut honestum vel turpe, sed lege et consuetudine. Attamen vir bonus nihil inepte faciet ob pœnas instantes vel falsas opiniones vitandas. Talis

καὶ περὶ ἡμῶν ἀστενάκτει. Vid. fragm. 74. — (41) Diogenes Laertius lib. II, 86-90: οἱ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς τοῦ Ἀριστίππου μείναντες καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες δόξαις ἐχρῶντο τοιαύταις. Δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν· τὴν μὲν λείαν κίνησιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον τραχεῖαν κίνησιν· μὴ διαφέρειν τε ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἡδίον τι εἶναι. Καὶ τὴν μὲν εὐδοκητὴν πᾶσι ζώοις, τὸν δὲ ἀποκρουστικόν. Ἡδονὴν μέντοι τὴν τοῦ σώματος, οὐ τὴν καταστηματικὴν ἡδονήν, τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων καὶ οἷον ἀνοχλησίαν, ἣν ὁ Ἐπίκουρος ἀποδέχεται, τέλος εἶναί φασι. Δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εὐδαιμονίας διαφέρειν· τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα· εἶναι δὲ τὴν μερικὴν ἡδονὴν δι' αὑτὴν αἱρετήν, τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐ δι' αὑτήν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς· εἶναι δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, κἂν ἀπὸ τῶν ἀσχημοτάτων γένηται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ πρᾶξις ἄτοπος εἴη, ἀλλ' οὖν ἡ ἡδονὴ δι' αὑτὴν αἱρετὴ καὶ ἀγαθόν. Ἡ δὲ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις (ὡς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ) δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονή, οὐδὲ ἡ ἀηδονία ἀλγηδών, ἐν κινήσει γὰρ εἶναι ἀμφότερα, μὴ οὔσης τῆς ἀπονίας ἢ τῆς ἀηδονίας κινήσεως· ἐπεὶ ἡ ἀπονία οἱονεὶ καθεύδοντός ἐστι κατάστασις. Δύνασθαι δέ φασι καὶ τὴν ἡδονήν τινας μὴ αἱρεῖσθαι κατὰ διαστροφήν. Οὐ πάσας μέντοι τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας ἐπὶ σωματικαῖς ἡδοναῖς καὶ ἀλγηδόσι γίνεσθαι. Καὶ γὰρ ἐπὶ ψιλῇ τῇ τῆς πατρίδος εὐημερίᾳ, ἥπερ τῇ ἰδίᾳ, χαρὰν ἐγγίνεσθαι. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνήμην τῶν ἀγαθῶν, ἢ προσδοκίαν, ἡδονὴν φασιν ἀποτελεῖσθαι, ὅπερ ἤρεσκεν Ἐπικούρῳ, ἐκλύεσθαι γὰρ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς κίνημα. Λέγουσι δὲ μηδὲ κατὰ ψιλὴν τὴν ὅρασιν ἢ τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι ἡδονάς. Τῶν γοῦν μιμουμένων θρήνους ἡδέως ἀκούομεν· τῶν δὲ κατὰ ἀλήθειαν, ἀηδῶς. Μέσας τε καταστάσεις ὠνόμαζον ἀηδονίαν καὶ ἀπονίαν. Πολὺ μέντοι τῶν ψυχικῶν ἡδονῶν τὰς σωματικὰς ἀμείνους εἶναι, καὶ τὰς ὀχλήσεις χείρους τὰς σωματικάς. — (42) Cicero Tuscul. III, 13. — (43) Cicero Acad. II, 46. — (44) Cicero Acad. II, 24. — (45) Diogenes Laertius lib. II, 91-93: ἀρέσκει δ' αὐτοῖς, μήτε τὸν σοφὸν πάντα ἡδέως ζῆν, μήτε πάντα φαῦλον ἐπιπόνως, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλεῖστον. Ἀρκεῖ δὲ κἂν κατὰ μίαν τις προσπίπτουσαν ἡδέως ἐπανάγῃ. Τὴν φρόνησιν ἀγαθὸν μὲν εἶναι λέγουσιν, οὐ δι' ἑαυτὴν δὲ αἱρετήν, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξ αὐτῆς περιγινόμενα. Τὸν φίλον τῆς χρείας ἕνεκα. Καὶ γὰρ μέρος σώματός μέχρις ἂν παρῇ, ἀσπάζεσθαι. Τῶν ἀρετῶν ἐνίας καὶ περὶ τοὺς ἄφρονας συνίστασθαι. Τὴν σωματικὴν ἄσκησιν συμβάλλεσθαι πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. Τὸν σοφὸν μήτε φθονήσειν, μήτε ἐρασθήσεσθαι ἢ δεισιδαιμονήσειν· γίνεσθαι γὰρ ταῦτα παρὰ κενὴν δόξαν. Λυπήσεσθαι μέντοι καὶ φοβήσεσθαι· φυσικῶς γὰρ γίνεσθαι. Καὶ τὸν πλοῦτον δὲ ποιητικὸν ἡδονῆς εἶναι, οὐ δι' αὑτὸν αἱρετόν. Τά τε πάθη καταληπτά. Ἔλεγον οὖν αὐτά, οὐκ ἀφ' ὧν γίνεται. Ἀφίσταντο δὲ καὶ τῶν φυσικῶν διὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκαταληψίαν· τῶν δὲ λογικῶν διὰ τὴν εὐχρηστίαν ἥπτοντο. Μηδέν τε φύσει εἶναι δίκαιον, ἢ καλόν, ἢ αἰσχρόν, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει. Ὁ μέντοι σπουδαῖος οὐδὲν ἄτοπον πράξει διὰ τὰς ἐπι-

igitur Aristippi ratio fuit, ut virtutes ejus et vitia commune quoddam haberent vinculum et quasi cognatione quadam inter se continerentur (46). Itaque recte Cicero De offic. I, 41 : « Nec quemquam, inquit, hoc errore duci oportet, ut si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. »

Præter hunc, de quo disputamus, alii quoque fuere Aristippi, ex quibus omnibus quattuor duntaxat clarum in litteris nomen habuerunt. Eorum clarissimus et primus est Cyrenaicæ philosophiæ parens; secundus, rerum Arcadicarum scriptor (47); tertius qui, quod a matre institutus esset, Μητροδίδακτος cognominatus est, primi ex filia nepos; quartus ex nova Academia philosophus (48). Cyrenæi autem (49) hæcce scripta memorantur. Tres historiæ Libycæ libri ad Dionysium missi. Unus in quo fuerunt dialogi viginti quinque, partim attica partim dorica dialecto conscripti. Atque hi quidem fuisse perhibentur Artabazus. Ad naufragos. Ad exsules. Ad mendicum. Ad Laidem. Ad Porum. Ad Laidem de speculo. Hermias. Somnium. Ad pincernam. Philomelus. Ad domesticos. Ad objurgantes, quod vetus vinum scortaque possideret. Ad reprehendentes, quod sumtuose obsonaretur. Epistola ad Areten filiam. Ad eum qui se ad Olympia exercebat. Interrogatio. Alia interrogatio. Chria ad Dionysium; item alia de imagine et alia de Dionysii filia. Ad eum qui contemni sibi videbatur. Ad eum qui suadere tentabat. Quidam illum et Disputationum sex libros scripsisse ajunt; alii prorsus scripsisse negant, ex quibus etiam Sosicrates Rhodius est. Porro, ut Sotion in secundo et Panætius referunt, hæc ejus volumina fuerunt : De disciplina. De virtute. Suasoria. Artabazus. Naufragi. Exsules. Disputationum libri sex. Chriarum libri tres. Ad Laidem. Ad Porum. Ad Socratem. De fortuna. Illud mirandum, quod Diogenes Laertius qui aliis locis (50) sæpe citat Aristippi *de vetere luxu* commentarios, in scriptorum ejus enumeratione hoc opus omittit. Qua de re idem sentio quod Luzacius Lectt. Att. p. 108 ita scribens : « A tali viro, qualem Aristippum modo dicebamus, qui moribus erat facilis, comis, humanus, quamquam in vita desultorius, sibique ac suis præceptis minime constans, a tali, inquam, viro proficisci neutiquam potuerunt commentarii Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς probrorum in summos sapientiæ magistros vivendique præceptores pleni; quos libros tanquam Aristippi plus semel in testimonium Diogenes quidem vocat Laertius, sub tanti tamen viri nomine suppositos esse censet Bruckerus (Hist. phil. I p. 592) ab hominibus impudentibus, qui suos ipsi mores illius auctoritate tegere vellent : cui equidem plane

τιμένας ζημίας καὶ δόξας. — (46) Diogenes Laertius lib. II, 67 : διό ποτε Στράτωνα, οἱ δὲ Πλάτωνα, πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, Σοὶ μόνῳ ὄἕδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος. — (47) Vid. Clement. Alexandr. Strom. I p. 139 et Schol. Theocrit. I, 3. — (48) Vid. Fabric. Bibl. Græc. III pag. 163 ed. Harl. — (49) Diogenes Laertius lib. II, 83-85 : γεγόνασι δ' Ἀρίστιπποι τέσσαρες· περὶ οὗ τε ὁ λόγος, καὶ δεύτερος ὁ τὰ περὶ Ἀρκαδίας γεγραφώς· τρίτος, ὁ μητροδίδακτος, θυγατριδοῦς τοῦ πρώτου· τέταρτος, ὁ ἐκ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας. Τοῦ δὲ Κυρηναϊκοῦ φιλοσόφου φέρεται βιβλία, τρία μὲν ἱστορίας τῶν κατὰ Λιβύην, ἀπεσταλμένα Διονυσίῳ. Ἐν δὲ ἐν ᾧ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν· οἱ μὲν Ἀττιδί, οἱ δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ γεγραμμένοι οἵδε· Ἀρτάβαζος. Πρὸς τοὺς ναυαγούς. Πρὸς τοὺς φυγάδας. Πρὸς πτωχόν. Πρὸς Λαΐδα. Πρὸς Πῶρον. Πρὸς Λαΐδα περὶ τοῦ κατόπτρου. Ἑρμείας. Ἐνύπνιον. Πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς κύλικος. Φιλόμηλος. Πρὸς τοὺς οἰκείους. Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας, ὅτι κέκτηται οἶνον παλαιὸν καὶ ἑταίρας. Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ὅτι πολυτελῶς ὀψωνεῖ. Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρήτην τὴν θυγατέρα. Πρὸς τὸν εἰς Ὀλυμπίαν γυμνάζοντα ἑαυτόν. Ἐρώτησις. Ἄλλη ἐρώτησις. Χρεία πρὸς Διονύσιον, Ἄλλη ἐπὶ τῆς εἰκόνος, Ἄλλη ἐπὶ τῆς Διονυσίου θυγατρός. Πρὸς τὸν οἰόμενον ἀτιμάζεσθαι. Πρὸς τὸν συμβουλεύειν ἐπιχειροῦντα. Ἔνιοι δὲ καὶ διατριβῶν αὐτόν φασιν ἓξ γεγραφέναι, οἱ δ' οὐδ' ὅλως γράψαι· ὧν ἐστι καὶ Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος. Κατὰ δὲ Σωτίωνα ἐν δευτέρῳ καὶ Παναίτιον ἔστιν αὐτῷ συγγράμματα τάδε· Περὶ παιδείας. Περὶ ἀρετῆς. Προτρεπτικός. Ἀρτάβαζος, Ναυαγοί, Φυγάδες, Διατριβῶν ἓξ, Χρειῶν τρία, πρὸς Λαΐδα, Πρὸς Πῶρον, Πρὸς Σωκράτην, Περὶ τύχης. — (50) Diogenes Laertius lib. I, 96 de Periandro : Φησὶ δὲ Ἀρίστιππος ἐν πρώτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς περὶ αὐτοῦ τάδε, ὡς ἄρα ἐρασθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ Κράτεια συνῆν αὐτῷ λάθρα· καὶ ὃς ἤδετο. Φανεροῦ δὲ γενομένου, βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο διὰ τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τῇ ψώρᾳ. Vid. Parthen. rer. amatoriar. cap. 17. — Idem V, 3 : Ἀρίστιππος δ' ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν ἐρασθῆναι τὸν Ἀριστοτέλην παλλακίδος τοῦ Ἑρμείου. — Idem II, 23 de Socrate : οὗ [sc. Ἀλκιβιάδου] καὶ ἐρασθῆναί φησιν αὐτὸν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. Cf. Athenæus XIII p. 566. D. — Idem II, 48 de Xenophonte : καὶ αὐτόν φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς ἐρασθῆναι Κλεινίου· πρὸς ὃν καὶ ταῦτα εἰπεῖν· Νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῶμαι ἢ τἆλλα πάντα ἐν ἀνθρώποις καλά. Τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων πάντων δεξαίμην ἂν ἢ Κλεινίου ἑνὸς ὄντος γενέσθαι. Ἄχθομαι δὲ νυκτὶ καὶ ὕπνῳ, ὅτι ἐκεῖνον οὐχ ὁρῶ· ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα, ὅτι μοι Κλεινίαν ἀναφαίνουσι. — Idem III, 29 de Platone : Ἀρίστιππος δ' ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν αὐτὸν Ἀστέρος μειρακίου τινός, ἀστρολογεῖν συνασκουμένου, ἐρασθῆναι· ἀλλὰ καὶ Δίωνος τοῦ προειρημένου. — Idem IV, 19 de Polemone Atheniensi : ὡς ἔοικε δή, ὁ Πολέμων κατὰ πάντα ἐζηλώκει τὸν Ξενοκράτην· καὶ ἐρασθῆναι αὐτοῦ φησιν Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. — Idem V, 39 de Aristotele : οὗ (Θεοφράστου) καὶ τοῦ υἱέος Νικομάχου φησὶν ἐρωτικῶς διαθῆναι, καίπερ ὄντα διδάσκαλον, Ἀρίστιππος ἐν τετάρτῳ Περὶ παλαιᾶς τρυφῆς.

assentior, etsi Baelius (Lex. v. *Aristote*) cæterique fidem istorum libellorum sine ulla fraudis suspicione fuerint secuti. Præterquam enim quod calumniæ in philosophos aliarum sectarum principes alienæ videantur fuisse ab illius persona, qui, ab ἀγελάστῳ Aristoxeno similibusque plane diversus, delectationem amabat et gaudia, jocosque excipiebat jocis, non maledictis et injuriis; ipsa insuper temporum ratio, tali in causa argumentum certissimum, non patitur ut turpia de moribus Aristotelis prodere, aut Polemonem fœdo amore a severissimo Xenocrate dilectum, Socratis auditor scribere potuerit, diu ante demortuus, quam florerent in schola Aristoteles et Xenocrates. »

Ex illis, quæ sub Aristippi nomine feruntur, fragmentis plerique epistolas cum Bentlejo tanquam subditicias familia submoverunt. Ac Bentlejus quidem Opusc. philol. p. 49 de Socraticorum epistolis disputans : « Epistola, inquit, VIII, IX, XII et XIII jocantur inter se Antisthenes, Aristippus et Simon sutor. Indignum istorum hominum memoria est, existimare, tali eos ratione fuisse jocatos nugatosque; inprimis e Sicilia Athenas usque misisse tam scurrilia, quæ ne convivas quidem inter pocula decerent. » Idem p. 55 Aristippi epistolam ad Areten filiam propterea maxime damnat, quod non dorice, sed attice scripta sit. Contra Valckenarius Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 190 de iisdem Aristippei ingenii monumentis ita disserit : « Quæ quidem in istis epistolis Aristippi nomen præferunt, dorice scriptæ, IX, XI, XIII, XVI nihil quantum memini continent indignum Aristippi persona; sed eidem inscriptam epistolam XXVII, velut ad Areten filiam datam, qualem tamen memorat Diogenes Laertius lib. II, 84, in qua nulla sunt dorismi vestigia, illam tanquam spuriam rejicio, nec tamen omnes cum præstantissimo sane viro Jo. Pearsono Vind. Ignat. p. 361. » Mihi illæ epistolæ omnes, si fictæ sunt, probabiliter fictæ videntur, adeo ut nihil habeant quod ab Aristippi moribus abhorreat, nihil quod non conveniat istis ad quas datæ sunt personis, nihil denique quod Græcorum annalibus ignotum sit. Quamobrem epistolas una cum librorum ac sententiarum reliquiis edendas putavi cunctaque tanti philosophi fragmenta post Orellium Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. vol. II (Lipsiæ 1821) p. 153-175 et Epist. Socraticorum et Pythagoreorum (Lipsiæ 1815) p. 16 seqq. collegi ac diligenter recensui. Quo in genere id operam dedi, ut epistolia in quibus doricæ vocum formæ magna ex parte a librariis deletæ atque in atticas vel communes conversæ sunt, quales in membranis comparent, conservarentur. Nam majora tantum menda corrigenda esse ratus, minora vel librariis vel ipsi auctori assignanda tollere nolui. Emendatis denique hisce fragminibus novam interpretationem latinam adjunxi.

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ARISTIPPI CYRENÆI
SENTENTIÆ ET APOPHTHEGMATA.

1. Τοῦτον φασί ποτε κελεῦσαι πέρδικα πεντήκοντα δραχμῶν ἐωνῆσθαι· αἰτιασαμένου δέ τινος, Σὺ δ' οὐκ ἄν, εἶπεν, ὀβολοῦ τοῦτον ἐπρίω; ἐπινεύσαντος δέ, Τοσοῦτον, ἔφη, ἐμοὶ δύνανται αἱ πεντήκοντα δραχμαί.

(Diogenes Laertius lib. II, 66. Aliter rem enarrat Athenæus lib. VIII p. 343. C : ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρίστιππος ὁ Σωκρατικὸς ὀψοφάγος ἦν· ὅστις καὶ ὑπὸ Πλάτωνός ποτε ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῇ ὀψοφαγίᾳ, ὥς φησι Σωτίων καὶ Ἡγήσανδρος. Γράφει δὲ οὕτως ὁ Δελφός· Ἀρίστιππος, Πλάτωνος ἐπιτιμήσαντος αὐτῷ διότι πολλοὺς ἰχθῦς ἠγόρασε, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι. Τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν ἠγόρασα τοσούτου, Ὁρᾷς οὖν, εἶπεν, ὦ Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐγὼ ὀψοφάγος, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.)

2. Διονυσίου ποτέ, τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν, μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπών· Οὐδὲ τῷ Πάριδι συνήνεγκε μίαν προκρῖναι. Ἀπαγαγὼν μέντοι, φασίν, αὐτὰς ἄχρι τοῦ θυρῶνος, ἀπέλυσεν. Οὕτως ἦν καὶ ἑλέσθαι καὶ καταφρονῆσαι πολύς.

(Diogenes Laertius lib. II, 67. Ejusdem facti obiter meminit Athenæus lib. XII pag. 544 D : παρὰ Διονυσίῳ διηνέχθη τισὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν.)

3. Διονυσίου προσπτύσαντος αὐτῷ ἠνέσχετο· μεμψαμένου δέ τινος, Εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι βαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι χρέμματι βανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω;

(Diogenes Laertius lib. II, 67. Pro membranarum scriptura χράμματι Menagius bene χρέμματι substituit. Aliter Athenæus lib. XII pag. 544. D, ex Hegesandro : Ἀρίστιππος βαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπτόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι ὑπ' Ἀντιφῶντος, Εἰ δ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον;)

4. Παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε καί φησιν· Εἰ ταῦτα ἐμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. Ὁ δέ· Καὶ σύ, εἶπεν, εἴπερ ἤδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες.

(Diogenes Laertius lib. II, 68. Similiter Horatius lib. I epist. XVII, 13 si pranderet olus patienter, regibus uti nollet Aristippus : Si sciret regibus uti, fastidiret olus, qui me notat. Valerius Maximus lib. IV cap. 3 : Idem Syracusis, quum olera ei lavanti Aristippus dixisset, Si Dionysium adulare velles, ista non esses : Imo, inquit, si tu ista esse velles, non adulares Dionysium. Cf. supra Diogenis fragm. 200.)

5. Ἐρωτηθείς ποτε, τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι, ἔφη· Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν.

(Diogenes Laertius lib. II, 68.)

6. Ἐρωτηθείς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη· Τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥαλέως ὁμιλεῖν.

(Diogenes Laertius lib. II, 68. Apulejus in Floridis : At ego, quod Aristippus dixit, experiar, Aristippus ille Cyrenaicæ sectæ repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogavit, quid illi philosophiæ

---

1. Ajunt hunc aliquando jussisse perdicem quinquaginta drachmis emi. Quod quum quidam ipsi objiceret : *Tune illam*, inquit, *obolo non emeres*? Annuente vero illo : *Mihi*, ait, *tantum valent quinquaginta drachmæ*.

2. Quum Dionysius quondam ex tribus meretricibus unam eligere ipsum jussisset, tres simul abduxit, dicens, ne Paridi quidem profuisse, quod unam cæteris prætulerit. Has vero ad vestibulum usque deductas dimisisse fertur. Adeo ille et eligendi et contemnendi peritus fuit.

3. Asputus a Dionysio contumeliam æquo animo perpessus est. Qua in re quoniam reprehendebatur a quodam, *Itane vero*, inquit, *piscatores ut gobium venentur, mari patiuntur se aspergi, et ego, ut blennum capiam, non patiar sputo me aspergi?*

4. Prætereuntem quandoque Diogenes olera lavans hoc modo cavillatus est : *Si hæc esitare didicisses, tyrannorum aulas non sectareris. Tu vero*, ait ille, *si quidem conversari cum hominibus scires, olera profecto non lavares.*

5. Rogatus aliquando, qua re philosophi excellerent, *Si omnes*, inquit, *leges abrogatæ fuerint, eodem modo vivemus.*

6. Interrogatus, quem fructum e philosophiæ studio

studium tam impensum tamque diutinum profuisset. Aristippus respondit : ut cum omnibus hominibus secure et intrepide fabularer. At Antisthenes apud Diog. Laert. lib. VI, 6 : ἐρωτηθείς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη· Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν.)

7. Ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν, Εἰ τοῦτ', ἔφη, φαῦλόν ἐστιν, οὐκ ἂν ἐν ταῖς τῶν θεῶν ἑορταῖς ἐγίνετο.

(Diogenes Laertius lib. II, 68.)

8. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Διονυσίου· διὰ τί οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται, οἱ δὲ πλούσιοι ἐπὶ τὰς τῶν φιλοσόφων οὐκέτι, ἔφη· Ὅτι οἱ μὲν ἴσασιν ὧν δέονται, οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν.

(Diogenes Laertius lib. II, 69. Alii hoc dictum Simonidi tribuunt. Aristoteles Rhet. lib. II, cap. 16, pag. 1391 ed. Bekker. : ὅθεν καὶ τὸ Σιμωνίδου εἴρηται περὶ τῶν σοφῶν καὶ πλουσίων πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Ἱέρωνος ἐρομένην πότερον γενέσθαι κρεῖττον πλούσιον ἢ σοφόν· πλούσιον εἰπεῖν· τοὺς σοφοὺς γὰρ ἔφη ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις διατρίβοντας. Stobæus Flor. XCI, 31 : Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς πότερον αἱρετώτερον πλοῦτος ἢ σοφία, Οὐκ οἶδα, ἔφη, ὁρῶ μέντοι γε τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας φοιτῶντας. In eandem sententiam Antisthenes apud Stobæum, Flor. III, 46 : Ἀντισθένης ἐρωτηθείς τί ὄφελος ὁτιοῦν οὐχ οἱ πλούσιοι πρὸς τοὺς σοφοὺς ἀπίασιν ἀλλ' ἀνάπαλιν, εἶπεν ὅτι οἱ σοφοὶ μὲν ἴσασιν ὧν ἐστιν αὐτοῖς χρεία πρὸς τὸν βίον· οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν· ἐπεὶ μᾶλλον σοφίας ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο.)

9. Ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῆν ὑπὸ Πλάτωνος, ἔφη, Ἆρα φαίνεταί σοι Διονύσιος ἀγαθός; τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, Καὶ μήν, ἔφη, ζῇ ἐμοῦ πολυτελέστερον· ὥστ' οὐδὲν κωλύει καὶ πολυτελῶς καὶ καλῶς ζῆν.

(Diogenes Laertius lib. II, 69.)

10. Ἐρωτηθείς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων ἔφη· Ὥσπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων.

(Diogenes Laertius lib. II, 69.)

11. Εἰσιών ποτε εἰς ἑταίρας οἰκίαν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μειρακίων τινὸς ἐρυθριάσαντος, Οὐ τὸ εἰσελθεῖν, ἔφη, χαλεπόν, ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν.

(Diogenes Laertius lib. II, 69.)

12. Αἰνιγμά τινος αὐτῷ προτείναντος καὶ εἰπόντος, Λῦσον· Τί, ὦ μάταιε, ἔφη, λῦσαι ἐμὲ θέλεις, ὃ καὶ δεδεμένον ἡμῖν πράγματα παρέχει;

(Diogenes Laertius Lib. II, 70. Scripsi λῦσαι ἐμὲ θέλεις; codd. λῦσαι θέλεις).

13. Ἄμεινον, ἔφη, ἐπαίτην ἢ ἀπαίδευτον εἶναι· οἱ μὲν γὰρ χρημάτων, οἱ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δέονται.

(Diogenes Laertius lib. II, 70. Proclus ad Hesiodi Op. et d. vs. 291 : οὗτος μὲν πανάριστος κτλ. Ζήνων μὲν ὁ Στωϊκὸς ἐνήλλαττε τοὺς στίχους, λέγων, Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται, ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδούς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς ἔλεγε, συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προσαιτεῖν.)

14. Λοιδορούμενός ποτε ἀνεχώρει· τοῦ δ' ἐπιδιώκοντος εἰπόντος, Τί φεύγεις; Ὅτι, φησί, τοῦ μὲν κακῶς λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις, τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ.

(Diogenes Laertius lib. II, 70. Aliter Stobæus Flor. XIX, 6 : Ἀρίστιππος λοιδορουῦντος αὐτόν τινος ἔφη· Τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ.)

15. Εἰπόντος τινός, ὡς ἀεὶ τοὺς φιλοσόφους βλέποι παρὰ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις· Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροί, φησί, παρὰ ταῖς τῶν νοσούντων· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτό τις ἕλοιτ' ἂν νοσεῖν ἢ ἰατρεύειν.

---

percepisset, *Posse*, inquit, *cum omnibus fidenter conversari.*

7. Reprehensus aliquando, quod magnifice viveret, *Si hoc*, inquit, *vituperandum esset, diebus deorum festis ac solemnibus non fieret.*

8. Sciscitanti Dionysio, cur philosophi divitum fores frequenter adirent, divites autem philosophorum domos non item, respondit : *Quod illi sciunt, quibus indigeant; at hi nesciunt.*

9. Reprehensus a Platone quondam, quod magnifice viveret : *Nonne*, inquit, *vir bonus tibi videtur esse Dionysius?* Eo assentiente : *Atqui ille*, ait, *me lautitia superat. Quamobrem nihil obstat, quominus et magnifice et honeste vivamus.*

10. Interrogatus, qua re docti indoctis antecellerent, *Eadem*, inquit, *qua domiti equi indomitis.*

11. Ingressus aliquando meretricis domum, quum erubesceret quidam eorum qui cum ipso erant adolescentium, *Non ingredi*, ait, *sed egredi non posse molestum est.*

12. Quum homo nescio quis ænigma ipsi proposuisset idque ab eo solvi vellet : *Quid*, inquit, *stulte, me solvere jubes, quod etiam ligatum nobis negotium exhibet?*

13. Præstare ajebat mendicum esse quam indoctum; illum enim pecuniis, hunc humanitate egere.

14. Quum aliquando conviciis incesseretur, abibat, insectatore vero, cur fugeret interrogante, *Quoniam*, inquit, *maledicendi tu potestatem habes, ego non audiendi licentiam.*

15. Dicenti cuidam, se philosophos semper divitum foribus astantes videre, *Et medici*, inquit, *ægrotorum foribus astant; nemo tamen est, qui idcirco ægrotare malit quam mederi.*

(Diogenes Laertius lib. II, 70. Similis est Antisthenis sententia apud Laertium lib. VI, 6.)

16. Εἰς Κόρινθον αὐτῷ πλέοντί ποτε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. Πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα, Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοίκαμεν, ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε; Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι.

(Diogenes Laertius lib. II, 71. Ejusdem rei meminerunt et alii scriptores. Ælianus var. hist. IX, 20 : πλέων Ἀρίστιππος, χειμῶνος ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. Ἔφη δέ τις τῶν συμπλεόντων· Ὦ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δέδοικας ὡς οἱ πολλοί; ὁ δέ· Καὶ μάλα γε εἰκότως· ὑμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἡ σπουδὴ καὶ νῦν ὁ κίνδυνος, ἐμοὶ δὲ περὶ εὐδαιμονίας. Gellius XIX, 1 : Si quid ego in tanta violentia tempestatum videor paulum pavefactus, non tu istius rei ratione audienda dignus es : sed tibi sane Aristippus ille pro me responderit, qui in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, quum ille contra nihil metueret; non eandem esse causam sibi atque illi respondit; quoniam is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis, ipsum autem pro Aristippi anima timere.)

17. Σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ πολυμαθίᾳ, ἔφη· Ὥσπερ οὐχ οἱ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων, οὕτως οὐχ οἱ πολλά, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινωσκοντές εἰσι σπουδαῖοι.

(Diogenes Laertius lib. II, 71.)

18. Πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λογογράφον δίκην εἰπόντα καὶ νικήσαντα, ἔπειτα φάσκοντα πρὸς αὐτόν· Τί σε ὠφέλησε Σωκράτης; ἔφη· Τοῦτο, τοὺς λόγους, οὓς εἶπας ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀληθεῖς εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. II, 71.)

19. Τὰ ἄριστα ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀρήτῃ, συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτικὴν τοῦ πλείονος εἶναι.

(Diogenes Laertius lib. II, 72. In eandem sententiam Pseudaristippus in Epistolis Socraticorum p. 33 ed. Or. : ὑποτίθεμαί σοι τὰ πρὸς ἄρχοντας οἰκονομεῖν, ὥστε τὸ ἐμὸν συμβούλευμα τοῦτο συμφέρον δέχεσθαι. Τοῦτο δ' ἦν μὴ τοῦ πλείονος ὀριγνᾶσθαι. Vide fragm. 74.)

20. Ἐρωτηθείς ὑπό τινος, τί αὐτοῦ ὁ υἱὸς ἀμείνων ἔσται παιδευθείς, Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, εἶπεν, ἐν γοῦν τῷ θεάτρῳ οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ.

(Diogenes Laertius lib. II, 72. *Lapidem* etiam Latini hominem stultum vocant. Vid. Erasm. Adag. Chil. I. Cent. V. 89, pag. 144 ed. H. Stephani.)

21. Συνιστάντος τινὸς αὐτῷ υἱόν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμάς· τοῦ δὲ εἰπόντος, Τοσούτου δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι· Πρίω, ἔφη, καὶ ἕξεις δύο.

(Diogenes Laertius lib. II, 72. Mille drachmas poposcisse Aristippum auctor est Plutarchus in libro de liberis educandis cap. VII, 16, vol. VII pag. 17 ed. Hutten. : ἢ καὶ Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως ἀλλὰ πάνυ ἀστείως ἐπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ἐρωτήσαντος γάρ τινος αὐτόν, πόσον αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως· Χιλίας, ἔφη, δραχμάς. Τοῦ δέ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπέρπολυ τὸ αἴτημα, δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι· Τοιγαροῦν, εἶπε, δύο ἕξεις ἀνδράποδα, καὶ τὸν υἱὸν καὶ ὃν ἂν πρίῃ. Sed idem scriptor in Vitis decem oratt. vol. XII p. 240 ed. Hutten. Isocratem tale quid dixisse prodit. Verba græca sunt : πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πατέρα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ παιδίῳ· Τοιγαροῦν (ἔφη) ἄπιθι, δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα. Cf. Photius in Biblioth. cod. CCLX.)

22. Ἀργύριον εἶπε παρὰ τῶν γνωρίμων λαμβάνειν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι εἰδεῖεν, εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις.

(Diogenes Laertius lib. II, 72.)

23. Ὀνειδιζόμενός ποτε, ὅτι δίκην ἔχων ἐμισθώ-

---

16. Corinthum aliquando naviganti ac tempestate vexato accidit, ut mente turbaretur. Qua in re dicenti cuidam : *Nos vulgus ignobile non metuimus, vos vero philosophi cur trepidatis?* respondit : *Quid mirum? non enim de sua quisque vita vestræ simili solliciti sumus.*

17. Glorianti cuidam de multarum rerum scientia : *Quemadmodum*, inquit, *non ii qui plurimum comedunt plurimumque gymnicis certaminibus se exercent, melius valent, quam qui necessarios cibos sumunt : sic non qui multa, sed qui utilia legunt pro studiosis haberi possunt.*

18. Oratori qui causam pro ipso dixerat ac vicerat, sciscitanti, *Quid tibi profuit Socrates? In id*, inquit, *ut oratio, quam pro me habuisti, vera sit.*

19. Aretæ filiæ præclara sapientiæ præcepta dabat, exercens illam ad id quod nimium est contemnendum.

20. Rogatus a quodam, quam virtutis præstantiam filius ipsius, si litteris eruditetur, consecuturus esset, respondit : *Etiamsi nullam aliam, tamen in theatro saltem lapis lapidi non insidebit.*

21. Quum filium quispiam ei in disciplinam traderet, quingentas poposcit drachmas, eoque dicente, *Tanti mancipium emere possum*, respondit : *Eme et habebis duo.*

22. Pecuniam se a familiaribus accipere dixit, non ut ipse uteretur, sed ut illi scirent, in quas res pecuniam impendi conveniat.

23. Reprehensus aliquando, quod litigans ad causam

σατο ῥήτορα, Καὶ γάρ, ἔφη, ὅταν δεῖπνον ἔχω, μάγειρον μισθοῦμαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 72.)

24. Ἀναγκαζόμενός ποτε ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας, Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ πυνθάνῃ, τὸ δὲ πότε δεῖ λέγειν σύ με διδάσκεις· ἐπὶ τούτῳ δὴ ἀγαναχτήσαντα τὸν Διονύσιον ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι· καὶ τὸν, Ἐνδοξότερον, φάναι, τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 73. Latius hoc perscribit Athenæus lib. XII, p. 544 B: καὶ ταῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἔχαιρε, καίτοι πολλάκις ἐνυβριζόμενος. Ἡγήσανδρος γοῦν φησιν, ὡς καὶ ἀόξου ποτὲ κλισίας παρ' αὐτῷ τυχών, ἤνεγκεν, ἐρωτήσαντός τε τοῦ Διονυσίου, τί φαίνεται ἡ κατάκλισις πρὸς τὴν χθές, ἔφησε παραπλησίαν εἶναι. Ἐκείνη τε γάρ, ἔφησεν, ἀδοξεῖ τήμερον χωρισθεῖσα ἐμοῦ, χθὲς δὲ πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη δι' ἡμᾶς· αὕτη δὲ τήμερον καὶ ἔνδοξος γέγονε διὰ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, χθὲς δὲ ἠδόξει μὴ παρόντος ἐμοῦ. Cæterum de Aristippo Dionysii parasito legendus etiam Lucianus in Parasito.)

25. Αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ κολυμβᾶν, Οὐκ αἰσχύνῃ, εἶπεν, ἐπὶ δελφῖνος ἔργοις ἀλαζονευόμενος;

(Diogenes Laertius lib. II, 73.)

26. Ἐρωτηθείς ποτε, τίνι διαφέρει ὁ σοφὸς τοῦ μὴ σοφοῦ, ἔφη· Εἰς ἀγνῶτας τοὺς δύο γυμνοὺς ἀπόστειλον, καὶ εἴσῃ.

(Diogenes Laertius lib. II, 73. Cf. infra fragm. 61 et Phædr. fab. IV, 21 de Simonidis naufragio.)

27. Αὐχοῦντός τινος ἐπὶ τῷ πολλὰ πίνειν καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, Τοῦτο καὶ ἡμίονος, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. II, 73.)

28. Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι ἑταίρᾳ συνοικεῖ, Ἆρά γε, εἶπεν, μή τι διενέγκαι οἰκίαν λαβεῖν, ἐν ᾗ πολλοί ποτε ᾤκησαν, ἢ μηδείς; Εἰπόντος δέ, οὔ· Τί δέ, πλεῦσαι ἐν νηΐ, ᾗ μυρίοι ποτὲ ἐνέπλευσαν, ἢ μηδεὶς εἷς; Οὐδαμῶς. Οὐδ' ἄρα γυναικί, ἔφη, συνεῖναι, ᾗ πολλοὶ χέχρηνται, ἢ μηδείς.

(Diogenes Laertius lib. II, 74. De eadem re Athenæus lib. XIII pag. 588 E, F: Ἀρίστιππος δὲ κατ' ἔτος συνδιημέρευεν αὐτῇ (Laidi) ἐν Αἰγίνῃ τοῖς ποσειδωνίοις· καὶ ὀνειδιζόμενος ὑπὸ οἰκέτου ὅτι « Σὺ μὲν αὐτῇ τοσοῦτον ἀργύριον δίδως, ἡ δὲ προῖκα διογένει τῷ κυνὶ συγκυλίεται, « ἀπεκρίνατο « Ἐγὼ Λαΐδι χορηγῶ πολλά, ἵνα αὐτὸς αὐτῆς ἀπολαύω, οὐχ ἵνα μὴ ἄλλος. » Τοῦ δὲ Διογένους εἰπόντος αὐτῷ « Ὦ Ἀρίστιππε, κοινῇ συνοικεῖς πόρνῃ. Ἢ κύνιζε οὖν ὡς ἐγώ, ἢ πέπαυσο. » Καὶ ὁ Ἀρίστιππος « Ἆρά γε μή τί σοι ἄτοπον δοκεῖ εἶναι, Διόγενες, οἰκίαν οἰκεῖν, ἐν ᾗ πρότερον ᾤκησαν ἄλλοι; » Οὐ γάρ. « Τί δαί; ναῦν ἐν ᾗ πολλοὶ πεπλεύκασιν; » Οὐδὲ τοῦτο, ἔφη. « Οὕτως οὖν οὐδὲ γυναικὶ συνεῖναι ἄτοπόν ἐστιν ᾗ πολλοὶ χέχρηνται. »)

29. Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὢν ἀργύριον λαμβάνει, καὶ γὰρ Σωκράτῃ, πεμπόντων αὐτῷ τινων καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν, Καὶ μάλα, εἶπεν, εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων, ἐγὼ δὲ Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον.

(Diogenes Laertius lib. II, 74. Emendavi locum cum Desiderio Heraldo lib. De rerum judicatarum auctoritate p. 345. Antea legebatur: ἀργύριον λαμβάνει, καὶ μάλα, εἶπε· καὶ γὰρ Σωκράτη, πεμπόντων αὐτῷ τινῶν καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν· εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους κτλ.)

30. Πρὸς τοὺς μεμφομένους, ὅτι ἐχρῆτο Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, ἔφη· Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἥττᾶσθαι ἡδονῶν ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι.

(Diogenes Laertius lib. II 75. Sic et Athe-

---

dicendam oratorem conduxisset, *Atqui*, inquit, *et coquum, quum cœnam apparo, conduco.*

24. Cogente eum aliquando Dionysio, ut de quodam philosophiæ loco dissereret, *Ridiculum est*, inquit, *te ex me dicendi rationem quærere, quando autem dicendum sit, mihi præscribere.* Quam rem indignatus Dionysius in infimo lecto accumbere jussit. Sed ille, *Honoratiorem*, inquit, *hunc locum esse voluisti.*

25. Glorianti cuidam de natandi arte, *Non erubescis*, inquit, *de opere delphinorum proprio gloriari?*

26. Interrogatus aliquando, qua re sapiens insipienti antecelleret, respondit: *Ubi ambo nudos ad ignotos miseris, hoc compertum habebis.*

27. Glorianti cuidam in eo quod multum bibens non inebriaretur, *Hoc*, inquit, *etiam mulus potest.*

28. Exprobranti, quod meretricem contubernalem haberet, *Numquid interest*, inquit, *utrum domum accipias, in qua multi aliquando habitaverint, an illam, in qua nemo?* Negante illo, *Quid*, inquit, *num interesse putas, utrum ea navi veharis, qua innumeri olim navigaverint, an ea qua nemo?* Minime, inquit ille. *Ergo*, ait, *nihil interest, utrum cum muliere consuescas, cum qua multi rem habuerint, an cum illa quæ sese nemini prostituerit.*

29. Quum argueretur pecuniam a discipulis accipere, quamvis e Socratis disciplina prodiisset; Socratem enim, quum cibum et vinum quidam ipsi mitterent, paucis acceptis cætera remittere solitum: *Profecto*, inquit, *siquidem Socrates dispensatores habebat Atheniensium principes, ego Eutychidem servum emtitium.*

30. Reprehendentibus, quod cum Laide meretrice rem haberet, *Habeo*, inquit, *Laidem, non habeor ab illa.* Nam cupiditatibus imperare, nec servire eis, pulchrum esse, non abjicere omnem cupiditatem.

næus lib. XII, p. 544 D : ὁ δ' Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν· Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι, et Cicero epist. ad fam. IX, 26 : « sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset objectum, habere eum Laida. Habeo, inquit, non habeor a Laide. » Ubi vide Manutium. De eodem loco disputavit Muretus Var. lect. lib. VI cap. 7.)

31. Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ πολυτελῆ ὀψωνίαν ἔφη· Σὺ δ' οὐκ ἂν τριωβόλου ταῦτ' ἐπρίω; ὁμολογήσαντος δέ, Οὐκέτι τοίνυν, ἔφη, φιλήδονος ἐγώ, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.

(Diogenes Laertius lib. II, 75.)

32. Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος (ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος), ἀναχρεμψάμενος, προσέπτυσε τῇ ὄψει· τοῦ δ' ἀγανακτήσαντος· Οὐκ εἶχον, εἶπε, τόπον ἐπιτηδειότερον.

(Diogenes Laertius lib. II, 75. Convenit hoc factum magis in Diogenis Cynici mores, cui attribuit Galenus in Cohortatione ad artes cap. 4 : Διογένης ἐστιώμενος παρά τινι, τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. Ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ καὶ τὴν οἰκίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν ἔφησεν ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας. Ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρά, καὶ τὴν στρωμνήν, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι· μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον· εἰθίσθαι δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπων ἀποπτύειν. Vide Diogenis Cynici fragm. 94.)

33. Ἐρωτώμενος, πῶς ἀπέθανε Σωκράτης, ἔφη· Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην.

(Diogenes Laertius lib. II, 76.)

34. Πολυξένου ποτὲ τοῦ σοφιστοῦ εἰσελθόντος πρὸς αὐτόν, καὶ θεασαμένου γυναῖκάς τε καὶ πολυτελῆ ὀψωνίαν, ἔπειτα αἰτιασαμένου, μικρὸν διαλιπών, Δύνασαι, ἔφη, καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν σήμερον γενέσθαι; τοῦ δ' ἐπινεύσαντος, Τί οὖν, ἔφη, ἐμέμφου; ἔοικας γὰρ οὐ τὴν ὀψωνίαν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλωμα αἰτιᾶσθαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 76-77.)

35. Τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον καὶ βαρυνομένου, Ἀπόχεε, ἔφη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε·

(Diogenes Laertius lib. II, 77. Ejusdem rei meminit Suidas : λέγεται δὲ ὅτι καὶ τοῦ παιδὸς αὐτῷ φέροντος ἀργύριον, καὶ ἀχθομένου τῷ βάρει, τὸ βαροῦν ἀπόβαλε, ἔφη. Tangit etiam Horatius Serm. lib. II, 3,100 : quid simile isti Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum in media jussit Libya, quia tardius irent Propter onus segnes. Denique Ausonius Idyllio XXXI : spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum.)

36. Πλέων ποτέ, ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικόν, λαβὼν τὸ χρυσίον ἠρίθμει· ἔπειτα εἰς θάλατταν, ὡς μὴ θέλων, παρακατέβαλε, καὶ ὤμωξεν. Οἱ δὲ καὶ ἐπειπεῖν φασιν αὐτόν, ὡς ἄμεινον ταῦτα ὑπ' Ἀριστίππου, ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 77. Similis Aristippi sententia est apud Stobæum Flor. LVIII, 13 : Ἀρίστιππος λέγοντός τινος αὐτῷ « διὰ σὲ ἀπόλωλεν ὁ ἀγρός, » Οὐκ οὖν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸν ἀγρὸν ἢ διὰ τὸν ἀγρὸν ἐμέ; Nam Aristippum agrum perdidisse docet Plutarchus libr. de animi tranquillitate cap. VIII vol. X pag. 12 ed. Hutten. : χωρίον οὖν ἀπολέσας καλόν, ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προσποιουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν, Οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἓν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται; συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, Τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα; sed Laertio consentanea habet Suidas ita scribens : ἐπιβουλευόμενος δὲ ἐν πλῷ δι' ἃ ἐπήγετο, εἰς τὴν θάλασσαν ἐξέβαλεν αὐτά· ἡ γὰρ τούτων, ἔφη, ἀπώλεια, ἐμοὶ σωτηρία.)

---

31. Homini qui sumtuosum obsonatum ipsi exprobrabat : *Tu*, inquit, *ista tribus obolis non emeres?* Fatente illo, *Non tam igitur*, ait, *ego voluptarius sum, quam tu avarus.*

32. Quum aliquando Simus, Dionysii quæstor, homo natione Phryx et spurcus, conclavia magnifice instructa et lapidibus strata ei ostenderet, extussiens sputa in faciem ejus inspuit : tum illo rem ægre ferente, *Non habui*, inquit, *locum opportuniorem.*

33. Interrogatus, quomodo Socrates mortem obiisset, *Ita*, inquit, *ut ego obire cupiam.*

34. Ubi Polyxenus sophista aliquando ad eum ingressus intuitusque mulieres et sumtuosum obsonatum accusare ejusmodi luxum cœpit; brevi spatio interposito, *Potesne hodie*, inquit, *et tu nobiscum esse?* Et quum ille annuisset, *Cur ergo*, inquit, *querebaris? Videris enim non obsonatum, sed sumtum accusare.*

35. Portabat famulus in itinere pecuniam, qui quoniam onere premebatur, *Effunde*, ait, *quod nimium est, et fer quantum potes.*

36. Quum navigaret quondam navemque piraticam esse intellexisset, aurum prolatum numerabat, deinde quasi invitus in mare abjecit, atque ea scilicet in re ingemuit. Sunt qui eum hanc etiam vocem edidisse memorent : *Præstat hæc ab Aristippo, quam propter hæc Aristippum perdi.*

37. Διονυσίου ποτὲ ἐρομένου, ἐπὶ τί ἥκοι, ἔφη· Ἐπὶ τὸ μεταδώσειν ὧν ἔχει, καὶ μεταλήψεσθαι ὧν μὴ ἔχει. Ἔνιοι δὲ (φασὶν) οὕτως ἀποκρίνασθαι· Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἦκον παρὰ τὸν Σωκράτη· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος παρὰ σὲ ἥκω.

(Diogenes Laertius lib. II, 77-78.)

38. Κατεγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγορασίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων. Οἱ δὲ τοῦτο Διογένους φασί.

(Diogenes Laertius lib. II, 78.)

39. Καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι (φασὶ) τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι εἰπόντα·

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν·

τὸν δὲ Ἀρίστιππον λαβόντα καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι εὐστόχως εἰπεῖν·

Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
οὗτος ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

(Diogenes Laertius lib. II, 78. Prope eodem modo Suidas v. Ἀρίστιππος· καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθών, καὶ πίνων, ἐνίκα, καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς εἶπεν Εὐριπίδου ἰαμβικά, Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν, Ἄῤῥην πεφυκώς, καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος. Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος, καὶ γελάσας εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ, Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Pro Dionysio Archelaum perperam memorat Gregorius Nazianzenus Carm. Iamb. XVIII: Στολὴν γυναικῶν Ἀρχελάου τοῦ σοφοῦ (leg. τοῖς σοφοῖς), οὐκ οἶδ' ὅπως τε καὶ δι' ἥντιν' αἰτίαν, δωρουμένου· Πλάτων μὲν οὐ προσήκατο, ἴαμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου· Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. Ὁδί, ὡς τὸ δώρημ' ἦλθεν εἰς αὐτοῦ χέρας, φέροντος ἀνδρός, καὶ προθύμως λαμβάνει, καὶ τὴν ἰάμβου κομψότητ' ἰαμβίῳ βάλλει, τόδ' εἰπών· Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν οὗτος ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Cæterum de eadem re agit Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. III, 204.)

40. Δεόμενός ποτε περὶ φίλου Διονυσίου καὶ μὴ ἐπιτυγχάνων, εἰς πόδας αὐτοῦ πεσὼν ἔπεισε. Πρὸς οὖν τὸν ἐπισκώψαντα, Οὐκ ἐγώ, φησίν, αἴτιος, ἀλλὰ Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων.

(Diogenes Laertius lib. II, 79. Similiter Suidas: ὑπὲρ φίλου δὲ ἀξιῶν, καὶ μὴ τυγχάνων, τῶν ποδῶν ἥψατο καὶ ἔπεισε, καὶ Οὐ ταύτης ἐγὼ τῆς κολακείας αἴτιος, εἶπεν, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν γόνασι τὰς ἀκοὰς ἔχων. Restitui autem cum Joach. Kulnio πεσὼν ἔπεισε apud Laertium pro vulgata scriptura ἔπεσε.)

41. Διατρίβων ἐν Ἀσίᾳ καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Ἀρταφέρνου τοῦ σατράπου, πρὸς τὸν εἰπόντα, Καὶ ὧδε θαῤῥεῖς; Πότε γάρ, εἶπεν, ὦ μάταιε, θαῤῥήσαιμι ἂν μᾶλλον ἢ νῦν, ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνῃ διαλέξασθαι;

(Diogenes Laertius lib. II, 79.)

42. Τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι· καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Τῷ δ' ὁμοίον καὶ Ἀρίστων. Τὸν γὰρ Ὀδυσσέα, καταβάντα εἰς ᾅδου, τοὺς μὲν νεκροὺς πάντας σχεδὸν ἑωρακέναι καὶ συντετυχηκέναι, τὴν δὲ βασίλισσαν αὐτὴν μὴ τεθεᾶσθαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 79. Bioni hanc sententiam tribuit Plutarchus de liber. educ. cap. 10, vol. VII p. 26 ed. Hutten.: ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ

---

37. Interroganti Dionysio, quo animo venisset, respondit: *Ut quæ habeo tibi impertiam, quæ non habeo accipiam.* At quidam eum sic respondisse referunt: *Quando sapientia egebam, adii Socratem; nunc pecunia egens ad te veni.*

38. Condemnabat inertiæ homines in emtionibus vasa diligenter inspicientes, servorum autem emticiorum vitam leviter explorantes. Verum alii hoc Diogenis fuisse ajunt.

39. Quum aliquando Dionysius super vinum et epulas singulos in purpurea veste saltare jussisset, ajunt Platonem rejecta purpura dixisse:

Effeminata veste non possum indui.

Contra Aristippum sumta palla jamjam saltaturum scite hoc modo locutum esse:

Sacris nec Liberi
Patris pudica mens, puto, corrumpitur.

40. Quum pro amico quondam Dionysium deprecaretur neque tamen orando quidquam impetraret, ad pedes ejus provolutus hominem flexit. Cavillanti igitur, *Non ego*, inquit, *culpandus sum, sed Dionysius qui aures in pedibus habet.*

41. Quum in Asia commorans ab Artapherne satrapa comprehensus esset, interroganti, num ibi bono animo foret, respondit: *quando enim, o stulte, animosior sim, quam hoc tempore quo cum Artapherne collocuturus sum?*

42. Eos qui philosophia neglecta liberalium doctrinarum studiis vacarent, Penelopes ajebat procis esse simillimos: illos enim Melantho et Polydoram cæterasque ancillas habere, omnesque potius quam ipsam dominam matrimonio sibi jungere potuisse. Cui geminum illud Aristonis. Quippe Ulixem, quum descendisset ad inferos, mortuos fere omnes vidisse cum iisque collocutum esse, reginam vero ipsam non conspexisse.

Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι. At Aristoni assignat Stobæus Flor. IV, 110. Vid. Phil. Gr. Fragm. vol. I p. 493. Simile est illud Philonis Judæi in libro περὶ ἀποικίας : Τινὲς γὰρ τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεασθέντες ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας, καὶ κατεγήρασαν οἱ μὲν ἐν ποιήμασιν, οἱ δὲ ἐν γραμμαῖς, οἱ δὲ ἐν χρωμάτων κράσεσιν, οἱ δὲ ἐν ἄλλοις μυρίοις, οὐ δυνηθέντες ἐπὶ τὴν ἀστὴν ἀναδραμεῖν. Cæterum e Menagii correctione edidi τῷ δ' ὁμοίον pro τὸ δ' ὅμοιον.)

43. Ἐρωτηθείς, τίνα ἐστὶν ἃ δεῖ τοὺς καλοὺς παῖδας μανθάνειν, ἔφη· Οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται.

(Diogenes Laertius lib. II, 80.)

44. Πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι, Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον παιδείας δεόμενος, πρὸς δὲ Διονύσιον παιδιᾶς.

(Diogenes Laertius lib. II, 80.)

45. Ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ χρηματισαμένῳ φησὶ Σωκράτης, πόθεν σοι τοσαῦτα; καὶ ὅς· Ὅθεν σοι τὰ ὀλίγα.

(Diogenes Laertius lib. II, 80.)

46. Ἑταίρας εἰπούσης πρὸς αὐτόν, ἐκ σοῦ κύω, Οὐ μᾶλλον, ἔφη, γινώσκεις, ἢ εἰ δι' ὁλοσχοίνων ἰοῦσα ἔφασκες ὑπὸ τοῦδε κεκεντῆσθαι.

(Diogenes Laertius lib. II, 81.)

47. Ἠτιάσατό τις αὐτὸν τὸν υἱὸν ἀπορρίπτοῦντα, ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα. Καὶ ὅς, Καὶ τὸ φλέγμα, φησί, καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένους, ἀλλ' ἀχρεῖα ὄντα ὡς πορρωτάτω ῥίπτομεν.

(Diogenes Laertius lib. II, 81. Id uxori eum respondisse scribit Stobæus Flor. LXXVI, 14 : Μεμφομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς ὅτι τὸν υἱὸν οὐ προσίεται, καὶ λεγούσης ὅτι ἐκ σοῦ εἴη, ἀποπτύσας, Καὶ γὰρ τοῦτο, εἶπεν, ἐξ ἐμοῦ· ἀλλ' οὐδέν μοι χρήσιμόν ἐστιν.)

48. Ἐκδεξάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ Διονυσίου, Πλάτωνος ἄραντος βιβλίον, πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, Ἐγὼ μὲν γάρ, εἶπεν, ἀργυρίων, Πλάτων δὲ βιβλίων ἐστὶν ἐνδεής.

(Diogenes Laertius lib. II, 81.)

49. Πρὸς τὸν εἰπόντα, τίνος ἕνεκα ἐλέγχεται παρὰ Διονυσίου; Οὗ ἕνεκα, φησίν, οἱ ἄλλοι ἐλέγχουσιν.

(Diogenes Laertius lib. II, 81.)

50. Ἤτει Διονύσιον ἀργύριον, καὶ ὅς· Ἀλλὰ μὴν ἔφης οὐκ ἀπορήσειν τὸν σοφόν. Ὁ δ' ὑπολαβών, Δός, εἶπε, καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν· δόντος δέ, Ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἠπόρηκα.

(Diogenes Laertius lib. II, 82.)

51. Εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου,

Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στι δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ,

ὑπολαβὼν (ἔφη)·

Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ,

(Diogenes Laertius lib. II, 82, Aliter Plutarchus de audiendis poetis cap. XI, vol. VII pag. 116 ed. Hutten : καὶ ὁ Ζήνων ἐπανορθούμενος τὸ τοῦ Σοφοκλέους· Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται, κείνου 'στι δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ· μετέγραφεν· Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ, τῷ ἐλευθέρῳ νῦν συνεχφαίνων τὸν ἀδεῆ, καὶ μεγαλόφρονα, καὶ ἀταπείνωτον. Sed Pompejus quoque in Ægyptum fugiens eosdem Sophoclis versus usurpavit teste Plutarcho vit. Pomp. cap. 78 : μεταστραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱόν, εἶπε Σοφοκλέους ἰαμβεῖα· ὅστις δὲ πρὸς τύραννον κτλ. Cæterum versiculum οὐκ ἔστι δοῦλος κτλ. Diocles apud Laertium Ari-

---

43. Rogatus, quæ essent pueris honestis discenda, respondit : *Ea quæ viris usui futura sunt.*

44. Exprobranti, quod a Socrate ad Dionysium se contulisset, *Atqui*, inquit, *doctrina indigens ad Socratem sum profectus, ad Dionysium vero animi relaxationem et requiem quærens.*

45. Quum disputationibus suis rem suam auxisset sciscitanti Socrati, *unde tam multa haberet*, respondit : *Unde tu tam pauca.*

46. Meretrice ei dicente, *Ex te gravida sum*, *Non magis*, inquit, *hoc nosti, quam si per crassissimos juncos ambulans affirmares, hocce te punctam esse.*

47. Exprobrante ipsi quodam, quod filium quasi non ex se natum projiceret, *An vero*, inquit, *ignoramus et pituitam et pediculos ex nobis gigni, quæ tamen velut inutilia quam longissime projicimus?*

48. Cuidam, quod a Dionysio ipse pecuniam, Plato librum accepisset, objurganti respondit, *Nempe ego pecunia egeo, Plato libris.*

49. Interrogatus, qua in re a Dionysio reprehenderetur, *In eadem*, inquit, *in qua cæteri me reprehendunt.*

50. Poscebat nummos Dionysium; ille autem, *Atqui dixisti*, inquit, *sapientem nullius rei inopia laboraturum.* Tum sermone ejus excepto, *Da*, inquit, *et postea de hac re quæramus :* et quum dedisset : *Videsne*, ait, *me non indiguisse?*

51. Quum Dionysius ipsum sic alloculus esset :

Quisquis tyranni scilicet intrat regiam,
fit servus ejus, liber etsi venerit;

respondit :

Non servus ille fit, si liber venerit.

stippo ascribit, Plutarchus Zenoni attribuit, alii Platonis fuisse tradiderunt.)

52. Ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην μετ' οὐ πολύ, Οὐ διαλλαχθησόμεθα, οὐ παυσόμεθα, εἶπε, ληροῦντες; ἀλλὰ ἀναμενεῖς, ἕως ἂν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος ψλυαρῶν διαλλάξῃ; καὶ ὅς, Ἀσμένως, ἔφη· Μνημόνευε τοίνυν, εἶπεν Ἀρίστιππος, ὅτι σοι πρότερος, πρεσβύτερος ὤν, προσῆλθεν. Καὶ ὁ Αἰσχίνης, Εὖγε, νὴ τὴν Ἥραν, εὐλόγως εἶπας· ἐπεὶ πολλῷ μου βελτίων ὑπάρχεις. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχθρας, σὺ δὲ φιλίας ἄρχεις.

(Diogenes Laertius lib. II, 83. Hoc non Æschini, sed fratri dixisse Aristippum auctor est Stobæus Flor. LXXXIV, 19: Ἀρίστιππος ἔφησε πρὸς τὸν ἀδελφόν· Μέμνησο, ὅτι τῆς μὲν διαστάσεως σὺ ἤρξω, τῆς δὲ διαλύσεως ἐγώ. At cum Laertii narratione congruit Plutarchi testimonium De cohibenda ira cap. 14 ita scribentis: ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὐτῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καί τινος εἰπόντος· Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῖν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησίν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ. Καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προσελθὼν εἶπεν· Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; ὁ δ' Αἰσχίνης· Οὐδὲν (ἔφη) θαυμαστόν, εἰ πρὸς πάντα τῇ φύσει μου διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δέον πρότερος συνεῖδες.)

53. Κρατεῖ ἡδονῆς οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χρώμενος μέν, μὴ παρεκφερόμενος δέ, ὥσπερ καὶ νεὼς καὶ ἵππου, οὐχ ὁ μὴ χρώμενος, ἀλλ' ὁ μετάγων ὅποι βούλεται.

(Stobæus Flor. XVII, 18 Ἀριστίππου. Scripsi παρεκφερόμενος cum Jacobsio; codd. προεκφερόμενος.)

54. Ἀρίστιππος Κυρηναῖος φιλόσοφος θεασάμενός τινα ὀργιζόμενον καὶ διὰ τῶν λόγων χαλεπαίνοντα ἔφη· Μὴ τοὺς λόγους δι' ὀργῆς ἄγωμεν, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν διὰ τῶν λόγων καταπαύωμεν.

(Stobæus Flor. XX, 63 Ἀριστίππου.)

55. Ἀρίστιππος ἐρωτηθείς, τί θαυμαστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, Ἄνθρωπος ἐπιεικής, εἶπεν, καὶ μέτριος, ὅτι ἐν πολλοῖς ὑπάρχων μοχθηροῖς οὐ διέστραπται.

(Stobæus Flor. XXXVII, 25 Ἀρίστιππος.)

56. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος τοσοῦτον ἔφη διαφέρειν βασιλείαν τυραννίδος, ὅσον νόμος ἀνομίας καὶ ἐλευθερία δουλείας.

(Stobæus Flor. XLIX, 18 Ἀριστίππου.)

57. Τοῦ Διονυσίου λέγοντος πρὸς Ἀρίστιππον, Οὐδέν ὠφέλημαι ὑπὸ σοῦ, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, εἰ γὰρ ὠφέλησα, ἐπέπαυσο ἂν τῆς τυραννίδος, ὥσπερ ἱερᾶς νόσου.

(Stobæus Flor. XLIX, 22 Ἀριστίππου.)

58. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον δύσχρηστον, οὕτω καὶ ἡ πλείων κτῆσις· τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει· τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸν ἔξεστι καὶ μέρει.

(Stobæus Flor. XCV, 32 Ἀριστίππου.)

59. Ἀρίστιππος γυναῖκα καλὴν μικρὰν ἰδών, Μικρὸν κακὸν μέν, μέγα δὲ καλόν, ἔφη.

(Antonius Melissa Serm. de muliere forti ac temperante pag. 607.)

60. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναϊκὸς φιλόσοφος παρεκελεύσατο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι, ἅτινα αὐτοῖς καὶ ναυαγήσασι συγκολυμβήσει.

(Antonius et Maximus Serm. de disciplina et philosophia p. 704.)

61. Ἀρίστιππος, ἐπειδή ποτε πλείων, τοῦ σκάφους

---

52. Quum aliquando Æschini vehementer irasceretur, haud multo post, *Nonne in gratiam*, ait, *redibimus? nonne delirandi finem faciemus? Num exspectabis, donec nugator aliquis inter scyphos nos reconciliet?* Tum Æschines, *Libenter*, inquit. Aristippus vero subjecit, *Memento ergo, me quamvis ætate te præcurram, tamen priorem ad te accessisse.* Mox Æschines, *Recte sane*, inquit, *per Junonem, ac prudenter dixisti; nam me multo melior es. Ego enim inimicitiæ, tu concordiæ amicitiæ et caritatis auctor fuisti.*

53. Vincit voluptatem, non qui penitus abstinet, sed qui hoc modo utitur, ut nequaquam transversus agatur; ut navem et equum moderatur, haud qui non utitur, sed qui, quo libuerit, traducit.

54. Aristippus Cyrenensis philosophus hominem iratum et asperioribus verbis jurgantem conspicatus: *Ne verba*, inquit, *per iram proloquamur, sed verbis iram nostram leniamus.*

55. Aristippus interrogatus, quid esset admirandum in vita, respondit, *Vir probus et moderatus, quoniam, etiamsi inter multos improbos homines versetur, non tamen propterea depravatur.*

56. Aristippus Cyrenensis philosophus regnum a tyrannide tantum distare dixit, quantum lex a licentia et libertas a servitute distaret.

57. Quum Dionysius exprobraret Aristippo, quod nullam ex ejus amicitia utilitatem cepisset, *Vera loqueris*, inquit; *si quid enim tibi profuissem, tyrannide, tanquam morbo comitiali, liberatus esses.*

58. Non quemadmodum calceus major inutilis est, ita et possessio amplior. Nam nimia calcei magnitudo utentem impedit: opibus autem vel universis vel ex parte aliqua suo tempore uti licet.

59. Aristippus mulierem pulchram, sed parvam intuitus, *Parvum*, inquit, *malum, sed magnum decus.*

60. Aristippus, Cyrenaicus philosophus, adolescentes cohortatus est, ut ejusmodi viatica sibi pararent, quæ etiam cum naufragis una possent enatare.

61. Aristippus quum aliquando navigans, fracta scapha, in Syracusanorum littus ejectus esset, primum

ἀπολομένου, ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠιόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν εὐθάρρησε, θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν· ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τι καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. Ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος,

> Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
> τὴν ὧν σπανιστοῖς δέξεται ξωρήμασι;

προσιόντας τέ τινας ἴσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντας, ὅστις εἴη, καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας εὐθέως. Ὡς δ' εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο, μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει, κελεύειν αὐτοῖς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει.

(Galenus Protrept. ad litteras discendas cap. V p. 11 ed. Willet. De eadem re Vitruvius in præfat. libri VI : « Aristippus, philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodiensium littus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites dicitur : Bene speremus, hominum enim vestigia video; statimque in oppidum Rhodum contendit, et recta in gymnasium devenit : ibique de philosophia disputans muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerant, vestitum et cætera, quæ opus essent, præstaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti volnissent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari : tunc ita mandavit dicere, ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quæ etiam e naufragio una possent enatare. » Cf. supra fragm. 26. Simile Antisthenis dictum est apud Diog. Laert. lib. VI, 6. Cæterum versus τίς τὸν πλανήτην κτλ. qui petiti sunt ex Sophoclis Oedipo Coloneo, ipso fabulæ initio leguntur.)

62. Ἀρίστιππος Ὀλυμπίασιν Ἰσχομάχῳ συμβαλὼν ἠρώτα, τί Σωκράτης διαλεγόμενος οὕτω τοὺς νέους διατίθησι, καὶ μικρὰ ἄττα τῶν λόγων αὐτοῦ σπέρματα καὶ δείγματα λαβών, οὕτως ἐμπαθῶς ἔσχεν, ὥστε τῷ σώματι συμπεσεῖν καὶ γενέσθαι παντάπασιν ὠχρὸς καὶ ἰσχνός, ἄχρις οὗ πλεύσας Ἀθήναζε διψῶν καὶ διακεχαυμένος ἠρύσατο τῆς πηγῆς, καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἱστόρησεν, ἧς ἦν τέλος ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι.

(Plutarchus De curiositate cap. 2, vol. X p. 132 ed. Hutten.)

63. Ἀρίστιππος χωρίον ἀπολέσας καλὸν ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προσποιουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν· Οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἕν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται; Συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, Τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα;

(Plutarchus De animi tranquillitate cap. 8, vol. X p. 12 ed. Hutten.)

64. Πανταχόθεν (φησὶν ὁ Ἀρίστιππος) ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός.

(Teles apud Stobæum Flor. XL, 8.)

65. Ἀρίστιππος, ἑταίρων αὐτῷ τινων ὀδυρομένων βαρύτατα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πρὸς αὐτοὺς εἶπε λύπης ἀνασταλτικά, καὶ ταῦτα δὲ ἐν προοιμίοις· Ἀλλ' ἔγωγε ἦκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους.

(Elianus var. hist. lib. VII cap. 3. Scripsi cum Corae ἐν προοιμίοις; vulg. ἐν προοιμίῳ.)

66. Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐῴκει λέγειν ὁ Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικά-

---

quidem bono animo esse cœpit, quia in arena videbat descriptas formas geometricas : reputabat enim, sese ad Græcos et sapientes viros, non ad barbaros pervenisse. Mox, ubi Syracusanorum gymnasium ingressus est et hosce versus pronuntiavit :

> Quis Œdipum in diem vagantem et exulem
> bonis recipiet hoc die rarissimis?

habuit et qui ipsum adirent et qui postquam quis esset cognoverunt statim omnia quibus egeret homini impertirent. Deinde quum quidam Cyrenas, illius patriam, navigaturi sciscitarentur, num quid suis familiaribus renuntiari vellet : *Jubete*, inquit, *illos has sibi parare possessiones, quæ etiam fracta navi simul enatant cum possessore.*

62. Aristippus quum Olympiæ Ischomacho occurrisset, quæsivit ex eo, quibusnam disputationibus Socrates ita adolescentes afficeret, acceptisque exiguis sermonum ejus seminibus ac documentis, eo animi ardore abreptus est, ut et corpus marcesceret et plane pallidus gracilisque redderetur, donec sitiens et flagrans Athenas navigavit atque ex ipso fonte hausit, Socratemque et doctrinam ejus ac philosophiam cognovit : cujus philosophiæ finis est, agnoscere sua mala iisque liberari.

63. Aristippus, amisso prædio præclaro, ex eorum aliquo qui vehementer casum ejus dolere et inique ferre se simulabant, quæsivit : *Nonne tu unicum possides agellum, mihi tres fundi sunt reliqui?* Assenso illo, *Cur igitur*, inquit, *non tuam potius vicem doleam?*

64. Undique, inquit Aristippus, æqualis et similis via ad inferos patet.

65. Aristippus quum quidam ex sodalibus ejus gravissime lamentarentur, cum alia multa ad sedandum dolorem idonea illis dixit, tum etiam hæc in exordiis jactata : *At ego ad vos non veni, ut una dolerem, sed ut vos dolore liberarem.*

66. Omnino valde fortiter dicere videbatur Aristippus, hortans, ne præteritis angerentur homines neve de futuris

μνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν· εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἕλεω διανοίας ἀπόδειξις. Προσέταττε δὲ ἐφ' ἡμέρᾳ τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι ἢ ἐννοεῖ. Μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρόν, μήτε δὲ τὸ φθάσαν, μήτε τὸ προσδοκώμενον· τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι, τὸ δὲ ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔσται.

(Ælianus var. hist. lib. XIV cap. 7. Posui φθάσαν cum Corae; vulg. φθάνον.)

67. Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος χρισάμενος μύρῳ, κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι χρῆναι τοὺς κιναίδους ἔφασκεν τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβλημένους.

(Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. II p. 179 ed. Sylb. qui hæc explicationis causa præmittit: διαφέρει δὲ ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίεσθαι· τὸ μὲν γὰρ θηλυθρῳῶδες, τὸ δὲ χρίεσθαι τῷ μύρῳ λυσιτελεῖ ἔσθ' ὅτε. Similiter Diogenes Laertius in Aristippi vita lib. II, 76: πρὸς Χαρώνδαν εἰπόντα, Τίς ὁ μεμοριασμένος; Ἐγώ, φησίν, ὁ κακοδαίμων, καμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ Περσῶν βασιλεύς. Ἀλλ' ὅρα μή, ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων παρὰ τοῦτο τι ἐλαττοῦται, οὕτως οὐδ' ἂν ἄνθρωπος. Κακῶς κακοὶ δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῖν ἄλειμμα διαβάλλουσιν. Seneca de Benef. lib. VII cap. 25: Aristippus aliquando delectatus unguento, Male, inquit, istis effeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt.)

Ἀρίστιππος Ἀντισθένει.

68. Κακοδαιμονοῦμεν, ὦ Ἀντίσθενες, οὐ μετρίως. Πῶς γὰρ οὐ μέλλομεν κακοδαιμονεῖν, ὄντες παρὰ τυράννῳ, καὶ δεημέραι ἐσθίοντες καὶ πίνοντες πολυτελέα καὶ ἀλειφόμενοί τινι τῶν εὐωδεστάτων μύρων, καὶ σύροντες ἐσθῆτας μαλακὰς ἐκ Τάραντος. Καὶ οὐδείς με ἐξαιρήσεται τῆς Διονυσίου ὠμότητος, ὅστις μέ τοι ὥς τινα ἐνεχύριον οὐκ ἀγνῶτα, ἀλλὰ καὶ λόγων ἐπιμελητὰν τῶν Σωκρατικῶν κατέχει, ὥσπερ ἔφην, σιτίζων καὶ ἀλείφων, καὶ ἀμφιεννὺς τοιαῦτα. Καὶ οὔτε δίκαν φοβεῖται τῶν θεῶν, οὔτ' ἄνθρωπον αἰδεῖται, ὅστις με τοιαῦτα διατίθεται. Νῦν δ' αὖ καὶ τὸ κακὸν εἰς τὸ δεινότερον οἴχεται, ὅπου δεδώρηται γυναῖκας Σικελικὰς ἀναλέκτους τὸ κάλλος, καὶ ἀργύρια πάμπολλα. Καὶ πότε παύσεται ἄνθρωπος οὗτος τοιαῦτα ποιέων, οὐκ οἶδα. Εὖ οὖν ποιεῖς ἀχθόμενος ἐπὶ τᾷ κακοδαιμονίᾳ τῶν ἄλλων· κἀγὼ δὲ ἐπὶ τᾷ σᾷ εὐδαιμονίᾳ ἄδομαι, ἵνα σοι τὰ αὐτὰ δόξω ποιεῖν τε καὶ ἀποτίνειν τὰς χάριτας. Ἔρρωσο. Τῶν τε ἰσχάδων ἀποτίθεσο ὧν ἔχεις εἰς τὸ χεῖμα, καὶ τῶν ἀλφίτων ἔχου τῶν Κρητικῶν· ταῦτα γὰρ δοκέει ἀμείνω τοῦ χράματος εἶναι· καὶ ἀπὸ τᾶς Ἐννεακρούνω λούου τε καὶ πῖνε καὶ τὸν αὐτὸν τρίβωνα, θέρους τε καὶ χειμῶνος ἔχε ῥυπόωντα, ὡς πρέπει τῷ ἐλευθέρῳ καὶ ζῶντι ἐν Ἀθήναις δαμοκρατικῶς. Ἐγὼ μὲν γάρ, ἐξ οὗ εἰς τυραννουμένην ἦχον πόλιν τε καὶ νᾶσον, ᾔδειν, ὅτι κακοδαιμονήσω ταῦτα πάσχων, καθάπερ σύ μοι γράφεις. Νῦν δὲ ἐλεοῦντές με περιβλέποντι Συρακούσιοι καὶ Ἀκραγαντίνων οἱ ἐπιδημοῦντες, καὶ Γελώων, καὶ οἱ ἄλλοι Σικελιῶται. Τᾶς δὲ μανίας ἃς ἐμάνην εἰς ταῦτα ἐλθὼν ἀβούλως τὰ ἀποπήματα, ἐπαρῶμαι ἀρὰν

---

solliciti essent: id enim securitatis esse documentum et hilaris animi specimen. Jubebat autem in diem duntaxat viventes meditari de rebus suis rursusque eam diei partem spectare, qua quisque quid ageret aut cogitaret. Solum enim quod præsens foret nostrum esse ajebat, at neque præteritum, nec speratum quidquam; quippe alterum jam abiisse, alterum esse ne eventurum, incompertum haberi.

67. Aristippus philosophus quum unguento unctus esset, dicebat malos male perire oportere cinædos, qui unguenti utilitatem infamaverunt.

Aristippus Antistheni.

68. Non parum infortunatus sum, Antisthenes. Qui enim non sim, quum in aula tyranni verser, quotidie vero opipare et edam, et bibam, porro unguentis odoratissimis niteam delibutus, denique Tarentinas vestes easque longas mollesque trahem. Neque est profecto qui me Dionysii crudelitate liberare velit, qui me non rudem, sed Socraticæ sapientiæ antistitem pignoris loco detinet, cibos, ut dixi, unguenta, vestes quoque hujusmodi subministrans. Quin etiam neque divinam metuit pœnam, neque homines veretur, qui ita mecum agit. Verum nunc magnus miseriæ meæ cumulus accessit, quum Siculas mihi donaverit mulieres pulchritudine insignes et grandem pecuniam. Neque scio, quando homo hic talia patrandi finem facturus sit. Bene igitur facis, quod aliorum infelicitatem moleste fers: equidem vero tua felicitate lætor, ut eadem quæ tu facere et gratiam referre videar. Vale. Caricas, quas habes, in hiemem instantem conde et repone, farinamque Creticam capesse; omnibus enim ista opibus præstare arbitror. Præbeat tibi Ennecrunus fons et lavationem et potum. Sit idem tibi æstate et hieme pallium sordidum, ut decet hominem ingenuum in libera Atheniensium civitate populariter viventem. Ego enim, ex quo in urbem et insulam a tyranno oppressam veni, exploratum habebam, me infelicem fore hæc perpetientem, quemadmodum et tu mihi scribis. Jam vero me Syracusani atque ex Agrigentinis et Gelensibus quicunque hic peregrinantur cæterique Siculi miserantes aspiciunt. Detestans autem insaniam meam, propter quam temere ad hasce ineptias abii, ipse mihi merito diras imprecor, ne unquam ex istis malis emergam; quia quum tot annos habeam ac sapere videar, neque esurire, frigere, male audire, neque barbam promittere volui. Porro mittam tibi grandes candidosque lupinos, ut ubi adolescentibus Herculem prælegeris, habeas quod manduces. Jam enim, ut aiunt, nequaquam

κατ' ἐμαυτοῦ, ἃς ἄξιός εἰμι, μὴ ἐκλιπεῖν με τὰ κακὰ ταῦτα· ὅτι τε ἐγὼ γεγονὼς ἔτη τοσαῦτα, καὶ φρονεῖν δοκέων, πεινῆν καὶ ῥιγοῦν καὶ ἀδοξεῖν οὐκ ἠθέλησα, οὐδὲ πώγωνα τρέφειν μέγαν. Πέμψω δέ σοι τῶν θέρμων τὼς μεγάλως τε καὶ λευκώς, ἵν' ἔχῃς μετὰ τὸ ἐπιδείξασθαι τὸν Ἡρακλέα τοῖς νέοις, ὑποτρώγειν· αἰσχρὸν γὰρ οὐ φαντί σοι περὶ τοιούτων ἥδη λέγειν ἢ γράφειν. Διονυσίῳ γὰρ ἐάν τις λέγῃ περὶ θέρμων, αἰσχρόν γε οἶμαι διὰ τὼς τῶν τυράννων νόμως. Τὰ λοιπὰ δὲ παρὰ Σίμωνα τὸν σκυτοτόμον βάδιζε διαλεγόμενος, οὗ μεῖζόν σοι ἐν σοφίᾳ οὐδὲν ἔσται, οὐδ' ἂν γένοιτο. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀπηγόρευται τοῖς χειροτέχναις προσιέναι, ἐπειδὴ ὑφ' ἑτέρων ἐξουσίᾳ εἰμί.

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. p. 16 seq. ed. Orell.).

Αἰσχίνης Ἀριστίππῳ.

69. Ἔγραψα μὲν καὶ Πλάτωνι παρακαλῶν, ὅπως διαπράξησθε σωθῆναι τοὺς Λοκροὺς νεανίσκους, καὶ σοὶ δὲ τὰ αὐτὰ ἐπιστέλλων οὐχ ἁμαρτάνειν οἶμαι· ποιήσεις γὰρ ἅσμενος. Οἶσθα δὲ τὴν πρὸς αὐτούς μοι ἑταιρίαν, καὶ ὅτι Διονύσιος ἐξηπάτηται, ὡς ἀδικούντων αὐτῶν ἔχων δόξαν. Ἥδη πειρῶ τοῦτο ποιῆσαι θᾶττον. Ἔρρωσο.

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. pag. 17 ed. Orell.)

Ἀρίστιππος Αἰσχίνῃ.

70. Αυθήσονται τᾶς φυλακᾶς οἱ νεανίσκοι, περὶ ὧν μοι γράφεις, οἱ Λοκροί, καὶ οὐ τεθνάξονται· οὐδὲ ἀπολοῦντί τι τῶν χρημάτων, ἥκοντές γε παραυτὰ τοῦ θανεῖν. Ταῦτα δὲ Ἀντισθένει μὴ λέξῃς, εἰ σέσωκα τοὺς φίλους. Οὐ γὰρ αὐτῷ ἀρέσκει τυράννοις φίλοις χρῆσθαι, ἀλλὰ τὼς ἀλφιτοπώλας καὶ τὼς καπήλως ἀναζητεῖν, οἵτινες δικαίως τὰ ἄλφιτα καὶ τὸν οἶνον πωλοῦσιν ἐν Ἀθήναις, καὶ τὰς ἐξωμίδας μισθοῦσι τὰς παχείας, ὁπόταν οἱ σκίρωνες πνέωντι, καὶ τὸν Σίμωνα θεραπεύειν. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι χρᾶμα.

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. p. 17 seq. ed. Orell.)

Σίμων Ἀριστίππῳ.

71. Ἀκούω σε τωθάζειν ἡμᾶς τῆς σοφίας παρὰ Διονυσίῳ. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ εἶναι σκυτοτόμος καὶ ἐργάζεσθαι τοιαῦτα, καὶ ὁμοίως, εἰ δέοι, σκύτη τέμνειν αὖ πάλιν εἰς νουθεσίαν ἀνθρώπων ἀφρόνων, καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς χλιδῆς οἰομένων ζῆν παρὰ τὴν Σωκράτους βουλήν. Ἔσται δὲ ὁ σωφρονιστὴς τῶν ἀφρόνων ὑμῶν παιδιῶν Ἀντισθένης· γράφεις γὰρ αὐτῷ κωμῳδῶν ἡμῶν τὰς διατριβάς. Ἀλλὰ τούτων μέν, ὦ θεία φρήν, ἅλις καὶ πεπαίχθω πρὸς σέ μοι. Μέμνησο μέντοι λιμοῦ καὶ δίψης· ταῦτα γὰρ δύναται μέγα τοῖς σωφροσύνην διώκουσιν.

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. p. 18 ed. Orell.)

Ἀρίστιππος Σίμωνι.

72. Οὐκ ἐγώ σε κωμῳδῶ, ἀλλὰ Φαίδων, λέγων γεγονέναι σε κρείσσονα καὶ σοφώτερον Προδίκου τῶ Κείω [a], ὃς ἔφα ἀπελέγξαι σε αὐτὸν περὶ τὸ ἐγκώμιον τὸ εἰς τὸν Ἡρακλέα γενόμενον αὐτῷ. Θαυμάζω μέντοι σε καὶ ἐπαινῶ, εἰ σκυτικὸς ὢν σοφίας ἐμπλησθείς [b], πάλαι μὲν Σωκράταν ἔπειθες, καὶ τὼς καλλίστως τὼς νέως καὶ εὐγενεστάτως παρὰ σὲ καθέζεσθαι, οἷον Ἀλκιβιάδαν τε τὸν Κλεινίου, καὶ Φαῖδρον τὸν Μυρρινούσιον, καὶ Εὐθύδαμον τὸν Γλύκωνος, καὶ τῶν τὰ

---

turpem esse putas de talibus rebus vel sermonem tecum habitum vel epistolam ad te datam. Nam si quis coram Dionysio de lupinis loquatur, eum quod a tyrannorum moribus abhorreat dicturum esse existimo. Quod superest, Simonem sutorem conveni, ut cum eo sermones conferas, quo, ut tibi placet, in sapientia nemo excellentior est, nec erit unquam. Mihi enim interdictum est, ne opifices adeam, quoniam in aliorum potestate sum.

Æschines Aristippo.

69. Ad Platonem etiam epistolam dedi, vestram fidem obsecrans, ut salvos præstetis Locros juvenes, eademque tibi scribens, haud, ut opinor, erravero; siquidem quæ peto lubens facies. Scis enim, quo sodalitii jure mihi juncti sint, nec non Dionysium falli, eos jus violasse existimantem. Jam hoc protinus facere conare. Vale.

Aristippus Æschini.

70. Locri juvenes, de quibus mihi scripsisti, e custodia emittentur, neque capitis supplicium neque mulctam subituri, licet jam in mortis periculum adducti fuerint. Noli tamen Antisthenì dicere, mea opera ejus amicos esse servatos. Non enim libet ei tyrannis amicis uti, sed farinæ venditores et caupones quærere, qui farinam et vinum Athenis sine fraude vendunt, tunicasque crassas locant hiberno tempore quum scirones flant, et Simonem suum observare. Hæ enim res non sunt opes.

Simon Aristippo.

71. Audio te apud Dionysium nostram irridere doctrinam. At ego me sutorem esse profiteor et talia qualia isti solent conficere, similiterque rursus, si opus fuerit, coria secare ad castigandos homines stultos, qui quum ad Socratis normam vitam dirigere sibi videantur, luxuria diffluunt. Erit autem Antisthenes scurrilium, quibus usi estis, jocorum castigator; quoniam ad hunc data epistola disputationes nostras ludificatus es. Sed hæc adversus te, divinum ingenium, per jocum dixisse sufficerit. Sis tamen memor famis et sitis; multum enim hæc prosunt iis qui temperantiam sequuntur.

Aristippus Simoni.

72. Non ego te ludificor, sed Phædo, dicens te præstantiorem et sapientiorem quam Prodicum Ceum evasisse, qui Herculis laudes ab ipso litteris celebratas te refutasse rettulit. Admiror nihilominus te et laudo, qui quum sutor sis, tamen eruditione repletus jam dudum Socrati pulcherrimisque adolescentibus et nobilissimis, velut Al-

κοινὰ πρασσόντων Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον [c], καὶ Εὐρυπτόλεμον καὶ τὼς ἄλλως· ὡς εἰ [d] Περικλεῖ γε τῷ Ξανθίππω μὴ αἱ στρατηγίαι ἦσαν, καὶ ὁ πόλεμος τότε, κἂν οὗτος, οἶμαι, ἦν παρὰ σέ. Καὶ νῦν ἴσμεν, ὁποῖος εἶ, Ἀντισθένας γὰρ παρὰ σὲ φοιτᾷ. Δύνῃ δὲ καὶ ἐν Συρακούσαις φιλοσοφεῖν· οἱ γὰρ ἱμάντες τίμιοί εἰσι καὶ τὰ σκύτη. Καὶ οὐκ οἶσθα, ὡς ἐγὼ μὲν τῶν ὑποδημάτων χρώμενος παρέκαστα τὰν τέχναν σου θαυμασίαν τινὰ ποιῶ· Ἀντισθένας δὲ γυμνοποδῶν, τί γὰρ ἄλλο πράττει, ἢ σοὶ ἀργίαν καὶ ἀμισθίαν εἰσάγει, πείθων τὼς νέως καὶ ἅπαντας Ἀθηναίως γυμνοποδεῖν; Σκόπει οὖν, ὁπόσον σοι ἐγὼ φίλος ὁ ῥαστώναν καὶ τὰν ἀδονὰν ἀποδεχόμενος. Σὺ δ' ὁμολογῶν εὐλόγως ἐρωτᾶν Πρόδικον, τὸ ἀκόλουθον οὐκ ἔγνως ἐπὶ σαυτοῦ· οὕτως γὰρ ἂν ἐμὲ μὲν ἐθαύμαζες, τὼς δὲ ἔχοντας βαθεῖς τὼς πώγωνας καὶ τὼς σκίπωνας ἐγέλασας τᾶς ἀλαζονείας, ῥυπῶντάς τε καὶ φθειριῶντας, καὶ ὄνυχας, ὥσπερ τὰ θηρία, μακρὼς περιχειμένους καὶ ἐναντίας σου τᾶς τέχνας ὑποτιθεμένους ὑποθήκας.

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. pag. 18 sq. ed. Orell. Scripsi : [a] τῶ Κείω ; codd. τῷ Κίῳ. — [b] ἐμπλησθείς, πάλαι; codd. ἐμπλησθείς, καὶ πάλαι. — [c] Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον intelligit Epicratem barbatum, cujus barba ea erat latitudine, ut scuto similis esset. Meminit de hoc Epicrate Aristophanes Eccles. v. 71, ubi Scholiastes sic poetæ verba exponit : Ἐπικράτης ἦν ῥήτωρ καὶ δημαγωγός· οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος. Καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν· Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε. — [d] ὡς εἰ Περικλεῖ cum Allatio ; codices ὡς εἰ καὶ Περικλεῖ.)

Ἀριστίππου.

73. Τὰ περὶ τῆς τελευταίας Σωκράτους ἐμάθομεν ἐγώ τε καὶ Κλεόμβροτος, καὶ ὅτι [a] παριέμενος ὑπὸ τῶν ἕνδεκα διαδρᾶναι [b] ὑπέμεινε, λέγων ὅτι οὐ [c] μέλλοι διαδρᾶναι, εἰ μὴ καὶ πρότερον παρὰ τὼς νόμως σωθείη· οὕτω γὰρ ἂν ἁ πατρὶς αὐτοῦ, ὅσον ἐφ' αὑτῷ, καταπροδοθείη. Ἐμοὶ δὲ ἐδόκει ἀδίκως αὐτὸν ἐμπεσόντα [d], ὅτῳ δήποτε τρόπῳ σώζεσθαι· δοκέον [e] μέντοι πάντα τὰ ἐκείνῳ πρασσόμενα καὶ κακὰ καὶ ἄφρονα ἄδικα [f] εἶναι, ὥστε ταῦτα πάλιν μὴ ἐπιμέμφεσθαι ἀμέτρως γεγονέναι. Ἐπέστειλας δέ μοι, πῶς ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, δεδιότες μή τι καὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν αὐτῶν ἄν· καὶ οὐκ ἐποιεῖτε φλαύρως. Καὶ ἁμὲς [g] οὖν ὡς ἐσμέν, ἐν Αἰγίνᾳ διατελέομες ἐπὶ τοῦ παρόντος· εἶτα δὲ παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα, καὶ εἴ τι ἔχοιμες βέλτιον ποιέειν ποιήσομες.

(Socraticorum et Pythag. Epist. pag. 23 seq. ed. Orell. Scripsi : [a] καὶ ὅτι παριέμενος; codd. καὶ ὅτι οὔτε παριέμενος. — [b] διαδρᾶναι ex codd., alii διαδιδράναι. — [c] ὅτι οὐ μέλλοι διαδρᾶναι; libri ὅτι νῦν μέλλοι δικάσειν. — [d] ἐμπεσόντα i. e. εἰς δεσμωτήριον ἀχθέντα. Vid. Hesych. — [e] δοκέον cum Orellio; codd. δοκέων. — [f] ἄδικα; codd. δίκαια. — [g] ἁμὲς; codd. ἄμες.)

Ἀρίστιππος Ἀρήτῃ τῇ θυγατρί.

74. Ἐκομισάμην παρὰ σοῦ γράμματά μοι πεμφθέντα διὰ Τηλέα, ἐν οἷς ἐδέου μου [a] παραγενέσθαι ὡς τάχιστα εἰς Κυρήνην, λέγουσα οὐκ εὖ σοι ἀπαντᾶ-

---

cibiadi Cliniæ filio et Phædro Myrrhinusio et Euthydemo Glyconis filio et ex iis qui res publicas administrant Epicrati scutato et Euryptolemo cæterisque persuaseris, ut tibi assideant. Nam nisi Pericles Xanthippi filius exercitibus ducendis et bello gerendo tum occupatus fuisset, hunc quoque arbitror apud te fuisse futurum. Sed nunc scimus, qualis sis; quoniam Antisthenes te frequentat. Potes vero etiam Syracusis philosophiam profiteri; lora enim et pelles ibi cara sunt. At ignoras, me calceorum usu semper et ubique artem tuam admirandam facere. Contra Antisthenes discalceatus quid aliud quam otium tibi affert et mercede te fraudat, qui adolescentibus cunctisque Atheniensibus persuadet, ut nudis pedibus incedant? Considera igitur, quam vera amicitia tecum junctus sim, qui vitæ tranquillitatem et voluptatem commendo. Tu vero qui opportunis interrogatiunculis Prodicum te pungere fateris, quid hinc in te redundarit non animadvertisti. Namque ita demum me observares et coleres; at istos, qui promissa barba insignes baculo innituntur, viros squalidos, pediculosos, longis unguibus bestiarum more deformatos et contraria tuæ arti præcepta dantes contemneres eorumque ostentationem rideres.

Aristippi.

73. De morte Socratis ego et Cleombrotus certiores facti sumus, nuntiatumque est, quum illi ab Undecimviris fugiendi licentia daretur, remansisse dicentem, nolle se fugere, nisi prius capitis absolutus foret legitime; siquidem isto modo illius patria, quantum in ipso situm esset, proderetur. Meum vero judicium erat, eum, quum injuste in carcerem ductus esset, quacunque ratione servandum fuisse, quoniam cuncta illi illata et mala et stulta et injusta esse videbantur, ita ut rursus reprehendendum non esset, si quid in eo servando immoderate fieret. Docuisti me etiam per litteras, vos omnes Socratis amatores et sapientiæ studiosos, metuentes ne vobis quoque tale quid accideret, Athenis discessisse, quod omnino bene fecistis. Nos item, ut sumus, in præsenti Æginæ commoramur; postea ad vos veniemus, et si quod beneficium in vos conferre poterimus, conferemus.

Aristippus Aretæ filiæ.

74. Accepi litteras tuas Telei opera ad me missas, quibus a me petis, ut quam citissime Cyrenas advolem, quod neque bene tecum agant præfecti, neque maritus tuus pudore suffusus solitusque procul a civilibus procellis ætatem traducere ad res domesticas dispensandas

σθαι οὔτε παρὰ τῶν ἐπισκόπων, οὔτε ἱκανὸν εἶναι οἰκονομῆσαι τὸν ἄνδρα, αἰδώ τε ἔχοντα, καὶ θορύβων πολιτικῶν ζῆν μακρὰν εἰθισμένον. Ἐγὼ δὲ πειρώμενος ὡς ἂν ἀφεθείην ὑπὸ τοῦ Διονυσίου πλεῦσαι πρὸς σέ, ἐμποδών μοι τοῦ χρεὼν στάντος ἐν Λιπάραις μαλακῶς ἔσχον· ὅτε δὴ καὶ τοὺς περὶ Σώνικον ἄριστά μοι προσφερομένους ἐνόησα τημελοῦντάς με γνησίως, καὶ ὡς ἐν ᾄδου ὄντα ἤδη ποιοῦντας ἀναζῆν διὰ διάθεσιν [b] φιλικήν. Περὶ ὧν δὲ ἔκρινάς [c] με τίνα ἔξεις τιμὴν ὑπ' ἐμοῦ ἠλευθερωμένους, οἳ καὶ ἔλεγον Ἀριστίππου μὴ ἀποχωρήσειν, ἕως ἂν αὐτοῖς ᾖ δύναμις ἀρέσκειν ἐκείνῳ τε καὶ σοί· πάντ' οὖν αὐτοῖς πίστευε· περιέσται γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς ἐμῆς βιοτῆς μὴ εἶναι κακοῖς. Ὑποτίθεμαί δέ σοι τὰ πρὸς ἄρχοντας οἰκονομεῖν, ὥστε τὸ ἐμὸν συμβούλευμα τοῦτο συμφέρον (δέχεσθαι). Τοῦτο δὲ ἦν μὴ τοῦ πλείονος ὀριγνᾶσθαι. Ῥᾷστα γὰρ οὕτως ἐξάγεις τὰ κατὰ τὸν βίον, ὑπεροπτικὴ παντὸς οὖσα τοῦ πλέονος. Οὐ γὰρ ἂν [d] τοσοῦτον ἐκεῖνοί σε ἀδικήσαιεν, ὥστε σε ἐνδεᾶ γενέσθαι. Οἱ δύο μὲν γάρ σοι κῆποι μένουσιν, ἱκανοὶ ὄντες καὶ πολυτελεῖ βίῳ. Τὸ δ' ἐν τῇ Βερνίκῃ κτῆμα καὶ μόνον καταλειφθὲν πρὸς ἀρίστην διαγωγὴν οὐχ ὑπολείψει. Τῶν μικρῶν ἡμῶν οὐ παρακελεύομαι καταφρονεῖσθαι [e], ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μικροῖς ταράττεσθαι, ἵνα οὐδὲ ἐπὶ μεγάλοις καλὸν ἡ ὀργή. Εἰ δέ μου διαλυθέντος ὑπὸ τῆς φύσεως γνῶναί [f] ἐμὸν βούλημα ζητεῖς, ὡς ὅτι κράτιστα παιδεύσασα τὸν Ἀρίστιππον Ἀθήναζε χώρει, Ξανθίππην καὶ Μυρτὼ πρὸ παντὸς ποιουμένη, αἵ με πολλάκις ἐλιπάρουν ἐπὶ μυστήριά σε ἄγειν [g]. Τὸ οὖν ἡδὺ βιότευμα μετὰ τούτων ἔχουσα, καταλιπε τοῖς ἐν Κυρήνῃ ἐπισκόποις ὅ,τι ποτ' ἂν ἐθέλωσιν ἀδικεῖν· σὲ γὰρ οὐκ εἰς τὸ φυσικὸν τέλος ἀδικήσουσιν [h]. Πειρῶ δὲ μετὰ Ξανθίππης καὶ Μυρτοῦς ζῆν, ὡς ἐμοὶ φίλον μετὰ Σωκράτους, πλέον διὰ τῆς ἐκείνων φιλίας σεαυτὴν στέλλουσα· ἐκεῖθι [i] τὸ σοβαρὸν οὐκ ἐπιχώριον. Εἰ δ' ἔλθοι θᾶττον ἅμα Λαμπροκλῆς εἰς Κυρήνην ὁ Σωκράτους, ὃς ἐν Μεγάροις ὡμίλει μοι, ποιήσεις ἄριστα κοινουμένη τὸν βίον αὐτῷ, καὶ μηδὲν διαφορώτερον τοῦ τέκνου τιμῶσα. Θῆλυ δὲ τέκνον εἰ μηκέτι τρέφειν βούλει, διὰ τὸ πολλὰ ἀνιᾶσθαι ἐπὶ παιδοτροφίᾳ, τὸ τῆς Εὐβοίδος θυγάτριον, ὃ δὴ ἐλευθέρως ἦγες, ἐμοί τε χαρίζεσθαι βουλομένη [k] τῷ τῆς ἐμῆς μητρὸς ὀνόματι προσήγορευσας (καὶ γὰρ ἐγὼ πολλάκις Ἀμυκλὴν [l] αὐτὸ προσήγορευσα) ἐπιτήδειον ἔσται [m]. Πρὸ παντὸς δὲ ἐπισκόπει τοῦ μικροῦ Ἀριστίππου ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἔσται ἄξιος [n] ἡμῶν καὶ φιλοσοφίας· ταύτην γὰρ αὐτῷ καταλείπω τὴν ὄντως κληρονομίαν, τἄλλα μὲν γὰρ τοῦ βίου καὶ τοὺς ἐν Κυρήνῃ ἄρχοντας ἔχει πολεμίους. Περὶ φιλοσοφίας δὲ οὐδὲ ἓν μοι γέγραφας, ὅτι ταύτην σοῦ τις ἀφῄρηται. Μέγα οὖν, ὦ ἀγαθὴ γύναι, χαῖρε ἐπὶ τῷ πλουτεῖν πλοῦτον τὸν ὑπὸ σοὶ κείμενον, καὶ κτηματίτην ποίει τούτου τὸν υἱόν, ὃν ἐβουλόμην μὲν ἂν αὐτὸς [o] ἤδη ἐμὸν υἱὸν εἶναι. Ἐπειδὴ δὲ ἀναλύω μὴ ἐμπλησθεὶς αὐτοῦ, πέποιθα καὶ σοί, διότι τὴν αὐτὴν ἄξεις πορείαν τὴν συνήθη ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Ἔρρωσο καὶ περὶ ἡμῶν ἀστενάκτει.

---

idoneus sit. Ego vero conatus a Dionysio proficiscendi ad te veniam impetrare, ingruente sinistro fato in insula Lipara ægrotavi : quo tempore Sonicum ejusque familiares optime se adversus me gerere intellexi, quoniam me legitime tractabant et quasi jam mortuum propter ipsorum in me amorem et amicitiam in vitam revocarunt. De eo autem quod me interrogasti, quem honorem habere debeas iis qui a me in libertatem vindicati sunt, et qui affirmabant se ab Aristippo non esse discessuros, quamdiu illi tibique placere possent, scito iis in omnibus rebus tibi esse credendum : nam ex mea vita in eos morum emendatio redundabit. Illud vero suadeo, ut quæ cum præsidibus tibi negotia sunt, in iis utile meum consilium sequaris. Hoc autem erat, nequaquam nimium cupere. Nam si rerum supervacanearum possessionem contemnas, commodissime ætatem exigas. Neque enim illi adeo in te erunt injusti, ut ad inopiam redigaris. Duo enim viridaria quæ supererunt, vitæ delicatæ sufficerint. Suburbanum autem Bereniceum, si vel solum relinquatur, ad vitam optime agendam semper satis erit. Non cohortor te, ut exiguas res nostras despicias, sed ne parvis turberis, quando ne magna quidem stomachari decet. Si vero naturæ concessero consiliumque meum nosse vis, filio Aristippo quam optime instituto, Athenas velim petas ibique præ ceteris colas Xanthippen et Myrto, quæ me sæpe rogabant, ut te ad mysteria adducerem. Jucunde igitur cum illis vivens urbi Cyrenensi præfectis jus quomodocunque volunt violandum relinque : nam, quantum ad naturalem bonorum finem, jus tuum non infringent. Tu autem conare cum Xanthippe et Myrto ea ratione vivere, qua mihi cum Socrate vivere lubet, illarum amicitia magis magisque te ipsam ornans : nam fastus illius regionis hominibus inusitatus est. Si vero cito Lamprocles simul, Socratis filius, Cyrenas venerit, qui Megaris mecum versabatur, optime feceris, si illo contubernali et convictore utaris eumque æque ac filium tuum colas. Filiolam si non amplius educare vis ob molestiam quam e puerorum educatione traxisti, Euboidis filia, quam liberaliter erudivisti mihique gratificatura matris meæ nomine appellasti (nam et ipse sæpe eam Amycen vocavi), ad hanc rem idonea erit. Porro ante omnia inducas animum parvuli Aristippi curam agere, ut nobis dignus et philosophia, quam illi luculentam reapse hereditatem relinquo, evadat ; reliqua enim quæ ad vitam necessaria sunt principes Cyrenensium adversarios habent. De philosophia vero nihil tale mihi scripsisti, ejus videlicet possessionem quemquam tibi eripuisse. Magnam igitur, o bona mulier, lætitiam cape ex divitiis, quæ in tua potestate sitæ sunt, earumque possessorem institue filium, quem vellem ipse jam meum esse filium. Sed quoniam

(Socraticorum et Pythagoreorum Epist. p. 33 seqq. Scripsi : [a] ἐδέου μου; codd. ἐδέου με. — [b] ὡς ἐν ᾅδου ὄντα ἥδη ποιοῦντας ἀναζῆν διὰ διάθεσιν φιλικήν; codd. ὡς ἐν ᾅδου τοῖς ἀρκεῖται· τίς ζῆν τῶν διάθεσιν φιλικήν. — [c] ἔκρινάς με; codd. ἔκρινάς τι. — [d] οὐ γὰρ ἂν; codd. οὐ γὰρ ὀλ. — [e] καταφρονεῖσθαι pro καταφρονεῖν dicitur. Vid. nos ad Demociti fragm. p. 149. — [f] γνῶναι cum Luzacio Lect. Att. pag. 12; codd. στῆσαι. — [g] μυστήρια intelligit sacra Eleusinia. Cæterum Aristippus, filius idem est qui cognominabatur ὁ μητροδίδακτος. Vid. Diog. Laert. II, 83. Xanthippe et Myrto Socratis uxores sunt, de quibus meminerunt Diogenes lib. II, 26, Athenæus lib. XIII, p. 555 ed. Casaub., alii. Cf. Luzacii Lectiones Atticæ de Διγαμίᾳ Socratis. Lugd. Bat. 1809. — [h] Naturalis bonorum finis voluptas est teste Diog. Laert. lib. II, 94 : πενίαν καὶ πλοῦτον, πρὸς ἡδονῆς λόγον, εἶναι οὐδέν· μὴ γὰρ διαφερόντως ἥδεσθαι τοὺς πλουσίους, ἢ τοὺς πένητας. — [i] ἐκεῖθι cum Luzacio; codd. κεῖθι. — [k] βουλομένη τῷ τῆς ἐμῆς μητρὸς ὀνόματι προσηγόρευσας; codd. βουλομένης σε τῆς ἐμῆς μητρὸς ὀνόματι. — [l] Ἀμυκὴν cf. Malalas p. 201 ed. Bonn.; codd. ἀμίκαν, quod quidam in Μίκαν mutari voluerunt. — [m] προσηγόρευσα, ἐπιτήδειον ἔσται; libri προσηγόρευσα. — [n] ὅπως ἔσται ἄξιος; libri ὅπως; ἄξιος. — [o] μὲν ἂν αὐτὸς; codd. μὲν αὐτὸς.)

75. Οἱ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς τοῦ Ἀριστίππου μείναντες καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες δόξαις ἐχρῶντο τοιαύταις. Δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν· τὴν μὲν λείαν κίνησιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον τραχεῖαν κίνησιν· μὴ διαφέρειν τε ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἡδιόν τι εἶναι. Καὶ τὴν μὲν εὐδοκητὴν πᾶσι ζώοις, τὸν δὲ ἀποκρουστικόν. Ἡδονὴν μέντοι τὴν τοῦ σώματος, οὐ τὴν καταστηματικὴν ἡδονήν, τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων, καὶ οἷον ἀνοχλησίαν, ἣν ὁ Ἐπίκουρος ἀποδέχεται, τέλος εἶναί φασι. Δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εὐδαιμονίας διαφέρειν· τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα· εἶναι δὲ τὴν μερικὴν ἡδονὴν δι' αὐτὴν αἱρετήν, τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐ δι' αὐτήν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς· εἶναι δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, κἂν ἀπὸ τῶν ἀσχημοτάτων γένηται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ πρᾶξις ἄτοπος εἴη, ἀλλ' οὖν ἡ ἡδονὴ δι' αὐτὴν αἱρετὴ καὶ ἀγαθόν. Ἡ δὲ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις (ὡς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ) δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονή, οὐδὲ ἡ ἀηδονία ἀλγηδών, ἐν κινήσει γὰρ εἶναι ἀμφότερα, μὴ οὔσης τῆς ἀπονίας ἢ τῆς ἀηδονίας κινήσεως· ἐπεὶ ἡ ἀπονία οἱονεὶ καθεύδοντός ἐστι κατάστασις. Δύνασθαι δέ φασι καὶ τὴν ἡδονήν τινας μὴ αἱρεῖσθαι κατὰ διαστροφήν. Οὐ πάσας μέντοι τὰς ψυχικὰς ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας ἐπὶ σωματικαῖς ἡδοναῖς καὶ ἀλγηδόσι γίνεσθαι. Καὶ γὰρ ἐπὶ ψιλῇ τῇ τῆς πατρίδος εὐημερίᾳ, ἥπερ τῇ ἰδίᾳ, χαρὰν ἐγγίνεσθαι. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνήμην τῶν ἀγαθῶν, ἢ προσδοκίαν, ἡδονήν φασιν ἀποτελεῖσθαι· ὅπερ ἤρεσκεν Ἐπικούρῳ, ἐκλύεσθαι γὰρ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς κίνημα. Λέγουσι δὲ μηδὲ κατὰ ψιλὴν τὴν ὅρασιν ἢ τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι ἡδονάς. Τῶν γοῦν μιμουμένων θρήνους ἡδέως ἀκούομεν· τῶν δὲ κατὰ ἀλήθειαν, ἀηδῶς. Μέσας τε καταστάσεις ὠνόμαζον ἀηδονίαν καὶ ἀπονίαν. Πολὺ μέντοι τῶν ψυχικῶν ἡδονῶν τὰς σωματικὰς ἀμείνους εἶναι, καὶ τὰς ὀχλήσεις χείρους τὰς σωματικάς.

(Diogenes Laertius lib. II, 86-90.)

---

ejus conversatione non satiatus ex hac vita migro, confido cum te quoque duce ingressurum esse viam bonorum virorum vestigiis tritam. Vale atque ita nos luge, ut nullis lamentis prosequaris.

75. Qui Aristippi instituta tenuerunt ac Cyrenaici appellati sunt hujusmodi decreta habebant. Duas perturbationes statuebant, dolorem et voluptatem : voluptatem lenem motum, dolorem vero asperum appellantes : nihil differre voluptatem a voluptate, neque aliud alio suavius esse. Atque illam quidem cunctis animantibus jucundam, hunc infestum esse. Voluptatem autem corporis, non stabilem illam, quæ in doloris privatione consistat, et quasi molestiæ vacuitatem, quam Epicurus admittit, finem bonorum esse dicunt. Videtur autem eis et finis a felicitate differre : quippe finem esse singularem voluptatem, contra felicitatem ex peculiaribus voluptatibus constare : peculiarem quoque voluptatem propter se ipsam esse expetendam, at felicitatem non propter se ipsam, sed propter singulas voluptates; voluptatem præterea bonum esse affirmant, etiamsi a turpissimis rebus oriatur. Quamvis sit enim fœdum facinus, voluptatem tamen per se ipsam expetendam esse atque in bonis numerandam. Porro illa doloris detractio, ut est apud Epicurum, eis non videtur esse voluptas, neque voluptatis privatio dolor : utraque enim esse in motu, quum non sit motus doloris voluptatisve privatio. Quippe illa doloris vacuitas tanquam dormientis status est. Posse quosdam ajunt voluptatem minime appetere per animi pravitatem : non tamen omnes animi voluptates ac dolores e corporis voluptatibus ac doloribus nasci. Nam ex qualibet simplici patriæ prosperitate sive privata felicitate gaudium gigni. Sed neque bonorum memoria aut exspectatione voluptatem effici ajunt, quod placebat Epicuro; nam tempore motum animi languescere. Quin nec solo visu vel auditu voluptates constare dicunt, siquidem eos qui lamentationes imitantur, libenter audimus, vere autem lamentantes, non libenter. Præterea voluptatis ac doloris privationem medios status appellabant. Longe tamen præstantiores esse corporis quam animi voluptates, deteriores vero molestias, quas corpus habet.

DE BIONE BORYSTENITA.

Sub Antigono Gonata, Demetrii filio, qui Gallis ejectis et adversariis devictis effecit ut Græcia diuturna pace frueretur, ingenia studiaque diu oppressa revocata sunt, accitis maxime in Macedoniam viris doctis et eximiis doctrinæ præmiis propositis. Hinc clarum Zenonis nomen, Cratetis utriusque, Academici et Cynici, Theophrasti aliorumque. In eandem ætatem incidit vita Bionis (1), de quo disserere hic constitui.

Is cum Persæo et Philonide in aula Antigoni vivens aliquando a rege, quod obscuro loco natus esse argueretur, sic interrogatus est (2) :

Quis tu? quæ patria est? qui te genuere parentes?

Cui ille respondit : Atqui bene facis, o rex, quum indiges sagittariis, quod non genere perquisito, sed scopo proposito, optimos illorum assumis. Sic igitur etiam, quod ad amicos attinet, non unde, sed quales sint, explora. Pater meus libertus fuit, cubito se emungens (3) (salsamentarium autem significabat), genere Borysthenita, non pura facie insignis, sed inscripta, acerbissimi domini tessera; mater vero ex lupanari, nimirum qualem hujusmodi homo ducere possit. Deinde pater, postquam merces non soluto vectigali importavit (4), cum tota domo venundatus est. Accidit tum, ut me adolescentulum haud illepidum orator quidam emeret, qui et moriens cuncta mihi reliquit. Illius ego libris combustis omnibusque corrasis Athenas concessi ibique ad philosophiæ studium me contuli.

Hujus me esse patris, generis me glorior hujus (5).

Hæc habui quæ de me dicerem. Quamobrem desinant Persæus et Philonides ista memoriæ tradere, me autem ex me ipso specta. Cæterum Bionis matrem memorat etiam Athenæus lib. XIII p. 591 F, qui eam Olympiæ nomine vocatam et Lacænam fuisse refert (6). Constat igitur Borysthenitam illis esse annumerandum qui ingenii magnitudine et doctrinæ subtilitate natalium humilitatem ipsi nobilitarint.

Bion ut Athenas advenit, rebus omnibus posthabitis totum se in optimo vitæ statu exquirendo collocavit et cum clarissimis in philosophia auctoribus versatus est. Incidit autem adventus ejus in illud tempus, quo in Academia Crates diligenter ea quæ a superioribus acceperat tuebatur (7). Hunc igitur, utpote virum magna famæ celebritate jam absentibus notum, initio quidem audivit, sed mox ejus instituta aspernatus (8), sumto pallio et pera ad Cynicam sectam

(1) Cf. Jan. Mar. Hooguliet Specimen philosophico-criticum continens diatriben de Bione Borysthenita. Lugduni Batavorum 1821. — (2) Diogenes Laertius lib. IV, 46 : Βίων τὸ μὲν γένος ἦν Βορυσθενίτης· ὧν τινων δὲ γονέων, καὶ ἀφ' οἵων πραγμάτων ἦλθεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, αὐτὸς Ἀντιγόνῳ διασαφεῖ. Ἐρομένου γὰρ αὐτόν, Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; αἰσθόμενος ὅτι προδιαβέβληται, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἁγκῶνι ἀπομυσσόμενος (διεβάλλου δὲ τὸν ταριχέμπορον), γένος Βορυσθενίτης, ἔχων οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον· μήτηρ δέ, οἵαν ὁ τοιοῦτος ἂν γήμαι, ἀπ' οἰκήματος. Ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνησάμενός τι, πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν. Καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν· ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα. Κἀγὼ κατακαύσας αὐτοῦ τὰ συγγράμματα καὶ πάντα συγξύσας, Ἀθήναζε ἦλθον καὶ ἐφιλοσόφησα. Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. Ταῦτά ἐστι τὰ κατ' ἐμέ. Ὥστε παυσάσθωσαν Περσαῖός τε καὶ Φιλωνίδης ἱστοροῦντες αὐτά· σκόπει δέ με ἐξ ἐμαυτοῦ. Stobæus Flor. LXXXVI, 13 : Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ ἤρετο· Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; Κἀκεῖνος εἶπεν· Ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε οὐ πόθεν εἰσίν, ἀλλὰ τίνες. — (3) Suidas v. ἀγκών· καὶ παροιμία, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενοι. Βίων ὁ φιλόσοφός φησιν· ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Διεβάλλου δὲ τὸν ταριχέμπορον. Eustathius ad Iliad. VI pag. 495 ed. Basil.: ὡς ἐμοὶ πατὴρ μὲν ἦν τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, ἤγουν ταριχέμπορος. Idem pag. 613 : πατὴρ τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, διὰ τὸ μὴ ἔχειν δηλαδὴ τοῦτο ποιεῖν τῇ χειρὶ ἀσχολουμένῃ περὶ ἁλίσπαστα. Plutarchus Sympos. lib. II Quæst. I, 4, vol. XI p. 61 ed. Hutten. : ὁ γὰρ εἰπὼν ταριχοπώλην αὐτόθεν ἐλοιδόρησεν· ὁ δὲ φήσας, Μεμνήμεθά σε τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον, ἔσκωψε. Scriptor Rhetoricorum ad Herenn. lib. IV, 54 : « Ut si salsamentarii filio dicas : quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. » Suetonius in Horatii vita : « Horatius Flaccus, Venusinus, patre, ut ipse tradit, libertino et exactionum coactore, ut vere creditum est, salsamentario, quum illi quidam in altercatione exprobrasset : Quotiens ego vidi patrem tuum cubito emungentem? — (4) Vid. Burckh. Staatshaushalt. der Ath. vol. I p. 361 seq. — (5) Iliad. VI, 211, ad quem Eustathius : ἐντεῦθεν καὶ ὁ Κυνικὸς Ἀντισθένης χρησάμενος, πρὸς τὸν ἀνακρίνοντα τὸ γένος αὐτοῦ εἰπών, ὡς ἐμοὶ πατὴρ μὲν ἦν τῷ ἁγκῶνι ἀπομυσσόμενος, ἤγουν ταριχέμπορος. Sed ille memoriæ lapsu Antisthenem pro Bione posuit. — (6) Athenæus lib. XIII p. 591 F : καὶ Βίων δ' ὁ Βορυσθενίτης φιλόσοφος ἑταίρας ἦν υἱὸς Ὀλυμπίας Λακαίνης, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεὺς ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς. — (7) Cicero Acad. I, 9. — (8) Diogenes Laertius lib. IV 51 : οὗτος τὴν

ransiit (9). Num et Pyrrhoniorum ἀπάθειαν sive animum omni perturbatione liberum expetiverit, non traditur, quum Diogenis verba (10) : *quid enim aliud illum ad animi constantiam traduxit?* ambigua sint neque alii scriptores de ea philosophi virtute loquantur. Illud exploratum habemus, eum studiosum et assiduum Theodori athei, qui tum florebat, auditorem fuisse. Ab hoc enim qui omni orationis genere in disputationibus uti consueverat, impietatemvet deorum contemtum mutuatus, similia de rebus divinis præcepta familiaribus suis dabat (11). Denique Theophrasti Peripatetici institutione usus est (12), qui a pulchro et quasi divino verborum ornatu nomen invenit. Quamvis ergo inconstans (13) in philosophia fuerit Bion, tamen hac inconstantia permagnam eruditionem sibi comparavit simulque usu et sapientia præstitit. Quid? quod sophistarum more ostentandi ingenii causa et ad divitias dicendi facultate quærendas susceptis peregrinationibus florentissima Græciæ oppida et ditissimas insulas adiit. Quocirca non solum in Macedoniam profectus videtur, ut Antigoni regis gratiam sibi conciliaret, sed Rhodi (15) etiam philosophiæ fontes sitienti juventuti aperuisse, quamquam ibi vituperationem subiit. Quum enim in illa insula dicendi arti operam darent Athenienses, philosophiam ipse profiteretur, ac propterea in reprehensionem incurrisset : *Triticum*, inquit, *qui advexerim, hordeumne vendam?* philosophiam majoris pretii quam eloquentiam esse significans. Postremo licet vulgi de divina natura opiniones contemsisset atque exagitasset, tamen morbo affectus, quo tempore Chalcide versabatur, ad anilem descendit superstitionem, nec vel amuleta vel alia defugit, quibus deorum iram placaret. Antigonus ea de re certior factus servos ad summum sapientiæ doctorem misit ipseque mox in sella gestatoria secutus est, ægrum secum in Macedoniam abducturus. At ingravescente morbo operam perdidit rex. Maximis enim doloribus cruciatus brevi apud Chalcidenses Bion animam efflavit (16).

Venio nunc ad Borysthenitæ mores, decreta, scripta et fragmenta. Fuisse Bionem sophistarum similem multis veterum persuasum erat, qui idcirco eum sophistam vocarunt. Huc pertinent cum alii antiquorum loci, velut Plutarchi (17), Stobæi (18), Acronis (19) ad Horatii Epist. II, 2, 160, tum inprimis Diogenis Laertii testimonium (20). Is Bionem simul versatilis ingenii hominem et sophistam callidum fuisse, simul plurimas philosophiam vellicare volentibus occasiones præbuisse ait. Addit eum comitatem cum severitate et arrogantia conjunxisse. Huc accedit quod ingenium et eloquentiam suam ostentare risumque audientibus excitare consueverat, præsertim quum insolentibus nominibus res appellaret (21). Sed quoniam pro argumen-

ἀρχὴν μὲν παρῃτεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκά, καθ' ὃν χρόνον ἦκουε Κράτητος· εἶτ' ἀνείλετο τὴν Κυνικὴν ἀγωγήν, λαβὼν τρίβωνα καὶ πήραν. — (9) De his insignibus propriis etiam sophistarum vid. Wolfius ad Liban. Soph. Ep. CXCV et Crezoll. Theatr. Soph. p. 304. — (10) Diogenes Laertius lib. IV, 52 : καὶ τί γὰρ ἄλλο μετεσκεύασεν αὐτὸν πρὸς ἀπάθειαν; (11) Diogenes Laertius lib. IV, 52 : ἔπειτα ἐπὶ τὰ Θεοδώρεια μετῆλθε, διακούσας Θεοδώρου τοῦ Ἀθέου, κατὰ πᾶν εἶδος σοφιστεύοντος. Id lib. IV, 54 : πολλὰ δὲ καὶ ἀθεώτερον προσεφέρετο τοῖς ὁμιλοῦσι, τοῦτο Θεοδώρειον ἀπολαύσας. Hesychius Milesius pag. 14 ed. Orell.: Βίων ὁ Βορυσθενίτης ἔλεγε μὴ εἶναι θεούς, διὸ καί ἐστιν εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα· Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὃν ἔφυσ' ἡ Σκυθὶς αἶα, Λέγειν ἀκούομεν θεούς, ὡς οὐδὲν εἰσιν ὄντως κτλ. — (12) Diogenes Laertius lib. IV, 52 : μεθ' ὃν Θεοφράστου διήκουσε τοῦ Περιπατητικοῦ. — (13) cf. Lipsii Oper. vol. IV, p. 647. — (14) Diogenes Laertius lib. IV, 53 : πόλιν ἐκ πόλεως ἠμείβεν. — (15) Diogenes Laertius lib. IV, 49 : ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων Ἀθηναίων τὰ φιλοσοφούμενα ἐδίδασκε. Πρὸς οὖν τὸν αἰτιασάμενον ἔφη· Πυροὺς ἐκόμισα καὶ κριθὰς πωλῶ; — (16) Diogenes Laertius lib. IV, 54 : καὶ ὕστερόν ποτε ἐμπεσὼν εἰς νόσον, ὡς ἔφασκον οἱ ἐν Χαλκίδι (αὐτόθι γὰρ καὶ κατέστρεψε) περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη, καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν εἰς τὸ θεῖον. Ἀπορίᾳ δὲ καὶ τῶν νοσοκομούντων δεινῶς διετίθετο, ἕως Ἀντίγονος αὐτῷ δύο θεράποντας ἀπέστειλε. Καὶ ἠκολούθει γε αὐτῷ ἐν φορείῳ, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Ἀλλὰ καὶ ὡς κατέστρεψε, καὶ ἡμεῖς αὐτὸν οὕτως ἠτιασάμεθα· Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὃν ἔφυσ' ἡ Σκυθὶς αἶα, Λέγειν ἀκούομεν θεούς, ὡς οὐδὲν εἰσιν ὄντως. Κ' εἰ μὲν τὸ δόγμα τοῦτ' ἔχων ἐμιμνεν, ἦν ἂν εἰκὸς Λέγειν, φρονεῖν ὅπως δοκεῖ· κακῶς μέν, ἀλλ' ἔδοξε. Νῦν δ' ἐς νόσον πεσὼν μακρὰν, καὶ μὴ θάνῃ δεδοικώς, Ὁ μὴ θεοὺς εἶναι λέγων, ὁ νηὸν οὐδὲ βλέψας, Ὁ πολλὰ χλευάσας βροτούς, οἵπερ θεοῖς ἔθυον, Οὐ μόνον ἐσχάρης ὕπερ, βωμῶν τε καὶ τραπέζης, Κνίσαν, λίπει, θυήμασι θεῶν ἔδαισε βίνας· Οὐδ' εἶπε μοῦνον, ἤλιτον, σύγγνωτε τοῖς πρίν, ἀλλὰ Καὶ γρᾶ! δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπῳδήν, καὶ σκυτίσιν βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε, Ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν, Ἅπαντα μᾶλλον ἢ θανεῖν ἕτοιμος ὢν ὑπουργεῖν. Μωρὸς δ', ὃς ἠθελέν τινος μισθοῦ τὸ θεῖον εἶναι, Ὡς τῶν θεῶν ὄντων, ὅταν Βίων θέλῃ νομίζειν. Τοιγὰρ μάτην ἐφρονῶν, ὅτ' ἦν ἅπας ὁ λέμβος ἀνθρᾳξ, Τὴν χεῖρα τείνας ὧδέ πως, Χαῖρ', εἶπε, χαῖρε, Πλουτεῦ. — (17) Plutarchus Amator. cap. 24, vol. XII pag. 64 ed. Hutten.: ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα τῷ καρῆναι καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. Vid. fragm. 15. — (18) Stobæus Flor. X, 38 : Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι. Vid. fragm. 4. — (19) Acro ad Horat. Epist. lib. II, 2, 60, *Ille Bioneis sermonibus et sale nigro* hæc annotavit : Bioneis, satyricis, lividis, amaris, carmine maledico. Bion autem sophistes cognominatus, mordacissimis versibus est usus, quibus ita omnes laceravit, ut ne Homero quidem parceret. — (20) Diogenes Laertius lib. IV, 47 : καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ὁ Βίων τὰ μὲν ἄλλα πολύτροπος καὶ σοφιστὴς ποικίλος, καὶ πλείστας ἀφορμὰς δεξιῶς τοῖς βουλομένοις καθιππάζεσθαι φιλοσοφίας. Ἦν τισι δὲ καὶ πομπικός, καὶ ἀπολαῦσαι τύχου δυνάμενος. — (21) Diogenes Laertius lib. IV, 52 : ἦν δὲ καὶ θεατρικός, καὶ πολὺς ἐν τῷ γελοίῳ διαφορῆσαι, φορτικοῖς ὀνόμασι κατὰ τῶν

torum, in quibus versabatur, varietate Borysthenita omne orationis genus adhibuit : ferunt Eratosthenem ita de viro ingenioso judicasse, ut eum omnium primum philosophiam versicolore elocutione vestivisse contenderet. Quin etiam ad parodias faciendas natus erat (22). Quo in genere supersunt ejus versus, quos sic latine exprimere tentavi :

O tener Archyta, citharæ genus, ambitiose,
non summa certans chorda superabilis ulli.

Quod reliquum est (23), omnino musicam et geometriam ludificabatur. Sed astrologos quoque perridiculos esse dicebat, qui quum non viderent pisces juxta se in littore natantes, illos qui in cœlo sunt nosse se affirmarent (24). Porro lautus ac sumtuosus erat (25). Neque vero silentio prætereunda, quæ laudem in vita nequaquam habent. Namque ineptum est quod de nautis tradit Laertius, quos scholastica veste indutos virtutis magister secum in gymnasium induxerit, quo majore sectatorum turba conspicuus esset (26). Illud vero indignum viro docto, quod flagitioso puerorum amore flagravit. Scilicet adolescentes adoptatos ad nequitiam sæpe adducebat, ut muliebria paterentur (27). Denique omnia ad suam utilitatem referebat, atque illud Pythagoræ præceptum, amicorum cuncta communia esse, impugnabat (28). Itaque in hunc convenit Ciceronis de philosophorum delictis sententia. « Ut enim, inquit Tullius (29), si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cujus profitetur scientiam : sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quod in officio, cujus magister esse vult, labitur, artemque vitæ professus delinquit in vita. » Quapropter recte etiam Corn. Nepos apud Lactantium Div. institt. lib. III cap. 15 ait : « Tantum abest ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quam plerisque qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum qui in schola de pudore et continentia præcipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. »

E Bionis decretis primum locos quosdam ad dolorem spectantes proponam. « Ex hac opinione, inquit Cicero (30), sunt illa varia et detestabilia genera lugendi : pædores; muliebres lacerationes genarum; pectoris, feminum, capitis percussiones. Hinc ille Agamemno Homericus (31) et idem Attianus

Scindens dolore identidem intonsam comam.

In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur. » Præterea Seneca : « Erras enim, inquit, si putas animosius detrimenta divites ferre; maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait, non minus molestum esse calvis, quam comatis, pilos velli (32). Idem eodem libro : « Singula (33), inquit, propter quæ læti ac tristes sumus, sibi quisque proponat, et sciat verum esse, quod Bion dixit, omnia hominum negotia similia initiis esse, nec vitam illorum magis sanctam aut severam, quam conceptus inchoatos. » Videtur conqueri humani ingenii imbecillitatem, quæ in hac vitæ brevitate sola disciplinarum elementa attingere possit. Idem sentit Theophrastus teste Cicerone (34). Moriens enim accusasse naturam

πραγμάτων χρώμενος. Διὰ δὴ οὖν τὸ παντὶ εἶδει λόγου κεκρᾶσθαι, φασὶ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν. Strabo lib. I cap. 2 p. 15 ed. Casaub.: ἐγένοντο γάρ, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης, ὡς οὐδέποτε, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ μίαν πόλιν οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. Οὐχ ἱκανὸν δ' οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον (leg. πειστέον). Ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' αὑτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν, Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολὺς ἐστι καὶ Βίων, ὃν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν (leg. φιλοσοφίᾳ). Vid. Casaub. ad Laert. IV, 52. — (22) Diogenes Laertius lib. IV, 52 : εὐφυὴς γὰρ ἦν καὶ παρῳδῆσαι· οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα· Ὦ πέπον Ἀρχῦτα, ψαλληγενές, ὀλοὸν τυφε, τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν. Vid. fragm. 47. — (23) Diogenes Laertius lib. IV, 53 : καὶ ὅλως καὶ μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν διέπαιζεν. — (24) Stobæus Flor. LXXX, 3 : Βίων ἔλεγε γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας, οἳ τοὺς παρὰ ποσὶ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι [fragm. 11]. — (25) Diogenes Laertius lib. IV, 53 : ἦν δὲ πολυτελής. — (26) Diogenes Laertius lib. IV, 53 : καὶ διὰ τοῦτο πόλιν ἐκ πόλεως ἤμειβεν, ἐνίοτε καὶ φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος. Ἐν γοῦν Ῥόδῳ τοὺς ναύτας ἔπεισε σχολαστικὰς ἐσθῆτας ἀναλαβεῖν, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ· σὺν οἷς εἰσβάλλων εἰς τὸ γυμνάσιον, περίβλεπτος ἦν. — (27) Diogenes Laertius lib. IV, 53 : εἰώθει τε νεανίσκων τινῶν υἱοθεσίας ποιεῖσθαι, καὶ εἰς τὸ ἀποχρῆσθαι αὐτοῖς ἔς τε τὰς ἡδονάς, καὶ ὥστε φυλάττεσθαι ὑπ' εὐνοίας αὐτῶν. — (28) Cicero De leg. I, 12 : unde est illa Pythagoræ vox : τὰ τῶν φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα. Diogenes Laertius lib. IV, 53 : ἀλλὰ καὶ φίλαυτος ἦν ἰσχυρῶς καὶ πολὺς ἐγκείμενος τῷ Κοινὰ τὰ φίλων. Παρ' ὃ καὶ οὐδεὶς μαθητὴς αὐτοῦ ἐπιγράφεται, τοσούτων αὐτῷ σχολασάντων· καίτοι τινὰς εἰς ἀναισχυντίας προῆγεν. Ὁ γοῦν Βητίων, εἷς τῶν συνήθων αὐτῷ, πρὸς Μενέδημόν ποτε λέγεται εἰπεῖν, Ἐγώ τοι, ὦ Μενέδημε, νύκτωρ συνδέομαι Βίωνι, καὶ οὐδὲν ἄτοπον δοκῶ γε πεπονθέναι. — (29) Cicero Tuscul. lib. II cap. 4. — (30) Cicero Tuscul. lib. III, 26. — (31) Vid. Iliad. X, 15. — (32) Seneca De tranq. an. c. 8. — (33) Seneca De tranq. an. cap. 15. — (34) Cicero Tuscul. lib. III,

dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset : quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur.

Ad irridendas falsas de diis opiniones pertinent quæ e Bionis volumine nescio quo profert Seneca De beneficiis lib. VII cap. 7. Bion, inquit, modo omnes sacrilegos argumentis esse colligit, modo neminem. Quum omnes de saxo dejecturus est, dicit : quisquis id quod deorum est sustulit et consumsit atque in usum suum vertit, sacrilegus est : omnia autem deorum sunt : quod quisque ergo tollit, deorum tollit, quorum omnia sunt : ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde quum effringi templa, et expilari impune Capitolium jubet, dicit nullum sacrilegium esse, quia quidquid sublatum est ex eo loco qui deorum erat, in eum transfertur locum, qui deorum est. Hic respondetur, omnia quidem deorum esse, sed non omnia diis dicata.

Cætera Bionis dogmata e sententiis infra collectis cognoscentur. Nam plurimos eum commentarios dictaque utilia et gravia reliquisse testatur Diogenes Laertius. (35) Quidquid autem exstat fragmentorum, postquam Jo. Conr. Orellius (36) et Jan. Mar. Hooguliet (37) ea divulgarunt, diligenter recensui ac latine interpretatus sum. Præter Borysthenitam haud pauci fuere Biones. Decem enim præcipuos ejusdem nominis viros distinguit Laertius (38). Eorum primus est Proconnesius, Pherecydis Syrii æqualis; secundus, rhetor Syracusanus; tertius, hic de quo egimus Borysthenita; quartus, Abderites mathematicus; quintus, Solensis rerum Æthiopicarum scriptor; sextus, dicendi artifex; septimus, poeta lyricus; octavus, statuarius Milesius; nonus, poeta tragicus; decimus, sculptor Clazomenius sive Chius. Reliquos cognomines viros omittimus.

28. — (35) Diogenes Laertius lib. IV, 47 : πλεῖστά τε καταλέλοιπεν ὑπομνήματα, ἀλλὰ καὶ ἀποφθέγματα χρειώδη πραγματείαν ἔχοντα. — (36) Orellius Opusc. Vet. Græc. sent. et moral. Vol. II p. 174-184. — (37) Jan. Mar. Hooguliet specimen philosophico-criticum continens diatriben de Bione Borysthenita (Lugduni Batavorum 1821) pag. 14-27. — (38) Diog. Laert. lib. IV, 58 : γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα· πρῶτος ὁ Φερεκύδει τῷ Συρίῳ συναχμάσας, οὗ φέρεται βιβλία δύο, ἐστι δὲ Προκοννήσιος. Δεύτερος, Συρακούσιος, τέχνας ῥητορικὰς γεγραφώς. Τρίτος, ὁ αὐτὸς οὗτος. Τέταρτος, Δημοκρίτειος καὶ μαθηματικὸς Ἀβδηρίτης, Ἀτθίδι γεγραφὼς καὶ Ἰάδι· οὗτος πρῶτος εἶπεν εἶναί τινας οἰκήσεις, ἔνθα γίνεσθαι ἐξ μηνῶν τὴν νύκτα καὶ ἐξ τὴν ἡμέραν. Πέμπτος, Σολεύς, Αἰθιοπικὰ γεγραφώς. Ἕκτος, ῥητορικός, οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα. Ἕβδομος, μελικὸς ποιητής. Ὄγδοος, Μιλήσιος ἀνδριαντοποιός, οὗ μέμνηται καὶ Πολέμων. Ἔνατος, ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων. Δέκατος, ἀγαλματοποιὸς, Κλαζομένιος ἢ Χῖος· οὗ μέμνηται καὶ Ἱππώναξ.

ΒΙΩΝΟΣ

ΤΟΥ ΒΟΡΥΣΘΕΝΙΤΟΥ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΝΩΜΑΙ

ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Φησὶν ὁ Βίων· οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται ἐλεύθεροι, οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι δοῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν.

(Stobæus Flor. II, 39 et LXII, 42 Βίωνος (al. Δίωνος) ἐν τῷ περὶ δουλείας. Qui Dioni Chrysostomo hanc sententiam tribuunt, citant vol. I pag. 265-288 Emper. ultima verba πολλῶν ἐπιθυμιῶν delenda esse existimantes, quamvis utroque loco apud Stobæum legantur. Convenit autem hoc Bionis sive Dionis apophthegma cum Stoico Paradoxo V apud Ciceronem : ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δοῦλος, et Senecæ voce Epist. 87 : Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat.)

2. Βίων ἔλεγε, τοὺς γραμματικοὺς ζητοῦντας περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης μὴ ἐξετάζειν τὴν ἰδίαν, μηδὲ καθορᾶν, ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ πλανῶνται, πονοῦντες περὶ τὰ μηδὲν χρήσιμα.

(Stobæus Flor. IV, 54. Similiter Seneca Epist. 88 : quæris, Ulixes ubi erraverit, potius, quam efficias, ne nos semper erremus.)

3. Βίων, ἐρωτηθείς, τί ἐστιν ἄνοια, εἶπε· προκοπῆς ἐμπόδιον.

(Stobæus Flor. IV, 88 Βίωνος. Simile Bionis dictum servavit Diogenes Laertius lib. IV, 50. Vide infra fragm. 31.)

4. Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι.

(Stobæus Flor, X, 38 Βίωνος et Theon Progymn. V p. 92.)

5. Ἡ περὶ ταφῆς ἔννοια, φησὶν ὁ Βίων, πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν.

(Stobæus Flor. XL, 8 Τέλητος περὶ φυγῆς. Scripsi ἔννοια; codd. ἄγνοια.)

6. Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ ἤρετο·

τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

κἀκεῖνος εἶπεν· Ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐχ ἱρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε οὐ πόθεν εἰσίν, ἀλλὰ τίνες.

(Stobæus Flor. LXXXVI, 13 Βίωνος. Aliud ad eandem Antigoni quæstionem Bionis responsum servavit Diogenes Laertius lib. IV, 46 : ἐμοὶ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος (διεδήλου τὸν ταριχέμπορον), γένος Βορυσθενίτης, ἔχων οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον· μήτηρ δέ, οἵαν ὁ τοιοῦτος ἂν γήμαι, ἀπ' οἰκήματος. Ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνησάμενός τι, πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν· καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν· ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα. Κἀγὼ καταναύσας αὐτοῦ τὰ συγγράμματα καὶ πάντα συγξύσας, Ἀθήναζε ἦλθον καὶ ἐφιλοσόφησα. Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.)

7. Βίων ἔφη· τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται, ἀλλὰ δεδάνεικεν.

---

1. Boni servi liberi sunt : Mali autem homines iique liberi servi multarum cupiditatum sunt.

2. Bion ajebat, Grammaticos de Ulixis erroribus disputantes, suos non scrutari, neque animadvertere, se etiam in eo ipso errare, quod laborem insumunt in res omnino inutiles.

3. Bion interrogatus, quid esset dementia, respondit : *progressus impedimentum.*

4. Bion, sophista, avaritiam esse dicebat omnis improbitatis parentem.

5. Sepulturæ cogitatio, inquit Bion, multas tragœdias fecit.

6. Antigonus rex Bionem philosophum, quod obscuro loco natus esse argueretur, interrogavit :

Quis tu? quæ patria est? qui te genuere parentes?

Cui ille respondit : Atqui bene facis, o rex, quum indiges sagittariis, quod non genere perquisito, sed scopo proposito optimos illorum assumis : sic igitur etiam, quod ad amicos attinet, non unde, sed quales sint, explora.

7. Bion ait : Fortuna divitibus pecunias non donavit, sed mutuas dedit.

BIONIS

BORYSTHENITÆ

SOPHISTÆ SENTENTIÆ

ET APOPHTHEGMATA.

(Stobæus Flor. CV, 56 Βίωνος.)

8. Καὶ γὰρ ἡ τύχη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγου ὁτὲ δὲ ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὁτὲ μὲν βασιλέως ὁτὲ δὲ ἀλήτου.

(Stobæus Flor. V, 67 ἐκ τῶν τοῦ Τέλητος περὶ αὐταρκείας.)

9. Βίων ἔλεγεν, ὥσπερ τὰ φαῦλα τῶν βαλαντίων, κἂν μηδενὸς ᾖ ἄξια, τοσούτου ἐστὶν ἄξια, ὅσον ἐν ἑαυτοῖς τὸ νόμισμα ἔχουσιν· οὕτω καὶ τῶν πλουσίων τοὺς οὐδενὸς ἀξίους χαρποῦσθαι τὰς ἀξίας ὧν κέκτηνται.

(Stobæus Flor. XCI, 32 Βίωνος.)

10. Βίων ἔλεγε, καταγελάστους εἶναι τοὺς σπουδάζοντας περὶ πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται.

(Stobæus Flor. XCIII, 34 Βίωνος.)

11. Βίων ἔλεγε γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας, οἳ τοὺς παρὰ ποσὶ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι.

(Stobæus Flor. LXXX, 3 Βίωνος.)

12. Βίων ἔφη, δεῖν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα παυόμενον τῆς ἀρχῆς μὴ πλουσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον γεγονέναι.

(Stobæus Flor. XLVI, 23 Βίωνος.)

13. Καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅταν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ ῥρέαρ ἐγκλείσῃ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζομαι, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας. Οὐχ ὑπομένω, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ συμποσίου ἀπαλλάττομαι, οὐδὲν δυσχεραίνων, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ βίου, ὅταν ἡ ὥρα ᾖ, ἔμβα πορθμίδος ἔρυμα.

(Stobæus Flor. V, 67 ἐκ τῶν τοῦ Τέλητος περὶ αὐταρκείας. Ultima ἔμβα πορθμίδος ἔρυμα, quæ ad Charontis cymbam referenda, e veteri poeta sumta videntur.)

14. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, Φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης.

(Stobæus Flor. LXVI, 5. Scripsi τριχὶ cum Jacobsio in Additamentis ad Athen. pag. 283 et ad Anthol. Græc. tom. IX pag. 128; codd. τριχῇ.)

15. Ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα τῷ καρῆναι καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους αὐτῶν τοὺς ἐραστάς.

(Plutarchus Amator. cap. 24 Vol. XII pag. 64 ed. Hutten. Scripsi : ὡς ἅμα τῷ καρῆναι καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους αὐτῶν; codd. ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν.)

16. Ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ θηρᾶσαι μειράκιον, Οὐχ οἷόν τε, ἔφη, ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι.

(Diogenes Laertius lib. IV, 47. Adolescentes molles et effeminatos ad philosophiam minime aptos esse significat. In eandem sententiam Arrianus Dissert. Epict. III, cap. VI: τῶν νέων τοὺς μαλακοὺς οὐκ ἔστι προτρέψαι ῥᾴδιον· οὐδὲ γὰρ τυρὸν ἀγκίστρῳ λαβεῖν. Οἱ δ' εὐφυεῖς, κἂν ἀποτρέπῃς, ἔτι μᾶλλον ἔρχονται τοῦ λόγου.)

17. Ἐρωτηθείς ποτε, τίς μᾶλλον ἀγωνιᾷ, ἔφη· Ὁ τὰ μέγιστα βουλόμενος εὐημερεῖν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 48.)

18. Ἐρωτηθείς, εἰ γαμεῖν δεῖ, ἔφη· Ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἂν δὲ καλήν, ἕξεις κοινήν.

---

8. Etenim fortuna, inquit Bion, tanquam poetria nunc primi, nunc ultimi histrionis, et alias regis, alias mendici personam nobis imponit.

9. Bion ajebat : quemadmodum vilia marsupia, etiamsi nullius pretii sint, tanti tamen æstimantur, quantum nummorum continent; sic divites, etiam homines nihili, justo eorum quæ possident bonorum pretio fruuntur.

10. Bion ridiculos esse dicebat homines qui divitias quærerent; eas enim fortunam ministrare, avaritiam conservare, benignitatem profundere.

11. Bion dicebat perridiculos esse astrologos, qui quum non viderent pisces juxta se in littore natantes, illos qui in cœlo sunt nosse se affirmarent.

12. Bion dixit, oportere bonum principem magistratu abeuntem, non ditiorem, sed clariorem evasisse.

13. Sicut domo, inquit Bion, exigimur, quum locator non accepta habitationis mercede januam aufert tegulamque, et puteum obstruit, ita etiam ex hoc corpusculo ejicior, quando quæ locavit natura oculos mihi eripuerit, aures, manus, pedes. Non exspecto amplius, sed quemadmodum e convivio discedo, haud gravate, sic ex vita quoque, ubi tempus erit, cymbæ propugnaculum conscendito.

14. Bion dicentibus, pulchritudinem quandam quasi potestatem habere, O potestatem, inquit, quæ coma defluente dissolvitur.

15. Bion sophista formosorum crines Harmodios et Aristogitones vocabat, quod iis desectis pulchrum imperium amatores deponerent.

16. Reprehensus, quod adolescentem non venaretur, Non potest, inquit, mollis caseus hamo attrahi.

17. Rogatus aliquando, quis potissimum æstuaret dubitatione, respondit : *ille, qui se maxima felicitate uti cupit.*

18. Interrogatus, num ducenda esset uxor, respondit : Si deformem duxeris, habebis pœnam : sin formosam, habebis communem.

(Diogenes Laertius lib. IV, 48. Pro vulg. εἰ γήμαι scripsi εἰ γαμεῖν δεῖ. Similiter Pittacus apud Stobæum Flor. LXVII, 17 : ἐπύθετό τινος, διότι οὐ βούλεται γῆμαι· τοῦ δὲ φήσαντος· ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κοινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, ἕξω ποινήν· Οὐμενοῦν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξεις κοινήν. Vid. Philos. Gr. Fragm. vol. I p. 225. Item Antisthenes apud Diog. Laert. lib. VI, 3 : πρὸς τὸν ἐρόμενον, ποδαπὴν γήμῃ, ἔφη· ἂν μὲν καλὴν, ἕξεις κοινήν, ἂν δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. Cf. supra ejus fragm. 93. Eandem sententiam Bianti ascribit Gellius lib. V, 11. Chrysostomus Homil. I in epist. 2 ad Timoth.: ὁ καλὴν ἔχων γυναῖκα οὐδὲν χεῖρόν φησι τοῦ καλὴν ἔχειν γυναῖκα (ὑποψίας τὸ πρᾶγμα γέμει καὶ ἐπιβουλῆς), ὁ δυσειδῆ, οὐδὲν χεῖρόν φησι τοῦ ἄμορφον ἔχειν γυναῖκα· ἀηδίας γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐμπέπλησται.)

19. Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν· εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγειν· τὴν δόξαν ἐτῶν μητέρα εἶναι· τὸ κάλλος ἀλλότριον ἀγαθόν· τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων.

(Diogenes Laert. lib. IV, 48. Idem apophthegma τὸ γῆρας κτλ. Soloni tribuit Antonius Melissa Serm. περὶ γερόντων. Vid. Philos. Gr. Fragm. vol. I p. 220. Si mortuorum vita, Cicerone judice, in memoria vivorum posita est, videtur gloria annorum mater posse appellari, quia clari homines vita sive diuturna sive sempiterna digni judicantur. Pulchritudo autem alienum i. e. externum bonum vocatur, propterea quod natura corporis partes et alia quæ nobis locavit eripere potest. Cf. fragm. 13. Cæterum eodem sensu Seneca Ep. 8 : Alienum est, inquit, omne, quidquid optando venit. Ut Bion τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων : ita Cicero pro leg. Manil. c. 7 vectigalia nervos reipublicæ dixit; qua de re uberius disserit Valckenarius apud Kœnium ad Gregor. Corinth. p. 53 ed. Schæfer.)

20. Πρὸς τὸν τὰ χωρία κατεδηδοκότα, Τὸν μὲν Ἀμφιάραον, ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 48. De Amphiarao sic Apollodorus Bibl. lib. III cap. 6 : Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνόν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένῳ τὰ νῶτα τρωθῆ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν. Ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ ἡνιόχῳ Βάτωνι (ὡς δέ τινες, Ἐλαττωνῷ) ἐκρύφθη, καὶ Ζεὺς ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν.)

21. Μέγα κακὸν τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν κακόν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 48.)

22. Κατεγίνωσκε τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, παρακαόντων δὲ ὡς αἰσθανομένοις.

(Diogenes Laertius lib. IV, 48. Scripsi pro ὡς αἰσθανομένους cum Mer. Casaubono ὡς αἰσθανομένοις. Reprehendit Bion eos, qui defunctorum corpora tanquam sensu carentia in rogo comburerent, sed tamen vestes, animalia aliaque quæ vivis cara fuerant, una cum illis, quasi sentientibus, concremarent.)

23. Ἔλεγε συνεχές, ὅτι αἱρετώτερόν ἐστι τὴν ὥραν ἄλλῳ χαρίζεσθαι, ἢ ἀλλοτρίας ἀποδρέπεσθαι· καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι καὶ εἰς ψυχήν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 49.)

24. Εὔκολον ἔφασκε τὴν εἰς ᾅδου ὁδόν· καταμύοντας γοῦν ἀπιέναι.

(Diogenes Laertius lib. IV, 49.)

25. Εἰ μὲν Σωκράτης εἶχεν Ἀλκιβιάδου χρείαν καὶ ἀπείχετο, μάταιος ἦν· εἰ δὲ μὴ εἶχεν, οὐδὲν ἐποίει παράδοξον.

(Diogenes Laertius lib. IV, 49 : διέβαλε δὲ καὶ τὸν Σωκράτην, λέγων, ὡς εἰ μὲν κτλ.)

26. Τὸν Ἀλκιβιάδην μεμφόμενος ἔλεγεν, ὡς νέος μὲν ὢν τοὺς ἄνδρας ἀπάγοι τῶν γυναικῶν, νεανίσκος δὲ γενόμενος τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 49. De Alcibiadis pulcritudine vide Plutarchum in ejus vit. cap. 1.)

27. Ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων Ἀθηναίων, τὰ φιλοσοφούμενα ἐδίδασκε. Πρὸς οὖν τὸν αἰτιασάμενον ἔφη· Πυροὺς ἐκόμισα καὶ κριθὰς πωλῶ;

(Diogenes Laertius lib. IV, 49. Philosophiam majoris pretii quam eloquentiam esse significat.)

28. Ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι, εἰ

---

19. Senectutem malorum portum esse dicebat, in quem cuncta confugerent : gloriam annorum esse matrem, pulchritudinem alienum bonum, divitias nervos rerum.

20. Ei qui agros suos dissipaverat, *Amphiaraum quidem*, inquit, *terra, tu vero terram absorbuisti.*

21. Magnum malum est, malum ferre non posse.

22. Reprehendebat eos qui homines (fato functos) tanquam sensu carentes cremarent, sed juxta illos quasi sentientes alia in ignem inferrent.

23. Dicebat crebro, optabilius esse ut quis suæ ætatis florem alteri indulgeret, quam ut alieno frueretur : quoniam ea res et corpori et animo noceret.

24. Facilem esse affirmabat ad inferos viam : opertis enim oculis homines illuc proficisci.

25. Si Socrates Alcibiadis indiguit, sed eo abstinuit, ineptus fuit; si non indiguit, nihil mirabile fecit.

26. Alcibiadem culpans dicebat illum, quum esset adolescens, viros a feminis, juvenem vero feminas a viris abstraxisse.

27. Quum Rhodi dicendi arti operam darent Athenienses, philosophiam ipse profiteretur, ac propterea in reprehensionem incurrisset : *Triticum*, inquit, *qui advexerim, hordeumne vendam?*

28. Dicebat eos qui apud inferos essent majorem pœ-

ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετρημένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50. Intelligitur pœna Danaidum de quibus vide Hygin. fa 168 et 170; Ovid. Heroid. XIV; Apollodor. II, 1, 4 seqq. Ridet Bion vulgi superstitionem, qua pœnæ in orco quoque perferri credebantur. Totam autem hanc fabulam ingeniose explicat Plato Gorg. p. 493 B.)

29. Πρὸς τὸν ἀδολέσχην, λιπαροῦντα συλλαβέσθαι αὐτῷ, τὸ ἱκανόν σοι ποιήσω, φησίν, ἐὰν παρακλήτους πέμψῃς, καὶ αὐτὸς μὴ ἔλθῃς.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50.)

30. Πλέων μετὰ πονηρῶν, λῃσταῖς περιέπεσε· τῶν δέ, Ἀπολώλαμεν εἰπόντων, ἐὰν γνωσθῶμεν, Ἐγὼ δέ, φησίν, ἐὰν μὴ γνωσθῶμεν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50.)

31. Τὴν οἴησιν ἔλεγε προκοπῆς ἐγκοπήν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50.)

32. Πρὸς πλούσιον μικρολόγον, Οὐχ οὗτος, ἔφη, τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50. Similiter Seneca Epist. 119: Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata paupertas, sic divitias habent, quomodo habere dicimur febrim, quum illa nos habeat. E contrario dicere debemus: febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: divitiæ illum tenent.)

33. Ἔλεγε, τοὺς μικρολόγους τῶν μὲν ὑπαρχόντων ὡς ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι, ὡς δὲ ἐξ ἀλλοτρίων μηδὲν ὠφελεῖσθαι.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50.)

34. Τῇ μὲν ἀνδρείᾳ νέους ἔφη χρῆσθαι, τῇ δὲ φρονήσει γηράσκοντας ἀκμάζειν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 50.)

35. Τοσοῦτον (ἔλεγε) διαφέρειν τὴν φρόνησιν τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων.

(Diogenes Laertius lib. IV, 51.)

36. Μὴ δεῖν ἔφασκεν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὅ, ἔφη, πάντες εὐχόμεθα ἐλθεῖν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 51. Cf. Antiphanes apud Stobæum Flor. CXVI, 23 et Cicero Cat maj. cap. 2.)

37. Πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, οὐκ οἶδα, ἔφη, πότερον σοὶ κακὸν γέγονεν, ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν.

(Diogenes Laertius lib. IV, 51. Similiter Stobæus Flor. XXXVIII, 50: Βίων ὁ σοφιστὴς ἰδών τινα φθονερὸν σφόδρα κεκυφότα εἶπεν· ἢ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν. Macrobius Sat. lib. II cap. 2: Publius Mucium inprimis malevolum quum vidisset solito tristiorem, Aut Mucio, inquit, nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.)

38. Τὴν δυσγένειαν πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ·

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστομός τις ᾖ.

(Diogenes Laertius lib. IV, 51. Scripsi δυσγένειαν cum Menagio pro δυσσέβειαν. Plutarchus de liber. educ. cap. 2, vol. VII p. 2 ed. Hutten.: καλὸς οὖν παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, ἧς δὴ πλεῖστον λόγον ποιητέον τοῖς νομίμου παιδοποιίας γλιχομένοις. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ φρονήματα τῶν ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον ἐχόντων τὸ γένος, σφάλλεσθαι καὶ ταπεινοῦσθαι πέφυκε· καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησί· Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ, Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά. Versus est ex Euripidis Hippolyto 424, ubi vide Valckenarium.)

39. Τοὺς φίλους, ὁποῖοι ἂν ὦσι, συντηρεῖν, ἵνα μὴ δοκοίημεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστοὺς παρῃτῆσθαι.

(Diogenes Laertius lib. IV, 51.)

40. Ἐρωτηθείς, εἰ θεοί εἰσιν, εἶπεν·

---

nam habituros, si integris quam si perforatis vasis aquam ferrent.

29. Nugatore quodam cum oranto, ut sibi opem ferret; *satisfaciam tibi*, inquit, *si per intercessores mecum agere, nunquam ipse venire voles.*

30. Navigans cum hominibus improbis in prædones incidit: dicentibus autem illis, *actum est de nobis, si agnoscamur, De me*, inquit, *nisi agnoscamur.*

31. Nimiam sui admirationem progressus impedimentum appellabat.

32. In hominem opulentum, sed sordidum, *Non hic*, inquit, *habet opes, verum opes hunc habent.*

33. Sordidos ajebat bonorum ut suorum curam agere, sed ex iis tanquam ex alienis nihil utilitatis capere.

34. Fortitudine nos uti quum juvenes sumus, ait, prudentia autem seniores valere.

35. Tantum dicebat prudentiam cæteris virtutibus præstare, quantum visus cæteris sensibus præstaret.

36. Negabat vituperandam esse senectutem, ad quam omnes, inquit, venire cupimus.

37. Obtrectatori mœsto, Nescio, inquit, utrum tibi malum, an alteri bonum contigerit.

38. Generis ignobilitatem pravam esse dicebat liberioris sermonis sociam:

Nam servitute afficit virum, etiamsi quis audacter loquatur.

39. Amicos, qualescunque essent, ajebat, oportere servari, ne vel malos habuisse, vel bonos repudiasse videremur.

40. Interrogatus, num dii essent, respondit:

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον, ταλαπείρια πρέσβυ;

(Diogenes Laertius lib. II, 117. De hujusmodi rebus in turba et coram pluribus agi non posse existimat.)

41. Βίων τοὺς τὰ ὦτα τοῖς κολακεύουσι παραδιδόντας ἀπείκαζε τοῖς ἀμφορεῦσιν ὑπὸ τῶν ὤτων ῥᾳδίως μεταφερομένοις.

(Plutarchus De vitioso pudore cap. 18, Oper. vol. X p. 183 ed. Hutten Cf. Demophili simil. 3 in Phil. Gr. Fragm. vol. I p. 485.)

42. Ὁ γὰρ Βίων τὸν θεόν, κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν, γελοιότερον εἶναί φησιν ἰατροῦ διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος.

(Plutarchus De sera Num. vind. cap. 19, vol. X p. 257 ed. Hutten.

43. Τῷ Βίωνι δοκεῖ μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον οἶνον.

(Dio Chrysostomus Orat. LXVI de gloria p. 612.)

44. Δοκεῖ μοι χαριέντως φάναι τὸν Βίωνα· πῶς ἂν ἐνδίκως οἱ ἄνθρωποι παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσωνται τὴν εὐτεκνίαν, ἣν οὐδ' αὐτῷ παρασχεῖν ἴσχυσεν;

(Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gent. p. 37 ed. Sylb.)

45. Τί δὲ καὶ θαυμαστόν, εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ,τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστόν, εἰ τὸν μῦν ὁ θύλακος κατέφαγεν.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. VII p. 712. Est autem Suida interprete θύλακος, ἡ ἀρτοθήκη sive saccus scorteus, in quem farina vel panes conduntur. Vid. Casaubon. ad Theophrast. Notat. Mor. cap. 16 et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 762.)

46. Διὸ καὶ εἰ λάβοι, φησὶν ὁ Βίων, φωνὴν τὰ πράγματα, ὃν τρόπον ἡμεῖς, καὶ δύναιτο δικαιολογεῖσθαι, οὐκ ἂν εἴποι, φησίν, πρῶτον ἡ πενία· ἄνθρωπε, τί μοι μάχῃ; ὥσπερ οἰκέτης πρὸς κύριον ἐφ' ἱερὸν καθίσας δικαιολογεῖται· τί μοι μάχῃ; μή τί σοι κέκλοφα, οὐ πᾶν [a] τὸ προσταττόμενον ὑπὸ σοῦ ποιῶ; οὐ τὴν ἀποφορὰν εὐτάκτως σοι φέρω; καὶ ἡ πενία εἴποι πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα· τί μοι μάχῃ; μὴ καλοῦ τινος δι' ἐμὲ στερίσκῃ; μὴ σωφροσύνης; μὴ δικαιοσύνης; ἀνδρείας; ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶ [b]; οὐ μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ λαχάνων; πλήρεις δὲ αἱ κρῆναι ὕδατος; οὐκ εὐνάς σοι τοσαύτας παρέχω ὁπόσῃ γῇ; καὶ στρωμνὰς φύλλα; ἢ εὐφραίνεσθαι μετ' ἐμοῦ οὐκ ἔστι σοι; ἢ οὐχ ὁρᾷς γράδια φύστην [c] φαγόντα τερετίζοντα; ἢ οὐκ ὄψον ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον παρασκευάζω σοι τὴν πεῖναν; ἢ οὐχ ὁ πεινῶν ἥδιστα ἐσθίει καὶ ἥκιστα ὄψου δεῖται; καὶ ὁ διψῶν ἥδιστα πίνει καὶ ἥκιστα τὸ μὴ παρὸν ποτὸν ἀναμένει; ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα ἢ διψᾷ χιόνα; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν οἱ ἄνθρωποι; ἢ οἰκήσεις οὐ παρέχω σοι, πρῶτον χειμῶνος τὰ βαλανεῖα, θέρους δὲ τὰ ἱερά;

(Stobæus Flor. V, 67 ἐκ τῶν τοῦ Τέλητος περὶ αὐταρκείας Scripsi : [a] οὐ πᾶν τὸ cum Dobræo; codd. οὐκ ἂν τὸ. — [b] εἶ, codd. εἴης. — [c] φύστην cum Toupio; codd. φύρτην.

47. Εὐφυὴς γὰρ ἦν καὶ παρῳδῆσαι· οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα·

Ὦ πέπον Ἀρχῦτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε,
τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν.

Tune, senex, turbam a nobis propellere curas?

41. Bion eos qui adulatoribus aures præberent, cum amphoris comparabat, quæ auribus (i. e. ansis) apprehensæ facile ex alio loco in alium transferuntur.

42. Etenim Bion deum qui improborum liberos puniat magis ridiculum esse ait medico, qui propter avi vel patris morbum nepoti aut filio medicinam adhibeat.

43. Bioni videtur non esse in nostra potestate placere vulgo, nisi quis placenta fiat aut vinum Thasium.

44. Bion mihi videtur festive dixisse : Quomodo homines prolem felicem jure a Jove petierint, quam ne ipse quidem comparare sibi potuit?

45. Sed quid mirum, inquit Bion, si mus saccum eroserit, quum non inveniret, quod comederet : quippe hoc fuisset mirum, si murem saccus devorasset.

46. Quamobrem Bion ait : Si rebus oratio detur, sicut nobis, possintque nobiscum litigare, nonne paupertas, inquit, primum dicat : Quid mecum, homo pugnas? ut servus in sacello sedens, ad quod confugit, cum hero suo jure contendit. Quid mihi adversaris? Num quid tibi furatus sum? Nonne mandata tua omnia exsequor? An quæ tibi debeo non constanter præsto? Itidem paupertas sic cum accusatore agat : Quid mihi obsistis? Num aliquo bono mea culpa privaris? temperantiane? an justitia? aut fortitudine? Num igitur necessaria tibi desunt? Nonne vim sunt omnes oleribus refertæ et pleni aqua fontes? nonne tibi tantum cubilium exhibeo, quanta est ipsa terra? et stragula folia? an mecum tibi gaudere non licet? Nonne vides aniculas, postquam mazam comederunt, lascive cantare? nonne tibi obsonium neque pretiosum neque delicatum comparo ipsam famem? nonne suavissimus est cibus esurienti, et idem obsonio minime indiget? nonne sitiens suavissime bibit absentemque potum minime exspectat? Quisquamne vel esurit placentam, vel sitit nivem? nonne ista homines nimis delicati requirunt? nonne tibi domicilia exhibeo, hieme quidem balnea, æstate vero templa?

47. Erat enim et ad parodias faciendas natus; quales etiam hi ejus versus sunt :

O tener Archyta, citharæ genus, ambitiose,
non summa certans chorda superabilis ulli.

(Diogenes Laertius lib. IV, 52. Perstringitur his Bionis versibus non Tarentinus Archytas, sed alter Mitylenæus, musicus, memoratus Laertio VIII, 82 et Athenæo XIII p. 600 F. Id vero patet e voce ψαλληγενὲς atque e verbis τῆς ὑπάτης ἔριδος, quæ nos cum Rossio in Comment. Laert. p. 82 seq. ad musicam referre non dubitamus. Namque: in fidibus ἡ ὑπάτη vel ἡ ὑπάτη χορδή est quæ gravissimum sonum edit, ἡ τὸν βαρὺν φθόγγον ἀποτελοῦσα, ut ait Suidas, cui altera ex parte respondet ἡ νήτη, quæ acutissimum efficit. Quum vero de istis multa a musicis disputarentur, quod ex eorum qui supersunt libris intelligitur: Bion Archytam irridens vocat *certaminis de summa chorda omnium hominum peritissimum*. Possis etiam omnino in hac verborum ambiguitate ὑπάτης ἔριδος de certaminibus musicis interpretari. Denique sunt qui Bionis facetias sic exprimant: *O bone Archyta, citharæ fili, fastu beate et summæ litis hominum omnium peritissime*. Sed hi, quam appellent *summam litem*, ipsi viderint. Cæterum locus hic duorum versuum Homericorum imitationem continet, quorum alter est Iliad. lib. III vs. 182: ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον, alter Iliad. lib. I vs. 146: ἦ σύ, Πηλεΐδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν.)

48. Ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι, ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι.

(Plutarchus De liber. educ. cap. 10, vol. VII p. 26 ed. Hutten. Hæc sententia pluribus philosophis tribuitur. Nam de Aristippo Diogenes Laertius lib. II, 79: τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι· καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Τῷ δ' ὅμοιον καὶ Ἀρίστων· τὸν γὰρ Ὀδυσσέα, καταβάντα εἰς Ἅιδου, τοὺς μὲν νεκροὺς πάντας σχεδὸν ἑωρακέναι καὶ συντετυχηκέναι, τὴν δὲ βασίλισσαν αὐτὴν μὴ τεθεᾶσθαι (vid. fragm. 42). De Aristone vero Stobæi exstat auctoritas Flor. IV, 110: Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους, ἀμελοῦντας δὲ φιλοσοφίας, ἔλεγεν ὁμοίους εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἳ ἀποτυγχάνοντες ἐκείνης περὶ τὰς θεραπαίνας ἐγίνοντο. Sed quisquis primus hanc sententiam tuitus est, apparet ejus animo obversatum esse locum Homericum Odyss. lib. XX, vs. 6-7: ταὶ δ' ἐκ μεγάροιο γυναῖκες ἦΐσαν, αἳ μνηστῆρσιν ἐμισγέσκοντο πάρος περ.)

49. Χάριεν δὲ καὶ τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν λέγοντα· πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος, οὔτε τι εἰπεῖν,

οὔθ' ἕρξαι δύναται· γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.

Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεσχεῖς ἡμῶν;

(Plutarchus De audiend. poet. cap. 4, vol. VII p. 81 ed. Hutten. De Theognidis versibus 177-178 πᾶς γὰρ ἀνὴρ κτλ. vid. Bergkium ad Poet. lyric. græc. p. 393 ed. secund. Similiter Juvenalis Sat. V vs. 130: plurima sunt quæ non audent homines pertusa dicere læna. Sic supra etiam Bion τὴν δυσγένειαν vocavit πονηρὸν σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ, cf. fragm. 38.)

50. Οὐκ εὐήθη τοίνυν καὶ ἀβέλτερα τὰ τοῦ Βίωνος, εἰ τὸν ἀγρόν, ὃν ἔμελλεν ἐγκωμιάζων εὔφορον ποιεῖν καὶ εὔκαρπον, οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκει τοῦτο ποιῶν μᾶλλον, ἢ σκάπτων καὶ πράγματα ἔχων· οὐ τοίνυν οὐδ' ἄνθρωπος ἄτοπος ἂν εἴη ἐπαινῶν, εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφέλιμός ἐστι καὶ πάμφορος. Ὁ μὲν γὰρ ἀγρὸς οὐ γίνεται χείρων ἐπαινούμενος· ἄνθρωπον δὲ τυφοῦσι καὶ ἀπολλύουσιν οἱ ψευδῶς καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαινοῦντες.

(Plutarchus De adul. et amici discrim. cap. 23, vol. VII p. 191 ed. Hutten. Recepi Reiskii conjecturam οὐκ εὐήθη τοίνυν καὶ ἀβέλτερα τὸ τοῦ Βίωνος, εἰ τὸν ἀγρόν, ὃν ἔμελλεν. Vulgo enim legi-

---

48. Facete etiam Bion philosophus dicebat, sicut proci illi, quum non possent cum Penelopa concumbere, rem cum ejus ancillis habuissent: ita qui philosophiam percipere nequirent, eos in aliis nullius pretii disciplinis sese conterere.

49. Elegans et illud Bionis ad Theognidem dicentem,

Paupertate etenim devicto lingua ligata est,
ut facere aut fari jam nihil ille queat.

Quomodo igitur, inquit Bion, tu pauper quum sis tam multas nugas garriendo nos obtundis?

50. Haudquaquam igitur stultum atque ineptum est illud Bionis, si agrum, quem laudando fertilem ac frugiferum reddere destinabat, talem id fodiendo exhibiturus potius sibi videbatur, quam faciendo et colendo. Quamobrem ne homo quidem absurde facit laudans, ubi id iis qui laudantur utile est et fructuosum. Nam ager quidem laudando non fit deterior, sed hominem ad superbiam inflant ac perdunt qui falsis et immeritis laudibus efferunt.

tur εὐήθη τοίνυν καὶ ἀβέλτερα τὰ τοῦ Βίωνος, εἰ τὸν ἀγρὸν ἔμελλεν.)

51. Καὶ μὴν τά γε Βίωνος καὶ Πύρρωνος οὐ προκοπῆς ἄν τις, ἀλλὰ μείζονος ἕξεως σημεῖα θεῖτο καὶ τελειοτέρας. Ὁ μὲν γὰρ ἠξίου τοὺς συνήθεις οἴεσθαι προκόπτειν, ὅταν τῶν λοιδορούντων οὕτως ἀκούωσιν, ὡς λεγόντων·

Ξεῖν', ἐπεὶ οὔτε κακῷ, οὔτ' ἄφρονι φωτὶ ἔοικας,
οὐλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεοί νύ τοι ὄλβια δοῖεν.

(Plutarchus lib. De profect. in virtut. sent. vol. VII p. 260 seq. ed. Hutten. Reposui ξεῖν' pro vulgato ὦ ξένε. Uterque versus in Odyssea legitur, et prior quidem est lib. VI, 187, posterior vero lib. XXIV, 401. Quæ sequuntur apud Plutarchum Πύρρωνα δέ φασι πλέοντα κτλ. omisi.)

52. Χαριέντως γὰρ ἔφη Βίων ὁ Βορυσθενίτης, θεασάμενος αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο ΠΕΡΣΑΙΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΚΙΤΙΕΑ, πεπλανῆσθαι εἶπε τὸν ἐπιγράψαντα· δεῖν γὰρ οὕτως ἔχειν ΠΕΡΣΑΙΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΟΙΚΕΤΙΕΑ. Ἦν γὰρ οὗτος οἰκέτης γεγονὼς τοῦ Ζήνωνος, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ ἐν τῇ περὶ τῶν φιλοσόφων ἱστορίᾳ καὶ Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ταῖς Διαδοχαῖς.

(Athenæus lib. IV p. 162 C. Notandum οἰκέτην tanquam gentilicio nomine facete hic appellari οἰκετιέα, ut ad Κιτιεύς nominis similitudinem accedat, quasi latine pro *famulo* dicas *atriensem*.)

---

51. Atqui Bionis et Pyrrhonis dicta non profectus jam, sed majoris perfectiorisque habitus indicia possunt intelligi. Hic enim suos familiares tum demum certos de profectu jubebat esse, quum perinde audirent maledicta, ac si quis ita ipsos alloqueretur :

Hospes, non mihi tu malus insipiensve videris,
vive, vale laetus, tibi dii dent prospera multa.

52. Festive enim Bion Borysthenita, quum æneam ejus statuam conspicatus esset, in qua erat inscriptum PERSÆUM ZENONIS CITIENSEM, errasse eum dixit qui inscripserat; nempe sic poni oportere PERSÆUM ZENONIS ATRIENSEM. Fuerat quippe hic Zenonis famulus, ut Nicias Nicæensis narrat in historia philosophorum et Sotion Alexandrinus in Successionibus.

Digitized by Google

DE EVEMERO.

Evemerus sive Euhemerus (1), philosophus Cyrenaïcus, quem circa Olympiadem CXX sub Cassandro (2), Macedonum rege, vixisse veteres testificantur, eminet inter eos qui super diis et rebus divinis scripserunt. De hujus patria inter locupletissimos auctores controversia est. Nam Lactantius (3) Messenium fuisse refert, Plutarchus (4) Tegeaten facit, Athenæus (5) Coum appellat, Clemens (6) denique Alexandrinus Agrigenti natum esse dicit. Is igitur principio rerum, gentium nationumque imperium penes viros fortes (7) et prudentes fuisse contendebat, qui populos nullis legibus astrictos ex ipsorum præceptis vitam agere cogerent. Tales autem homines ab imperita multitudine partim vivos jam deos esse habitos, partim mortuos consecratos. Quamobrem in libris suis natales, patrias, sepulcra tum Dictæi Jovis et Apollinis Delphici, tum Isidis et Cereris Eleusinæ, tum reliquorum qui dii putabantur enumeravit et per provincias monstravit (8). Quæ ratio adeo displicuit multis veterum, ut Evemerus totam religionem penitus sustulisse creditus a Plutarcho (9) et

(1) Cf. *Sevin*, Recherches sur la vie et les ouvrages d'Euhemère; *Fourmont*, Dissertation sur l'ouvrage d'Euhemère, intitulé ἱερὰ ἀναγραφή; *Foucher*, Mémoire sur le système d'Euhemère dans les Mémoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres. Vol. VIII. XV. XXXIV. — (2) Diodorus apud Eusebium Præp. evang. lib. II p. 59 : Εὐήμερος μὲν οὖν, φίλος γεγονὼς Κασάνδρου βασιλέως, κτλ. Vid. fragm. 1. — (3) Lactantius Institutionum de falsa religione lib. I cap. 11 : antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messene. Sic et Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 23, vol. IX p. 132 seq. ed. Hutten. Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου. Strabo lib. I cap. 3, p. 47, ed. Casaub. τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον. Ælianus Var. hist. lib. II cap. 31 ὁ Εὐήμερος ὁ Μεσσήνιος. — (4) Plutarchus De plac. philos. I, 7, vol. XII p. 367 ed. Hutten. Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης cf. Theodoret. serm. de principio. — (5) Athenæus lib. XIV, p. 658, E. Εὐήμερος ὁ Κῶος. — (6) Clemens Alexandrinus Protrept. p. 15, A. Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον. — (7) Sextus Empiricus adv. Math. IX, 17, p. 552 ed. Fabric. (p. 394 ed. Bekker.) : Εὐήμερος δέ φησιν, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος, οἱ περιγενόμενοι τῶν ἄλλων ἰσχύϊ τε καὶ συνέσει, ὥστε πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν κελευόμενα πάντας βιοῦν, σπουδάζοντες μείζονος θαυμασμοῦ καὶ σεμνότητος τυγχεῖν, ἀνέπλασαν περὶ αὐτοὺς ὑπερβάλλουσάν τινα καὶ θείαν δύναμιν, ἔνθεν καὶ τοῖς πολλοῖς ἐνομίσθησαν θεοί. — (8) Cicero de nat. deor. I, 42 : Quid? qui aut fortes aut claros aut potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est. Ab hoc autem et mortes et sepulturæ demonstrantur deorum. Minucius Felix Octav. p. 159 seq. ed. Ouzelii : Lege Stoicorum scripta, vel scripta sapientium, eadem mecum recognosces. Ob merita virtutis aut muneris deos habitos Euhemerus exsequitur, et eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat, et per provincias monstrat : Dictæi Jovis et Apollinis Delphici, Phariæ Isidis et Cereris Eleusinæ. Augustinus lib. I : De consensu Evangelist. cap. 23, fol. 271 : Euhemerus poeta fuit, qui et ipsum Jovem et Saturnum patrem ejus, et Plutonem atque Neptunum fratres ejus, ita planissime homines fuisse prodit, ut eorum cultores gratias magis poetis agere debeant, quia ad eos non dehonestandos, sed potius ad exornandos multa finxerunt. Cf. idem ad Maximum epist. 44 et De civitate dei VI, 7. Adde Theophilum Ad Autolycum lib. III p. 267, Arnobium lib. IV Advers. gentes p. 87, Josephum Contra Apionem I, 223, Etymologicon Magnum p. 215, 36, Varronem lib. I De re rust. cap. 48, Columellam De re rust. IX, 2, Plinium Hist. nat. XXXVI, 12 Ceterum Festus in *Sus Minervam* : in proverbio est, inquit, ubi quis id docet alterum, cujus ipse inscius est, quam rem in medio, quod ajunt, positam Varro et Euhemerus ineptis mythis involvere maluerunt, quam simpliciter referre. — (9) Plutarchus De plac. phil. I, 7 vol. XII p. 367 ed. Hutten.: ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς· τὸν δ' Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς ἰάμβοις γράφων· Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλσεῖς ἀῦτε, Οὐ τὸν πάλαι χάλκεον (lege Παγχαῖον cum Bentlejo ad Callim. T. I p. 458) ὁ πλάσας Ζῆνα Γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει. Idem De Isid. et Osir. cap. 23, vol. IX p. 132 seq. ed. Hutten.: ὧνπερ δέ, μὴ ᾧ τὰ ἀκίνητα κινεῖν καὶ πολεμεῖν οὐ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, μόνον, πολλοῖς δ' ἀνθρώποις ἔθνεσι καὶ γένεσι κατόχοις ὑπὸ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς τούτους ὁσιότητος, οὐδὲν ἀπολιπόντας ἐξ οὐρανοῦ μεταφέρειν ἐπὶ γῆν ὀνόματα τηλικαῦτα, καὶ τιμὴν καὶ πίστιν ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ἐκ πρώτης γενέσεως ἐνδεδυκυῖαν ἐξιστάναι καὶ ἀναλύειν, μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῳ κλισιάδας ἀνοίγοντας καὶ ἐξανθρωπίζοντας τὰ θεῖα, λαμπρὰν δὲ τῆς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου ἀνακισμοῖς παῤῥησίαν διδόντας, ὃς αὐτὸς ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων, εἰς ὀνόματα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Παγχαίᾳ γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένων, οἷς οὔτε βάρβαρος οὐδείς, οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας μηδὲ ὄντας Παγχαίους καὶ Τριπυλίους ἐντετύχηκε. Ælianus Var. hist. lib. II cap. 31 : καὶ τίς οὐκ ἂν ἐπήνεσε τὴν τῶν βαρβάρων σοφίαν, εἴγε μηδεὶς αὐτῶν εἰς ἀθεότητα ἐξέπεσε, μηδὲ ἀμφιβάλλουσι περὶ θεῶν, ἆρά γε εἰσίν, ἢ οὐκ εἰσίν· καὶ ἆρά γε ἡμῶν προντίζουσιν, ἢ οὔ; οὐδεὶς τοῦν ἔνοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἵαν ὁ Εὐήμερος ὁ Μεσσήνιος, ἢ Διογένης ὁ Φρύξ, ἢ Ἵππων, ἢ Διαγόρας, ἢ Σωσίας, ἢ Ἐπίκουρος, οὔτε Ἰνδός, οὔτε Κελτός, οὔτε Αἰγύπτιος. Λέγουσι δὲ τῶν βαρ-

aliis atheus nominaretur. Querebantur enim istum sublatis diis nihil nisi priscorum imperatorum, regum, navarchorum nomina reliquisse. Quid? quod Cadmum (10), Bacchi avum, coquum fuisse affirmavit. Notandum tamen Evemerum duplex deorum genus statuisse (11). Etenim alios æternos et immortales esse ajebat, velut solem et lunam cæteraque sidera cœlo infixa, præterea ventos et quæ sunt reliqua ad horum naturæ similitudinem accedentia; eorum videlicet singula ab infinito tempore generata in æternum manere. Alios vero terrestres deos fuisse præ se ferebat, sed propter beneficia in homines collata divinos honores et immortalem gloriam sibi comparasse, ut Herculem, Bacchum, Aristæum.

Quum autem Evemerus Cassandri regis amicus esset (12) ejusque jussu modo regia quædam negotia, modo itinera susciperet, narrat se in mare meridianum sive Indicum esse delatum. Quippe ab Arabia felici provectum posteaquam plures dies Oceanum navigasset, ad insulas in alto sitas appulisse, quarum una nomine Panchæa ceteris antecelleret. Ejus incolas Panchæos se vidisse pietate maxime præstare deosque magnificentissimis sacrificiis et amplissimis ex auro atque argento donis colere. Esse porro illam insulam deorum sacram, multasque alias ibi videri res simul antiquitate simul artificiosa structura insignes. Exstare ultro in illa insula super collem altissimum Jovis Triphylii templum conditum ab ipso, quo tempore adhuc inter homines esset orbemque terræ imperio regeret. In hoc templo inveniri columnam auream, quæ Panchæis litteris inscripta Cœli, Saturni et Jovis actorum summam contineat. Quapropter, si fides Evemero, deorum gesta collegit historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris. Hanc historiam apud Romanos et interpretatus est Ennius et secutus (13).

Jam vero primum regem Cœlum fuisse testatur (14), virum tam mitem et beneficum, quam siderum motus peritum, qui et primus sacrificiis deos cœlestes coluerit: ideoque eum etiam Cœlum appellatum esse. Filios autem eum habuisse e Vesta uxore Titanem et Saturnum filiasque Rheam et Cererem. Cœlo regi Saturnum successisse, qui quum Rheam uxorem duxisset, ex ea Jovem, Junonem et Neptunum susceperit. De Saturno hæc sunt Ennii verba (15): « Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, qui major natu erat, postulat, ut ipse regnaret. Ibi Vesta

